


This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.


+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.


+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/




600088000M



ARISTOTELIS
ETHICA NICOMACHEA.




ARISTOTELIS

ETHICA NICOMACHEA

EDIDIT ET COMMENTARIO CONTINUO INSTRUXIT

G. RAMSAUER

OLDENBURGENSIS.



ADIECTA EST

FRANCISCI SUSEMIHLII AD EDITOREM EPISTOLA CRITICA.



LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI

MDCCCLXXVIII.

290. i. 128.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

PRAEFATIO.

Librum hunc primo, si superstes esset, Trendelenburgio obtulissem; nunc quoniam defunctum illum lugemus, memoriae ejus inscribere velim. Is enim adolescentem me ante hos viginti annos ad hanc operam suscipiendam primum direxit, cumque eum affectum jam valetudine postremum convenissem, ad conficiendum opus hortatus est. Nec si videar aut sententias ejus quum de Nicomacheis disputaret saepe non secutus esse aut omnino paulo aliâ atque ille viâ et ratione quaesivisse, ob id qua erat humanitate minus amice excepisset librum meum oblatumve minus grato animo offerri arguisset.

Illo vero defuncto quum jam inter vivos non habeam qui patronus hoc opus viris doctis commendet, pauca — quid enim longâ praefatione plerumque inutilius? — ipse praemittam necesse erit.

Continuos volebam commentarios efficere; quumque intellexissem, plerumque ad Nicomachea legenda accedere qui librorum Aristotelicorum paene rudes essent, non tantum locis corruptis quantum possem succurrere, impeditos explicare in animo erat, sed ne eos quidem praetermittere qui viderentur potius alicui difficiles quam essent. Deinde vero majus quoddam mihi propositum esse videbam, ut ostenderetur quanam fere ratione Aristoteles in hoc quidem libro e verbis sententias, e sententiis capita, e capitibus totum illud opus quod ipse primum mente conceperat effinxisset.— Haec igitur quum necessaria esse censerem, timeo ne nonnulla acciderint, quae excusationem deposcant, quoniam ab usu inter viros philologos recepto nonnihil recedunt. Et primum quidem quod eorum qui vel antiquis vel recentioribus temporibus Aristoteli interpretando operam dederunt

raro tantum per hos commentarios mentionem feci. Brevitati hoc dedi, cui in tam amplo libro quam maxime consulendum erat. Quodsi enim verum est, quod ajunt, pietatis erga principes doctrinae esse, ut ad eos respiciatur, officio huic eum certe parum satisfacere censeo qui hic illic virum quendam clarum quasi honoris causa nominet. An quidquam magis impium, quam appellare potissimum eos qui tecum faciant, negligere forte eosdem si contra te censuerint? aut sententiam alicujus tanquam falsam notare, nisi et velis et possis rationem, qua ductus ita senserit, aut probe explicare aut significare saltem? Huc vero si processeris, in tali libro qualem Aristoteles conscripsit interpretando justum modum longe egredieris.

Peto igitur ab unoquoque qui hos commentarios lecturus est, ut mihi quidem ex iis quae inventurus est tam parvam partem adscribat quam voluerit. Neque enim dico singula quaeque a me primo reperta esse, neque adversor si lubeat judicare, congesta huc et ab uno edita esse quae a multis inventa et excogitata sint.

Superest aliud, quod quidem mihi recte factum videtur; quamquam aliis fortasse idem displicebit. Passim enim in explicandis sententiis Aristotelicis eo progressus sum, ut non tantum quid ille dixerit ostenderim, sed etiam quid non viderit. Videlicet ab ipso illo summo magistro hoc didici, quamlibet rem ei tantum cognitam esse, qui perceperit quid in illâ sit *τὸ εἰδοποιόν*; nec video quomodo id quod alicujus vel viri vel populi aetatisve proprium sit satis intelligi possit nisi et termini (ut ita dicam) recte discernantur, ultra quos cogitando vel sentiendo non sint progressi. In re vero ethicâ ad haec eo major diligentia adhibenda esse videbatur, quoniam in illa imprimis vocabulis et nominibus facile fallimur. Quid enim, ut exemplo utar, apertius quam quid sit *καλόν*? Nec tamen minus multâ doctrinâ et amplâ rerum humanique animi scientiâ opus est ut sciatur, quid vel Graecus quidam vel Graeci aut in unum conceperint aut tanquam diversum seposuerint quum dicerent *καλόν*.

In verbis Aristotelicis scribendis ita a recensione Bekkerianâ profectus sum ut quaecunque aut mutaverim in illa

aut mutanda esse censeam diligenter adnotaverim. Etenim quum bene sciam, esse inter VV. DD. qui Bekkeri operam paene contemnant, equidem tantum absum ut adsentiam ut persuasum habeam, nisi forte plane nova et meliora subsidia critica fuerint reperta, vix unquam textum Nicomacheorum effectum iri, qui tanto Bekkeri textui praestet quanto Bekkerianus ei antecellit in quo conficiendo et interpretando haud ita multum ante illum Zellius, vir sane nec codicum cognitione nec acumine destitutus, tempus et operam consumsit.

Quae quum dico, profecto haud negaturus sum etiam post Bekkerum permulta reliqua esse quae ex auctoritate librorum MS., dummodo de iis satis constet, rectius et possint et debeant confici. Sed valde dubito, num ex apparatu critico qui imprimis per Bekkerum publici juris factus est res ad prosperum eventum perduci possit. Quod ut credibile sit, pauca de hac re, non nova quidem sed mentione etiam nunc digna, subjiciam.

Notum est Bekkerum praeter nonnullos locos, ad quos sine magno fructu plures codices adhibuit (1116 b 19. 1118 a 32 s. 1124 b 27.29. 1170 a 13), sex libris manu scriptis usum esse. Sed ex his duos (H^a et N^b) ita tantum comparavit ut sibi scilicet aliquo modo de re constaret, non ita ut alii ipsi judicare possent: id quod ex hac tabulâ perspicietur. Enotatur enim:

	H^a	N^b
in Nic. *Α*	saepe........	septies in primâ paginâ, duodecies in toto libro.
in *Β*	nusquam.....	.........saepe.
in *Γ*	semel (1118 a 32)..	........persaepe.
in *Δ*	saepe........	in priore parte nusquam, in altera quadragies.
in *Ε*	in capp. 1—4 satis saepe, dein semel (1132 a 23)	in capp. 1—4 duodecies, dein nunquam.
in *Ζ*	nusquam.....	.........bis.
in *Η*	nusquam.....	........decies.
in *ΘΙ*	semel (1163 a 20)..	....vicies quinquies.
in *Κ*	medio in libro (1175 a 34 —1177 a 30) saepe; in reliquis capp. nusquam.	novies (deest autem in N^b 1174 a 17—1177 b 24).

Quid igitur nos de ll., tam parce comparatis, judicare po-

tuerimus? — nisi quod in Δ quidem et E observatur, plerumque ab utroque eadem exhiberi.

Restant quatuor ll. Bekkeriani. Inter quos codici K^b, quo certe meliorem non novimus, plurimum dandum esse videtur. Itaque commode ad usum fieri censebam ut lectiones ejus non receptas tum proprias tum communes cum aliis libris MS. subscriberem indicaremque si quid in ipso textu videretur unius K^b testimonio commendatum esse. Ita enim uno quasi obtutu oculorum conspicuum esse putabam, et quid huic codici deberetur et quid inde emendationum sperari posset. Qua in re equidem suadeam ne nimia sperentur. Id enim certe inter alia probari potest, librum optimum haud aequali ratione in omnibus Nicomacheorum partibus comparatum esse, in iisdem rebus (velut in usu particularum et articuli) quibusdam in libris insigni cuidam brevitati favere, in aliis secus. Sed nolo in tali re longus esse. Unum id addam, praeter K^b sine dubio ad librum L^b, quippe in quo multa bene et quasi ex aliâ auctoritate tradita sint, maxime animum attendendum esse.

Novâ igitur quaestione his de rebus opus esse videtur, nec recte ac tuto quaeri poterit nisi ll. manu scriptis denuo et accuratius comparatis. Quapropter multis locis Bekkeriana quae probabiliter moveri poterant, si sententiae non viderentur laesae esse, tangere nolui, rem incolumem iis relicturus qui pleniore librorum notitiâ instructi forent.

Nec detrimentum hoc rei gravius esse, sed moram potius puto. Quae enim majora in Ethicis interpolata corrupta conturbata videmus, eo tempore in pejus mutata esse satis constat, cujus ne vestigia quidem tum conspicua fuerunt, quum librarii et interpretes veteres ea scriberent quorum memoria ad nos pervenit. Nec minus certum videtur, si non sit desperandum fore ut aliquando melius perspiciatur quae quondam Aristoteles Ethica et qualia conscripserit, plurima et longe majora ab ingenio et acumine jam exspectanda esse quam ab ope librorum MS.

Scribebam Nonis Septbr. anni 1877.

G. Ramsauer.

ARISTOTELIS
ETHICA NICOMACHEA.

Nic. *Α—Γ*. 8.

Α 1—12.

1 *Πᾶσα τέχνη καὶ πᾶσα μέθοδος, ὁμοίως δὲ πρᾶξίς τε καὶ* 1094 a 1
προαίρεσις, ἀγαθοῦ τινὸς ἐφίεσθαι δοκεῖ. διὸ καλῶς ἀπεφή-

1. *δὲ*] sic K^bL^b, cett. *δὲ καὶ*.

Quae in primo prooemio voluerit exponere, ea Aristoteles ipse diserte enumeravit, quum scriberet 1095a 11 s. *καὶ περὶ μὲν ἀκροατοῦ, καὶ πῶς ἀποδεκτέον, καὶ τί προτιθέμεθα, πεφροιμιάσθω τοσαῦτα*; ita tamen ut quod absolutâ jam disputatione proximum esset primo loco commemoraret, quod in proposito primum fuerat ultimo loco.

Ne igitur ab ipsius verbis temere abscedamus, quaestionem ab initio praemissam dicemus esse *τί προτιθέμεθα* — de quâ agitur

1—b 10. *Quae sunt varia et multiplicia τέλη seu ἀγαθά, hominum studio dum vel agunt vel arti cuidam et scientiae operam dant proposita, ea omnia ita inter se conjuncta sunt, ut tendant ad unum quoddam, quod summum sit, ὃ δι' αὐτὸ βουλόμεθα, τἀγαθόν, τὸ ἄριστον* (— 1094 a 22). *Videndum igitur, hoc quid sit* (*id enim scire facit ad vitam recte instituendam), et unde procuretur* (— 1094 a 26). *Jam vero manifestum est, unam πολιτικὴν et jubere quae omnino discenda sint et in usum suum convertere quae operâ reliquarum πρακτικῶν ἐπιστημῶν praestentur et praescribere universum vivendi modum. Unde patet, τἀνθρώπινον ἀγαθὸν de quo quaeratur esse id, quod ἡ πολιτικὴ propositum habeat* (1094 a 26—b 7). *In tali enim re ita tantum differentia nascitur, utrum ad singulorum hominum vitam spectes an ad rempublicam totasve nationes, ut hoc illo sit praestantius et magis divinum* (1094 b 7—b 10).

Similiter viam sibi parat Aristoteles 1282 b14—16 *ἐπεὶ δ' ἐν πάσαις μὲν ταῖς ἐπιστήμαις καὶ τέχναις ἀγαθὸν τὸ τέλος, μέγιστον δὲ καὶ μάλιστα ἐν τῇ κυριωτάτῃ πασῶν, αὕτη δ' ἐστὶν ἡ πολιτικὴ δύναμις* et quae sequuntur. Neque ab re erit, comparare ipsum Politicorum introitum. Sin libeat te ad ea referre, quae in Magnis Moralibus huic Nicomacheorum loco maxime respondent (dico ea quae 1182 a 29—b 2 vel etiam 1181 a 24—26 leguntur), audies quantum intersit inter verba magistri sua dispensantis interque locutionem ejus qui aliena vestigia premit.

1. 2. *πᾶσα τέχνη καὶ πᾶσα μέθοδος, ὁμοίως δὲ πρᾶξίς τε καὶ προαίρεσις*. Quae hic paullo plenius tria dicuntur (*τέχνη, μέθοδος*, tertium

1094 a 3 ναντο τἀγαθόν, οὗ πάντ' ἐφίεται. διαφορὰ δέ τις φαίνεται τῶν τελῶν· τὰ μὲν γάρ εἰσιν ἐνέργειαι, τὰ δὲ παρ' αὐτὰς ἔργα τινά. ὧν δ' εἰσὶ τέλη τινὰ παρὰ τὰς πράξεις, ἐν τούτοις βελτίω πέφυκε τῶν ἐνεργειῶν τὰ ἔργα. πολλῶν δὲ

---

4. παρ' αὐτὰς] corr. K^b παρὰ ταύτας.

πρᾶξίς τε καὶ προαίρεσις), ea ἀναλαβὼν 1095 a 14 ipse in duo contraxit πᾶσα γνῶσις καὶ προαίρεσις; rursus ἐπανελθὼν 1097 a 16 πρᾶξιν καὶ τέχνην dicit. Quâ in re quomodo recte potuerit fieri ut modo sola πρᾶξις vel sola προαίρεσις commemoraretur, modo utramque conjungere satius videretur, id perspicuum erit iis qui doctrinam tertio praecipue libro Nicomacheorum propositam intellexerint. Quod vero praeter τέχνην etiam μέθοδον dixit, e propriâ hujus loci naturâ factum esse demonstrari potest. Usitata enim est vox ista μέθοδος apud Aristotelem ubicunque aliquod disputandi genus vel aliquam scientiae partem suâ viâ et ratione institutam significaturus est, ut ἡ περὶ φύσεως μέθοδος (644 b 16) sit „Naturwissenschaft", ἡ μέθοδος αὕτη (1410 b 8) in Poëtica ipsam indicet poëticam. Itaque quum h. l. et primi introitus natura et iterata vox „πᾶσα" ad eum verborum sensum legentium animos adducat, qui et ex usu satis notus et maxime generalis sit, μέθοδος juxta τέχνην posita non ita multum abest ab eo quod 1095 a 14 γνῶσις dicitur. Quodsi in mentem venerit, at multas sane μεθόδους nihil aliud propositum habere ἀγαθὸν quam ipsam veritatem (nam τῆς θεωρητικῆς διανοίας τὸ εὖ καὶ κακῶς τἀληθές ἐστι καὶ ψεῦδος 1139 a 27), et quaesiveris quomodo ipsa veritas potuerit in numerum eorum quasi detrudi quae in vita hominum varie appetuntur et ad τἀνθρώπινον ἀγαθὸν referuntur: ad ea animum attendas quae mox 1094 a 28 sq. scripta sunt. Proderat autem disputationis consilio, primo initio nominare etiam scientias, quum opus id, ad quod aggreditur philosophus, et ipsum in eo totum versaretur ut μέθοδος quaedam πολιτική τις οὖσα (1094 b 11) proponeretur. Duplex enim est quod uno sententiarum ordine comprehendit prooemium hoc primum: alterum ut demonstretur esse in vita humana unum aliquod τὸ ἄριστον, quod nisi cognitum sit scientia perfecta esse nequeat; alterum ut doctrinae ejus quam tractaturus est natura et quasi dignitas inter reliquas μεθόδους constet.

3. τἀγαθόν, οὗ πάντ' ἐφίεται. v. imprimis 1172 b 36 s. Sententia enim ista commemoratur hic potius quam flagitatur, neque ita cum iis quae antecedunt conjuncta est, ut qui illa concedat etiam hanc affirmare debeat. Ne igitur particulae διὸ nimium tribuas.

3 sq. διαφορὰ δέ τις φαίνεται τῶν τελῶν ct. Affluunt, ut fit apud Aristotelem, opes. Quae nunc paucis tangit, tendunt ad discrimen quod est praecipue inter τὸ ποιεῖν et inter τὸ πράττειν, vel inter φρόνησιν interque τέχνην. Nolebat hoc jam ab initio praeterire, quum doctrinam de universo βίῳ qui πρᾶξις, οὐ ποίησίς ἐστιν (1254 a 7) adumbraturus esset, quamquam et ipsum non fugeret diversam hanc finium naturam ad hunc sane sententiarum nexum nihil facere: mox enim addit διαφέρει δ' οὐδὲν et quae sequuntur vs 16. 17.

Α 1 πράξεων οὐσῶν καὶ τεχνῶν καὶ ἐπιστημῶν πολλὰ γίνεται καὶ τὰ τέλη· ἰατρικῆς μὲν γὰρ ὑγίεια, ναυπηγικῆς δὲ πλοῖον, στρατηγικῆς δὲ νίκη, οἰκονομικῆς δὲ πλοῦτος. ὅσαι δ' εἰσὶ τῶν τοιούτων ὑπὸ μίαν τινὰ δύναμιν, καθάπερ ὑπὸ τὴν ἱππικὴν χαλινοποιικὴ καὶ ὅσαι ἄλλαι τῶν ἱππικῶν ὀργάνων εἰσίν· αὕτη δὲ καὶ πᾶσα πολεμικὴ πρᾶξις ὑπὸ τὴν στρατηγικήν· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον ἄλλαι ὑφ' ἑτέρας· ἐν ἁπάσαις δὲ τὰ τῶν ἀρχιτεκτονικῶν τέλη πάντων ἐστὶν αἱρετώτερα τῶν ὑπ' αὐτά· τούτων γὰρ χάριν κἀκεῖνα διώκεται. διαφέρει δ' οὐδὲν τὰς ἐνεργείας αὐτὰς εἶναι τὰ τέλη τῶν πράξεων ἢ παρὰ ταύτας ἄλλο τι, καθά- 1094 a 7

---

8. καὶ om. $K^b M^b N^b H^a$pr. 11. χαλινοποιικὴ] Bekk. ex uno L^b ἡ χ.; χαλινοποιητικὴ ll. omnes praeter K^b. 13. τὸν] $K^b M^b$ κατὰ τόν. 15. ὑπ' αὐτά e K^b; cett. ὑφ' αὐτά.

---

7. **πράξεων . . τεχνῶν . . ἐπιστημῶν.** Rursus hic tria sunt ut vs 1. Et duo quidem nomina eadem repetuntur, in locum τῶν μεθόδων successerunt ἐπιστῆμαι; ut jure quodam inde colligas notionem utriusque vocis non valde differre. Modo ne huic rei nimium tribuas, quum in ipso ἐπιστήμης substantivo in iis quae proxime sequuntur propria et stricta vis minus observata sit. Nam quae vs. 18 αἱ λεχθεῖσαι ἐπιστῆμαι vocantur, non possunt non referri etiam ad τὴν στρατηγικήν, imo ad τὴν ἱππικὴν et χαλινοποιικήν (vs. 18 et 11), ut ἐπιστήμην in hisce fines etiam universae γνώσεως excessisse negari non possit.

9. **ὅσαι . . . a 16 διώκεται.** Procedit jam oratio quo tendit. Etenim postquam praecedente sententiâ dictum est, numeri quasi ratione aequalitatem esse inter bona quae appetantur interque artes et studia (ὅσαι δυνάμεις, ut breviter dicam, τοσαῦτα τέλη): nunc pergitur, eandem esse aequalitatem si ad dignitatis gradûs spectes (ὅσῳ κυριωτέρα ἡ δύναμις, τοσούτῳ κυριώτερον τὸ τέλος). Qua in re observabis periodum verborum paullo impeditam esse; nam quod inchoatum erat ὅσαι δ' εἰσὶν ὑπὸ μίαν τινὰ δύναμιν, id et poterat et debebat quodam modo ad finem perduci τούτων τὰ τέλη διώκεται ἕνεκα τοῦ τῆς ἀρχιτεκτονικῆς τέλους. Aristoteles vero dum apodosin incipit ἐν ἁπάσαις, qua voce praeter τὰς ὑπὸ μίαν τινὰ δύναμιν οὔσας etiam ipsas illas δυνάμεις ὑφ' ἃς εἰσι complectitur, non stricte se retulit ad eas quas vs 9 vocavit ὅσας; dumque addit δὲ, ipse significavit quasi, se ad finem properare; δὲ enim et similes particulae in initio apodosis sunt plerumque ejus qui membrorum interpositorum multitudine, ut ita dicam, fatigatus impetu quodam fertur ad finiendam periodum verborum. Id quod h. l. ideo notandum est, quia scriptor aperte in hoc prooemio super modum ipsi solitum diligenter vel potius eleganter disposuit omnia. Recte igitur concludes, ex illius sane judicio talia ne elegantiae quidem orationis officere; non esse ergo, cur interpretes valde cunctentur vel dubitent, si hic illic sermo Aristoteleus non possit intelligi qualis tra-

περ ἐπὶ τῶν λεχθεισῶν ἐπιστημῶν. εἰ δή τι τέλος ἐστὶ τῶν πρακτῶν ὃ δι' αὑτὸ βουλόμεθα, τἆλλα δὲ διὰ τοῦτο, καὶ μὴ πάντα δι' ἕτερον αἱρούμεθα (πρόεισι γὰρ οὕτω γ' εἰς ἄπειρον, ὥστ' εἶναι κενὴν καὶ ματαίαν τὴν ὄρεξιν), δῆλον ὡς τοῦτ' ἂν εἴη τἀγαθὸν, καὶ τὸ ἄριστον. ἆρ' οὖν καὶ πρὸς τὸν βίον ἡ γνῶσις αὐτοῦ μεγάλην ἔχει ῥοπήν, καὶ καθάπερ τοξόται σκοπὸν ἔχοντες, μᾶλλον ἂν τυγχάνοιμεν τοῦ δέοντος; εἰ δ' οὕτω, πειρατέον τύπῳ γε περιλαβεῖν αὐτὸ τί ποτ' ἐστὶ καὶ τίνος τῶν ἐπιστημῶν ἢ δυνάμεων. δόξειε δ' ἂν τῆς κυριωτάτης καὶ μάλιστα ἀρχιτεκτονικῆς. τοιαύτη δ' ἡ πολιτικὴ φαίνεται. τίνας γὰρ εἶναι χρεὼν τῶν ἐπιστημῶν ἐν ταῖς πό-

---

ditus est, nisi structura verborum a rectâ quasi lineâ aut deflexa aut aberrans agnoscatur.

18—22. *εἰ δή τι τέλος ἐστὶ τῶν πρακτῶν ὃ δι' αὑτὸ βουλόμεθα* ct. Postquam multitudinem earum rerum, quae omnino appetuntur, auctoritate *τῶν ἀρχιτεκτονικῶν* in aliquem ordinem redegit (quae enim *ἄλλων χάριν διώκεται* vs 16 non jam vere dici possunt *τέλη*): nunc eo progreditur ut unum quoddam constituat cui cetera omnia subjecta sint. Qua in re quum provocet ad suam illam legem vetantem cogitando usquam declinare in viam *ἣ πρόεισιν εἰς ἄπειρον*, id sane effecit, ut appareat erraturos esse qui statuere velint omnia ita comparata esse ut semper aliud propter aliud appetatur, vel eos qui rem ita dirimant, ut nihil sit quod ipsum per se sit appetendum. Alteram vero opinionem, quae se illuc vertat, ut esse quidem talia dicat, non unum tamen illud, sed plura, h. l. certe plane neglexit. V. 1097 a 23: *εἰ δὲ πλείω, ταῦτα.*

25. *τύπῳ γε περιλαβεῖν αὐτὸ τί ποτ' ἐστὶ καὶ τίνος τῶν ἐπιστημῶν ἢ δυνάμεων.* Quod in hisce secundo loco proponitur (*καὶ τίνος ἐστίν*), id in iis quae sequuntur prius vel solum explicatur; nam quae b 6. 7 leguntur *τὸ τῆς πολιτικῆς τέλος εἴη ἂν τἀνθρώπινον ἀγαθόν* quaestionem illam *τί ποτ' ἐστὶν* non magis solvunt, quam quae jam ante constabant vs 22 *τἀγαθὸν καὶ τὸ ἄριστον.* Ad ipsam rem sequenti demum capite accedit disputatio (1095 a 15 sq.), quam recte dixeris hic primo indicatam esse; et addideris, loquendi genus *τύπῳ περιλαβεῖν* quod minus quadret ad alterum „*τίνος τῶν ἐπιστημῶν*" ideo videri electum esse, quia in secunda hujus capitis parte (inde a vs b 11) hoc ipsum demonstraturus erat sufficientem et idoneam esse docendi rationem si in ethicis unaquaeque *τύπῳ* dicantur.

28. *τίνας γὰρ εἶναι χρεὼν* — b 5 *καὶ τίνων ἀπέχεσθαι.* Tripartita sunt quae hic penes politicam esse dicuntur, ut tria erant primo initio quae omnino dicebantur *ἀγαθοῦ τινὸς ἐφίεσθαι* (vs 1 sq.). In explicando singula verba diligenter observa; nihil enim in tanta brevitate dicturus erat scriptor, si in tali re quidquam addebat quod non necessarium erat vel vocibus utebatur quibus diversa commiscebantur. Quod si tenueris, non dices in prima sententia (*τίνας γὰρ εἶναι χρεὼν τῶν ἐπιστημῶν . . . . αὕτη διατάσσει* a 28—b 2) *τὴν τῶν νέων παιδείαν*

Α 1 λεσι, καὶ ποίας ἑκάστους μανθάνειν καὶ μέχρι τίνος, αὕτη 1094 b 1
διατάσσει. ὁρῶμεν δὲ καὶ τὰς ἐντιμοτάτας τῶν δυνάμεων ὑπὸ ταύτην οὔσας, οἷον στρατηγικὴν οἰκονομικὴν ῥητορικήν. χρωμένης δὲ ταύτης ταῖς λοιπαῖς πρακτικαῖς τῶν ἐπιστημῶν, ἔτι δὲ νομοθετούσης τί δεῖ πράττειν καὶ τίνων ἀπέχεσθαι, τὸ ταύτης τέλος περιέχοι ἂν τὰ τῶν ἄλλων, ὥστε τοῦτ' ἂν εἴη τἀνθρώπινον ἀγαθόν. εἰ γὰρ καὶ ταὐτόν ἐστιν ἑνὶ

---

4. λοιπαῖς om. K^b

---

totam significari vel scholas publicas, quae ab auctoritate politicae illius pendere debeant, nec τὰς ἐπιστήμας a 28 easdem esse quae b 4 dicantur αἱ πρακτικαὶ τῶν ἐπιστημῶν. Imo de universis civibus et singulis et omnibus sermo est, et de omnibus rebus quae discendo neque alio modo hominibus acquiruntur, ita ut ipsa quoque philosophia et unaquaeque μέθοδος θεωρητικὴ inclusa sit. Sin mireris, scientias omnes et literas ita subjici politicis, ne te fugiat auctoritatem quam in talibus rebus habeat ἡ πολιτικὴ descriptam esse verbo διατάσσει (b 2) et huc referas quae in extremo libro sexto dicta sunt de φρονήσει: οὐδὲ κυρία ἐστὶ τῆς σοφίας . . . οὐ γὰρ χρῆται αὐτῇ, ἀλλ' ὁρᾷ ὅπως γένηται· ἐκείνης οὖν ἕνεκα ἐπιτάττει, ἀλλ' οὐκ ἐκείνῃ (1145 a 6—9). Quae vero in secunda harum sententiarum dicuntur ἐντιμόταται τῶν δυνάμεων, mox vs 4 eaedem αἱ πρακτικαὶ τῶν ἐπιστημῶν: illae quidem ὑπὸ τὴν πολιτικήν εἰσιν ut sit politica κυρία αὐτῶν; utitur enim operâ earum, ut sibi suppeditent quod ipsa praescripserit. Tertium denique, quod sermone paullo immutato non verbi finiti honorem adeptum sed in participium quasi relegatum est (ἔτι δὲ νομοθετούσης . . . ἀπέχεσθαι b 5), rursus alio modo sub imperio politicae est ac famulae istae artes vel scientiae.

6. τὸ ταύτης τέλος περιέχοι ἂν τὰ τῶν ἄλλων. Prudenter noluit plus dicere quam περιέχει, suis finibus includit. Τὰ τῶν ἄλλων vero recte interpreteris ad primum respiciens prooemium πασῶν τεχνῶν καὶ πασῶν μεθόδων, ὁμοίως δὲ πράξεών τε καὶ προαιρέσεων τὰ τέλη.

7. εἰ γὰρ καὶ ταὐτόν ἐστιν ἑνὶ καὶ πόλει sc. τἀνθρώπινον ἀγαθόν: de hoc enim postulari doctrinam, hoc esse ὃ προτιθέμεθα, efficiunt quaecunque hucusque disputata sunt. Inest autem in his εἰ γὰρ καὶ ct. quaedam excusandi vis: non enim latet scriptorem, libros quos nunc incipiat singulorum potius vitam spectare quam civitatem recte instituendam, prooemium vero quum a 26—b 6 politicam laudibus efferat non curare singulos ipsos. Qua in re nihil esset quod mirareris si omnia quae dicta sunt facili negotio transferri quasi possent ab ea cura qua summo civitatis bono providetur ad alteram illam, qua sibi quisque consulit recte. Si ἡ πολιτική, dixeris, διατάσσει τίνας εἶναι χρεὼν τῶν ἐπιστημῶν ἐν ταῖς πόλεσιν, plane eodem modo ἡ φρόνησις (haec enim pro singulis facit quod ἡ πολιτικὴ pro cunctis v. 1141 b 23 sqq.) διατάσσει quibus literis et quousque illis operam dare debeamus; si ἡ πολιτικὴ νομοθετεῖ τί δεῖ πράττειν καὶ τίνων ἀπέχεσθαι, ne

1094 b 8 *καὶ πόλει, μεῖζόν γε καὶ τελεώτερον τὸ τῆς πόλεως φαίνεται καὶ λαβεῖν καὶ σώζειν· ἀγαπητὸν μὲν γὰρ καὶ ἑνὶ μόνῳ, κάλλιον δὲ καὶ θειότερον ἔθνει καὶ πόλεσιν. — ἡ μὲν οὖν μέθοδος τούτων ἐφίεται, πολιτική τις οὖσα, λέγοιτο δ' ἂν ἱκανῶς, εἰ κατὰ τὴν ὑποκειμένην ὕλην διασαφηθείη. τὶ γὰρ*

---

8. *γε*] K^bM^b *τε*. *τελεώτερον*] $K^bH^aM^b$ *τελειότερον*. 9. *γὰρ* om. K^b.

---

verbo quidem mutato idem *φρονήσεως* est. At haereas in tertio illo quod politica quidem sub se habere dicta est *τὰς ἐντιμοτάτας τῶν δυνάμεων* (*στρατηγικήν, ῥητορικήν*) et uti ministerio illarum; hoc enim eodem sane sensu ad singulorum vitam non videtur quadrare. Itaque quum ista potissimum via fuerit, qua perventum est ad inveniendam politicae naturam et dignitatem, aliquantum sententiarum nexus laxatur si forte summa disputationis ad id tendat quod *ἀγαπητὸν* certe esse vs 9 conceditur.

Absolutâ primâ quaestione pervenit Aristoteles ad alteram quam 1095 a 12 in eo versari ipse dicit *πῶς ἀποδεκτέον*; qua voce quid indicaturus fuerit, facile intelliges si usum verbi *ἀποδέχεσθαι* ante oculos habueris qualis est 1094 b 23 et 26. Nostro verum more loquentes diceremus nunc agi de rectâ docendi „methodo" si vel politica vel ethica tractanda sint.

10—27. *Ut in omnibus rebus e materia, quam sub manibus habeas, aptus est modus ac ratio qua in illâ elabores: sic naturâ earum rerum, de quibus nunc disputandum est, monemur ne in hac doctrina plus vel aliud efficere velimus quam aequum est. Etenim quae justa ac honesta vel omnino bona sunt, non tam certis finibus circumscripta sunt ut semper et ubique idem valeant; ergo et is qui docere voluerit et is qui se erudiendum praebeat rite opus absolutum esse judicent, dummodo quid plerumque in his rebus verum sit recte sit adumbratum.*

10 s. *ἡ μὲν οὖν μέθοδος τούτων ἐφίεται*: vides quam bene scriptor memor sit, unde sit profectus — *πᾶσα μέθοδος . . . ἀγαθοῦ τινὸς ἐφίεσθαι δοκεῖ* a 1.

11. *πολιτική τις οὖσα*. Non dubito quin *τις* adjectum sit propter eas cogitationes quas ad b 7 attigimus. *Τὶς* enim aperte ejus est qui aut plures ait esse *πολιτικὰς μεθόδους* aut innuit nomen *πολιτικῆς* hic pleno ac proprio vel usitato sensu locum minus habere. Neque vero in iis quae adhuc dicta sunt praeter illa verba b 7—10 ulla est vox quae ad alterum utrum tendat, neque est in proximis; nam et b 15 et 1095 a 15 rursus est *ἡ πολιτικὴ* simpliciter dicta.

12. *κατὰ τὴν ὑποκειμένην ὕλην*. Materia operi subjecta (seu est *ὕλη αἰσθητή, ὥσπερ ἐν τοῖς δημιουργουμένοις* b 14, seu *ὕλη νοητή*, ut *ἐν τοῖς λόγοις* b 13) et ipsa habet quo cogat eum qui formare illam velit. Imo etiam ita potest comparata esse, ut omnino opus nequeat fieri. Quemadmodum enim *πρίων οὐκ ἂν γένοιτο ἐκ ξύλου* (1044 a 28), ita *περὶ τὸ συμβεβηκὸς* vel *περὶ τὰ κατὰ τύχην μόνη πραγματεύεται ἡ σοφιστικὴ* (1064 b 28, Metaph. *K*, 8), in qua quidem nulla est veri cognitio.

Α 1 ἀκριβὲς οὐχ ὁμοίως ἐν ἅπασι τοῖς λόγοις ἐπιζητητέον, ὥσπερ 1094 b 13 οὐδ' ἐν τοῖς δημιουργουμένοις. τὰ δὲ καλὰ καὶ τὰ δίκαια, περὶ ὧν ἡ πολιτικὴ σκοπεῖται, τοσαύτην ἔχει διαφορὰν καὶ πλάνην ὥστε δοκεῖν νόμῳ μόνον εἶναι, φύσει δὲ μή. τοιαύτην δέ τινα πλάνην ἔχει καὶ τἀγαθὰ διὰ τὸ πολλοῖς συμβαίνειν βλάβας ἀπ' αὐτῶν· ἤδη γάρ τινες ἀπώλοντο διὰ πλοῦτον, ἕτεροι δὲ δι' ἀνδρείαν. ἀγαπητὸν οὖν περὶ τοιούτων καὶ ἐκ τοιούτων λεγόντας παχυλῶς καὶ τύπῳ τἀληθὲς ἐνδείκνυσθαι, καὶ περὶ τῶν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ καὶ ἐκ τοιούτων

---

17. *τινα πλάνην ἔχει*] K^b pr. *τινα πολλὴν ἔχει διαφορὰν καὶ πλάνην ὥστε δοκεῖν ἔχειν*; K^brc *τινα τὴν πλάνην ἔχει.*

---

14. *τὰ καλὰ καὶ τὰ δίκαια* politicae esse quodammodo jam ante demonstravit, quum b 5 scriberet . . . *νομοθετούσης τί δεῖ πράττειν καὶ τίνων ἀπέχεσθαι*; rectius vero dicendus est sumsisse hoc quod apud omnes constaret. Quod autem pergit „*τοσαύτην ἔχει διαφορὰν καὶ πλάνην*", id duplicem habet causam: alteram quia *τὰ πρακτὰ* sunt *τῶν καθ' ἕκαστον*, singula autem ista in ea varietate sunt ut legem certam et definitionem videantur spernere; alteram quia homines et populi alii de eadem re aliter judicant, ut idem apud hos honestum, apud illos turpe sit. Utrumque apud Aristotelem multum valet, ut saepius huc recurrat disputatio, sed verba quibus h. l. usus est *ὥστε δοκεῖν νόμῳ μόνον εἶναι* ad id potius spectant quod posteriore loco memoravimus. Ceterum vix opus erit monere illud *δοκεῖν* non ipsius esse opinionem, sed alienam velut sophisticam in Platonis Protagora.

16. *τοιαύτην δέ τινα πλάνην ἔχει καὶ τἀγαθά*: quae bona sunt, *ὑποκειμένην ὕλην* esse in politica, satis evictum est, quippe quae *τἀγαθὸν καὶ τὸ ἄριστον* ita assequatur, ut reliqua studia omnia eorumque *τέλη* assumat ac disponat. Haec vero *ἀγαθά*, quoniam diversa sunto ab iis quae pulchra et justa sunt, et ita comparata ut passim etiam obnoxia sint, accuratius dices voce Aristoteleâ ea esse *ἃ ἁπλῶς μέν ἐστιν ἀγαθά, τινὶ δ' οὐκ ἀεί* (cf. 1129 b 3).

19. *ἕτεροι δὲ δι' ἀνδρείαν* sc. *ἀπώλοντο*. Quid hoc mirum? An ideo in fortitudinis laudem *πλάνη* quaedam vel *διαφορὰ* inferetur? Supplendam fortasse conjicies sententiam esse ut cogitatione addatur „quum tamen nullo officio neglecto vita potuisset servari". Sed nihil efficies quod sanum sit. Apparebit pluribus locis, Aristotelem nonnunquam admisisse aestimationem aliquam qua exigua honestatis laus prae magno incommodo de loco suo amovetur, quasi res tam diversae ad unam mensuram componi possint.

21. *περὶ τῶν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ καὶ ἐκ τοιούτων*. Quaecunque sunt et cognoscuntur in tria genera dividit Aristoteles velut 196 b 10 s. *τὰ ἀεὶ ὡσαύτως ὄντα καὶ ἐξ ἀνάγκης, τὰ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, τὰ κατὰ συμβεβηκὸς καὶ ὅπως ἔτυχεν*. Eorum solum quae in priora duo genera cadunt omnino *ἐπιστήμη* est (1065 a 4), sin accuratius loquaris (ut fit

1094 b 22 λέγοντας τοιαῦτα καὶ συμπεραίνεσθαι. — τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον A 1 §
καὶ ἀποδέχεσθαι χρεὼν ἕκαστον τῶν λεγομένων· πεπαιδευμένου γάρ ἐστιν ἐπὶ τοσοῦτον τἀκριβὲς ἐπιζητεῖν καθ' ἕκαστον
25 γένος, ἐφ' ὅσον ἡ τοῦ πράγματος φύσις ἐπιδέχεται· παραπλήσιον γὰρ φαίνεται μαθηματικοῦ τε πιθανολογοῦντος ἀποδέχεσθαι καὶ ῥητορικὸν ἀποδείξεις ἀπαιτεῖν. ἕκαστος δὲ κρίνει καλῶς ἃ γινώσκει, καὶ τούτων ἐστὶν ἀγαθὸς κριτής. καθ'
1095 a 1 ἕκαστον ἄρα ὁ πεπαιδευμένος, ἁπλῶς δ' ὁ περὶ πᾶν πεπαιδευμένος. διὸ τῆς πολιτικῆς οὐκ ἔστιν οἰκεῖος ἀκροατὴς ὁ νέος· ἄπειρος γὰρ τῶν κατὰ τὸν βίον πράξεων, οἱ λόγοι δ' ἐκ

---

22. δὲ] K^{b}L^{b}M^b δή. 23. ἕκαστον] K^{b}M^b ἕκαστα.
1. ἄρα] K^{b}pr., H^{a}rc, M^b μὲν ἄρα.

1139 b 22 s.) solius primi generis ἐπιστήμη est proprie dicta et ἀπόδειξις. Inter τὰ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ quae eadem ἐνδέχεται ἄλλως ἔχειν sunt res naturales (sunt enim quae παρὰ φύσιν fiunt) nec minus ethica omnia; et haec quidem non ob eam causam quia passim homines peccant — sic enim vix relinqueretur quod esset ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ —, sed ideo quod recte judicantes non habemus regulam vel legem, quae ad singula omnia conveniat. — Duplicem praepositionem περὶ et ἐκ b 19 et 21 hic notare satis erit; recurrit mox 1095 a 3. 4.

27—1095 a 11: περὶ ἀκροατοῦ. *Ab ipsa re, de qua agendum est, non solum disputationis genus aptum est, sed etiam quosnam homines advocet magister ut audiant et judicent. Eruditione enim quadam non minus ad id opus est, ut in quaque re recte sentias quid docearis, quam ad illud* (v. 1094 b 23 sq.), *ne perverse flagites rationem docendi qualem quidem res ipsa non ferat. In politica vero, quippe quae ad vitam conformandam spectet, eruditio, qua opus est, vitae est peritia. Itaque pueri et adolescentes non sunt idonei qui ad hanc doctrinam adhibeantur. Accedit alterum. Etenim quum haec disciplina ad usum vitae tendat, non habet locum apud eos, qui animi affectibus gubernantur, non mente. Tales autem sunt pueri et qui in puerorum morem vitam degunt.*

1. καθ' ἕκαστον ἄρα ὁ πεπαιδευμένος sc. ἀγαθὸς κριτής ἐστιν. Ἄρα particula docet, eundem esse τὸν πεπαιδευμένον et τὸν γινώσκοντα. Ad ipsam sententiam libet tres conferre locos: e Politicis 1282 a 5 ἀποδίδομεν δὲ τὸ κρίνειν οὐδὲν ἧττον τοῖς πεπαιδευμένοις ἢ τοῖς εἰδόσιν; e Rhetoricis 1384 a 33 φροντίζουσι δ' ὡς ἀληθευόντων τῶν φρονίμων (ὥστε αἰσχύνεσθαι αὐτοὺς sc.), τοιοῦτοι δ' οἵ τε πρεσβύτεροι καὶ οἱ πεπαιδευμένοι; ex Eudemiis 1217 a 8 ἀπαιδευσίας γάρ ἐστι περὶ ἕκαστον πρᾶγμα τὸ μὴ δύνασθαι κρίνειν τούς τε οἰκείους λόγους τοῦ πράγματος καὶ τοὺς ἀλλοτρίους. In ethicis autem recte dixeris duplex esse ἀπαιδευσίας genus: neque enim τὸ πεπαιδεῦσθαι esse potest ubi peritia rerum nulla est, et illud quod 1179 b 24 dicit τὸ προδιειργάσθαι τοῖς ἔθεσι τὴν τοῦ ἀκροατοῦ ψυχὴν πρὸς τὸ καλῶς χαίρειν καὶ μισεῖν

Α 1 τούτων καὶ περὶ τούτων. ἔτι δὲ τοῖς πάθεσιν ἀκολουθητικὸς ὢν 1095 a 4 ματαίως ἀκούσεται καὶ ἀνωφελῶς, ἐπειδὴ τὸ τέλος ἐστὶν οὐ γνῶσις, ἀλλὰ πρᾶξις. διαφέρει δ' οὐδὲν νέος τὴν ἡλικίαν ἢ τὸ ἦθος νεαρός· οὐ γὰρ παρὰ τὸν χρόνον ἡ ἔλλειψις, ἀλλὰ διὰ τὸ κατὰ πάθος ζῆν καὶ διώκειν ἕκαστα. τοῖς γὰρ τοιούτοις ἀνόνητος ἡ γνῶσις γίνεται, καθάπερ τοῖς ἀκρατέσιν· τοῖς δὲ κατὰ λόγον τὰς ὀρέξεις ποιουμένοις καὶ πράττουσι
5 πολυωφελὲς ἂν εἴη τὸ περὶ τούτων εἰδέναι. — καὶ περὶ μὲν

---

5. ἀκούσεται] K^b pr ἀκούεται.

---

et ipsum παιδείας est. Itaque quod vs 4 sqq. ut novum adjungitur (ἔτι) haud sane alienum est ab iis, ad quae verbis antecedentibus vs 1 cogitatio evocabatur.

3. ἄπειρος (ὁ νέος) τῶν κατὰ τὸν βίον πράξεων: et propter hanc causam nec φρόνιμος est, ut 1142 a 11—16 enarratur. Sin velis nominibus e libro sexto jam hic accurate uti, dices τὴν φρόνησιν in iis potius quae inde a voce ἔτι vs 4 legantur a pueris abjudicari, hic vero τὴν σύνεσιν; συνέσεως enim est judicare recte de sententia vel doctrina aliorum iis in rebus quae a prudentia bene procurantur (1143 a 12—15).

4. τοῖς πάθεσιν ἀκολουθητικὸς (ὁ νέος)· ζῇ γὰρ κατὰ πάθος (vs 8). Hoc „ζῆν κατὰ πάθος" vel „ζῆν τῷ πάθει" satis usitatum est de juventute, velut 1128 b 17. 1156 a 32; sed idem non minus proprium est τῶν πολλῶν 1179 b 13. 27. Πάθη ista varia sunt (ut 1369 a 9 οἱ νέοι dicuntur ὀργίλοι καὶ ἐπιθυμητικοὶ esse); maxime vero metuenda ἐπιθυμία quae est voluptatis; nam διὰ τὴν ἡλικίαν ἀνήδυντον οὐδὲν ὑπομένουσιν ἑκόντες 1340 b 15, ut etiam simpliciter dicantur κατ' ἐπιθυμίαν ζῆν 1119 b 5 vel „οἱ νέοι τὰ ἤθη εἰσὶν ἐπιθυμητικοὶ καὶ οἷοι ποιεῖν ὧν ἂν ἐπιθυμήσωσιν" 1389 a 3. Ad eos autem, qui ita comparati sunt, accedere docentem, quomodo vita instituenda sit, opera perdita est: ὅλως γὰρ οὐ δοκεῖ λόγῳ ὑπείκειν τὸ πάθος ἀλλὰ βίᾳ 1179 b 28. Aut igitur non ita audient, ut intelligant (οὐ γὰρ ἂν ἀκούσειε λόγου ἀποτρέποντος οὐδ' αὖ συνείη ὁ κατὰ πάθος ζῶν l. l. 26); aut intelligent quidem et mente suâ approbabunt, sed affectuum potestate devicti pergent vivere quemadmodum fuerant soliti, καθάπερ οἱ ἀκρατεῖς (vs 9).

10. 11. Quod initio dictum erat „ἆρ' οὖν καὶ πρὸς τὸν βίον ἡ γνῶσις αὐτοῦ μεγάλην ἔχει ῥοπήν" (1094 a 22), id nunc re accuratius perpensâ intra arctiores fines confirmatur; pro diversitate enim hominum aut nullius est momenti aut verissimum.

11. καὶ περὶ μὲν ἀκροατοῦ ... a 13 τοσαῦτα. Haec clausula disputationis vere Aristotelea; qua quantum legentes et interpretantes adjuvemur satis jam significavimus. De loco, quo sit locanda, utrum adscribenda ad extremam orationis partem quae absolvitur, an ad primam eam disputationem ad quam transitus paratur, differunt sententiae: illud Bekkero placebat in majore editione, hoc in minore. Quae dissensio, simili modo saepius recurrens, levior quidem videtur; sin nostro more distinguere velimus verba scripta ut oculi cernant quasi

1095 a 12 *ἀκροατοῦ, καὶ πῶς ἀποδεκτέον, καὶ τί προτιθέμεθα, πεφροιμιάσθω τοσαῦτα.*

λέγωμεν δ' ἀναλαβόντες, ἐπειδὴ πᾶσα γνῶσις καὶ

---

12. *πεφροιμιάσθω τοσαῦτα*] K[b] *προοιμιάσθω ταῦτα.*

---

simulacrum aliquod eorum, quae mens distincte cogitat, malim minoris Bokkeri editionis exemplum sequi; id quod h. l. particulae *μὲν* ... *δὲ* vs 11 et 14, prohibentes intervallum inter utramque sententiam, suadent. Revera autem, in his rebus discrimen percipitur inter scriptores atque lectores veteres interque nos; quis enim nostrum majus opus finiret ut ipsa Nicomachea finita sunt verbis *λέγωμεν οὖν ἀρξάμενοι* (1181 b 23)?

Inde a 1095 a 14 jam pergit scriptor ad ipsam rem, de qua est disputaturus, insistens iis quae prima prooemii parte inventa sunt. Postquam enim 1094 b 6 sqq. ratum fecit, in politica illa quam propositam habeat agi de eo quod omnium bonorum summum sit vel *τἀνθρώπινον ἀγαθόν*, procedit nunc ad quaestionem *τί τἀγαθόν*; Qua in re ita versatur ut capitibus 2—4 (1095 a 14—1497 a 14) viam sibi paret dialectice. Enarrat aliorum sententias; qui videantur a vero non procul abesse, quoniam beatitudinem appellant, eorum sententiam non deceptus nominis similitudine ita indagat ut aut erroris eos convincat aut ita sane rem nondum liquere significet; Platonicam vero opinionem de bono, quippe quam omnino a rectâ judicandi viâ et ab usu vitae alienam censeat esse, pluribus refutat ne in posterum possit progredientem impedire. — Quibus absolutis cap. 5 (1097 a 15—b 21) revertitur ad eam summi boni descriptionem quae jam primo aspectu arridebat ipsi: nunc enim ab iis fundamentis quae in prooemio condidit profectus *τὴν εὐδαιμονίαν* comprobat notione suâ omnia complecti quae in bono quod omnium summum esse debeat quaeri possint. Restat igitur ut caveatur ne sub nomine recto cogitetur rursus quod nomine illo indignum sit. Quapropter proximum est ut plene exponatur quid sit *ἡ εὐδαιμονία* et quale. Et hanc quidem rem, in totâ horum librorum doctrinâ fere principalem, capp. 6—12 (1097 b 22—1102 a 4) rite absolvit.

Breviter dixeris, agi in his capitibus de summo bono vitae (*τί τἀγαθόν;*), ad quod prooemio cogitatio adducta est; recenseri opiniones aliorum cap. 2; evinci illas quidem vel falsas vel novâ doctrinâ illustrandas esse capp. 3 et 4; at notas quae sint summi boni propriae revera reperiri in beatitudine cap. 5; itaque quaestionem *τί τἀγαθόν* perfici institutâ alterâ quaestione *τί ἡ εὐδαιμονία* capp. 6—12.

1095 a 14—28. *Quum jam constet quo spectet tota disputatio, primum audiendi sunt homines quidnam dicant esse bonum illud. Qua in re ab alterâ parte stat consensus quidam plurimorum, ab alterâ diversa nonnullorum sententia; plerique enim nomen unum appellant τὴν εὐδαιμονίαν, rem autem quam voce illa dicunt percipere sibi videntur in hoc vel illo singulari bono — in opibus, honore, voluptate vel in eo quod ipsi maxime desiderant, sin viri docti sint in re minus humili —; nonnulli vero prorsus aliam viam ingressi nolunt quidquam admirari quod*

Α 2 προαίρεσις ἀγαθοῦ τινὸς ὀρέγεται, τί ἐστιν οὗ λέγομεν τὴν πολιτικὴν ἐφίεσθαι καὶ τί τὸ πάντων ἀκρότατον τῶν πρακτῶν ἀγαθῶν. ὀνόματι μὲν οὖν σχεδὸν ὑπὸ τῶν πλείστων ὁμολογεῖται· τὴν γὰρ εὐδαιμονίαν καὶ οἱ πολλοὶ καὶ οἱ χαρίεντες λέγουσι, τὸ δὲ εὖ ζῆν καὶ τὸ εὖ πράττειν ταὐτὸν ὑπολαμβάνουσι τῷ εὐδαιμονεῖν. περὶ δὲ τῆς εὐδαιμονίας, τίς ἐστιν, ἀμφισβητοῦσι καὶ οὐχ ὁμοίως οἱ πολλοὶ τοῖς σοφοῖς ἀποδιδόασιν. οἱ μὲν γὰρ τῶν ἐναργῶν τι καὶ φανερῶν, οἷον ἡδονὴν ἢ πλοῦτον ἢ τιμήν, ἄλλοι δ' ἄλλο, πολλάκις δὲ καὶ ὁ αὐτὸς ἕτερον· νοσήσας μὲν γὰρ ὑγίειαν, πενόμενος δὲ πλοῦτον· συνειδότες δ' ἑαυτοῖς ἄγνοιαν τοὺς μέγα τι καὶ ὑπὲρ αὐτοὺς λέγοντας θαυμάζουσιν. ἔνιοι δ' ᾤοντο παρὰ τὰ

---

variis istis et multiplicibus bonis adnumeratur, quum putent ascendendum esse ad unum aliquod quod solum per se sit ipsum bonum.

15 s. *τί ἐστιν οὗ λέγομεν τὴν πολιτικὴν ἐφίεσθαι* sc. *ἀρχιτεκτονικὴν οὖσαν καὶ κυρίαν πασῶν γνώσεων καὶ προαιρέσεων*. Altera quae sequitur quaestio *καὶ τί τὸ πάντων ἀκρότατον τῶν πρακτῶν ἀγαθῶν* plane ad eandem rem pertinet: uno responso utraque absolvitur. At in prooemio quoque, ut ad 1094 a 1. 2 extr. adnotavimus, unus erat sententiarum ordo, duplici viâ incedens. — Quod dicit *ἀκρότατον τῶν πρακτῶν ἀγαθῶν* bene congruit cum iis, quae adhuc disputata sunt; sin reputes, sermonem hinc proficisci ut mox inquiratur in Platonicorum *αὐταγαθόν*, interroges forsitan: an horum aliquis ideam boni inter *τὰ πρακτὰ* principatum habere docuit? Vide infra 1096 b 31—35.

18. *οἱ χαρίεντες*, paullo aliter dicti ac b 22, aperte iidem sunt qui vs 21 *οἱ σοφοὶ* vocantur. Utrique a parte *τῶν πλείστων* vs 17 stant.

19. *τὸ δ' εὖ ζῆν καὶ τὸ εὖ πράττειν ταὐτὸν . . . τῷ εὐδαιμονεῖν*: est igitur apud eos *ἡ εὐδαιμονία* quod bonam vitam vel summum vitae bonum secum fert et *πρακτὸν ἀγαθόν*.

22. *οἱ μὲν* i. e. *οἱ πολλοί*; de iisdem et sequentia usque ad vs 25; tenor enim verborum vetat cogitare, voce *ἄλλοι δὲ* vs 23 transitum fieri ad *τοὺς σοφούς*. Imo quid *οἱ σοφοὶ* sive *οἱ χαρίεντες* sentiant beatitatem esse, in hac opinionum recensione omnino dictum non est nisi vs 25: esse *μέγα τι καὶ ὑπὲρ τοὺς πολλούς*. At cap. 3 (1095 b 19) dictum est dum *τρίτος* commemoratur *ὁ θεωρητικός*, vel cap. 8 (1098 b 23): *τοῖς μὲν ἀρετή, τοῖς δὲ φρόνησις, ἄλλοις δὲ σοφία τις εἶναι δοκεῖ.* Neque erat necessarium singula quaeque jam hic enumerari.

25. *συνειδότες δ' ἑαυτοῖς ἄγνοιαν*: quam quidem conscientiam hominibus vulgo inde maxime nascituram esse probabile est, si ipsi sentiant, se de eâdem re diversis temporibus diverse judicasse (vs 23 s.).

26. *ὑπὲρ αὐτοὺς λεγόμενον* est id quod super captum eorum est, ut 723 a 22 *λίαν ἐστὶν ὑπὲρ ἡμᾶς τὸ λεγόμενον*. Magis usitatum est *ὑπὲρ* c. acc. de iis rebus quae alicui pro imbecillitate voluntatis vel pro inconstantiâ qua est difficiliores sunt. V. 1115 b 8.

26 sq. *ἔνιοι δὲ* sine dubio sunt qui Platonem sequuntur. Si ad

1095a 27 πολλὰ ταῦτα ἀγαθὰ ἄλλο τι καθ' αὑτὸ εἶναι, ὃ καὶ τοῖσδε πᾶσιν αἴτιόν ἐστι τοῦ εἶναι ἀγαθά. ἁπάσας μὲν οὖν ἐξετάζειν τὰς δόξας ματαιότερον ἴσως ἐστίν, ἱκανὸν δὲ τὰς μάλιστα ἐπιπολαζούσας ἢ δοκούσας ἔχειν τινὰ λόγον. μὴ λανθανέτω δ' A 2 §

---

27. 28. τοῖσδε — ἀγαθά] $K^b M^b$ τούτοις πᾶσι τοῦ εἶναι ἀγαθὰ αἴτιόν ἐστιν.

---

rem spectes, certo oppositi sunt τοῖς πλείστοις vs 17; hi enim inter omnes qui enumerantur vel homines vulgi vel viros doctos soli τὴν εὐδαιμονίαν non appellant, sed simulac summum aliquod bonum audiverunt, incipiunt de ideis verba facere. Ceterum si velis in verbis quibus hic Aristoteles sententiam Platonis describit certa vestigia habere, ne intelligas ταῦτα vs 27 de iis quae modo commemorata sunt, sed ex usu Platonico de rebus ad hanc terrestrem naturam pertinentibus; neu εἶναι vs 27 credas esse quam grammatici copulam vocant, sed vertas „per se exsistere". Quod si neglexeris, poterunt verba hic scripta etiam de illo quod Aristoteli δι' αὑτὸ αἱρετόν ἐστι καὶ οὐδέποτε δι' ἄλλο recte dici.

Postquam perhibuit quaenam potissimum opiniones de bono apud ceteros inveniantur, duo interponit de suo. Alterum (ἁπάσας μὲν οὖν .... τινὰ λόγον vs 28—30) eo spectat ut intellegatur et cur jam in recensendis aliorum sententiis sibi satisfecerit et cur quod necessario sequebatur de litigantibus istis judicium cap. 3. 4 neglectis nonnullis circumscripturus sit arctioribus quibusdam finibus. Alterum (quae leguntur vs 30 — b 13) παρέκβασιν quidem ipse b 14 vocavit, sed apertum est, nisi id quoque faciat ad eam rem in qua nunc mediâ versatur, mirandum esse unde sermo tam diligenter dispositus talem susceperit labem.

28 sq. ἁπάσας ἐξετάζειν τὰς δόξας ματαιότερον: ut 1214 b 28 πάσας τὰς δόξας ἐπισκοπεῖν .... περίεργον. Cf. 1145 b 2 sq., ubi legitimum esse censet δεικνύναι μάλιστα μὲν πάντα τὰ ἔνδοξα, εἰ δὲ μή, τὰ πλεῖστα καὶ κυριώτατα; at differunt δόξαι et ἔνδοξα. — Ἐξετάζειν similiter ut recensere; ἐξετάζει enim quum is qui evocat tantum vel enumerat singulos, tum is qui de jure, de meritis, de viribus evocatorum quaestionem habet; ut vox ipsa et ad capitis secundi, et ad tertii quartique argumentum referri possit.

30—b 13: παρέκβασις περὶ ὁδοῦ. *Quod jam pridem quaeritur, utrum ita disputandum sit, ut proficiscamur a summis rerum principiis et inde quasi descendamus ad reliqua, an ita ut eadem illa principia noscenda tanquam finem nobis proponamus quo tendant omnia: id in ea re quae nunc est proposita dubitationem vix habet. Fundamentum enim in quo doctrina de instituenda vita condi possit, solum id est ut ab initio is qui doceatur ipse probet rectâque disciplinâ assuetus sit probare quae proba sunt. Tantum igitur abest ut summa principia, in quibus ratio et causa reliquarum rerum inest, oporteat prius cognita esse quam possis pergere ad quaestiones quascunque, ut fere cognitione illorum omnino carere posse videamur.*

Quum nonnunquam in Aristotelis libris, ubi summa sententiarum

Α 2 ἡμᾶς ὅτι διαφέρουσιν οἱ ἀπὸ τῶν ἀρχῶν λόγοι καὶ οἱ ἐπὶ 1095a 31
τὰς ἀρχάς. εὖ γὰρ καὶ Πλάτων ἠπόρει τοῦτο καὶ ἐζήτει, πότε-
ρον ἀπὸ τῶν ἀρχῶν ἢ ἐπὶ τὰς ἀρχάς ἐστιν ἡ ὁδός, ὥσπερ
ἐν τῷ σταδίῳ ἀπὸ τῶν ἀθλοθετῶν ἐπὶ τὸ πέρας ἢ ἀνάπαλιν. 1095b
ἀρκτέον μὲν οὖν ἀπὸ τῶν γνωρίμων, ταῦτα δὲ διττῶς· τὰ
μὲν γὰρ ἡμῖν, τὰ δ' ἁπλῶς. ἴσως οὖν ἡμῖν γε ἀρκτέον ἀπὸ
τῶν ἡμῖν γνωρίμων. διὸ δεῖ τοῖς ἔθεσιν ἦχθαι καλῶς τὸν

32. *καὶ Πλάτων*] $K^b M^b$ *καὶ ὁ πλάτων.*
2. *μὲν οὖν*] $K^b H^a M^b O^b$ *μὲν γάρ.*

ab interpretanda voce *ἀρχῆς* apta est, impediaris quoniam in tam diverso hujus nominis usu non ubique pro certo apparet quamnam notionem scriptor ipse ob oculos habuerit, vel etiam percipere tibi videaris commista esse quae discerni debebant: hac quidem difficultate nunc non premimur. *Ἀρχαὶ* enim et in primis verbis (a 31 sq.) et in extremis (b 8) aperte sunt eae unde res naturam suam habent, in quibus cognoscendis scientia absolvitur: *τὰ ἁπλῶς γνώριμα* (b 3; vel ut alias est *τὰ γνωριμώτερα τῇ φύσει*) et *τὸ διότι* (b 7). Quod vero b 6 legitur *ἀρχὴ τὸ ὅτι*, id ne minus quidem attentum fallet; nam ibi *ἀρχὴ* notionem primi initii prae se fert quae eadem in *ἀρκτέον* b 2 et 3 satis indicata erat.

At alia quaedam sunt, in quibus haereas. Primum enim ubi incipit Aristoteles *μὴ λανθανέτω δ' ἡμᾶς* a 30 de toto genere hujus quaestionis (*περὶ ὁδοῦ* a 33) videtur agere. Nec quae sequuntur usque ad verba '*ἴσως οὖν ἡμῖν γε ἀρκτέον ἀπὸ τῶν ἡμῖν γνωρίμων*' (b 4) ullo modo produnt contrahi fines quaestionis propositae. Colligas igitur ex his reprobari prorsus quicunque *λόγοι* sunt *ἀπὸ τῶν ἀρχῶν*. Quod judicium quum ne propter ipsa quidem prima verba hujus *παρεκβάσεως* (a 30 sq.) philosopho imputari queat, desiderabis sane indicium aliquod, quo loco relicto genere ad peculiare quoddam deverterit oratio. Nam *ἡμῖν γε* (b 3) possit quidem intelligi 'ubi nunc in hac nostra disputatione constitimus', sed ita nec sermoni scriptoris neque argumentationi honorem habueris. Qua in re aliquantum fortasse tribuendum sententiae illi '*εὖ γὰρ καὶ Πλάτων . . . ἀνάπαλιν*' (a 32—b 1). Etenim quum nesciamus quibus verbis et quorsum spectans Plato ista tractaverit, quumque stadium non ita certe ante oculos habeamus ut imagine rerum ibi gestarum cogitatio nostra adjuvari possit: concedendum duo lumina quibus sermo illustrari poterat nobis pro temporum mutatione sane obscurata esse. -- Sed pergam ad reliqua.

4 sq. *διὸ δεῖ τοῖς ἔθεσιν ἦχθαι καλῶς* ct. Particulâ *διὸ* docemur, e sententiâ scriptoris *τὸν τοῖς ἔθεσιν ἠγμένον καλῶς* unum habere in ethicis et politicis aut omnino quae *γνώριμα* sibi ac constantia sint aut solum habere talia *γνώριμα* quibus vera doctrina niti possit. Habet enim *τὸ ὅτι* (b 6) i. e. simulac recte praecipientem audit, de suo agnoscit *ὅτι δεῖ οὕτως*. Et efficit sane in rebus quae ad vitam instituendam spectant *τὸ ἔθος* quod fere in merâ mentis cognitione *ἡ ἐπαγωγή*. — Deflexit igitur in his disputatio profecta a quae-

περὶ καλῶν καὶ δικαίων καὶ ὅλως τῶν πολιτικῶν ἀκουσόμενον ἱκανῶς. ἀρχὴ γὰρ τὸ ὅτι· καὶ εἰ τοῦτο φαίνοιτο ἀρκούντως, οὐδὲν προσδεήσει τοῦ διότι. ὁ δὲ τοιοῦτος ἢ ἔχει ἢ λάβοι ἂν ἀρχὰς ῥᾳδίως. ᾧ δὲ μηδέτερον ὑπάρχει τούτων, ἀκουσάτω τῶν Ἡσιόδου· A 2

οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτὸς πάντα νοήσῃ,
ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
ὃς δέ κε μήτ' αὐτὸς νοέῃ μήτ' ἄλλου ἀκούων
ἐν θυμῷ βάλληται, ὁ δ' αὖτ' ἀχρήιος ἀνήρ.

---

6. *ἀρχὴ γὰρ*] *ἀρκεῖ γὰρ* M^b, margo K^b, corr. $H^a L^b$; K^b pr. *γὰρ ἀρχή*. *φαίνοιτο*] K^b *ἐν τούτοις*. 7. *ἢ ἔχει*] $K^b H^a L^b$ *ἔχει*. 11. *πίθηται*] sic L^b; *πείθηται* K^b c. cett.

---

stione *περὶ ὁδοῦ* prope ad idem quod jam in prooemio 1094 b 27 — 1095 a 11 pertractatum est: nam qui illic erat *ὁ ἀκροατὴς* hic est *ὁ ἀκουσόμενος* (1095 b 5), et *ὁ καλῶς ἠγμένος τοῖς ἔθεσι* non ita multum differt ab eo qui antea *πεπαιδευμένος* dicebatur. Quapropter equidem non mirabor, si exstiterit aliquis nostrorum (quippe qui proni simus ad dubitationes suscipiendas) dixeritque vestigia se percipere duplicis prooemii in his libris quorum alterum integrum exstet cap. 1, alterum mutitatum 1095 a 30 — b 13.

9 — 13. *ἀκουσάτω τῶν Ἡσιόδου* (*ἔργα κ. ἡμ.* vs 293) et quae sequ. Elegantius haec, ut ita dicam, et ore magis rotundo dicta quam usitatum est apud Aristotelem, qui etiam in laudandis poëtarum locis perbrevis esse solet. At colore quodam dicendi non solum scriptores differunt a scriptoribus, sed etiam ejusdem auctoris alius liber ab alio, imo ejusdem operis partes inter se. Id quod in Nicomacheis multis exemplis probari potest. Neque inutile est talia observasse; persaepe enim inde locorum naturam et ipsam scribentis sententiam melius cognosces.

Restat ut explicetur, quid potissimum Aristotelem moverit ut totam hanc *παρέκβασιν* 1095 a 30 — b 13 hoc ipso loco voluerit interponere. Qua de re quum ipse taceat breviter dicam quod mihi diligenter omnia perpendenti maxime visum sit probabile. Animum igitur advertas, inter opiniones ceterorum, quas in prima capitis parte enumeravit quasque nunc (a 28 — 30) in judicium vocaturus est, ultimam esse Platonicam. Sin oporteret proficisci in ethicis ab eo, quod illis est *αὐταγαθόν*, quippe quod unum sit *πάντων ἀκρότατον*: haec esset profecto via *ἀπὸ τῶν ἀρχῶν* neque ullo modo satis esset ad viam istam persequendam ut aliquis *ἠγμένος* esset *τοῖς ἔθεσιν ὀρθῶς*. Ergo quae hic leguntur id efficiunt ut jam primo initio appareat, cur quaerendi et docendi aliam prorsus rationem eligat quam quae Platonicis placuerit. — Ipse vero et iis quae praeterea de reliquorum opinionibus proposuit et suâ sententiâ eo fertur, ut mox agendum sit de eudaemonia. Ab illa initium facturus est; sed eadem non minus *ἀρχὴ* est in ethicis, quales h. l. dicit *ἀρχάς*. Nam in eo, quod omnium summum est bonum non potest non inesse causa, unde reliquarum rerum, quotquot bonae

Α 3 ἡμεῖς δὲ λέγωμεν ὅθεν παρεξέβημεν. το γὰρ ἀγαθὸν 1095 b 14
καὶ τὴν εὐδαιμονίαν οὐκ ἀλόγως ἐοίκασιν ἐκ τῶν βίων

---

habentur, natura aut certe modus pendeat; ut qui illud probe noverit solus tandem de ceteris recte judicare possit. Quapropter si τὴν ἐπὶ τὰς ἀρχὰς ὁδὸν laudat Aristoteles, consentaneum est eum ad doctrinam de beatitatis vera natura non prius perventurum esse quam absolutâ universâ reliquâ disputatione: ut revera factum est X, 6 — 9. Itaque quum nihilominus etiam in ipso initio de eadem beatitate verba facere vellet, haud ineptum videbatur illico affirmare, se non ita hac in re versaturum esse, ut contra morem τὴν ἀπὸ τῶν ἀρχῶν ὁδὸν ingrederetur, sed ita ut ea tantum in medium proferret quae omnibus satis essent perspicua modo τοῖς ἔθεσιν ὀρθῶς ἠγμένοι essent. — Quae si vera sunt, jam vides non ad adversarios solum spectanti, sed etiam ad sua idoneum hunc fuisse locum cui istam apponeret παρέκβασιν.

Revertitur post haec oratio in legitimum cursum. Commemoratis variis hominum opinionibus de summo vitae bono, quaeritur quid statuendum sit de singulis. Et primum quidem agitur de 'plurimis' illis (1095 a 17) qui omnes τὴν εὐδαιμονίαν laudant, in diversas vero partes abeunt si quaeratur qua in re posita sit: cap. 3.

1095 b 14 — 1096 a 10. *Ut tantopere dissentiant homines in describendo bono, id inde fit, quod ipsorum omne studium ad diversos tendit fines. Qua in re tria praecipue genera hominum observantur. Qui in deliciis vitam degere cupiunt, iis gratissimum est si audiant, τὴν εὐδαιμονίαν esse in voluptate* (— b 22). *Honorem omnibus rebus praeferunt, qui rei civili operam dant; at dum in hunc modum judicant non satis intelligere videntur quid ipsi velint. Quomodo enim aliquis pro summo bono id potuerit sibi vendere, quod in aliorum arbitrio positum est? Honorque quid tandem est, nisi virtutis vel praemium vel testimonium? Sed ne virtutem quidem ipsam beatos reddere quisquam censebit, qui reputaverit posse illam ita impediri ut neque ipsa ullo modo opus suum perficiat neque miseriam arceat* (— 1096 a 2). *Qui tertio loco commemorandi sunt, homines θεωρητικοί, de iis postea erit agendum* (— a 5). *Quum autem appareat, non esse inter hos tres judicandi modos de summi boni vel beatitudinis naturâ cui simpliciter adstipulari possis, etiam plus abest a vero, qui in opibus omne ponit studium. Opes enim ne hoc quidem habent, ut propter se sint expetendae* (— a 10).

Primo loco observandum, in his non de iisdem plane sententiis judicari quae 1095 a 20—26 propositae erant: sunt quae hic negligantur (velut opinio eorum, quibus sanitas omnium optimum videbatur 1094 a 24); sunt quae addantur, nam quid hac in re τοῦ θεωρητικοῦ proprium sit illic distinctis certe verbis non legitur; nec credibile est, non fuisse jam pridem qui virtuti ipsi honoris dulcedine spretâ illam dignitatem tribuerent; virtutis vero in cap. 2 ne mentio quidem facta erat. — Non minus apparet alterum: quae utroque loco commemorantur, non eundem quasi gradum utrobique obtinent; id quod maxime in opibus spectatur, ὁ πλοῦτος enim qui cap. 3 extra ordinem in fine cum contemtu quodam repudiatur initio non tantum inter tria erat quae prima appellabantur (ἡδονὴν ἢ πλοῦτον ἢ τιμήν 1095 a 23), sed inter omnia solus bis occurrebat (1095 a 23 et 25). Dices igitur usum esse Aristo-

1095b 16 ὑπολαμβάνειν οἱ μὲν πολλοὶ καὶ φορτικώτατοι τὴν ἡδονήν, A 3
διὸ καὶ τὸν βίον ἀγαπῶσι τὸν ἀπολαυστικόν. τρεῖς γάρ εἰσι

---

telem ea libertate quam legitimam censebat quum statim 1095 a 29 adderet 'ἱκανὸν (ἐξετάζειν) τὰς μάλιστα ἐπιπολαζούσας (δόξας) ἢ δοκούσας ἔχειν τινὰ λόγον.' Sed praeter hoc dicendus est assumsisse judicis auctoritatem quum quae cap. 2 proposita erat opinionum varietas eam ut ad fontem suum reduceret ad diversitatem τῶν βίων vel morum et ingeniorum (1095 b 15 sq.). Quod quidem judicium, dummodo constet quinam βίοι vel mores probandi sint et quinam vituperandi, certissimum sane est atque utilissimum ad multas inanes disceptationes amovendas; latebat autem idem jam in iis quae de idoneo hujus doctrinae auditore 1095 b 4 sq. dicta sunt. Fit vero hoc modo ut non amplius de variis opinionum commentis agendum sit, sed quaeratur quomodo ipsorum hominum animus possit esse dispositus; id quod denique explicari nequit nisi cognitâ animi humani naturâ. Et hoc quidem eo loco quo nunc pervenimus verbis non exprimitur, at vides jam ferri orationem necessario ad ea quae cap. 6 et 13 pertractantur (cf. 1102 a 23 θεωρητέον δὴ καὶ τῷ πολιτικῷ περὶ ψυχῆς). Quae si ita habent, non miraberis triplex statim hominum genus maxime proponi (τρεῖς εἰσι μάλιστα οἱ προὔχοντες 1095 b 17): τὸν ἀπολαυστικόν, τὸν πρακτικόν, τὸν θεωρητικόν. Annon fere eadem Plato in Republica (ne multa congeram) discernit, quum libr. IX p. 580e τὸ φιλοχρήματον seu φιλοκερδὲς quod inservit τῇ ἐπιθυμίᾳ opponit τῷ φιλοτίμῳ vel φιλονείκῳ atque τῷ φιλοσόφῳ seu φιλομαθεῖ? Neque aliunde profecta est ejusdem doctrina, dum ib. libro IV tres illas virtutes adumbrat: τοῦ ἐπιθυμητικοῦ σωφροσύνην, τοῦ θυμοῦ ἀνδρίαν, τοῦ λογιστικοῦ σοφίαν. Non prorsus idem, sed non absimile sane, quod Eudemus iterum atque iterum tres dicit esse opiniones de eo quod μέγιστον est ἀγαθόν, aut φρόνησιν aut ἀρετὴν aut ἡδονὴν laudantium (1214 a 32; 1215 a 34; 1218 b 35).

Qui in hunc modum senserit de hujus capitis summâ, cavebit ne in singulis quae dicta sunt alia vel plura desideret quam aequum est. Nam quae tangenda utique erant tam arctis vinculis cum multis atque gravissimis universae hujus scientiae quaestionibus continebantur, ut nec paucis verbis neque omnino hoc loco plenâ luce illustrari possent. Sufficiet igitur significasse, in iis quae 1095 b 15 — 22 de voluptate dicantur descendisse scriptorem ad eam ἡδονήν quam vulgares homines solam noverint, ἄγευστοι ὄντες ἡδονῆς εἰλικρινοῦς καὶ ἐλευθερίου ut verba ipsius sunt 1176 b 19; in explodendâ opinione τῶν χαριέντων καὶ πρακτικῶν (1095 b 22 sq.) eundem ab honore ad virtutem, a virtute ulterius progressum esse ut datâ hic primâ occasione indicaret eam sententiam quae summa ipsi est, qua omnia in ἐνεργείᾳ posita sunt, non in ἕξει; denique de sententiâ τῶν θεωρητικῶν 1096 a 4. 5 videri illum quidem nihil prorsus edixisse, sed sine dubio huc quoque referenda esse 'φαίνεται δ' οὐδ' ἐκεῖνα sc. τέλη εἶναι' (1096 a 9), ut judicium de ipsâ re nihilominus satis constaret.

Et haec quidem ad sententias illustrandas; de verbis quibusdam nonnulla adjicienda.

17 διὸ καὶ τὸν βίον ἀγαπῶσι τὸν ἀπολαυστικόν: ignorantes scilicet

A 3 *μάλιστα οἱ προύχοντες, ὅ τε νῦν εἰρημένος καὶ ὁ πολιτικὸς* 1095 b 18 *καὶ τρίτος ὁ θεωρητικός. οἱ μὲν οὖν πολλοὶ παντελῶς ἀνδραποδώδεις φαίνονται βοσκημάτων βίον προαιρούμενοι, τυγχάνουσι δὲ λόγου διὰ τὸ πολλοὺς τῶν ἐν ταῖς ἐξουσίαις ὁμοιοπαθεῖν Σαρδαναπάλλῳ. οἱ δὲ χαρίεντες καὶ πρακτικοὶ τιμήν· τοῦ γὰρ πολιτικοῦ βίου σχεδὸν τοῦτο τέλος. φαίνεται δ' ἐπιπολαιότερον εἶναι τοῦ ζητουμένου· δοκεῖ γὰρ ἐν τοῖς τιμῶσι μᾶλλον εἶναι ἢ ἐν τῷ τιμωμένῳ, τἀγαθὸν δὲ οἰκεῖόν τι καὶ δυσαφαίρετον εἶναι μαντευόμεθα. ἔτι δ' ἐοίκασι τὴν τιμὴν διώκειν, ἵνα πιστεύωσιν ἑαυτοὺς ἀγαθοὺς εἶναι· ζητοῦσι γοῦν ὑπὸ τῶν φρονίμων τιμᾶσθαι, καὶ παρ'*

---

22. *ὁμοιοπαθεῖν*] K^b *ὁμοπαθεῖν*. *Σαρδαναπάλλῳ*] Bekk. maj. cum ll. praeter K^b *Σαρδαναπάλῳ*. 27. *πιστεύωσιν*] $K^b H^a M^b O^b$ *πιστεύσωσιν*. 27. 28. *ἀγαθοὺς εἶναι*] $K^b M^b$ *εἶναι ἀγαθούς*.

---

aliam voluptatem praeter *ἀπόλαυσιν*. *'Απολαύειν* enim verbum proprium est de deliciis quibus corpus hominum maxime gaudet, ut 1118 a 30 discamus *ἀπόλαυσιν πᾶσαν γίνεσθαι δι' ἁφῆς*. Quamquam ipsa vox non necessario ad ea fert quae humilia sunt aut prava; velut quod 1339 b 6 legitur *τί δεῖ μανθάνειν αὐτούς, ἀλλ' οὐχ ἑτέρων χρωμένων ἀπολαύειν*; de ea voluptate dictum est, quam musica affert. — Ceterum si volueris conferre quae Pl. Phileb. 21 et 67, Pl. Resp. 586 a (ubi item est '*βοσκημάτων δίκην*') leguntur, dixeris h. l. ita de voluptate judicari ut fere Platonem audire tibi videri possis.

17. 18. *τρεῖς γάρ εἰσι μάλιστα οἱ προὔχοντες* sc. *βίοι* ut apparet ex iis quae sequuntur *ὅ τε νῦν εἰρημένος*, quod non potest aliter suppleri quam voce *βίος*. Quod ita propositum est, enarratur quidem paullo mutato modo; nam quum singula genera describenda sint, verbis *οἱ δὲ χαρίεντες καὶ πρακτικοὶ* (b 22) et *ὁ δὲ χρηματιστὴς* (1096 a 5) sine dubio non *βίος τις*, sed hominum genus indicatur. Sed initio non sine causa vulgus dixit spectare imagines quasi vitae humanae, quarum tres diversae maxime in oculos incurrant; placere illi unam prae ceteris, inde optionem fieri et judicium.

22. *Σαρδαναπάλλῳ* Bekkerus in minore editione ex K^b. — Eminentes potentiâ opibusque, in moribus abjecti non id tantum efficiunt ut celentur vel excusentur quae prava sunt, sed ut exsistant qui spuriam excogitent sapientiam docentem et jubentem perversissima quaeque; *οἱ γὰρ σοφοὶ διατρίβουσιν ἐπὶ ταῖς τῶν πλουσίων θύραις*, ut e Simonide laudatur 1391 a 9 sq.

23. *τοῦ γὰρ πολιτικοῦ βίου σχεδὸν τοῦτο* (i. e. *τιμή*) *τέλος*. Quod simillimo loco Eudemus 1216 a 23—27 monet, *τὸν κατ' ἀλήθειαν πολιτικὸν τῶν καλῶν εἶναι πράξεων προαιρετικὸν αὐτῶν χάριν*, non ut laudetur aliudve ob commodum, fere ejus esse videtur qui speciem corrigentis captat. Id quod exempli causa moneo; multa enim talia congesseris ex Eudemiis.

1095 b 29 οἷς γιγνώσκονται, καὶ ἐπ' ἀρετῇ· δῆλον οὖν ὅτι κατά γε A
τούτους ἡ ἀρετὴ κρείττων. τάχα δὲ καὶ μᾶλλον ἄν τις
τέλος τοῦ πολιτικοῦ βίου ταύτην ὑπολάβοι. φαίνεται δὲ
ἀτελεστέρα καὶ αὕτη· δοκεῖ γὰρ ἐνδέχεσθαι καὶ καθεύδειν
ἔχοντα τὴν ἀρετήν, ἢ ἀπρακτεῖν διὰ βίου, καὶ πρὸς τούτοις
1096 a κακοπαθεῖν καὶ ἀτυχεῖν τὰ μέγιστα· τὸν δ' οὕτω ζῶντα
οὐδεὶς ἂν εὐδαιμονίσειεν, εἰ μὴ θέσιν διαφυλάττων. καὶ
περὶ μὲν τούτων ἅλις· ἱκανῶς γὰρ καὶ ἐν τοῖς ἐγκυκλίοις
εἴρηται περὶ αὐτῶν. τρίτος δ' ἐστὶν ὁ θεωρητικός, περὶ οὗ
τὴν ἐπίσκεψιν ἐν τοῖς ἑπομένοις ποιησόμεθα. ὁ δὲ χρημα-

31. δὲ] K^b pr. γὰρ. 32. καὶ καθεύδειν] K^b καθεύδειν.
5. ἑπομένοις] K^b ἐχομένοις.

29. *καὶ ἐπ' ἀρετῇ*: nil enim nisi *ἀρετῆς ἆθλον ἡ τιμή* 1123 b 35.

3. *ἐν τοῖς ἐγκυκλίοις*: dicendus est Aristoteles et ipse significasse quod supra de hujus capitis naturâ monuimus; quae enim *ἐν τοῖς ἐγκυκλίοις ἱκανῶς* explicari poterant, non id spectant ut ad ipsum rerum fontem penetrent vel ut (repudiatis omnibus quae aliorum potius doctrinam redolent neque undique contra dubitationes firmata sunt) ea tantum proponant quae scriptoris propria sint eidemque constent.

4. 5. *περὶ οὗ τὴν ἐπίσκεψιν ἐν τοῖς ἑπομένοις ποιησόμεθα*. Si id ipsum tenes, de quo hic quaeritur, quid *ἡ θεωρία* faciat dico ad summum vitae bonum, dicendum erit *τὴν ἐπίσκεψιν* non prius in his libris occurrere quam *K* 7. Ita quidem '*ἑπόμενα*' dicerentur quae valde remota sunt. Qua in re qui offendit, contrariam fere viam potuerit ingredi: spectare enim haec ad proximum caput. Nam qui summum bonum nusquam esse dicunt nisi *ἐν τῷ καθόλου* et in Platonico *αὐταγαθῷ*, profecto mentis cogitationi id dant ut sola possit ad illud pervenire. Objicias sane, at non omnem *θεωρίαν* versari in idea boni nec quae cap. 4 contra Platonem disputentur ullam habere vim nisi in eos qui Platonico modo philosophentur. Sin memineris, omnino cap. 3 tres illos *βίους τοὺς μάλιστα προὔχοντας* non tales describi quales revera sunt aut debent esse sed quales vulgo effinguntur, non ita absurde videbitur aliquis putare *τὸν θεωρητικὸν βίον* ante oculos fuisse ad similitudinem maxime eorum qui Platonem his in rebus sequuntur. — Nec mirum est apud Aristotelem, quaestionem hanc quae fere ultima et summa est inter ethicas sine haesitatione in medium proferri, sero autem (si usquam) eo perduci ut rite absolvatur. Eadem in Politicis perdiligenter exponitur 1324 a 26 (*πότερον ὁ πολιτικὸς καὶ πρακτικὸς βίος αἱρετὸς ἢ μᾶλλον ὁ πάντων τῶν ἐκτὸς ἀπολελυμένος, οἷον θεωρητικός τις* et quae sequuntur) nec tamen illic dirimitur.

5 sq. *ὁ δὲ χρηματιστὴς βίαιός τίς ἐστι*: *βίαιος* est qui vim infert, velut Plato dicit *τὸν λογισμὸν πρᾶον εἶναι καὶ οὐ βίαιον* (Legg. 645 a), Aristoteles de opinione eorum loquitur qui *τὰ ἡδέα καὶ τὰ καλὰ* putent *βίαια εἶναι* (*ἀναγκάζειν γὰρ ἔξω ὄντα*) 1110 b 9; *βίαιον πάθος* est quod cum vi infertur neque homines tolerarent nisi necessitate extrinsecus

τιστὴς βίαιός τίς ἐστι, καὶ ὁ πλοῦτος δῆλον ὅτι οὐ τὸ ζητούμενον ἀγαθόν· χρήσιμον γὰρ καὶ ἄλλου χάριν. διὸ μᾶλλον τὰ πρότερον λεχθέντα τέλη τις ἂν ὑπολάβοι· δι' αὑτὰ γὰρ ἀγαπᾶται. φαίνεται δ' οὐδ' ἐκεῖνα· καίτοι πολλοὶ λόγοι πρὸς αὐτὰ καταβέβληνται. — ταῦτα μὲν οὖν ἀφείσθω. 1096 a 6

6. *βίαιος* susp. 9. *καίτοι*] $K^b M^b$ *καί*.

coacti, velut *θάνατος βίαιος*, *πόνοι βίαιοι* vel *τροφὴ βίαιος* (ut est 1338 b 41). Illud apud Aristotelem certe minus usitatum est, hoc tritum. Sed tertium non est de quo cogitari possit. Diceretur igitur is qui id unum agit ut rem familiarem augeat (*ὁ χρηματιστής*) vim inferre aliis. At in hoc difficultas sane. Ut enim insit in isto studio aliquid, quo animus obdurescat cogaturque nonnunquam contra ceteros tanquam contra hostes et inimicos saevire, quaeres necessario: quid hoc ad rem? An eo te vertas, ut putes illud hominum genus non aliis dictum esse vim inferre, sed maxime sibi, quoniam avaritiâ suâ suam vitam quasi devastent? At ita Aristoteles oblitus esset, quod ipse notionis *βίας* et *βιαίου* proprium volebat esse, scilicet ut *βία* non esset nisi necessitas *ἔξωθεν ἀναγκάζουσα*. Paullo sane aliter res se haberet, si *ὁ χρηματιστικὸς βίος* dictus esset *βίαιος* esse; posset enim comparare quam supra laudavimus *βίαιον τροφήν*. Ne longus sim: non credo ista verba ita ab Aristotele scripta esse; nunc enim novam quasi vel obscuriorem sententiam includere vocibus ab usu linguae non satis commendatis alienum videtur ab hoc capite. Fort. *βάναυσός τις*.

b 9. *καίτοι πολλοὶ λόγοι πρὸς αὐτὰ καταβέβληνται*: 'quamquam multa jampridem in medium prolata sunt quibus aut *ἡδονὴ* aut *τιμὴ* aut *θεωρία* tanquam verum *τέλος* proponeretur.' *Καταβεβλημένοι λόγοι* sunt qui publici juris facti sunt, ut *μαθήσεις καταβεβλημέναι* (1337 b 21) seu *παιδεύματα καταβεβλημένα* (1338 a 36) ea disciplinae genera quibus homines e more vel e lege imbuuntur. —

Capite quarto progreditur Aristoteles ad eam opinionem, quae adhuc restabat ex proposito (1095 a 17—30). Dixerat enim ibi (vs 26 sq.) esse nonnullos qui *τὸ καθ' αὑτὸ ἀγαθὸν* laudarent *ὃ πᾶσι τοῖς ἄλλοις αἴτιόν ἐστι τοῦ εἶναι ἀγαθά*. Quibus nunc duplici modo adversatur: primo enim loco 1096 a 17—b 32 negat omnino esse bonum tale quod in omnibus quaecunque bona sint idem insit vel posse notionem illam quam Platonici proponant recte cogitari; secundo loco 1096 b 32—1097 a 14 id agit, ut tale bonum, si esset, scientiamque ejus nihil facere ad vitam recte instituendam appareat. Illud difficilius erat, sed profecto universae quaestioni finem imponebat; hoc ad hanc disputationem qualis ab initio disposita est plene sufficiebat. Illud non necessarium; ad hoc, si memineris interrogatum esse *τί τὸ πάντων ἀκρότατον τῶν πρακτῶν ἀγαθῶν* (1095 a 16), ipsâ quam sibi praescripserat viâ quasi ferebatur. Accedit quod rem ipsam, quam tractabat, ut ita dicam complicavit. Non enim satis habuit, ut contra eam notionem boni quam Platonici in ideam transformaverant disputaret, sed volebat iis quae diceret simul omnino generalem boni notionem qualiscunque una et communis esset e medio tolli. Et hoc quidem optime — sin-

1096 a 11 τὸ δὲ καθόλου βέλτιον ἴσως ἐπισκέψασθαι καὶ διαπο- A
ρῆσαι πῶς λέγεται, καίπερ προσάντους τῆς τοιαύτης ζητή-

---

gula enim argumenta suo loco singulatim disponantur — monstrari poterit, si verba inspexeris, a quibus hoc caput orditur.

11 — 17. *Quaeratur nunc de generali (quam fingunt boni) notione; quae quidem disputatio, quoniam ad impugnandam Platonis doctrinam τὰ εἴδη statuentis pertinet, grata quidem non est, sed necessaria ut verum inveniatur.*

Quod hic primo loco in judicium vocatur, τὸ καθόλου, legenti inexspectatum quodammodo occurrit. Dici enim quod καθόλου ἀγαθόν sit, facile intelliges; sed neque vox illa καθόλου in iis quae antecedunt usquam legebatur ut scias quo spectent ista, neque h. l. quidquam additur, unde discas cur in hac disquisitione de summo bono opporteat agere de opinione eorum qui generalem boni notionem excogitaverint. Verba ad quae recurras sola, illa sunt 1095 a 26 — 28; at qui ea ante oculos habuerit, profecto erectus erit ut de ipsâ ideâ boni audiat, non ut τὸ καθόλου primum locum teneat. An τὸ καθόλου id est, quod ὁ θεωρητικός (v. ad 1096 a 4. 5) proprium habet? — Quae res quocunque modo habet, Aristoteles illico ipse relicto τῷ καθόλου pervenit ad τὰ εἴδη (a 13), ita tamen ut per totum hoc caput maxime hoc in idea boni vituperet quod velit esse κοινή τις ἰδέα (a 23), κοινόν τι καθόλου καὶ ἕν (a 28), μία ἰδέα (a 30), κοινόν τι κατὰ μίαν ἰδέαν (b 25). Neque id eum fugit, per se diversam esse generalem notionem a Platonis ideâ: discernit enim utrumque, dum jam in posteriore parte hujus capitis (b 32) scribit εἰ γάρ καὶ ἔστιν ἕν τι τὸ κοινῇ κατηγορούμενον ἀγαθὸν ἢ χωριστόν τι αὐτὸ καθ' αὑτό. Nihilo minus concedes, Eudemum (A 8) has res commodius disponere; postquam enim (—1218 a 38) quaestionem de ipsâ boni ideâ, quam 1218 a 2. 3 non male dicit τὸ κοινὸν καὶ χωριστόν, rite absolvit, separata nonnulla (—1218 b 10) addit quae omnino contra generalem notionem, etiamsi non ἐν τοῖς ἀκινήτοις quaeratur, disputari possint.

Ut vero ad Nicomachea revertamur, voce διαπορήσει jam ab initio (a 11) indicatur, universam illam quaestionem, τὸ καθόλου et τὰ εἴδη amplectentem, nunc non ita propositam esse ut perstringatur tantum quomodo res cap. 3 perlustratae sunt, sed ut absolvatur. Unde veniam scriptori dari par est, si forte nonnulla interjecta fuerint in iis quae sequuntur, quae praetermitti poterant, si nil spectabatur nisi quod proximum quaerebatur τί τὸ πάντων ἀκρότατον τῶν πρακτῶν ἀγαθῶν (1095 a 16). Verumtamen ideo haud necesse erat, ut prorsus omitteret scriptor breviter explicare cur in pertractandâ illâ quaestione hanc quoque ζήτησιν quam ipse ingratam sibi vocabat adjiceret. Qua in re iterum Eudemia in capite jam supra laudato comparentur: ibi enim 1217 b 1 — 16 pluribus monetur, τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέαν (nam de eo, quod καθόλου est, idem dici non poterat) si omnino sit etiam ducendam esse τὸ ἄριστον seu ἀκρότατον πάντων τῶν ἀγαθῶν. Et ita quidem illic pergitur ad judicandum de isto Platonis philosophemate additis his verbis: ἐπέσκεπται δὲ πολλοῖς περὶ αὐτοῦ τρόποις καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις καὶ ἐν τοῖς κατὰ φιλοσοφίαν (1217 b 22). In his

Α 4 *σεως γινομένης διὰ το φίλους ἄνδρας εἰσαγαγεῖν τὰ εἴδη.* 1096 a 13
δόξειε δ' ἂν ἴσως βέλτιον εἶναι καὶ δεῖν ἐπὶ σωτηρίᾳ γε τῆς
ἀληθείας καὶ τὰ οἰκεῖα ἀναιρεῖν, ἄλλως τε καὶ φιλοσόφους
ὄντας· ἀμφοῖν γὰρ ὄντοιν φίλοιν ὅσιον προτιμᾶν τὴν ἀλή-
§ *θειαν. οἱ δὲ κομίσαντες τὴν δόξαν ταύτην οὐκ ἐποίουν ἰδέας*
ἐν οἷς τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον ἔλεγον, διόπερ οὐδὲ τῶν
ἀριθμῶν ἰδέαν κατεσκεύαζον· τὸ δὲ ἀγαθὸν λέγεται καὶ ἐν
τῷ τί ἐστι καὶ ἐν τῷ ποιῷ καὶ ἐν τῷ πρός τι, τὸ δὲ καθ'
αὑτὸ καὶ ἡ οὐσία πρότερον τῇ φύσει τοῦ πρός τι. παρα-
φυάδι γὰρ τοῦτ' ἔοικε καὶ συμβεβηκότι τοῦ ὄντος· ὥστ' οὐκ
§ *ἂν εἴη κοινή τις ἐπὶ τούτων ἰδέα. ἔτι ἐπεὶ τἀγαθὸν ἰσαχῶς*

18. *τὸ ὕστερον*] $K^b L^b$ *ὕστερον.* *ἔλεγον*] K^b *ἐλέγομεν.* 20. *τί ἐστι*] $K^b H^a M^b O^b$ *τί.* 23. *τούτων*] $K^b M^b$ *τούτοις.* *ἔτι*] $K^b H^a M^b O^b$ *ἔτι δ'.*

sane nihil quod miretur qui diligentius pertractaverit libros Aristotelis: videtur enim ille plerumque arripere potius occasionem ut Platoni adversetur quam evitare neque ubique satis aequus esse his in rebus judex. Quapropter qui verecunda illa verba Nicomacheorum 1096 a 11 — 17 audiat, fere eo adducetur ut conjiciat esse ea ejus qui primum ad operam hanc aggrediatur. Homines enim harum quaestionum paullo peritiores intelligent, posse talem conjecturam recte ab eo proponi qui idem probe sciat, Nicomachea qualia nunc in manibus teneamus non esse absoluta priusquam plura alia opera Aristotelis in lucem edita fuerint.

Sequuntur 1096 a 17 — b 32 argumenta, quibus probetur omnino boni non esse ideam.

17 — 23. primum argumentum. *Ipsi Platonici earum rerum, quae inter se ita differunt ut aliae sint naturâ suâ atque notione priores, aliae derivatae et posteriores, non dicunt esse ideam unam. In bono autem, quoniam aliud per se bonum est, aliud item bonum dicitur quia utile est, discrimen illud quod significavimus inest. Ergo idea boni quae una esset non debebat fingi.* Qua in re quum id agatur, ut Platoni Plato opponatur, vs 18. 19 numerorum mentio fit: neque enim numerorum illum (unam) ideam excogitasse. Dixeris hoc sua ratione explicuisse Eudemum quum 1218 a 5 sq. scriberet *οἷον εἰ τὸ διπλάσιον πρῶτον τῶν πολλαπλασίων, οὐκ ἐνδέχεται τὸ πολλαπλάσιον τὸ κοινῇ κατηγορούμενον εἶναι χωριστόν· ἔσται γὰρ τοῦ διπλασίου πρότερον.* Dubitare profecto licet num huc potissimum spectent quae in Nicomacheis brevius dicta sunt. At omnino in talibus permulta sunt quae aut quaeras aut objicere velis; neque est probabile, Platonicos singulis istis argumentis ita impeditum iri ut suum *αὐταγαθὸν* cogantur deserere. Modo non êst ejus qui commentarios scribit late exspatiari.

20. *καὶ ἐν τῷ ποιῷ καὶ ἐν τῷ πρός τι.* Non est dubium quin dicere velit, etiam *τὸ ποιὸν* esse *ὕστερον* si comparetur cum *τῷ τί ἐστι*; sed properat ad *τὸ πρός τι* in quo et maxime apparebat omnino *τὸ ὕστερον* illud et proprium quoddam idque notissimum inerat genus

1096 a 24 λέγεται τῷ ὄντι (καὶ γὰρ ἐν τῷ τί⟨ἐστι⟩ λέγεται, οἷον ὁ θεὸς καὶ ὁ νοῦς, καὶ ἐν τῷ ποιῷ αἱ ἀρεταί, καὶ ἐν τῷ ποσῷ τὸ μέτριον, καὶ ἐν τῷ πρός τι τὸ χρήσιμον, καὶ ἐν χρόνῳ καιρός, καὶ ἐν τόπῳ δίαιτα καὶ ἕτερα τοιαῦτα), δῆλον ὡς οὐκ ἂν εἴη κοινόν τι καθόλου καὶ ἕν· οὐ γὰρ ἂν ἐλέγετ' ἐν πά- Α 4

24. τί ⟨ἐστι⟩] add. ἐστι e conj. Spengeli.

boni; τὸ γὰρ χρήσιμον πρός τι ἀγαθόν (v. vs 26). Ad quod recurrit disputatio b 10 sq. 15; eo enim maxime usus est, ut notionem boni divideret et quasi dissecaret; qua in re summa hujus argumentationis versatur. — Quod τὸ πρός τι dicit παραφυάδι τοῦ ὄντος simile esse (vs 21) plane insolitum est loquendi genus. Sed sunt in hac prima Nicomacheorum parte non pauca quae vel elegantius vel non trito certe more scripta sunt.

23—29. alterum argumentum. *Quod una notione generali contineatur, non potest ita comparatum esse ut pluribus ac diversis categoriis adscribendum sit. Bonum vero non minus categoriarum diversitati obnoxium est quam ipsum τὸ ὄν.* Vides in his eandem fere bonorum diversitatem quae in priore argumento ad discrimen τοῦ προτέρου καὶ τοῦ ὑστέρου referebatur (esse enim ἀγαθὸν ἐν τῷ τί ἐστιν, esse ἐν τῷ ποιῷ et esse ἀγαθὰ πρός τι item vs 19 sq. legebamus), nunc locutione Aristoteli plane propriâ categoriarum generibus descriptam esse, ut iterum concludatur non esse κοινόν τι καθόλου καὶ ἓν ἀγαθόν. Qua in conclusione non inconsulto, quoniam a re adversariis non comprobatâ profectus erat, nomen ideae boni non usurpavit.

24. ἐν τῷ τί λέγεται: hoc loquendi genus quo prima categoriarum (ἡ οὐσία) indicetur Spengel ad 1364 b 15, ubi similia sunt, Aristotelicum esse negat: illum enim dicere ἐν τῷ τί ἐστι (ut erat vs 20) vel ἐν τῷ τόδε τι; quod profecto recte observatum est.

28 sq. ἐν πάσαις ταῖς κατηγορίαις: quarum vs 24—27 sex in bono demonstratae sunt, quatuor (ποιεῖν, πάσχειν, κεῖσθαι, ἔχειν) omissae. Nec necesse erat ut conclusio staret singulas omnes perlustrare, sufficiebat enim si apertum erat οὐκ ἐν μιᾷ μόνῃ λέγεσθαι τὸ ἀγαθόν. Quapropter id potius mireris quod tam multa enumerata sunt quae non omnia statim liquent. Illud imprimis dico quod vs 27 ἀγαθὸν ἐν τόπῳ vocatur δίαιτα. Obscurius hoc; quamquam enim non nego aliquid quod non absurdum sit cogitari posse, tamen haud ita facile definies quid voluerit dicere δίαιταν. Interpretantur domicilium ut fere bonum illud significari videatur quo homines gaudent ἐν οἴκῳ vel οἴκοι aut ἐν πατρίδι versantes. Sed quod in usu Aristotelis δίαιτα vocatur aut inde procul abest (ut ἡ δίαιτα quae τῶν διαιτητῶν est, diversa a δικαστηρίῳ velut 1268 b 7 et 1374 b 20; nec minus illa quae ad mores vitaeque consuetudinem spectat, velut ἡ τῶν ἐφόρων δίαιτα 1270 b 31 a Spartanorum severitate recedens) aut certe multo latius patet quam ut isto modo ἀγαθὸν ἐν τόπῳ per se dici possit (ut quum 470 b 2 opponuntur τὰ ἔνυδρα τοῖς ἐν τῷ ἀέρι ποιουμένοις τὴν δίαιταν, vel quod 115 b 19 legitur ποῦ μὲν συμφέρει τοιαύτῃ διαίτῃ χρῆσθαι, οἷον ἐν τοῖς νοσώδεσι τόποις).

4 § σαις ταῖς κατηγορίαις, ἀλλ' ἐν μιᾷ μόνῃ. ἔτι δ' ἐπεὶ τῶν κατὰ μίαν ἰδέαν μία καὶ ἐπιστήμη, καὶ τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων ἦν ἂν μία τις ἐπιστήμη· νῦν δ' εἰσὶ πολλαὶ καὶ τῶν ὑπὸ μίαν κατηγορίαν, οἷον καιροῦ· ἐν πολέμῳ μὲν γὰρ στρατηγική, ἐν νόσῳ δ' ἰατρική· καὶ τοῦ μετρίου ἐν τροφῇ μὲν

§ ἰατρική, ἐν πόνοις δὲ γυμναστική. ἀπορήσειε δ' ἄν τις τί ποτε καὶ βούλονται λέγειν αὐτοέκαστον, εἴπερ ἔν τε αὐτοανθρώπῳ καὶ ἀνθρώπῳ εἷς καὶ ὁ αὐτὸς λόγος ἐστὶν ὁ τοῦ ἀνθρώπου. ᾗ γὰρ ἄνθρωπος, οὐδὲν διοίσουσιν· εἰ δ' οὕτως, οὐδ' ᾗ ἀγαθόν. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τῷ ἀίδιον εἶναι μᾶλλον ἀγαθὸν ἔσται, εἴπερ μηδὲ λευκότερον τὸ πολυχρόνιον τοῦ ἐφημέρου. πιθανώτερον δ' ἐοίκασιν οἱ Πυθαγόρειοι λέγειν

---

31. *ἦν*] K^b *εἴη*. 32. *οἷον καιροῦ· ἐν πολέμῳ μὲν γὰρ*] sic $K^b H^a M^b O^b$, *οἷον καιροῦ ἐν πολέμῳ μὲν* Bekk. 35. *αὐτοέκαστον*] K^b pr. H^a L^b *αὐτὸ ἕκαστον*. *αὐτοανθρώπῳ*] K^b pr. *αὐτῷ ἀνθρώπῳ*.
1. *ἀνθρώπῳ*] $K^b M^b$ *ἐν ἀνθρώπῳ*. 5. *Πυθαγόρειοι*] K^b *πυθαγόριοι*.

29—34. tertium argumentum. *Earum rerum quarum una idea est, una est scientia. At bonorum nedum omnium, sed eorum quae eidem categoriae adscribenda sunt plures scientiae sunt.* — Sine dubio Platoni in statuendis ideis id propositum erat, ut mens infinitam varietatem rerum, quam scientiâ non posset complecti, negligeret nec tamen ideo dubitaret quin ad ipsam rerum veritatem cognoscendo accedere posset. Quae multa erant, propter id per ideas in unum comprehenderat, ut una esset eorum scientia. Recte igitur tetigit Aristoteles ipsum Platonem. Et maxime saltem opposita sunt isti sententiae quam in adversario deprehendisse sibi videtur „*τοῦ ἀγαθοῦ* vel *τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων μία ἐπιστήμη*" verba illa unde ipse initium fecit „*πᾶσα μέθοδος ἀγαθοῦ τινὸς ἐφίεσθαι δοκεῖ.*"

34 — b 8. quartum argumentum. *Omnino non est cur ideas esse statuamus, neque igitur cur boni ideam. Nam quod volunt quamlibet ideam statuentes, ut sit alicubi quam maxime earum rerum ad quas spectant natura ipsa ac notio, in eo ita nil proficiunt; neque enim natura ac notio vel hominis vel boni magis in eo est quod per se esse et aeternum esse finxeris quam in hoc vel illo quoad homo seu bonum est.* Quod opus est menti ne infinitâ rerum varietate perturbetur, *τὸν λόγον* dico *ἕνα ὄντα*, id in ipsis rebus percipi potest. Vides jam, non deesse vinculum inter hoc argumentum interque id quod antecedit.

1. *εἷς καὶ ὁ αὐτὸς λόγος* quem Eudemus in eadem argumentatione 1218 a 11 vocat *τὸν κοινὸν λόγον*, ad quem in ideâ nil accedere dicit nisi *τὸ ἀΐδιον καὶ χωριστόν*.

5—8. *πιθανώτερον δ'* . . . . . *ἄλλος ἔστω λόγος*. Quae hic addidit, ipse ita proposuit, ut plane praetermittere noluisse videatur, plene exponere non jam potuisse. Veniam igitur habebis si minus distincte ad

1096 b *περὶ αὐτοῦ, τιθέντες ἐν τῇ τῶν ἀγαθῶν συστοιχίᾳ τὸ ἕν· οἷς δὴ καὶ Σπεύσιππος ἐπακολουθῆσαι δοκεῖ. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἄλλος ἔστω λόγος, τοῖς δὲ λεχθεῖσιν ἀμφισβήτησίς τις ὑποφαίνεται διὰ τὸ μὴ περὶ παντὸς ἀγαθοῦ τοὺς λόγους εἰρῆσθαι, λέγεσθαι δὲ καθ' ἓν εἶδος τὰ καθ' αὑτὰ διωκόμενα καὶ ἀγαπώμενα, τὰ δὲ ποιητικὰ τούτων ἢ φυλακτικά* A 4

---

8. ἔστω] $K^b M^b$ ἔσται. 10. εἰρῆσθαι] $K^b M^b$ ποιεῖσθαι.

---

priora relata sunt; nam περὶ αὐτοῦ vs 6 intelliges περὶ ἀγαθοῦ, nec tamen recte ita procederet oratio τιθέντες ἐν τῇ τῶν ἀγαθῶν συστοιχίᾳ τὸ ἕν. — Quod apertum est, hoc est: opponit Platoni Pythagoreos; ille τὸ ἀγαθὸν fecit ἓν (ideam boni statuendo), hi τὸ ἓν fecerunt ἀγαθόν; laudat hos quod ita assentiunt sibi qui in eo est ut plura ac diversa bona esse comprobet. Sed erunt qui sentiant, ita quidem nil addi ad ea quae contra ideas jam disputata sint nec fuisse operae pretium isto modo in alienam litem Pythagoreos advocare. Circumspicient igitur annon in his verbis plus insit quod contra Platonem valeat. Qua in re iis quasi obviam venit Eudemus qui prorsus eodem loco, postquam 1218 a 10—15 persimilia proposuit atque modo 1096 a 34—b 5 περὶ τοῦ αὐτοαγαθοῦ legimus, illico 1218 a 15—24 novum locum adjicit, cujus summa fere haec est: Falsam speciem assumunt adversarii dum ita loquuntur quasi boni naturam in rebus aeternis primum perceperint ut inde noverint quid omnino hoc nomine dignum sit. Etenim notio boni ea est quae primitus velut vigori vel virtuti propria est. Quodsi in iis rebus quas bonas esse constat observaveris τάξιν inesse et ἀριθμούς, concludendo possis eo procedere ut τάξιν ipsam et ἀριθμοὺς quae sint ἐν τοῖς ἀκινήτοις ad ea adscribas quae bona sunt. Haec Eudemi. Potuerit aliquis suspicari, in hisce illum explicasse vel voluisse explicare quae in Nicomacheis brevius indicata erant; nam quamquam nomina non appellavit, satis tamen apertum est pertinere quae in hunc modum disputaverit ad differentiam illam quae inter Platonis interque Pythagoreorum doctrinam interesse Nicomacheorum verbis monemur.

8—26 quintum argumentum. *Quum adhuc res ita contra ideam boni gesta sit ut evinceretur esse diversa bona quae nullo modo ad unam ideam referri possent, verendum ne ista disputatio inique egisse arguatur: Platonem enim ipsum, quum τὸ αὐταγαθὸν statueret, non cogitasse de iis rebus quae bonae vocentur quoniam ad alias res usui sint, sed de iis tantum quae ut bonae per se accipiantur* (— vs 14). *At ut bona per se rursus varia appetuntur: honores, deliciae quaedam, alia. Quae si ideo segreganda sint quia profecto etiam propter aliud quoddam accipiuntur, verendum ne ita ipsa idea sola relinquatur* (—vs 20). *Sin agnoscantur, apertum est in iis quoque notionem, propter quam bona vocentur, non unam esse eandemque.*

10 sq. Alterum bonorum εἶδος, quod h. l. describitur verbis ποιητικὰ καὶ φυλακτικὰ (seu ut alias est, velut 1183 b 36, σωστικὰ) ἢ τῶν ἐναντίων κωλυτικὰ (κωλυτικὰ et φθαρτικὰ conjungit 1362 a 29 diligen-

4 πως ἢ τῶν ἐναντίων κωλυτικὰ διὰ ταῦτα λέγεσθαι καὶ 1096 b 12 τρόπον ἄλλον. δῆλον οὖν ὅτι διττῶς λέγοιτ' ἂν τἀγαθά· καὶ τὰ μὲν καθ' αὐτά, θάτερα δὲ διὰ ταῦτα. χωρίσαντες οὖν ἀπὸ τῶν ὠφελίμων τὰ καθ' αὐτὰ σκεψώμεθα εἰ λέγεται κατὰ μίαν ἰδέαν. καθ' αὐτὰ δὲ ποῖα θείη τις ἄν; ἢ ὅσα καὶ μονούμενα διώκεται, οἷον τὸ φρονεῖν καὶ ὁρᾶν καὶ ἡδοναί τινες καὶ τιμαί; ταῦτα γὰρ εἰ καὶ δι' ἄλλο τι διώκομεν, ὅμως τῶν καθ' αὐτὰ ἀγαθῶν θείη τις ἄν. ἢ οὐδ' ἄλλο οὐδὲν πλὴν τῆς ἰδέας; ὥστε μάταιον ἔσται τὸ εἶδος. εἰ δὲ καὶ ταῦτ' ἐστὶ τῶν καθ' αὐτά, τὸν τἀγαθοῦ λόγον ἐν ἅπασιν αὐτοῖς τὸν αὐτὸν ἐμφαίνεσθαι δεήσει, καθάπερ ἐν χιόνι καὶ ψιμμυθίῳ τὸν τῆς λευκότητος. τιμῆς δὲ καὶ

20. πλὴν] K^b πλεῖον. 23. ψιμμυθίῳ] $K^b N^b$ ψιμυθίω.

tius servatâ concinnitate membrorum), ipse mox unâ voce complectitur *τῶν ὠφελίμων* vs 15, a quibus non multum differunt, sed differunt *τὰ χρήσιμα*. Ad idem discrimen spectat, quum *τοῖς ὧν ἕνεκα* (id quod persaepe fit) opponuntur *ἃ τούτων ἕνεκα*; nec minus apparet *τὰ τούτων ἕνεκα* inverso quasi ordine eadem esse quae *τὰ δι' ὧν* dici possint. In talibus nec morari Aristoteles solet ut in diversis quibus utitur loquendi generibus demonstret quomodo inter se aut differant aut cognatione copulata sint, neque ita sollers est, ut quam semel verbis expresserit quasi formam eâdem semper utatur ubicunque fas erat.

18. *ἡδοναί τινες*: non eo sensu additum *τινὲς* quasi esset genus aliquod deliciarum quod nunquam *καθ' αὑτὸ* et *καὶ μονούμενον*, semper *δι' ἄλλο τι διώκεται*; alienum enim hoc a natura voluptatis. Sed *τινὲς* est verecunde loquentis ne laedantur ii qui recte sentiant esse voluptates quae omnino non sint appetendae.

19. *ἢ οὐδ' ἄλλο οὐδὲν πλὴν τῆς ἰδέας*; sc. *ἀγαθὸν καθ' αὑτὸ θετέον*. Intelliges dici, si forte non placeat quod priore loco eâdem particulâ *ἢ* (vs 16) propositum sit, placiturum fortasse hoc. Fieri enim posse ut nolit aliquis *ἀγαθὸν καθ' αὑτὸ* vocare, quod omnino etiam *δι' ἄλλο τι διώκομεν* (vs 18). Quam viam qui ingressus sit, eum necessario eo perventurum esse ut nullum sibi relinquatur *καθ' αὑτὸ ἀγαθὸν* praeter unum; quod profecto si idem Platonem sequatur in ipsâ ideâ percepisse sibi videbitur. Nam hoc non ideae, sed summi boni proprium est ut unum omnium *ἀεὶ δι' αὑτό, οὐδέποτε δι' ἄλλο* appetatur (ut ipse Aristoteles de eudaemonia quae sibi summum est bonum 1097 b 1 loquitur). Ergo ita sane tota quaestio, de qua agitur, *τὰ καθ' αὑτὰ ἀγαθὰ εἰ λέγεται κατὰ μίαν ἰδέαν* (vs 15) absurda esset: neque enim sunt *τὰ πολλὰ* quae uni ideae subdere possis. *Ὥστε μάταιον ἔσται τὸ εἶδος*. — In his nihil *εἰρωνείας*, de qua ad h. l. ambigunt interpretes apud Zellium. Quid enim magis certum, quam *ἰδέαν* non esse ubi non sit *εἶδος* i. e. generale quoddam singulis rebus oppositum? et in hoc capite quid magis tritum quam in ideâ ad id potissimum spectari quod sit *κοινόν τι* et *καθόλου*?

1096 b 24 φρονήσεως καὶ ἡδονῆς ἕτεροι καὶ διαφέροντες οἱ λόγοι ταύτῃ *A* 4
ᾗ ἀγαθά. οὐκ ἔστιν ἄρα τὸ ἀγαθὸν κοινόν τι κατὰ μίαν
ἰδέαν. ἀλλὰ πῶς δὴ λέγεται; οὐ γὰρ ἔοικε τοῖς γε ἀπὸ 5
τύχης ὁμωνύμοις. ἀλλ' ἆρα γε τῷ ἀφ' ἑνὸς εἶναι, ἢ πρὸς
ἓν ἅπαντα συντελεῖν, ἢ μᾶλλον κατ' ἀναλογίαν; ὡς γὰρ
ἐν σώματι ὄψις, ἐν ψυχῇ νοῦς, καὶ ἄλλο δὴ ἐν ἄλλῳ.
ἀλλ' ἴσως ταῦτα μὲν ἀφετέον τὸ νῦν· ἐξακριβοῦν γὰρ ὑπὲρ
αὐτῶν ἄλλης ἂν εἴη φιλοσοφίας οἰκειότερον. ὁμοίως δὲ

26. τοῖς γε] $K^b M^b$ τοῖς. 30. τὸ νῦν] K^b τὰ νῦν.

26 — 31. Interjecta haec, postquam quae contra Platonis ideam boni quinque argumentis disputaturus erat absolvit. Cavendum enim putavit ne in iis quae adhuc adversariis opposita sunt videretur eo abreptus esse ut aut suae doctrinae fundamentum ipse laederet aut illis viam aperiret unde e fugâ ad impetum faciendum revertere possent. *Qui censeat, ut modo demonstratum est, inter bona diversitatem eam intercedere, quae vel ad unam ideam vel ad notionem omnibus communem referri nequeat, ita quidem haud negavit esse quidquam quo inter se conjuncta sint quaecunque bona vocantur. Possunt enim omnia aut ex uno esse fonte aut ad unum finem tendere aut analogiâ quadam contineri. Modo de hac re quid statuendum sit explorare hujus non est loci.*

26. λέγεται intelligas omnino τὸ ἀγαθόν (vs 25), neu τὰ καθ' αὑτὰ ἀγαθά de quibus modo agebatur. Quod enim sequitur ejus est qui jam totum hoc caput omissurus est.

τοῖς ἀπὸ τύχης ὁμωνύμοις. Quae vere ὁμώνυμα sunt omnia videntur quodammodo ἀπὸ τύχης ὁμώνυμα esse; neque repereris facile alium locum, quo Aristoteles utramque vocem in unum conjungendam censuerit.

28. συντελεῖν de pecuniâ (τέλη) ad usum reipublicae congerendâ proprium, quemadmodum transferatur ad alias res, exemplum sit 509 a 29 μόρια εἰς γένεσιν συντελοῦντα; cf. 764 a 31; nec desunt alia exempla Aristotelica, in quibus pari fere jure praepositiones εἰς et πρὸς locum habent. Apertum vero quum h. l. omnes res bonae dicantur συντελεῖν πρὸς ἕν, id πρὸς ὃ συντελοῦσιν esse et ipsum τέλος (τὸ οὗ ἕνεκα).

30. ἐξακριβοῦν . . . ἄλλης φιλοσοφίας: mutatis verbis plane idem Eudemus 1217 b 16 τὸ διασκοπεῖν . . . ἑτέρας διατριβῆς, id quod eorum causa adnotem qui minus hoc scribendi genus noverunt. Ceterum plenam atque accuratam disquisitionem de notione boni libenter sane legeres ab Aristotele institutam; sed ἄλλην istam φιλοσοφίαν in libris nobis traditis non invenies. Breviter quidem Schol. „τῆς μετὰ τὰ φυσικά"; at permulta quidem in Metaphysicis sunt de naturâ boni et de ideâ boni interque ea nonnulla quae ad hoc caput utilissima fuissent (velut si verum est ὅτι „τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ καλὸν ἕτερον· τὸ μὲν γὰρ ἀεὶ ἐν πράξει, τὸ δὲ καλὸν καὶ ἐν τοῖς ἀκινήτοις" 1078 a 31 sq., vel demonstratio illa 996 a 22 — 29 cujus conclusio est ὥστ' ἐν τοῖς ἀκινήτοις οὐκ ἂν ἐνδέχοιτο ταύτην εἶναι τὴν ἀρχὴν οὐδ' εἶναί τι αὐτὸ ἀγα-

4 καὶ περὶ τῆς ἰδέας· εἰ γὰρ καὶ ἔστιν ἕν τι τὸ κοινῇ κατηγορού-
5 μενον ἀγαθὸν ἢ χωριστόν τι αὐτὸ καθ' αὑτό, δῆλον ὡς οὐκ
ἂν εἴη πρακτὸν οὐδὲ κτητὸν ἀνθρώπῳ· νῦν δὲ τοιοῦτόν τι
ζητεῖται. τάχα δέ τῳ δόξειεν ἂν βέλτιον εἶναι γνωρίζειν
αὐτὸ πρὸς τὰ κτητὰ καὶ πρακτὰ τῶν ἀγαθῶν· οἷον γὰρ

---

32. καὶ ἔστιν] $K^b M^b$ ἔστιν. τὸ κοινῇ] $K^b M^b$ καὶ κοινῇ. 33. τι αὐτὸ] $K^b M^b$ αὐτό τι.

θόν), nulla autem disputatio quâ absoluta sit quaestio πῶς δὴ λέγεται τὸ ἀγαθὸν ut in Nicomacheis inde a vs 26 adumbrata est.

31 — 1097 a 13. Priore ratione contra Platonem disputandi relictâ, a politicâ sane de qua agitur ideam boni alienam esse docetur. *Sed omittantur haec. Sit idea boni. Quaerendum igitur num pertineat ad vitam humanam finesque ejus. Quod qui affirmaturus est, duorum alterum utrum sane debebit probare. Aut enim demonstrandum, ipsam ideam ab homine posse vel perfici vel acquiri; id quod aperte absurdum est* (— b 35). *Aut id efficiendum ut intelligatur pertinere quidem ideam ad solam cogitationem mentis, sed cogitatione istâ homines adjuvari ut ad ea perveniant quae vel perficienda sibi vel acquirenda sint. At huic opinioni primum obstat, quod omnes adhuc tale auxilium neglexerunt* (— 1097 a 8); *deinde opponere fas erit, ne posse quidem fieri quod ita fingatur: quae enim cogitatio revera facit ad opus quodlibet melius perpetrandum, ea non generalis est, sed singula quaeque spectat, quae singulis proposita sunt.*

32. εἰ γὰρ καὶ ἔστιν ἕν τι τὸ κοινῇ κατηγορούμενον ἀγαθόν. Memineris argumentorum, quae in priore hujus capitis parte proposita sint, nonnulla sane id spectare ut negetur omnino esse ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν λόγον ἐν πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς (cf. b 24); cogitari non posse unam notionem. Nec potuisses Aristoteles, nisi huc spectasset, b 26 scribere „ἀλλὰ πῶς δὴ λέγεται; ct.“ Ipsi enim quam maxime constabat, cogitanda esse permulta genera rerum, quae quidem per se nusquam exstitissent. Caveas igitur ne hoc „ἔστιν“ quod b 32 est ita interpreteris ut ad ea tantum referri possit, quae vel inter has terrestres res vel in mundo Platonico suum habeant locum; neu putes particulâ ἢ quae sequitur b 33 (ἢ χωριστόν τι αὐτὸ καθ' αὑτό) adjungi quod variatis verbis eandem rem iteret. Imo altero membro ἢ χωριστόν τι ct. idea Platonis significatur, priore omnino notionis unitas, quarum illa sane esse non potest nisi haec sit, sed versa vice haud item.

34. νῦν δὲ τοιοῦτόν τι ζητεῖται: quod πρακτὸν sit vel κτητὸν ἀνθρώπῳ, cf. 1095 a 15 sq.; quaestio enim ibi proposita causa est, unde omnia quae adhuc disputantur apta sunt. Ita monitus iterum interrogabis num Plato ideam boni ipse inter τὰ πρακτὰ ἢ κτητὰ receperit; id quod certo negandum est. Ergo si omnino in hisce a discipulo suo redarguitur, redarguitur iis quae inde a vs 35 sequuntur. Disputat vero Aristoteles eo modo, tanquam a magistro nulla ratione illustratum sit quid ideae faciant ad vitam hominum, ut sententia ejus aliis distinguendo investiganda sit; qua in re velut vestigio utitur voce Platonicâ παράδειγμα 1097 a 2.

1097 a 2 παράδειγμα τοῦτ' ἔχοντες, μᾶλλον εἰσόμεθα καὶ τὰ ἡμῖν ἀγαθά, κἂν εἰδῶμεν, ἐπιτευξόμεθα αὐτῶν. πιθανότητα μὲν οὖν ἔχει τινὰ ὁ λόγος, ἔοικε δὲ ταῖς ἐπιστήμαις διαφωνεῖν· πᾶσαι γὰρ ἀγαθοῦ τινὸς ἐφιέμεναι καὶ τὸ ἐνδεὲς ἐπιζητοῦσαι παραλείπουσι τὴν γνῶσιν αὐτοῦ. καίτοι βοήθημα τηλικοῦτον ἅπαντας τοὺς τεχνίτας ἀγνοεῖν καὶ μηδ' ἐπιζητεῖν οὐκ εὔλογον. ἄπορον δὲ καὶ τί ὠφεληθήσεται ὑφάντης ἢ τέκτων πρὸς τὴν αὑτοῦ τέχνην εἰδὼς αὐτὸ τἀγαθόν, ἢ πῶς ἰατρικώτερος ἢ στρατηγικώτερος ἔσται ὁ τὴν ἰδέαν αὐτὴν τε- A 4

---

4. ἔχει τινὰ] K^b M^b τινὰ ἔχει. 7. ἅπαντας τοὺς τεχνίτας] K^b M^b τοὺς τεχνίτας ἅπαντας. 9. αὐτὸ τἀγαθόν] K^b τὸ αὐτὸ τοῦτο ἀγαθόν, M^b τὸ αὐτοαγαθόν.

6—8. *καίτοι βοήθημα τηλικοῦτον . . . . οὐκ εὔλογον*. Non absimile quod reipublicae Platonis objicitur 1264 a 1 *δεῖ δὲ μηδὲ τοῦτο αὐτὸ ἀγνοεῖν ὅτι χρὴ προσέχειν τῷ πολλῷ χρόνῳ καὶ τοῖς πολλοῖς ἔτεσιν, ἐν οἷς οὐκ ἂν ἔλαθεν εἰ ταῦτα καλῶς εἶχεν*. Inest in his judicandi genus quo et diversus est Aristoteles a Platone et superior. Sed modum istum, quo nunc utitur verissimo illo judicio, dum facilem sibi parat victoriam, minus aequum esse apparet. Quid quod ea quae sequuntur paene irridentis sunt. Nam qui quaerat *τί ὑφάντης ὠφεληθήσεται πρὸς τὴν αὑτοῦ τέχνην εἰδὼς αὐτὸ τἀγαθόν*, idem putaverit christianam religionem docentem *τὴν εὐσέβειαν πρὸς πάντα ὠφέλιμον εἶναι* (1 Tim. 4, 8) refutari si opponatur, at sutorem maxime pium non meliora calceamenta facere quam impium. An Aristoteles ipse, si res ita agatur, haberet responsum si rogatum esset *πῶς ἰατρικώτερος ὁ τὴν γνῶσιν τῆς εὐδαιμονίας ἔχων* (cf. 1097 a 9 et 1094 a 22 sq.)?

8. *ἄπορον δὲ καὶ τί* ct. *non facile dixerit aliquis quid*. Loquendi genus quod non saepe occurrit. Omnino *ἀπορεῖν*, *ἀπορία*, *ἀπόρημα* voces sunt valde usitatae, adjectivum *ἄπορος* sensu logico satis rarum; sed est 421 b 13 *διὸ καὶ ἄπορον φαίνεται*; 982 b 13 *τὰ πρόχειρα τῶν ἀπόρων θαυμάσαντες*; 1029 a 33 *αὕτη* (i. e. *οὐσία* quaedam) *δὲ ἀπορωτάτη*.

10. *τεθεαμένος τὴν ἰδέαν*: olet hoc *τεθεᾶσθαι* Platonis philosophiam; quamquam per se *θεᾶσθαι*, *θεατής*, *θέαμα* de rebus menti subjectis ne ab Aristotelica quidem dictione neque ab ipsis Nicomacheis aliena sunt.

12. *μᾶλλον δ' ἴσως τὴν τοῦδε· καθ' ἕκαστον γὰρ ἰατρεύει*. Probe intellexit Aristoteles nullam esse artem, nullam scientiam, nisi cognitâ lege ad quam singula quaeque referuntur; ut de ipsa re medica, quae illi persaepe pro exemplo est, nonnunquam contraria videatur docuisse iis quae h. l. leguntur. Velut 1356 b 29 *οὐδεμία τέχνη σκοπεῖ τὸ καθ' ἕκαστον οἷον ἡ ἰατρικὴ τί Σωκράτει τὸ ὑγιεινόν ἐστιν ἢ Καλλίᾳ, ἀλλὰ τί τῷ τοιῷδε ἢ τοῖς τοιοῖσδε (τοῦτο μὲν γὰρ ἔντεχνον, τὸ δὲ καθ' ἕκαστον ἄπειρον καὶ οὐκ ἐπιστητόν)*. Nec tamen minus idem auctor est, artem scientiamque quae non assumserit singularum rerum cognitionem inanem

4 θεαμένος. φαίνεται μὲν γὰρ οὐδὲ τὴν ὑγίειαν οὕτως ἐπισκοπεῖν ὁ. ἰατρός, ἀλλὰ τὴν ἀνθρώπου, μᾶλλον δ' ἴσως τὴν τοῦδε· καθ' ἕκαστον γὰρ ἰατρεύει. — καὶ περὶ μὲν τούτων ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω. 1097 a 11

---

futuram esse nihilque profecturam. Ut plena ejus doctrina ibi spectetur, ubi aut utrumque flagitat τὸ καθόλου et τὸ καθ' ἕκαστον (ut 1180 b 20 οὐδὲν δὲ ἧττον τῷ γε βουλομένῳ τεχνικῷ γενέσθαι καὶ θεωρητικῷ ἐπὶ τὸ καθόλου βαδιστέον et qu. sequ.) aut ipsi arti τὸ καθόλου vindicat, ejusdem vero artis totum usum ad τὸ καθ' ἕκαστον ablegat (ut 981 a 15—20). Qua in re, imprimis infestus imperitiae speciem sapientiae captanti, libentius fere eo fertur ut laudet sollertiam ejus qui singulas parvasque res non neglexerit. — Intelligis igitur potuisse Aristotelem pro suâ doctrinâ in utramque partem disputare; nec tamen negabis eum h. l. ut adversarium profligaret ultra justum modum in alteram partem abiisse.

Verbis καὶ περὶ μὲν τούτων ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω 1097 a 13 disputationi, qua ceterorum opiniones de summo bono recensebantur cap. 2—4, jam finis imponitur. Effectum enim est hoc, non posse simpliciter quidquam probari quod adhuc propositum sit; reliquum igitur ut ipsi videamus quid sit statuendum. Unde apparet rem nunc ita suscipiendam esse qualis erat initio capitis secundi: τί τὸ ζητούμενον ἀγαθόν 1097 a 15 i. e. τί τὸ πάντων ἀκρότατον τῶν πρακτῶν ἀγαθῶν 1095 a 16. Ad hanc quaestionem ex Aristotelis sententiâ respondendum breviter: ἡ εὐδαιμονία τὸ ζητούμενον ἀγαθόν, modo ne varias hominum opiniones (cap. 2 et 3) secuti εὐδαιμονίαν appellemus quod non est εὐδαιμονία.

Caput vero quintum in ista re ita versatur: *Bonum est quod τέλος est, summum vitae bonum quod universae vitae τέλος est* (1097 a 16—24). *Quod summum est bonum τέλειον esse debet, τέλειον autem nil cui propter aliud aliquid opera datur* (—1097 a 34). *Una autem beatitudo hoc habet, ut nunquam appetatur aliarum rerum causa* (— 1097 b 6). *Quâ re quum evincatur, illam esse bonum quod quaeritur, idem comprobatur inde quod notionem conjunctam τῷ τελείῳ in beatitudine invenimus, τὸ αὔταρκες. Sufficit enim per se sola ut vitam qualis exoptatur quasi expleat* (—1097 b 20).

Vides igitur tria ostendi: ἡ εὐδαιμονία τὸ ζητούμενον ἀγαθὸν τέλος οὖσα ἁπάντων· τέλος δὲ ἁπάντων ἢ τέλειόν τε καὶ αὔταρκες. Quae ut demonstrentur propositum sibi fuisse Aristoteles ipse iisdem fere verbis, ordine immutato, professus est in clausulâ hujus capitis 1097 b 20. 21. Observabis autem inter tria haec eminere quasi quod secundo loco positum est, τὸ τέλειον. Neque enim de eo agitur quid omnino τέλειον sit, sed de eo quod sit τέλειον τέλος vel τέλειον ἀγαθόν, in quo natura τοῦ τέλους absoluta cernitur et perfecta. Itaque ubi describitur vis τοῦ τελείου, non mirum haud novum aliquod apparere sed confirmari et explicari quod jam constabat. Nam quae res ἁπάντων τῶν πρακτῶν τέλος est (vs 22), ea non potest non ἀεὶ καθ' αὑτὴν αἱρετὴ esse καὶ μηδέποτε δι' ἄλλο; esset enim illud ἄλλο ad tempus certe exemptum e numero τῶν ἁπάντων. Hoc autem (τὸ καθ' αὑτὸ αἱρετὸν εἶναι ἀεί) id ipsum est quod τέλειον vocatur vs 33. Porro

πάλιν δ' ἐπανέλθωμεν ἐπὶ τὸ ζητούμενον ἀγαθόν, τί A 5
ποτ' ἂν εἴη. φαίνεται μὲν γὰρ ἄλλο ἐν ἄλλῃ πράξει καὶ τέχνῃ· ἄλλο γὰρ ἐν ἰατρικῇ καὶ στρατηγικῇ καὶ ταῖς λοιπαῖς ὁμοίως. τί οὖν ἑκάστης τἀγαθόν; ἢ οὗ χάριν τὰ λοιπὰ πράττεται; τοῦτο δ' ἐν ἰατρικῇ μὲν ὑγίεια, ἐν στρατηγικῇ δὲ νίκη, ἐν οἰκοδομικῇ δ' οἰκία, ἐν ἄλλῳ δ' ἄλλο, ἐν ἁπάσῃ δὲ πράξει καὶ προαιρέσει τὸ τέλος· τούτου γὰρ ἕνεκα τὰ λοιπὰ πράττουσι πάντες. ὥστ' εἴ τι τῶν πρακτῶν ἁπάντων ἐστὶ τέλος, τοῦτ' ἂν εἴη τὸ πρακτὸν ἀγαθόν, εἰ δὲ πλείω, ταῦτα. μεταβαίνων δὴ ὁ λόγος εἰς ταὐτὸν ἀφῖκται. τοῦτο

22. *πράττουσι*] K^b *πράσσουσι.*

si inde pergere velis ad ea quae tertio loco adduntur, invenies *τὸ τέλειον τέλος* ita descriptum necessario *αὔταρκες* esse; quod enim *ἐνδεὲς* est, haberet in supplemento indigentiae suae praeter se finem propositum. Quae si vera sunt, probabilem causam perspicere tibi videberis cur Aristoteles sententias hujus capitis ita disposuerit ut sunt dispositae. Ortus enim a quaestione *τί τὸ ζητούμενον ἀγαθὸν* id spectabat ut illud *ἀγαθὸν* notasque ejus proprias in beatitàte esse demonstraret. Exspectares igitur aut plene definitâ boni illius naturâ, qua inclusum sit *τὸ τέλειον* et *τὸ αὐταρκές*, postremo ad *εὐδαιμονίαν* transitum fieri; aut quum primum descriptum sit *τὸ ζητούμενον* statim responderi ad quaestionem *τί ἐστιν* responsumque '*ἡ εὐδαιμονία*' ratum haberi propter ejus *τελειότητα* et *αὐτάρκειαν*. Quorum neutrum factum est, sed intermedio quasi loco definitâ *τοῦ τελείου* naturâ (1097 a 34) primum mentio fit beatitatis. Qua in re non jam offendes, si placuerint quae modo disputavimus.

24. *μεταβαίνων δὴ ὁ λόγος εἰς ταὐτὸν ἀφῖκται. Εἰς ὃ ἀφῖκται ὁ λόγος ταὐτὸν* est sententia praecedens vs 22 *ὥστ' εἴ τι . . . . πρακτὸν ἀγαθόν* quae eadem jam 1094 a 18—21 proposita est his verbis *εἰ δή τι τέλος ἐστὶ τῶν πρακτῶν . . . . δῆλον ὡς τοῦτ' ἂν εἴη τἀγαθὸν καὶ τὸ ἄριστον.* Quod vero dicitur *ὁ λόγος* huc *ἀφῖχθαι μεταβαίνων*, refertur ab interpretibus ad disputationem de ideâ boni cap. 4. Non recte. Illa enim disputatio jam omissa est vs 15 voce *ἐπανέλθωμεν*, neque est *μετάβασις* unde oportet *ἐπανελθεῖν*; deinde quae cap. 3 et 4 contra adversarios demonstrata sunt nihil profecerunt ut recte posset *τὸ πρακτὸν ἀγαθὸν* in hunc modum definiri, at qui *λόγος μεταβαίνων ἀφῖκται* per ipsum illud *μεταβαίνειν* dictus est ad finem suum pervenisse. Imo via illa ad quam verbum *μεταβαίνειν* spectat, sententiae sunt vs 16—23 praemissae; voci autem *μεταβαίνειν* locus erat, quia res ad eundem finem simili sed non prorsus eadem ratione 1094 a 1—18 perducta erat. Habet enim primum horum librorum prooemium id diversum a priore parte capitis quinti, quod illic (ut suo loco monuimus) omnes *τέχναι καὶ μέθοδοι* subjiciendae erant politicae, non tantum (ut cap. 5 separatim fit) *τέλη* omnia *τῷ (πρακτῷ) ἀγαθῷ.*

Α 5 δ' ἔτι μᾶλλον διασαφῆσαι πειρατέον. ἐπεὶ δὲ πλείω φαίνεται τὰ τέλη, τούτων δ' αἱρούμεθά τινα δι' ἕτερα· οἷον πλοῦτον αὐλοὺς καὶ ὅλως τὰ ὄργανα, δῆλον ὡς οὐκ ἔστι πάντα τέλεια· τὸ δ' ἄριστον τέλειόν τι φαίνεται. ὥστ' εἰ μέν ἐστιν ἕν τι μόνον τέλειον, τοῦτ' ἂν εἴη τὸ ζητούμενον, εἰ δὲ πλείω, τὸ τελειότατον τούτων. τελειότερον δὲ λέγομεν τὸ καθ' αὑτὸ διωκτὸν τοῦ δι' ἕτερον καὶ τὸ μηδέποτε δι' ἄλλο αἱρετὸν τῶν καὶ καθ' αὑτὰ καὶ διὰ τοῦθ' αἱρετῶν, καὶ ἁπλῶς δὴ τέλειον τὸ καθ' αὑτὸ αἱρετὸν ἀεὶ καὶ μηδέ- 1097 a 25

25. ἐπεὶ δὲ] imo ἐπεὶ δή. 26. ἕτερα] $K^{b}M^{b}$ ἕτερον. 32. διὰ τοῦθ'] K^{b} δι' αὑτά.

25. *ἐπεὶ δὲ πλείω φαίνεται τὰ τέλη.* Notum hoc, plura esse τὰ τέλη, e vs 18 sq.; item notum, quo tendat ita incipiens, modo enim dixit *τοῦτο δ' ἔτι μᾶλλον διασαφῆσαι πειρατέον* vs 24 s. Sin lectores monentur quasi ut volentes ipsique videntes disputationi ordienti adsint, particula δὴ usitatur. Scribendum igitur ἐπεὶ δή.

27. *δῆλον ὡς οὐκ ἔστι πάντα τέλεια* sc. τέλη. Tantum enim apud omnes constat de naturâ τοῦ τελείου, ut ultro concessuri sint, τέλεια τέλη non posse esse quae δι' ἕτερα αἱρούμεθα (vs 26); nam si respiciatur ad ἕτερα illa, jam non sunt τέλη. Quod vero τέλειον est, sui generis naturam plenam in se habet ac perfectam. Tenendum in his et in iis quae sequuntur (— vs 34) non universe agi de notione istâ, sed tantum de eo τελείῳ quod sit inter τὰ τέλη. Per se enim τὸ τέλειον, cujus vis multo latius patet, ne refertur quidem ad τὰ αἱρετὰ vel διωκτά; velut si χρόνος dicitur τέλειος, vel διάστημα τέλειον, διαφορὰ τελεία, aut quum in rebus naturalibus multa sunt genera ζῴων ἀτελῶν atque τὸ ἄῤῥεν τέλειον, τὸ δὲ θῆλυ ἀτελές — cujus generis multa leguntur apud Aristotelem. Qui quid omnino τέλειον dicat, Metaph. Δ 16 haud sane male explicavit in hanc sententiam: *τὰ μὲν οὖν καθ' αὑτὰ λεγόμενα τέλεια τοσαυταχῶς λέγεται, τὰ μὲν τῷ κατὰ τὸ εὖ μηθὲν ἐλλείπειν μηδ' ἔχειν ὑπερβολὴν μηδὲ ἔξω τι λαβεῖν, τὰ δ' ὅλως κατὰ τὸ μὴ ἔχειν ὑπερβολὴν ἐν ἑκάστῳ γένει μηδ' εἶναί τι ἔξω* 1021 b 30 sq. (quibus in verbis accuratius inquirenti suspectum videbitur membrum b 32 μηδὲ ἔξω τι λαβεῖν).

33. *καὶ ἁπλῶς δὲ τέλειον.* Quid velit ἁπλῶς singulis locis plerumque inde dijudicandum, quid sit oppositum τῷ ἁπλῶς λεγομένῳ. Hoc igitur loco interpreteris „omissâ omni comparatione“ vel „omissâ differentiâ graduum“ qualis indicabatur vocibus τὸ τελειότατον τούτων et τελειότερον δὲ vs 30. Quo facto cogitatur quem grammatici vocant positivus: aut ille qui vim adjectivi quantamcunque omnino adesse dicat, aut ille qui discrimina graduum aspernatus perfectam et absolutam nationem effert. Ad hunc quem posteriore loco indicavimus spectare hic scriptorem ipsius verbis, dum definitioni addit illud 'ἀεὶ καὶ μηδέποτε', satis docemur. Notandum hoc; nam in usu vocis ἁπλῶς, Aristoteli valde solito, haud ita saepe fit, ut possis si sensum spectes quodammodo dicere inesse in ἁπλῶς vim augendi et efferendi.

1097 a 34 ποτε δι' ἄλλο. τοιοῦτον δ' ἡ εὐδαιμονία μάλιστ' εἶναι δοκεῖ· A 5
1097 b ταύτην γὰρ αἱρούμεθα ἀεὶ δι' αὐτὴν καὶ οὐδέποτε δι' ἄλλο· τιμὴν δὲ καὶ ἡδονὴν καὶ νοῦν καὶ πᾶσαν ἀρετὴν αἱρούμεθα μὲν καὶ δι' αὐτά (μηθενὸς γὰρ ἀποβαίνοντος ἑλοίμεθ' ἂν ἕκαστον αὐτῶν), αἱρούμεθα δὲ καὶ τῆς εὐδαιμονίας χάριν, διὰ τούτων ὑπολαμβάνοντες εὐδαιμονήσειν. τὴν δ' εὐδαιμονίαν οὐδεὶς αἱρεῖται τούτων χάριν, οὐδ' ὅλως δι' ἄλλο. φαίνεται δὲ καὶ ἐκ τῆς αὐταρκείας τὸ αὐτὸ συμβαίνειν· τὸ γὰρ τέλειον ἀγαθὸν αὔταρκες εἶναι δοκεῖ. τὸ δ' αὔταρκες λέγομεν οὐκ αὐτῷ μόνῳ τῷ ζῶντι βίον μονώτην, ἀλλὰ καὶ γονεῦσι καὶ τέκνοις καὶ γυναικὶ καὶ ὅλως τοῖς φίλοις καὶ πολίταις, ἐπειδὴ φύσει πολιτικὸς ἄνθρωπος. τούτων δὲ ληπτέος ὅρος τις· ἐπεκτείνοντι γὰρ ἐπὶ τοὺς γονεῖς καὶ τοὺς ἀπογόνους

---

34. δ' ἡ] K[b] δὴ ἡ.
5. 6. δ' εὐδαιμονίαν] K[b]H[a] εὐδαιμονίαν δ'. 20. γυναικὶ] K[b]M[b] γυναιξὶ.

---

34. τοιοῦτον δ' ἡ εὐδαιμονία μάλιστ' εἶναι δοκεῖ. Diceres necopinato in re gravissima transiluisse sermonem a quaerendo ad responsum quoddam; nusquam enim adhuc Aristotelem suo nomine appellasse τὴν εὐδαμονίαν. At reputandum cap. 2 jam ita illam aliorum nomine propositam esse ut sentiretur et ipsum ei favere. Praeterea id proprium fere Aristotelis, ut cunctanter quasi e dubitando et disquirendo paullatim sinat accrescere quod sibi videatur verum esse; interdum vix inveneris locum, ubi primum inceperit affirmare quod incertum fuerat.

7. τὸ γὰρ τέλειον ἀγαθὸν αὔταρκες εἶναι δοκεῖ. Αὔταρκες quod οὐδενὸς ἐνδεὲς est, ut de eudaemonia 1176 b 5 legitur, vel id quod τὸν βίον ποιεῖ μηδενὸς ἐνδεᾶ, ut hic est vs 15; αὐτάρκης is homo qui οὐδενὸς προσδεῖται v. 1169 b 5. Τέλειον vero est τῷ κατὰ τὸ εὖ μηθὲν ἐλλείπειν ... μηδ' εἶναι τι ἔξω 1021 b 32 et 1022 a 1, vel οὗ μή ἐστιν ἔξω λαβεῖν τι δυνατόν 1055 a 12. Sufficiant haec ut appareat quam sint omnino finitimae inter se istae notiones. Sed caute Aristoteles „τὸ γὰρ τέλειον ἀγαθόν"; per se enim τὸ τέλειον multo latius patet, ut jam monuimus; τὸ ἀρκεῖν contra quod inest in αὐτάρκης eo spectat ut sit aliquis cui postulanti quasi vel cupienti satisfiat, id quod in rebus mathematicis, logicis, naturalibus locum non habet.

8—11. τὸ δ' αὔταρκες λέγομεν οὐκ αὐτῷ μόνῳ ... πολίταις. Egregiâ brevitate per solam dativi casus vim tota enuntiatio confecta est. Nobis magis perspicuum esset, si in eandem sententiam legeremus: αὔταρκες δὲ λέγομεν οὐχ ὃ αὐτῷ μόνῳ ... ἀρκεῖ, ἀλλὰ καὶ γονεῦσιν ἀρκεῖν δεῖ κ. τ. λ. Ut unius hominis vitae sufficiatur, multis imo civitati debet suffici; ἐπειδὴ φύσει πολιτικὸς ἄνθρωπος (cf. 1253 a 2 sq.). Nec mirum huc legentes revocari; ἡ γὰρ μέθοδος πολιτική τις, ut erat in prooemio 1094 b 11.

5 καὶ τῶν φίλων τοὺς φίλους εἰς ἄπειρον πρόεισιν. ἀλλὰ τοῦτο 1097 b 13 μὲν εἰσαῦθις ἐπισκεπτέον, τὸ δ' αὔταρκες τίθεμεν ὃ μονούμενον αἱρετὸν ποιεῖ τὸν βίον καὶ μηδενὸς ἐνδεᾶ· τοιοῦτον δὲ τὴν εὐδαιμονίαν οἰόμεθα εἶναι. ἔτι δὲ πάντων αἱρετωτάτην μὴ συναριθμουμένην, συναριθμουμένην δὲ δῆλον ὡς αἱρετωτέραν μετὰ τοῦ ἐλαχίστου τῶν ἀγαθῶν· ὑπεροχὴ γὰρ ἀγαθῶν γίνεται τὸ προστιθέμενον, ἀγαθῶν δὲ τὸ μεῖζον αἱρετώτερον ἀεί. τέλειον δή τι φαίνεται καὶ αὔταρκες ἡ εὐδαιμονία, τῶν πρακτῶν οὖσα τέλος.

6 ἀλλ' ἴσως τὴν μὲν εὐδαιμονίαν τὸ ἄριστον λέγειν ὁμο-

---

14. τίθεμεν] K^b^pr. τιθέμενον.

---

13. ἀλλὰ τοῦτο μὲν εἰσαῦθις ἐπισκεπτέον i. e. τίς ὅρος ληπτέος (vs 10) ne dum omnia velimus in unius hominis beatam vitam complecti, eo feramur ut vita beata omnino non esse dicenda sit. Ita sane cap. 11 illud ἐπεκτείνειν (vs 11) finibus quibusdam circumscribitur.

16 s. ἔτι δὲ (τὴν εὐδαιμονίαν οἰόμεθα εἶναι) πάντων αἱρετωτάτην μὴ συναριθμουμένην, συναριθμουμένην δὲ κ. τ. λ. Quod hic ut novum aliquid (ἔτι) adjungitur neque ad naturam τοῦ αὐτάρκους, neque ad τὸ τέλειον refertur; est vero tale ut nihil habeat his notionibus contrarium, illico enim pergitur vs 20 τέλειον δή. Ipsam autem horum verborum sententiam totam vides positam esse in voce συναριθμεῖν, qua quomodo Aristoteles utatur exempla sint praeter 1184 a 16. 20 (qui locus nostrum imitatur) 163 a 25; 1105 b 1; 1318 a 38; 1363 b 19 („ἀνάγκη τά τε πλείω τοῦ ἑνὸς καὶ τῶν ἐλαττόνων, συναριθμουμένου τοῦ ἑνὸς ἢ τῶν ἐλαττόνων, μεῖζον ἀγαθὸν εἶναι"). Est συναριθμεῖν recipere in numerum, apponere ad seriem reliquorum. Opponuntur igitur hic duo ut comparentur: ἡ εὐδαιμονία et πάντα; addito participio μὴ συναριθμουμένην dicitur ἡ εὐδαιμονία superare πάντα dummodo ne πάντα ita intelligas ut et ipsa ἡ εὐδαιμονία inter ea recipiatur; id quod satis certum est neque egebat longiore expositione qualem Magna Moralia l. l. in modum fere Topicorum adjiciunt. Pergitur deinde συναριθμουμένην δὲ κ. τ. λ.; quo facto mutatur oppositorum ratio; nunc enim in alterâ parte est ut antea ἡ εὐδαιμονία, in alterâ vero eadem conjuncta cum quavis alia re bona, neque enim necessarium advocare πάντα. Recta haec omnia quamvis brevia, nec profecto inutilia ad rem. Beatitas enim, quamquam prudenter adhuc ab Aristotele dicta non est συντίθεσθαι ἐκ πολλῶν ἀγαθῶν (ut h. l. M. M. habent 1184 a 19), tamen reliqua τέλη amplecti dicta erat, ut mirari posses quomodo in eam caderet τὸ μονοῦσθαι (vs 14) atque dubitare annon ut summa τελεία et αὐτάρκης omnia bona in se haberet ipsa. Removentur igitur talia judicio sano.

Cap. 6. Quum jam constet ad quaestionem τί τὸ ζητούμενον ἀγαθόν; recte responderi „ἡ εὐδαιμονία", proximum est ut vera τῆς εὐδαιμονίας natura explicetur. Quam maxime enim hac de re desiderari rectam doctrinam, capp. 2 et 3 satis monitum est. Nec quae modo

λογούμενόν τι φαίνεται, ποθεῖται δ' ἐναργέστερον τί ἐστιν ἔτι λεχθῆναι. τάχα δὲ γένοιτ' ἂν τοῦτ', εἰ ληφθείη τὸ ἔργον τοῦ ἀνθρώπου. ὥσπερ γὰρ αὐλητῇ καὶ ἀγαλματοποιῷ καὶ A

23. *ποθεῖται*] K[b] *ποθεῖ.*

(cap. 5) demonstrata sunt, hoc spectant ut jam sciamus qua in re posita sit beatitas; *τὸ τέλειον* enim et *τὸ αὔταρκες* notiones sunt quales nos dicimus formales, quibus quodammodo describitur *τὸ ποῖον*, nullo modo *τὸ τί ἐστιν*. Nunc igitur proposita est quaestio *τί ἡ εὐδαιμονία*, in quâ quidem solvendâ disputatio per septem proxima capita versatur, donec eo pervenitur ut omissâ beatitudine pergi possit ad id quod deinde sequitur, *τὴν ἀρετὴν* dico. Ita instituisse scriptorem rerum sententiarumque ordinem, testis sit ipse qui initio cap. 13 (1102 a 5 s.) scribit *ἐπεὶ δ' ἐστὶν ἡ εὐδαιμονία ψυχῆς ἐνέργειά τις κατ' ἀρετὴν τελείαν, περὶ ἀρετῆς ἐπισκεπτέον*.

Qua in re nihil obscurum est, si unum teneas. Duae notiones illae quae sententiâ *τὸ ἀκρότατον τῶν πρακτῶν ἀγαθῶν ἡ εὐδαιμονία* conjuncta sunt, tam affines sunt inter se ex Aristotelis sententiâ ut mutato nomine fere idem valeant; quumque progressus ab alterâ ad alteram fieret, tantummodo formalibus quae dixi attributis, quae utrique inhaererent, opus erat. Inde sequitur, inventâ beatitate non posse tanquam re peractâ negligi summi boni notionem, sed agi capp. 6 sequ. de naturâ *εὐδαιμονίας* ita ut vere *τὸ ἄριστον* esse possit vel (si vis) de naturâ *τοῦ ἀρίστου* ita ut notione *τῆς εὐδαιμονίας* dirigatur disputatio et contineatur.

Quum non sufficiat summo vitae bono nomen εὐδαιμονίας imponere, observandum in singulis vitae conditionibus et in re unaquaque id quod bonum sit percipi in opere quodam proposito. Quodsi quaeratur, quodnam opus omnino homini sit propositum, cogitandum de eo quod ejus proprium est (—1097 b 34). *Proprium vero hominis vita non corporis, sed animi qui vel est mens vel menti paret* (—1098 a 5). *Quam vitam si sumas κατ' ἐνέργειαν, deinde ut bonum suum habeat instruas virtute, habes quod quaeritur bonum: ψυχῆς ἐνέργειαν κατ' ἀρετήν* (—1098 a 17). *Addendum, ut is qui gaudeat hoc bono vere beatus dici possit: per totum aevum* (—1098 a 20).

22. *τὴν μὲν εὐδαιμονίαν τὸ ἄριστον λέγειν ὁμολογούμενόν τι.* In his *ἡ εὐδαιμονία* praedicati, *τὸ ἄριστον* subjecti locum habet, ut particula *μὲν* ita posita collato membro opposito docet. Quapropter etiam quod sequitur vs 23 *τί ἐστιν* supplendum *τὸ ἄριστον*. Id quod interpretes fugit. 'Agitur ergo, si grammaticam rationem spectes, non de beatitate sed de summo bono. Qua in re persistit quae a vs 24 proponitur argumentatio. Ad *τὸ ἔργον* enim, qui est quasi syllogismi terminus medius, fit transitus per notionem *τοῦ ἀγαθοῦ* et *τοῦ εὖ* (vs 27), neque ubi de hominis *ἔργῳ* agitur (vs 28 sq.) ullo modo ad *εὐδαιμονίαν* recursum est. Omnino quae per totum caput disputantur ne vocem quidem istam appellant, et poterant omnia recte proponi, si adhuc de beatitate sermo non fuisset. Ultimâ demum periodo (1098 a 19 s.) monemur, neque oblitum esse scriptorem eorum quae praecedente

Δ 6 παντὶ τεχνίτῃ, καὶ ὅλως ὧν ἐστὶν ἔργον τι καὶ πρᾶξις, ἐν 1097 b 26
τῷ ἔργῳ δοκεῖ τὸ ἀγαθὸν εἶναι καὶ τὸ εὖ, οὕτω δόξειεν ἂν καὶ
ἀνθρώπῳ, εἴπερ ἔστι τι ἔργον αὐτοῦ. πότερον οὖν τέκτονος μὲν
καὶ σκυτέως ἔστιν ἔργα τινὰ καὶ πράξεις, ἀνθρώπου δ' οὐδέν
ἐστιν, ἀλλ' ἀργὸν πέφυκεν; ἢ καθάπερ ὀφθαλμοῦ καὶ χει-
ρὸς καὶ ποδὸς καὶ ὅλως ἑκάστου τῶν μορίων φαίνεταί τι
ἔργον, οὕτω καὶ ἀνθρώπου παρὰ πάντα ταῦτα θείη τις ἂν
ἔργον τι; τί οὖν δὴ τοῦτ' ἂν εἴη ποτέ; τὸ μὲν γὰρ ζῆν κοινὸν
εἶναι φαίνεται καὶ τοῖς φυτοῖς, ζητεῖται δὲ τὸ ἴδιον. ἀφο-
ριστέον ἄρα τὴν θρεπτικὴν καὶ αὐξητικὴν ζωήν. ἑπομένη δὲ 1098 a
αἰσθητική τις ἂν εἴη, φαίνεται δὲ καὶ αὕτη κοινὴ καὶ ἵππῳ
καὶ βοῒ καὶ παντὶ ζῴῳ. λείπεται δὴ πρακτική τις τοῦ λό-

---

30. 31. χειρὸς καὶ ποδὸς] K[b] ποδὸς καὶ χειρός.
1. καὶ] K[b] καὶ τὴν. 2. αὕτη] K[b] αὐτή. 3. δὴ] K[b]M[b] δὲ.

---

capite effecta sunt, neque esse ea inutilia ut plena boni natura cognoscatur.

26. *καὶ ὅλως ὧν ἐστὶν ἔργον τι καὶ πρᾶξις*: neque enim quum de opere hominis (vs 24) agendum sit, *τὸ ἔργον* peculiari illo sensu dictum est ut sit *ἔργον τι παρὰ τὰς ἐνεργείας* (v. 1094 a 4), quo sensu *τὸ ἔργον* est *ποιήσεως*, oppositae *τῇ πράξει*. Imo, ut hoc in capite loquitur Aristoteles, et ipsa *πρᾶξις* est *ἔργον* (vs 26.–29), ipsum *τὸ ζῆν* seu *ζωὴ* quaelibet (vs 33 sq.), ipsa *ἐνέργεια* (1098 a 7. 16). Tenendum hoc in hac voce ut in exemplo, ne forte in iis quae sequuntur aliis vocibus plus tribuas quam tenor hujus loci permittit, putesve ubi scripta sit *πρᾶξις*, negari *θεωρίαν*.

1. *ἑπομένη*, si ab eo quod infimum est pergas ad vivendi genera magis perfecta.

3. *λείπεται δὴ πρακτική τις τοῦ λόγον ἔχοντος*. Primum dixeris, ut Aristoteles discernere soleat *ψυχῆς μόρια*, neglectum hic esse *τὴν ὄρεξιν* (*τὴν ὀρεκτικὴν ζωήν*); at si *τὴν ὄρεξιν* ipsam, rationis expertem, intellexeris, aeque *κοινὴ* erit atque *αἴσθησις* de qua vs 2 dictum est; sin cogites de ea, quae a mente lumen accipit, non male hic ut alias ipsa adscribitur *τῷ λόγον ἔχοντι μορίῳ* (*ὡς ἐπιπειθὲς* vs 4). — Deinde videndum, quantum hic tribuere velis voci *πρακτική*. Esset enim quasi ethices fundamentum, si h. l. Aristoteles summum bonum atque *τὸ τοῦ ἀνθρώπου ἔργον* posuisset in *πράξει*, quae diversa est et a *ποιήσει* et a *θεωρίᾳ*. Quapropter vide quae ad 1097 b 26 adnotavimus. Nec poterat eâ viâ, qua argumentatio incedebat, eo perveniri ut breviter *ἡ πρᾶξις* anteponeretur *τῇ θεωρίᾳ*. Quis enim unquam docuit, mentis puram cogitationem non pertinere ad opus hominis? Nisi forte putaveris, omnem vim demonstrandi inesse in *τῷ ἰδίῳ ἔργῳ* (1097 b 34), pergasque puram quam dicunt mentem hominibus communem esse cum diis ut sensus cum bestiis; solius vero *πρακτικῆς* proprium esse ut liceat interrogare „*πράξεις δὲ ποίας ἀπονεῖμαι χρεὼν τοῖς θεοῖς;*“

1098 a 4 γου ἔχοντος. τούτου δὲ τὸ μὲν ὡς ἐπιπειθὲς λόγῳ, τὸ δ' ὡς Δ 6 ἔχον καὶ διανοούμενον. διττῶς δὲ καὶ ταύτης λεγομένης τὴν κατ' ἐνέργειαν θετέον· κυριώτερον γὰρ αὕτη δοκεῖ λέγεσθαι. εἰ δ' ἐστὶν ἔργον ἀνθρώπου ψυχῆς ἐνέργεια κατὰ λόγον ἢ μὴ ἄνευ λόγου, τὸ δ' αὐτό φαμεν ἔργον εἶναι τῷ γένει τοῦδε καὶ τοῦδε σπουδαίου, ὥσπερ κιθαριστοῦ καὶ σπουδαίου κιθαριστοῦ, καὶ ἁπλῶς δὴ τοῦτ' ἐπὶ πάντων, προστιθεμένης τῆς κατ' ἀρετὴν ὑπεροχῆς πρὸς τὸ ἔργον (κιθαριστοῦ μὲν γὰρ τὸ κιθαρίζειν, σπουδαίου δὲ τὸ εὖ)· εἰ δ' οὕτως, ἀνθρώπου δὲ τίθεμεν ἔργον ζωήν τινα, ταύτην δὲ ψυχῆς ἐνέργειαν καὶ πράξεις μετὰ λόγου, σπουδαίου δ' ἀνδρὸς εὖ ταῦτα καὶ καλῶς, ἕκαστον δ' εὖ κατὰ τὴν οἰκείαν ἀρετὴν ἀποτελεῖται· εἰ δ' οὕτω, τὸ ἀνθρώπινον ἀγαθὸν ψυχῆς ἐνέργεια γίνεται κατ' ἀρετήν, εἰ δὲ πλείους αἱ ἀρεταί, κατὰ τὴν ἀρίστην καὶ τελειοτάτην.

---

11. κατ'] K[b] κατὰ τὴν. 11. 12. το κιθαρ.] K[b] κιθαρ. 13—16. καὶ πράξεις — ἐνέργεια] om. K[b]pr.

(1178 b 10). At tale quid innuendo, nullo verbo addito, significare hujus sane loci non erat. — Ceterum id profecto concedendum, nil inesse in hoc capite unde colligi possit, voluisse hic Aristotelem etiam τῇ θεωρίᾳ suum locum servare: est enim τὸ ἔχον λόγον καὶ διανοούμενον (vs 5), est ψυχῆς ἐνέργεια κατ' ἀρετὴν (vs 16) et praeter illam. Putaveris contentum eum fuisse quum ascendendo (v. ad 1098 a 1) eo pervenisset ut augustiorem hominis naturam attingeret, nec nunc curasse quid ultra sit.

5. διττῆς δὲ καὶ ταύτης λεγομένης sc. τῆς τοῦ λόγον ἔχοντος ζωῆς; potest enim ζωὴ quaelibet etiam cogitari καθ' ἕξιν, ut sit sed velut quiescat.

10. προστιθεμένης τῆς κατ' ἀρετὴν ὑπεροχῆς πρὸς τὸ ἔργον: haec est conditio ut illud ταὐτὸ vs 8 recte habeat; nam si eum qui operatur laude ornes („τοῦδε σπουδαίου") illique ita τὴν κατ' ἀρετὴν ὑπεροχὴν tribuas, consentaneum est in opere idem observari. Perspicuum hoc; perspicua totius periodi summa, quamvis constructio membris interpositis impedita, protasi ter inchoatâ eâdem (εἰ vs 7; εἰ δ' οὕτως vs 12 et 15) speciem habet sermonis magnis rei difficultatibus obsessi. Nam si memineris de opere agi quia τἀγαθὸν καὶ τὸ εὖ in illo insit (1097 b 27), satis apparet, idem illud opus ita esse cogitandum ut et ipsum suum habeat ἀγαθὸν et εὖ seu suam virtutem; ut 1098 a 5 sq. statim apparebat, τὴν ζωὴν cogitandam esse qualis κυριώτερον λέγεται. Virtutis quidem nomen hic primum occurrit; nec tamen credes, hac re solito majorem gradum factum esse ad id quo tendit tota disputatio. Quam enim hic habemus ἀρετήν, nondum ea est quae horum librorum est propria sive ἠθικὴ sive διανοητική.

17. εἰ δὲ πλείους αἱ ἀρεταί, κατὰ τὴν ἀρίστην καὶ τελειοτάτην: vide quam bene haec concinant cum iis quae in extremo jam opere

Α 6 ἔτι δὲ ἐν βίῳ τελείῳ. μία γὰρ χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ, οὐδὲ 1098 a 18 μία ἡμέρα· οὕτω δὲ οὐδὲ μακάριον καὶ εὐδαίμονα μία ἡμέρα
7 οὐδ' ὀλίγος χρόνος. περιγεγράφθω μὲν οὖν τὸ ἀγαθὸν ταύτῃ· δεῖ γὰρ ἴσως ὑποτυπῶσαι πρῶτον, εἶθ' ὕστερον ἀναγράψαι. δόξειε δ' ἂν παντὸς εἶναι προαγαγεῖν καὶ διαρθρῶσαι τὰ καλῶς ἔχοντα τῇ περιγραφῇ, καὶ ὁ χρόνος τῶν τοιούτων εὑρετὴς ἢ συνεργὸς ἀγαθὸς εἶναι. ὅθεν καὶ τῶν τεχνῶν γε-

---

1177 a 12 sq. profitetur philosophus „*εἰ δ' ἐστὶν ἡ εὐδαιμονία κατ' ἀρετὴν ἐνέργεια, εὔλογον κατὰ τὴν κρατίστην*“, quam quidem mox *τοῦ νοῦ* esse *θεωρητικὴν* docet (ib. vs 13—18). Ceterum „*εἰ δὲ πλείους αἱ ἀρεταί*“ consuetâ cautelâ dictum est, ut 1097 a 23 *εἰ δὲ πλείω* (*τὰ τέλη*), *ταῦτα*; 1097 a 30 *εἰ δὲ πλείω* (*τέλεια*), *τὸ τελειότατον τούτων*; 1099 a 29 *ταύτας δὲ* (*τὰς ἀρίστας ἐνεργείας*) *ἢ μίαν τούτων τὴν ἀρίστην φαμὲν εἶναι τὴν εὐδαιμονίαν*; 1153 b 10 *εἴθ' ἡ πασῶν* (*ἕξεων*) *ἐνέργειά ἐστιν εὐδαιμονία εἴτε ἡ τινὸς αὐτῶν*; 1176 a 26 *εἴτ' οὖν μία ἐστὶν* (*ἐνέργεια*) *εἴτε πλείους αἱ τοῦ τελείου καὶ μακαρίου ἀνδρός*. Et vides jam in apodosi qua excipiatur tale „*εἰ δὲ πλείω*“ non prorsus secum constare Aristotelem: aut enim e pluribus istis unum eximit, aut omnia flagitat, aut neutrum negat verum esse. Litem enim hanc ad finem non perduxit, unitatem humanae naturae quodammodo professus, sed differentiae partium quas discernit non minus tribuens.

18. *ἔτι δ' ἐν βίῳ τελείῳ*. Quod enim *ἁπλῶς τέλειον* est, ut de beatitate cap. 5 audivimus, debet etiam *κατὰ χρόνον* esse *τέλειον*; tempus vero *τέλειον* in rebus humanis totum aevum.

Cap. 7. Postquam summi boni vel *εὐδαιμονίας* definitio inventa est in qua acquiesci possit (*τἀγαθὸν ψυχῆς ἐνέργεια κατ' ἀρετὴν ἐν βίῳ τελείῳ*), id quod ad totam disputationem maximi est momenti, adduntur nonnulla quibus quasi cum otio circumspicit scriptor ut et gaudeat fructu eo laboris quem jam suum fecit et occurrat iis qui forte plura desiderent quam nunc aequum est.

Sit quam ita proposuimus boni definitionem adumbratio tantum notionis et haud subtilis descriptio. Sed primum in tali adumbratione dummodo recta est difficillima laboris pars inest; accurate distinguere singula multo facilius, utque fiat ipsi quasi tempori permittas (—1098 a 25). *Deinde ne verum quidem in quaque re summae subtilitati dandam esse operam; est enim modus diligentiae et materiae de qua agitur natura et consilium operanti propositum* (—a 33). *Denique si quis hoc desideret ut quodcunque docetur e causis tanquam e fonte derivetur, is eorum quae principia sunt naturam ignorat. Principia enim e causis demonstrari nequeunt; sed in aliis alio modo efficitur ut cognoscatur quid verum sit* (—b 4). *Et ita quidem in iis utique summa diligentia adhibenda est, quoniam qui recte principia noverit plus quam dimidiam jam habet totam rem.*

20. *περιγεγράφθω μὲν οὖν τἀγαθὸν ταύτῃ*: *τἀγαθὸν* igitur et hic dicit, non *τὴν εὐδαιμονίαν* v. ad 1097 b 22.

γόνασιν αἱ ἐπιδόσεις· παντὸς γὰρ προσθεῖναι το ἐλλεῖπον. μεμνῆσθαι δὲ καὶ τῶν προειρημένων χρή, καὶ τὴν ἀκρίβειαν μὴ ὁμοίως ἐν ἅπασιν ἐπιζητεῖν, ἀλλ' ἐν ἑκάστοις κατὰ τὴν ὑποκειμένην ὕλην καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ἐφ' ὅσον οἰκεῖον τῇ μεθόδῳ. καὶ γὰρ τέκτων καὶ γεωμέτρης διαφερόντως ἐπιζητοῦσι τὴν ὀρθήν· ὁ μὲν γὰρ ἐφ' ὅσον χρησίμη πρὸς τὸ ἔργον, ὁ δὲ τί ἐστιν ἢ ποῖόν τι· θεατὴς γὰρ τἀληθοῦς. τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ποιητέον, ὅπως μὴ τὰ πάρεργα τῶν ἔργων πλείω γίγνηται. οὐκ ἀπαιτητέον δ' οὐδὲ τὴν αἰτίαν ἐν ἅπασιν ὁμοίως, ἀλλ' ἱκανὸν ἔν τισι τὸ ὅτι δειχθῆναι κα- A 7

25. αἱ ἐπιδόσεις] sic K[b], cett. ἐπιδόσεις. 31. ποῖόν τι] K[b] ποῖον.

25. *παντὸς γὰρ προσθεῖναι τὸ ἐλλεῖπον* seu (ut est in locis persimilibus 184 b 7 et 1329 b 34) *τὰ παραλελειμμένα*. Iterat *τὸ „παντὸς"* quod vs 22 erat. Quamquam enim et ipse non spernit laborem *τοῦ ἀναγράψαι* (vs 21) quem quidem hac in re suscepit *K*, 6 sqq., tamen plus semel gaudet maxime eâ conscientiâ, fundamenta se firma scientiarum vel artium jecisse et ita suo ingenio perpetrasse quod omnium difficillimum sit. *Μέγιστον γὰρ ἴσως ἀρχὴ παντὸς ὥσπερ λέγεται, διὸ καὶ χαλεπώτατον· ὅσῳ γὰρ κράτιστον τῇ δυνάμει, τοσούτῳ μικρότατον ὂν τῷ μεγέθει χαλεπώτατόν ἐστιν ὀφθῆναι. ταύτης δὲ εὑρημένης ῥᾷον τὸ προστιθέναι καὶ συναύξειν τὸ λοιπόν ἐστιν* 183 b 22 sq. Omnino hac in re conferenda quae in extremo capite Sophisticorum elenchorum exstant 183 b 17—31; 184 a 8—b 8.

26. *τῶν προειρημένων* in prooemio 1094 b 11 sq. At id quod in his altero loco commemoratur vs 28 *καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ἐφ' ὅσον οἰκεῖον τῇ μεθόδῳ* quodque statim vs 29—31 exemplo illustratur, novum est. Per se verissimum et hoc esse liquet quidem, nec minus etiam in ethicis ipsis patet nonnunquam ex hac regula institui disputationem velut 1102 a 23 *θεωρητέον δὴ καὶ τῷ πολιτικῷ περὶ ψυχῆς, θεωρητέον δὲ τούτων χάριν καὶ ἐφ' ὅσον ἱκανῶς ἔχει πρὸς τὰ ζητούμενα.* Sed dubites num voluerit Aristoteles hoc referri ad id quod nunc proximum est. An est ex sententia ejus ulla *μέθοδος* praeter hanc politicam, qua *τἀγαθὸν* (*τἀνθρώπινον* dico et *τὸ πρακτὸν*) plene et accurate tractandum sit?

32. *ὅπως μὴ τὰ πάρεργα τῶν ἔργων πλείω γίγνηται*: audi Platonem in Theaeteto (p. 177 b) *ἐπειδὴ πάρεργα . . . ἀποστῶμεν· . . . πλείω ἀεὶ ἐπιῤῥέοντα καταχώσει . . . τὸν ἐξ ἀρχῆς λόγον.*

1. *ἱκανὸν ἔν τισι τὸ ὅτι δειχθῆναι καλῶς.* Verbum *δεῖξαι* saepe etiam ita usurpatur, ut sit i. q. *ἀποδεῖξαι*, demonstrare e causis. Ne de hac notione hic cogites, satis cautum est membro opposito quod praecedit *οὐκ ἀπαιτητέον τὴν αἰτίαν*. Ita enim si intelligeres *δειχθῆναι*, simpliciter id quod contrarium erat dicendum fuisset de principiis, ut fit 76 a 31 *λέγω ἀρχὰς . . . ἃς ὅτι ἔστι μὴ ἐνδέχεται δεῖξαι.* Ergo *δειχθῆναι* sensu magis generali interpretandum est h. l., ut admittat

Δ 7 λῶς, οἷον καὶ περὶ τὰς ἀρχάς· τὸ δ' ὅτι πρῶτον καὶ ἀρχή. 1098 b 2
τῶν ἀρχῶν δ' αἱ μὲν ἐπαγωγῇ θεωροῦνται, αἱ δὲ αἰσθήσει,

---

2. scrib. ἀρχὰς τὸ ὅτι.

---

unumquemque docendi modum, quo discentes ducuntur ad τὸ θεωρεῖν vs 3.

2. οἷον καὶ περὶ τὰς ἀρχάς, nec tamen in his solis, sed non minus quamquam propter causam valde diversam in rebus fortuitis: τὰ αἴτια enim ἀόριστα ἀφ' ὧν ἂν γένοιτο τὰ ἀπὸ τύχης· διὸ ἄδηλος ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ (1065 a 33). Haec enim non habent causam quae quidem certo cognosci possit, principia nullam habent.

τὸ δ' ὅτι πρῶτον καὶ ἀρχή. Aut obscura haec aut falsa nisi referantur ad ipsas τὰς ἀρχὰς quas dixit, ut multo sane melius omisso δ' scribatur οἷον καὶ περὶ τὰς ἀρχὰς τὸ ὅτι πρῶτον καὶ ἀρχή „velut in iis quae principia sunt causas quaerere absurdum; esse enim illa, omnium primum est". Ἀρχὴ igitur quae secundo loco in his vocatur aliud est atque illa de qua modo agi coeptum est, ad quam sequentia — vs 8 revertuntur. Qua in re quidem nihil inest quod ab Aristotelis scribendi genere abhorret; nec prorsus absimilis quem jam explicavimus locum 1095 b 6 ἀρχὴ γὰρ τὸ ὅτι.

3. τῶν ἀρχῶν δ' αἱ μὲν ... ἄλλως. Quomodo fiat ut principia ipsa cognoscamus, quum demonstrari ea non posse constet, omnino non ita perspicue docuit Aristoteles ut non de verâ ejus sententiâ usque ad hunc diem inter viros doctos relinquatur aliqua controversia. Ad quam quum necessario in interpretando libro Z sit respiciendum, nunc sufficiat ea adnotasse unde quid his ipsis verbis dicat scriptor, quid non dicat intelligatur. Et primum quidem quod ultimum addit καὶ ἄλλαι δ' ἄλλως non obstat sane si aliunde appareat rationes τοῦ θεωρεῖν τὰς ἀρχὰς varias esse et fere innumeras, sed non minus recte habet si praeter tres illas quas commemoravit (ἐπαγωγὴν αἴσθησιν ἐθισμὸν) nulla est. Apparet enim ex iis quae sequuntur μετιέναι δὲ πειρατέον ἑκάστας ᾗ πεφύκασιν etiam id spectari ne quis credat perveniri posse unaquaque viâ, quoniam plures sint, ad unumquodque, etiam ἐπαγωγῇ ad eam ἀρχὴν quae plerumque θεωρεῖται ἐθισμῷ vel inverso ordine. Hoc igitur si dicturus erat, ita quoque recte verbis καὶ ἄλλαι δ' ἄλλως usus est; neque enim scripsit αἱ δ' ἄλλως. — Quae vero nominatae sunt tres rationes, videntur sane inter se similitudinem habere. Ἡ ἐπαγωγὴ logico ut ita dicam modo a rebus singulis ascendit ad generale principium (cujus rei exemplum ipse exhibuit capite 6, dum circumspiciens ubique τἀγαθὸν positum esse videt in τῷ ἔργῳ); ὁ ἐθισμὸς, practica quaedam inductio, singulos actus ad certam legem conformandos curat donec is qui agit ipsam legem, quae generalis est et ἀρχή τις, tanquam suam habet (id quod τὸ ἦχθαι τοῖς ἔθεσι καλῶς et τὸ πεπαιδεῦσθαι capp. 2 et 1 dicebat, neque enim ita tantum plurimum valet, ut vivant bene homines, sed etiam ut recte intelligant judicentque quid ad bene vivendum pertineat). Restat ἡ αἴσθησις, interposita inter ἐπαγωγὴν interque ἐθισμόν: noles igitur in hoc membro ad prorsus aliam ἀρχῆς notionem abduci atque illa est de qua primo membro agitur et ultimo. Ut possit igitur dubitari quid omnino ἀρχὴ

1098 b αἱ δὲ ἐθισμῷ τινί, καὶ ἄλλαι δ' ἄλλως. μετιέναι δὲ πειρατέον ἑκάστας ᾗ πεφύκασι, καὶ σπουδαστέον ὅπως ὁρισθῶσι καλῶς· μεγάλην γὰρ ἔχουσι ῥοπὴν πρὸς τὰ ἑπόμενα. δοκεῖ γὰρ πλεῖον ἢ ἥμισυ παντὸς εἶναι ἡ ἀρχή, καὶ πολλὰ συμφανῆ γίνεσθαι δι' αὐτῆς τῶν ζητουμένων. A 7

---

5. ἑκάστας] K^b ἑκάστης. ὁρισθῶσι] K^b διορισθῶσι.

---

dicatur si alicubi scriptum sit ἔνιαι ἀρχαὶ θεωροῦνται αἰσθήσει, hic remotâ istâ quaestione statim id interrogabis, quomodo principia quae summa sunt dici possint ex parte αἰσθήσει θεωρεῖσθαι. Addas alterum: ut sit αἴσθησις quaedam ipsius mentis (v. ad 1142 a 27 et ad 1143 b 5), h. l. ubi notissima ista vox, ne addito quidem pronomine τις, inter res notissimas ἐπαγωγὴν et ἐθισμὸν occurrit, nisi necessitate coactus non abscedes ab ea quae vulgo vocatur αἴσθησις, quae quidem fit per sensus. Qua via incedentes non haerebimus si quis objiciat, at ita diserni (αἱ μὲν . . . αἱ δὲ) quae eadem sint, nam quae sensibus percipiantur colligi inductione et ita tantum mentem inductione perduci ad generale aliquod. Neque enim omnia quae inductione colliguntur prius sensibus percepta sunt (v. quod supra ἐπαγωγῆς exemplum posuimus) nec quaecunque sensu percipiuntur egent inductionis adjumento ut universe constent, velut si ἀρχὴ sit ὅτι τὸ πῦρ καίει. — Et haec quidem pro hujus loci naturâ sufficere crediderim. Quae tres rationes τοῦ θεωρεῖν τὰς ἀρχὰς nominantur id commune habent ut ad generale principium ascendatur a cognitione singularum rerum; neq satis tutum videbitur si forte in verbis additis καὶ ἄλλαι δ' ἄλλως etiam alias rationes agnosci putemus, plane diversas illas effingere.

4. μετιέναι δὲ πειρατέον ἑκάστας ᾗ πεφύκασιν: id quod nunc quidem maxime in ea ἀρχῇ observandum erit, quam modo in definitione summi boni ut principium ethicorum proposuit. Nihilo minus neque hic neque in proximis expressis verbis de hac re gravissimâ disputavit; ut is qui quaesiverit πῇ πέφυκεν αὕτη; quodammodo in incerto relinquatur. Nisi forte tuo jure censeas, huic dubitationi quantum quidem ab initio fieri poterat jam provisum esse quum cap. 1 de ἀκροατῇ οἰκείῳ τῆς πολιτικῆς ageretur.

6. 7. δοκεῖ γὰρ πλεῖον ἢ ἥμισυ παντὸς εἶναι ἡ ἀρχή. Ἥμισυ Polybio quidem (V, 32, 1) videbatur parum esse dictum. Abiit vox ista in proverbium, utque decet in proverbio varium admittit usum; vera enim est, sive ἀρχὴν intelligis primum initium (velut Pl. Rep. 377), sive in civitate magistratus (ut 1303 b 29), sive in rerum natura τὸ σπέρμα (ut 892 a 29). V. etiam ad 1098 a 25.

Cap. 8. 9. Quae capite 6 inventa, capite 7 principii (ἀρχῆς) dignitate praemunita est summi boni definitio, eam veram esse jam testimoniis eorum probatur qui videbantur his de rebus alia ac diversa docere. *Quoniam num quid verum sit ita quoque explorari potest ut quaeratur, utrum consentiat cum iis quae praeterea recte homines censuerint, adhibeatur nunc hic inquirendi modus in eam quam modo proposuimus sententiam de bono* — 1098 b 12. *Dudum agnita est bonorum*

Α 8 σκεπτέον δὴ περὶ αὐτῆς οὐ μόνον ἐκ τοῦ συμπεράσμα- 1098 b 9

9. δὴ] K[b] δὲ. ἐκ τοῦ] K[b] ἑκάστου.

omnium divisio in tria genera, inter quae summum est quod animi bona complectitur. Congruit cum hac sententia et quod ψυχῆς ἐνέργειαν fecimus supremum finem et quod ἐνέργειαν — 1098 b 20. *Nec minus ex eodem judicio est, quando bene vivere beatum vulgo censent* — 1098 b 22. *Quae vero de beatitate ipsa in diversas partes disputantur cum auctoritate quadam, ut aut posita esse dicatur in virtute vel in prudentia vel in sapientia, aut conjuncta esse cum voluptate, aut indigere fortunae donis, ea omnia suum habent locum si nostra comprobetur definitio* — 1098 b 29. *Nam primum quae demonstrata est ψυχῆς ἐνέργεια κατ' ἀρετήν, virtutem satis tuetur, sed praestat eadem quia ita cautum est ne vitae bona videantur in ipso habitu qui iners esse potest tanquam res mortua posita esse* — 1099 a 7. *Deinde de voluptate quam desiderant ne verbum quidem definitioni addere opus. Nam quicunque cuilibet rei deditus est, in ipsa ista re suam habet voluptatem; qui vero illam ψυχῆς ἐνέργειαν κατ' ἀρετὴν colit, id praecipuum habet ut revera sit jucundum quod ipsi jucundum est* (—1099 a 16). *Neque omnino κατ' ἀρετὴν ἐνεργεῖν seu bonum esse quemquam dixeris quin gaudeat iis in quibus occupatus est actionibus* (— 1099 a 20). *Quod igitur nos descripsimus summum bonum idem et honestate perfecta et dulcedine excellit, ut in eo in unum conjuncta teneantur quae vulgo tripartita in diversas partes abire videbantur: quod omnium maxime decorum, quod optimum, quod jucundissimum est* — 1099 a 31. *Denique hoc concedendum, accedere debere ut beatitudo sit externa quaedam bona; nam ad ipsum illud πράττειν (seu ἐνεργεῖν) in quo posita est opus iis est tanquam instrumentis, et sunt commoda quibus destitutus, aerumnae quibus oppressus nemo beatus est. Quapropter ita quidem recte fortunae donis indigere dicunt τὴν εὐδαιμονίαν* — 1099 b 8.

9. σκεπτέον δὴ περὶ αὐτῆς. In versu qui proxime antecedit erat δι' αὐτῆς i. e. διὰ τῆς ἀρχῆς, quaeque illic et omnino inde a vsu b 2 (ubi ἀρχῆς primum mentio facta est) legebantur non ad certam quandam ἀρχήν, sed universe ad principia spectabant. Imo difinitionem summi boni de qua capp. 6. 7 agitur inter τὰς ἀρχὰς esse certum quidem est, at nondum dictum. Quae quum ita sint, non poteris περὶ αὐτῆς non interpretari item περὶ ἀρχῆς; neque obstant quae sequuntur, sententiae enim exhibentur usque ad b 12 valde generales. Sin queri velis, quod ita quidem desit orationi pars aliqua quâ legens certior fias regredi nunc disputationem ad ipsam de summo bono doctrinam, reprehendas potius quod b 12 tam breviter scriptum est „νενεμημένων δή“: in his enim verbis latet transitus iste qui desideratur. Fuerunt quidem qui simpliciter περὶ αὐτῆς interpretarentur περὶ τῆς εὐδαιμονίας: freti scilicet hiatu illo, ut ita dicam, quem inter duo capita ipsi finxerunt, αὐτῆς retulerunt ad vocem quae inde a 1097 b 22 omnino nusquam exstat. At multo veri similius temporum injuriâ intercidisse in libris vel unam vel plures sententias quam tali dicendi genere semel usum esse Aristotelem.

1098 b 10 τος καὶ ἐξ ὧν ὁ λόγος, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν λεγομένων περὶ αὐτῆς· τῷ μὲν γὰρ ἀληθεῖ πάντα συνᾴδει τὰ ὑπάρχοντα, τῷ δὲ ψευδεῖ ταχὺ διαφωνεῖ τἀληθές. νενεμημένων δὴ τῶν Α 8

10. ἐξ ὧν ὁ λόγος i. e. ἐκ τούτων ἐξ ὧν ὁ λόγος. Ita si opponantur τῷ συμπεράσματι τὰ ἐξ ὧν ὁ λόγος, de hujus vocis notione, quamvis diversum in sensum dici possint τὰ ἐξ ὧν ὁ λόγος, dubitationi locus vix relinquitur. Non potest alia cogitari atque 57 a 36 ὅταν ᾖ τὸ συμπέρασμα ψεῦδος, ἀνάγκη ἐξ ὧν ὁ λόγος ψευδῆ εἶναι ἢ πάντα ἢ ἔνια, vel 101 b 14 sq. γίνονται οἱ λόγοι ἐκ τῶν προτάσεων (quibus verbis illic explicatur quod proxime antecedit ἐξ ὧν οἱ λόγοι). Quodsi velis hinc profectus accurate exponere quid nostro loco dicatur, non nego adesse difficultates. Ἀρχῆς enim vel definitionis qualis haec εὐδαιμονίας est ipsâ naturâ prohibemur quominus eam in συμπεράσματος loco esse, habere προτάσεις dicamus, proprie loquentes. Sin censeas hic συμπέρασμα dici, quod stante definitione concludi potest, nonne ita τὰ ἐξ ὧν ὁ λόγος (ὁ τοῦ συμπεράσματος) alio nomine vocant ipsam illam ἀρχὴν seu definitionem περὶ ἧς σκοπεῖται? Nihilominus tota quidem scriptoris sententia satis perspicua est: quodcunque enim aut συμπέρασμα est aut inter ea ἐξ ὧν ὁ λόγος, logico quasi vinculo conjunctum est cum principio quale in medio positum est; quae vero τὰ λεγόμενα sunt, ad rem quidem eandem spectant, sed possunt eorum esse qui aut principium quale definitione circumscriptum est ignorent improbentve aut de tali quaestione omnino ne cogitarint quidem. Quodsi Aristoteles h. l. jubet καὶ ἐκ τῶν λεγομένων σκεπτέον περὶ ἀρχῆς, non opus erat eam conditionem repetere quae jam constat: ἁπάσας τὰς δόξας ἐξετάζειν ματαιότερον ἴσως et q. s. 1095 a 28; τὰ ἔνδοξα enim sola sunt inter τὰ λεγόμενα, unde aliquid fructûs ad inveniendam veritatem exspectari possit. Et ita quidem non male conferas 101 b 1 sq. διὰ δὲ τῶν περὶ ἕκαστα ἐνδόξων ἀνάγκη περὶ αὐτῶν (i. e. περὶ τῶν ἀρχῶν) διελθεῖν. τοῦτο δ' ἴδιον ἢ μάλιστα οἰκεῖον τῆς διαλεκτικῆς ἐστίν. ἐξεταστικὴ γὰρ οὖσα πρὸς τὰς ἁπασῶν τῶν μεθόδων ἀρχὰς ὁδὸν ἔχει.

11. τῷ μὲν γὰρ ἀληθεῖ πάντα συνᾴδει τὰ ὑπάρχοντα: nam δεῖ πᾶν τὸ ἀληθὲς αὐτὸ αὑτῷ ὁμολογούμενον εἶναι πάντῃ (47 a 8), quod autem ὑπάρχει omne a partibus veritatis stat. Si vocem spectes, quam longissime absunt τὰ ὑπάρχοντα ab iis quae λεγόμενα sunt; sin scias Aristotelem pro rato habuisse „ἕκαστος ἔχει τι οἰκεῖον πρὸς τὴν ἀλήθειαν“ (ut Eudemi verbis utar simillimo in loco 1216 b 30), haud ita mirum illum quidem velle respici ad τὰ λεγόμενα, quoniam τὰ ὑπάρχοντα πάντα ad comprobandam veritatem evocare fas sit. — Et habent revera τὰ ὑπάρχοντα plerumque suam fidem per se, majorem illam quam ipsa ἀρχή, si quidem ἀρχὴ dicatur notio ab hoc vel illo in definitionis formam redacta.

12—20. Pergit nunc oratio eo ut quae modo in tractandis ἀρχαῖς commendata est ratio ac via in usum ejus principii convertatur de quo hic agitur (δὴ vs 12). Qua in re non praetermittendum, quod τὸ λεγόμενον, ἐξ οὗ primum disputatur, de bono est neque ullo modo ad ipsam refertur beatitatem. Itaque quod ita confirmatur non est εὐδαι-

Α 8 *ἀγαθῶν τριχῇ, καὶ τῶν μὲν ἐκτὸς λεγομένων τῶν δὲ περὶ* 1098 b 13 *ψυχὴν καὶ σῶμα, τὰ περὶ ψυχὴν κυριώτατα λέγομεν καὶ μάλιστα ἀγαθά. τὰς δὲ πράξεις καὶ τὰς ἐνεργείας τὰς ψυχικὰς περὶ ψυχὴν τίθεμεν. ὥστε καλῶς ἂν λέγοιτο κατά γε ταύτην τὴν δόξαν παλαιὰν οὖσαν καὶ ὁμολογουμένην ὑπὸ τῶν φιλοσοφούντων. ὀρθῶς δὲ καὶ ὅτι πράξεις τινὲς λέγονται καὶ ἐνέργειαι τὸ τέλος· οὕτω γὰρ τῶν περὶ ψυχὴν ἀγαθῶν γίνεται, καὶ οὐ τῶν ἐκτός. συνᾴδει δὲ τῷ λόγῳ καὶ τὸ*

14. *σῶμα, τὰ*] K^b *σώματα.* *κυριώτατα*] K^b *τὰ κυριώτατα.* 15. 16. *ἐνεργείας τὰς ψυχικὰς*] K^bH^a *ψυχικὰς ἐνεργείας.* 17. 18. *ὑπὸ — καὶ*] om. K^b.

μονίας definitio, sed summi boni (vel *τοῦ τέλους* vs 19) descriptio, capite sexto inventa. — Sententia in vss 12—18 per se satis perspicua est; nam quamquam in hac ratione partiendi genera bonorum ne ipse quidem Aristoteles ubique sibi constat; pro tribus enim generibus nonnunquam vel duo tantum ponit (v. 1360 b 25, atque 1218 b 32: quodam enim modo *τὰ περὶ σῶμα* et ipsa *τῶν ἐκτὸς* sunt v. 1323 b 21—29) vel quatuor habet (ut 1153 b 17 *τοῖς ἐν σώματι καὶ τοῖς ἐκτὸς* adjungitur *ἡ τύχη*), talibus differentiis si quae sunt vis argumenti, quale h. l. desideratur, haud imminuitur. Sunt autem tria ista genera, ut de Archyta taceam, eadem apud Platonem (v. Phileb. p. 48 e; Euthyd. 279 b), recepta sine dubio a Socrate. Quocirca *λέγομεν* vs 14 commode intelliges „omnes qui illum sequimur".

Quod adjungitur argumentum vs 18—20 minus est principale; ut enim ipse concedere videtur extremis verbis *καὶ οὐ τῶν ἐκτός* vs 20, neglecta hic sunt *τὰ ἐν σώματι.* Annon etiam corporis sunt *πράξεις τινὲς καὶ ἐνέργειαι*, si universe loquaris?

20. *τῷ λόγῳ* i. e. ei quem nos proposuimus; item *εἴρηται* vs 22 interpreteris „nostra in definitione". Contra *τὸ εὖ ζῆν καὶ τὸ εὖ πράττειν* vs 21 intelliges „quod alii vulgo dicunt".

Capite nono transitur ad ea *λεγόμενα* quae ad ipsam *εὐδαιμονίαν* spectant, totumque caput in illis versatur. Quae disputatio quam diligenter disposita et ad finem perducta sit, fore spero ut ex ipso argumento satis intelligatur quod praemisimus. Apparet tres diversas opiniones recenseri, quae quidem singulae ab initio 1098 b 23—26 paullo distinctius exponuntur, postea summatim potius pertractantur. Nam dissensio quae est inter virtutis laudatores, qua nonnulli principatum prudentiae, alii sapientiae cuidam (vs 24) tribuunt, mox negligitur; idemque notaveris de illo discrimine doctrinae utrum beatitas *μεθ' ἡδονῆς* an *οὐκ ἄνευ ἡδονῆς* esse dicenda sit (vs 25). Nec mira haec sunt pro hujus disputationis consilio; id unum paullo gravius, quod iterum *τὴν σοφίαν* silentio obruit. Necessario enim h. l. cogitatio revocatur ad cap. 2. 3: nam pro loci diversitate alium quidem in modum, sed res eadem percensetur. Annon utrobique qua in re homines *τὴν εὐδαιμονίαν* posuerint diversa docentes, quaeritur? At illic ita ut probetur, nihil in ista diversitate opinionum inveniri quod simpliciter

εὖ ζῆν καὶ τὸ εὖ πράττειν τὸν εὐδαίμονα· σχεδὸν γὰρ εὐζωία Α 8
τις εἴρηται καὶ εὐπραξία. φαίνεται δὲ καὶ τὰ ἐπιζητούμενα 9
περὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἅπανθ' ὑπάρχειν τῷ λεχθέντι. τοῖς μὲν
γὰρ ἀρετή, τοῖς δὲ φρόνησις, ἄλλοις δὲ σοφία τις εἶναι δο-
κεῖ· τοῖς δὲ ταῦτα ἢ τούτων τι μεθ' ἡδονῆς ἢ οὐκ ἄνευ ἡδονῆς·
ἕτεροι δὲ καὶ τὴν ἐκτὸς εὐετηρίαν συμπεριλαμβάνουσιν. τού-
των δὲ τὰ μὲν πολλοὶ καὶ παλαιοὶ λέγουσι, τὰ δὲ ὀλίγοι
καὶ ἔνδοξοι ἄνδρες· οὐδετέρους δὲ τούτων εὔλογον διαμαρτάνειν
τοῖς ὅλοις, ἀλλ' ἕν γέ τι ἢ καὶ τὰ πλεῖστα κατορθοῦν. τοῖς 8
μὲν οὖν λέγουσι τὴν ἀρετὴν ἢ ἀρετήν τινα συνῳδός ἐστιν ὁ
λόγος· ταύτης γάρ ἐστιν ἡ κατ' αὐτὴν ἐνέργεια. διαφέρει
δὲ ἴσως οὐ μικρὸν ἐν κτήσει ἢ χρήσει τὸ ἄριστον ὑπολαμβά-
νειν, καὶ ἐν ἕξει ἢ ἐνεργείᾳ. τὴν μὲν γὰρ ἕξιν ἐνδέχεται
μηδὲν ἀγαθὸν ἀποτελεῖν ὑπάρχουσαν, οἷον τῷ καθεύδοντι ἢ
καὶ ἄλλως πως ἐξηργηκότι, τὴν δ' ἐνέργειαν οὐχ οἷόν τε·
πράξει γὰρ ἐξ ἀνάγκης, καὶ εὖ πράξει. ὥσπερ δὲ Ὀλυμ-

---

23. περὶ] K[b] τὰ περί. 28. δὲ] K[b] δή. 29. τι ἢ καὶ] K[b] τι, dein duae literae deletae. ἢ ex uno L[b]. 30. συνῳδός K[b] σύνορός.

---

verum sit; nunc ita ut scriptor veram doctrinam quam suâ operâ confecit omnia amplecti doceat quaecunque in dissentientium et adversantium sententiis si non recte proposita, at e communi quodam veritatis sensu nata sint. Ergo fieri non potest quin hic illic iisdem ceterorum sententiis opera danda sit; nec te fugiet tria illa quae cap. 9 discernantur item in cap. 3 proposita fuisse; quis enim non videt divitiarum sectatorem (1096 a 5 sq.) admirari *τὴν ἐκτὸς εὐετηρίαν* (1098 b 26)? Unus eorum, qui cap. 3 commemorandi videbantur, cap. 9 deest: „*ὁ θεωρητικός*" (1096 a 4); non defuisset, si *οἷς σοφία τις εἶναι δοκεῖ ἡ εὐδαιμονία* non solum primo initio (1098 b 24) inter alios enumerati essent, sed in ipsum quod sequitur judicium revocati.

33. *τὴν μὲν γὰρ ἕξιν ἐνδέχεται μηδὲν ἀγαθὸν ἀποτελεῖν ὑπάρχουσαν*: sin *μηδὲν ἀγαθὸν ἀποτελεῖται*, profecto *τὸ τέλειον ἀγαθὸν* (cap. 5) nullum erit. Quae ita virtuti tanquam *ἕξει* adversantur, jam cap. 3 (1095 b 31—1096 a 2) in medium prolata sunt. — Ceterum quod in his dictis in locum *τῆς ἐνεργείας* postea nonnumquam (1099 a 3 et 6; ib. 14—21) subsequitur *τὸ πράττειν*, non eo te abducere sines ut *τὴν ἠθικὴν ἀρετὴν* ejusque *ἐνέργειαν* solam agnosci, *τὴν διανοητικὴν* vel *τὴν θεωρίαν* tacite respui censeas. Neque enim rejecta est opinio eorum qui *σοφίαν τινὰ* (1098 b 24) laudant, sed praetermissa. Et omnino in ea quaestione, quam modo attigimus, inde a capite sexto nihil profectum est, ut et ad hunc locum valeant quae ad 1097 b 26 et ad 1098 a 3 monuimus.

9 πίασιν οὐχ οἱ κάλλιστοι καὶ ἰσχυρότατοι στεφανοῦνται ἀλλ' 1099 a 4
οἱ ἀγωνιζόμενοι (τούτων γάρ τινες νικῶσιν), οὕτω καὶ τῶν ἐν τῷ βίῳ καλῶν κἀγαθῶν οἱ πράττοντες ὀρθῶς ἐπήβολοι
8 γίγνονται. ἔστι δὲ καὶ ὁ βίος αὐτῶν καθ' αὑτὸν ἡδύς. τὸ μὲν γὰρ ἥδεσθαι τῶν ψυχικῶν, ἑκάστῳ δ' ἐστὶν ἡδὺ πρὸς ὃ λέγεται φιλοτοιοῦτος, οἷον ἵππος μὲν τῷ φιλίππῳ, θέαμα δὲ τῷ φιλοθεώρῳ· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τὰ δίκαια τῷ φιλοδικαίῳ καὶ ὅλως τὰ κατ' ἀρετὴν τῷ φιλαρέτῳ. τοῖς

---

6. ἐπήβολοι] K^b ἐπίβολοι. 7. ἔστι] margo K^b ἔτι. 10. 11. φιλοθεώρῳ — καὶ ὅλως] K^b φιλοθεωρῶι καὶ ὅλως.

---

4. 5. οὐχ οἱ κάλλιστοι .... νικῶσιν: haud male Eudemus, varians verba στεφανοῦνται οἱ νικῶντες, ἀλλ' οὐχ οἱ δυνάμενοι νικᾶν, μὴ νικῶντες δέ (1219 b 9).

7. 8. τὸ μὲν γὰρ ἥδεσθαι τῶν ψυχικῶν: cf. Eud. 1218 b 34 φρόνησις καὶ ἀρετὴ καὶ ἡδονὴ ἐν ψυχῇ, quam sententiam suo periculo paullo immutant M. M., in primo hoc capite his verbis usa τὰ ἐν ψυχῇ ἀγαθὰ διώρισται εἰς τρία· εἰς φρόνησιν, εἰς ἀρετὴν καὶ ἡδονήν (1184 b 5). De ipsa re apud Aristotelem dubitatio non est, cf. 1173 b 10 τὸ σῶμα ἄρα (ἥδοιτο ἄν)· οὐ δοκεῖ δέ. Sin ad naturam hujus argumenti (γὰρ) animum attenderis, fatendum istam sententiam „τὸ ἥδεσθαι τῶν ψυχικῶν" neque ad ea quae sequuntur (ἑκάστῳ δ' ἐστὶν ἡδὺ ct.) pertinere tanquam membrum syllogismi nec solam per se demonstrandi habere vim.

8—11. Recte oratio ad conclusionem procedit, dummodo unum cogitatione addideris: τὴν ψυχῆς ἐνέργειαν κατ' ἀρετήν, de qua agitur, non esse nisi e libera voluntate τοῦ φιλαρέτου ortam.

11. 12. τοῖς μὲν οὖν πολλοῖς τὰ ἡδέα μάχεται. Postquam Aristoteles in iis quae vss 8—11 dicta sunt primum suam sententiam de gravissima ethicorum quaestione adumbravit, studium honestatis cum voluptatis appetitu concilians, illico ne videatur vitae experientiam ignorare breviter explicat quomodo fiat ut homines voluptati dediti in vitam ab omni honestate alienam (βίον ἀπολαυστικόν, βοσκημάτων βίον 1095 b 17. 20) incidant. Cujus rei causam et hic et plerumque non voluptatis naturam, sed ipsorum hominum pravitatem vult esse: eâ enim effici ut illis quidem dulcia sint quae omnino hoc nomine non sint digna (οὐ φύσει ἡδέα). In hanc igitur sententiam h. l. haud usitato loquendi genere dicit τοῖς πολλοῖς τὰ ἡδέα μάχεται; cod. L^b addit πρὸς ἄλληλα interpretis munere suscepto. Sin quaeras (id quod Aristoteles praetermisit) τίνι μάχεται, saepissime quidem fit ut pravi hominis pravae cupiditates distrahantur in diversas partes; semper tamen ac necessario in tali homine μάχη τις et discordia ita tantum oritur, quia quod male cupit contrarium est τῷ φύσει αἱρετῷ; quam quidem φύσιν non sequitur ille, sed habet. Hinc Aristotelis doctrinam stare, nusquam fere magis perspicue explicatum est quam in illo capite περὶ φιλίας τῆς πρὸς ἑαυτόν I 4. Ne igitur in his verbis de lacunâ cogites, neve interpretando suppleas verbum μάχεται certo quodam dativo (velut „τῇ ἀρετῇ", quod quidem substantivum omnium proxime ante-

1099 a 12 *μὲν οὖν πολλοῖς τὰ ἡδέα μάχεται διὰ τὸ μὴ φύσει τοιαῦτ' εἶναι, τοῖς δὲ φιλοκάλοις ἐστὶν ἡδέα τὰ φύσει ἡδέα. τοιαῦτα δὲ αἱ κατ' ἀρετὴν πράξεις, ὥστε καὶ τούτοις εἰσὶν ἡδεῖαι καὶ καθ' αὑτάς. οὐδὲν δὴ προσδεῖται τῆς ἡδονῆς ὁ βίος αὐτῶν ὥσπερ περιάπτου τινός, ἀλλ' ἔχει τὴν ἡδονὴν ἐν ἑαυτῷ. πρὸς τοῖς εἰρημένοις γὰρ οὐδ' ἔστιν ἀγαθὸς ὁ μὴ χαίρων ταῖς καλαῖς πράξεσιν· οὔτε γὰρ δίκαιον οὐδεὶς ἂν εἴποι τὸν μὴ χαίροντα τῷ δικαιοπραγεῖν, οὔτ' ἐλευθέριον τὸν μὴ χαίροντα ταῖς ἐλευθερίοις πράξεσιν· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. εἰ δ' οὕτω, καθ' αὑτὰς ἂν εἶεν αἱ κατ' ἀρετὴν πράξεις ἡδεῖαι.* A 9

14. *δ' αἱ*] $K^b M^b$ *δ' ἀεὶ αἱ.* 17. *οὐδ' ἔστιν* Bekk. *οὐδ' ἐστὶν.* 18. *οὐδεὶς*] K^b *οὐθ' εἷς.*

cedit); vere illius sententiam habebis, quae quidem nunc accurate descripta non poterat esse, si interpretatus eris: apud homines quales sunt vulgo quae ipsis sunt suavia internam concitant discordiam.

15. *οὐδὲν δὴ προσδεῖται τῆς ἡδονῆς . . . ὥσπερ περιάπτου τινός*: cf. 1169 b 26 *ἡδὺς ὁ βίος ὢν (ὁ τοῦ μακαρίου) οὐθὲν δεῖται ἐπεισάκτου ἡδονῆς* et 1175 a 29 *φανείη ἂν . . . ἐκ τοῦ συνῳκειῶσθαι τῶν ἡδονῶν ἑκάστην τῇ ἐνεργείᾳ ἣν τελειοῖ.* In hac re differunt *ἡ ἡδονὴ* et *τὰ ἐκτὸς ἀγαθά*: horum enim *προσδεῖται ἡ εὐδαιμονία* (v. vs 31).

17. *οὐδ' ἐστὶν ἀγαθὸς* (B): scribendum *οὐδ' ἔστιν.* Quod enim proprium est hujus sententiae, non in eo est positum quod antea *ὁ φιλάρετος* et *ὁ φιλόκαλος* appellatus est (vs 11. 13), nunc universe *ὁ ἀγαθός*; imo in illis quae sunt inde a vsu 7 nulla est vis demonstrandi nisi *πᾶς ὁ ἐνεργῶν κατ' ἀρετὴν* et idem sit *φιλάρετος*. Aliud est, quod nunc novum accedit. Jam enim postulatur a viro bono ut gaudeat; antea satis habebatur ostendere quod etiam gaudet. Proxime accedit sententia 1104 b 3 *σημεῖον δὲ δεῖ ποιεῖσθαι τῶν ἕξεων τὴν ἐπιγινομένην ἡδονὴν ἢ λύπην τοῖς ἔργοις*; praeterque alios locos similes, qui affluunt, conferas 1206 a 12—16.

Quae deinde 1099 a 21—31 scripta sunt, pro argumento hujus capitis quod supra expositum est superaddita esse dixeris. Neque enim ea vulgi sententia quae in *τῷ Δηλιακῷ ἐπιγράμματι* (vs 25) spectatur ipsam *εὐδαιμονίαν* vocat, ut esse inter *τὰ ἐπιζητούμενα περὶ τῆς εὐδαιμονίας* (1098 b 22) dici possit. Sin totum disputationis consilium ante oculos habeas, eadem gravia sunt et necessaria quam maxime atque suo loco interposita. In unum enim conjunguntur, quae separata 1098 b 29—1099 a 7 et 1099 a 7—21 demonstrata sunt: satisfacere beatitatis naturam, qualem modo ipse descripserit, et iis qui ad *ἀρετὴν* seu *τὸ καλὸν* et iis qui ad *τὸ ἡδὺ* omnia referunt. Quod vero tertium accedit *τὸ ἀγαθὸν* et *τὸ ἄριστον* commune est et omnium primum; nam omnino siquidem Aristotelem secutus sis ad ipsam *εὐδαιμονίαν* pervenisti quia *τἀνθρώπινον ἀγαθὸν* sectabaris.

Α 9 ἀλλὰ μὴν καὶ ἀγαθαί γε καὶ καλαί, καὶ μάλιστα τούτων 1099 a 22
ἕκαστον, εἴπερ καλῶς κρίνει περὶ αὐτῶν ὁ σπουδαῖος· κρίνει δ' ὡς εἴπομεν. ἄριστον ἄρα καὶ κάλλιστον καὶ ἥδιστον ἡ εὐδαιμονία, καὶ οὐ διώρισται ταῦτα κατὰ τὸ Δηλιακὸν ἐπίγραμμα·

κάλλιστον τὸ δικαιότατον, λῷστον δ' ὑγιαίνειν·
ἥδιστον δὲ πέφυχ' οὗ τις ἐρᾷ τὸ τυχεῖν.

ἅπαντα γὰρ ὑπάρχει ταῦτα ταῖς ἀρίσταις ἐνεργείαις· ταύ-

---

22. καὶ ἀγαθαί γε] K[b] ἀγαθαί τε. 28. δὲ πέφυχ' — τυχεῖν] sic K[b], cett. var. et corr.

---

22. ἀλλὰ μὴν καὶ ἀγαθαί γε καὶ καλαὶ sc. αἱ κατ' ἀρετὴν πράξεις: et hoc quidem in illis etiam minus dubitationi obnoxium (γε) quam esse eas ἡδείας.

23. εἴπερ καλῶς κρίνει περὶ αὐτῶν ὁ σπουδαῖος: id quod probabile sane est quoniam vir bonus peritus est harum rerum, totus in ταῖς κατ' ἀρετὴν πράξεσιν occupatus. Quodsi constet quis sit σπουδαῖος iste quem interrogemus et quid censeat („κρίνει δ' ὡς εἴπομεν" vs 23. 24), non est cur testimonium tale spernamus. Et haec quidem sententia de qua nunc agitur non ita est comparata ut hoc ipso testimonio toto nitatur; etenim τὰς κατ' ἀρετὴν ἐνεργείας esse καλὰς et καλλίστας per se certum est; easdem ἀγαθὰς imo μάλιστα ἀγαθὰς esse capite sexto ex ipsis rebus evictum est; quod vero habeant τὸ ἡδύ modo vs 7—21 satis est probatum; desiderari fere unum τὸ μάλιστα ἡδὺ seu τὸ ἥδιστον (vs 24) dixeris. Provocavit igitur Aristoteles ad judicium τοῦ σπουδαίου non coactus necessitate hujus loci. Sed haud invitus fortasse hanc primam occasionem nactus ita proposuit rationem quandam demonstrandi, qua saepius usurus erat ut legitimâ in gravissimis quaestionibus. Putabat enim, ubi controversia aliqua de rebus ethicis aliter ad finem perduci non posset, certum modum veri inveniendi relictum esse in viri boni sententia; nam δοκεῖ ἐν ἅπασι τοῖς τοιούτοις εἶναι τὸ φαινόμενον τῷ σπουδαίῳ (ut in extrema hujus operis parte loco illustri 1176 a 15 s. profitetur).

24. ὡς εἴπομεν sc. καὶ ἀγαθάς γε καὶ καλὰς εἶναι τὰς κατ' ἀρετὴν πράξεις, καὶ μάλιστα τούτων ἕκαστον (vs 22 s.); quibus in verbis primum illud καὶ includit quasi τὸ ἡδείας easdem esse, unde oratio illic profecta erat.

25. τὸ Δηλιακὸν ἐπίγραμμα (a quo Eudemus operis sui eleganter initium fecit) inter Theognidis carmina legimus (vs 255 Bergk).

27. λῷστον δ' ὑγιαίνειν: in hanc sententiam plures versus antiquorum exstant, velut 1394 b 13

ἀνδρὶ δ' ὑγιαίνειν ἄριστόν ἐστιν, ὥς γ' ἡμῖν δοκεῖ

et scolion illud incipiens ὑγιαίνειν μὲν ἄριστον ἀνδρὶ θνατῷ ad quod (si Spengelio fidem habeas) verba Rhetoricorum 1362 b 16 respiciunt. Longum est plura conscribere; neque hac in re hominum nostrae aetatis judicium longe recessit a poëtis vel philosophis antiquitatis.

29. ταῖς ἀρίσταις ἐνεργείαις: quae quidem ante „ψυχῆς ἐνέργειαι

1099 a 30 τας δέ, ἢ μίαν τούτων τὴν ἀρίστην, φαμὲν εἶναι τὴν εὐδα- Α 9
μονίαν. φαίνεται δ' ὅμως καὶ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν προσδεο- 5
μένη, καθάπερ εἴπομεν· ἀδύνατον γὰρ ἢ οὐ ῥᾴδιον τὰ καλὰ
πράττειν ἀχορήγητον ὄντα. πολλὰ μὲν γὰρ πράττεται,
1099 b καθάπερ δι' ὀργάνων, διὰ φίλων καὶ πλούτου καὶ πολιτικῆς

1. διὰ] $K^bH^aM^b$ καὶ διὰ.

κατ' ἀρετὴν" erant. Praeterea non inutile videtur etiam hic monere, omitti nunc τὰς πράξεις quae medio in sermone nonnunquam in locum τῶν ἐνεργειῶν quasi subrepserunt (v. ad 1098 b 33); nam quum omnia quae adhuc dicta erant ad τὴν εὐδαιμονίαν (vs 30) referenda essent, revocat se scriptor ad diligentiam in vocabulorum delectu.

30. ἢ μίαν τούτων τὴν ἀρίστην v. ad 1098 a 17. Ad eundem locum respici putes dum hic scribitur „φαμέν": apparet enim eam ψυχῆς ἐνέργειαν quae sit κατὰ τὴν ἀρίστην καὶ τελειοτάτην ἀρετὴν (1098 a 17) et ipsam inter τὰς ἀρίστας ἐνεργείας fore τὴν ἀρίστην.

31. φαίνεται δ' ὅμως καὶ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν προσδεομένη. Si formam hujus enunciationis spectemus, accomodatam eam dicemus ad eam sententiam quae proxime vs 21—31 antecedit; cavetur enim (δ' ὅμως) ne quis putet τὸ ἄριστον καὶ κάλλιστον καὶ ἥδιστον quandoquidem in ἐνεργείᾳ quadam τῆς ψυχῆς percipiatur ita ab omni humanae vitae vicissitudine solutum esse. Sin ipsam rem quae nunc proponitur et totius disputationis rationem reputemus, dicendum erit pergere scriptorem ad tertium quod hoc capite sibi proposuerat; comprobari enim, veram de beatitate doctrinam etiam iis satisfacere οἳ καὶ τὴν ἐκτὸς εὐετηρίαν συμπεριλαμβάνουσιν (1098 b 26). Et hi quidem quoniam 1098 b 28 s. inter eos erant, quos prorsus a veritate aberrasse οὐκ εὔλογον dixerat, suo jure de eorum sententia hic jam addere poterat „φαίνεται ... καθάπερ εἴπομεν"; neque opus est hac in re recurrere usque ad 1096 a 1 s.: τὸν δ' οὕτω (i. e. κακοπαθοῦντα καὶ ἀτυχοῦντα τὰ μέγιστα) ζῶντα οὐδεὶς ἂν εὐδαιμονίσειεν. — Vocem προσδεῖσθαι modo vs 15 legimus; sunt ὧν προσδεῖταί τι ea quibus res quidem carere nequit, at quae ipsius rei naturâ non sunt inclusa, ut aliunde accedere debeant (ἔκτοσθεν quasi vel ut „περίαπτά τινα" vs 16). Eadem fere notio alio loquendi genere quod item vere est Aristotelicum describitur, dum τὰ ἀναγκαῖα vocantur ὧν ἄνευ οὐχ οἷόν τε εἶναι hoc vel illud de quo agitur, opposita illa nonnunquam τοῖς μορίοις seu τοῖς οἰκείοις μορίοις ipsius rei; cf. si vis Politicorum locum 1326 a 18—21 vel 1328 a 22 s. Utrâque locutione saepe Aristoteles usus est, ut non sine causâ viris doctis operae pretium visum sit adnotare, quod προσδεῖσθαι in Eudemiis semel tantum (1244 b 8) occurrit.

32. ἀδύνατον ἢ οὐ ῥᾴδιον τὰ καλὰ πράττειν ἀχορήγητον ὄντα. Tanquam ars poëtae vel actorum virtus jacet nisi externo splendore ac pompâ scenâque adjuvetur, ita ἡ ψυχῆς ἐνέργεια κατ' ἀρετὴν fere nulla est nisi vita hominis instructa sit variis bonis. At differunt hac in re αἱ ἐνέργειαι earumque virtutes: δόξειε δ' ἂν καὶ τῆς ἐκτὸς χορη-

Δ 9 δυνάμεως· ἐνίων δὲ τητώμενοι ῥυπαίνουσι τὸ μακάριον, οἷον 1099 b 2 εὐγενείας εὐτεκνίας κάλλους· οὐ πάνυ γὰρ εὐδαιμονικὸς ὁ τὴν ἰδέαν παναίσχης ἢ δυσγενὴς ἢ μονώτης καὶ ἄτεκνος, ἔτι δ' ἴσως ἧττον, εἴ τῳ πάγκακοι παῖδες εἶεν ἢ φίλοι, ἢ ἀγαθοὶ ὄντες τεθνᾶσιν. καθάπερ οὖν εἴπομεν, ἔοικε προσδεῖσθαι καὶ τῆς τοιαύτης εὐημερίας· ὅθεν εἰς ταὐτὸ τάττουσιν ἔνιοι τὴν εὐτυχίαν τῇ εὐδαιμονίᾳ [, ἕτεροι δὲ τὴν ἀρετήν].

---

2. τητώμενοι] corr. K[b] ἡττώμενοι. 3. οὐ πάνυ] K[b] οὐδαμῶς. 5. 6. ἢ ἀγαθοὶ] K[b]H[a] ἀγαθοί. 8. ἕτεροι δὲ τὴν ἀρετήν] del.

γίας (ἡ τοῦ νοῦ sc.) ἐπὶ μικρὸν ἢ ἐπ' ἔλαττον δεῖσθαι τῆς ἠθικῆς 1178 a 23; nec profecto minuitur laus si quis etiam id perficit quod οὐ ῥᾴδιον vocatur; cf. 1331 b 41 δεῖται γὰρ καὶ χορηγίας τινὸς τὸ ζῆν καλῶς, τούτου δὲ ἐλάττονος μὲν τοῖς ἄμεινον διακειμένοις πλείονος δὲ τοῖς χεῖρον.

2. ἐνίων δὲ ct. Duo discernantur. Alia necessaria sunt ad ipsam πρᾶξιν vel ἐνέργειαν, alia ad res quidem gerendas non pertinent, sed hominum qui iis carent animos desiderii aegritudine vexant: an qui τὸ κάλλος non habet ita multum impedietur τὰ καλὰ πράττειν? Illa igitur ad beatitatem spectant quam ipse definivit; haec dum postulantur, testimonio sunt esse etiam aliam felicitatem, a qua hominum animi se prorsus revocare nequeant. V. ad 1101 b 26 s.

3. τὸ κάλλος hic pro argumento sit, τὰ περὶ σῶμα ἀγαθὰ ne hoc quidem loco cogitatione plane amoveri dum de genere τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν (a 31) solo quaestio instituta est. V. ad 1098 b 12—20. Bonis autem, quae ad corpus attinent, admissis semel, mireris nunc τῆς ὑγιείας mentionem nullam fieri.

7. ὅθεν εἰς ταὐτὸ τάττουσιν ἔνιοι τὴν εὐδαιμονίαν τῇ εὐτυχίᾳ. Quum τὰ ἐκτὸς ἀγαθὰ omnia τῆς τύχης sint, apparet jam et inesse veri aliquid in isto judicio et non abesse errorem. Recte ita absolvitur tertia hujus capitis quaestio (a 31 sqq.) revertiturque ad ἑτέρους illos qui ab initio (1098 b 26) ultimi commemorabantur. Quae vero adjuncta leguntur b 8 ἕτεροι δὲ τὴν ἀρετήν importune addita esse videntur ab eo qui nihil aliud spectabat quam ut τὸ ὅθεν quod sequitur vs 9 in proxime antecedenti sententia haberet quo niteretur.

Cap. 10. 11. Quae capite 6 summi boni vel εὐδαιμονίας inventa est definitio confirmata quidem est ea disputatione quam deinceps instituit, imprimis capite nono; sed unum accessit novum; concedendum enim beatitatem esse non posse nisi adsit ἡ ἐκτὸς χορηγία (1099 a 31—b 8). Itaque quum initio videretur una quasi esse et tota in ipsius hominis animo posita, nunc ex parte saltem ad aliam causam relata est quae non est penes hominem. Haec duo igitur computanda quasi erunt, si quaeratur unde sit vel ubi sit vel quando cui attribuenda. Quibus in rebus quum versetur disputatio, profecta maxime a quibusdam ἀπορίαις, in priore capitis 10 parte ita fere loquitur Aristoteles tanquam τὰ ἐκτὸς in beatitate nullius sint momenti, postea vero jam plus iisdem tribuit idque potius cavet ne universa ἡ εὐδαιμονία

1099 b ὅθεν καὶ ἀπορεῖται πότερόν ἐστι μαθητὸν ἢ ἐθιστὸν ἢ ἄλλως A 10 πως ἀσκητόν, ἢ κατά τινα θείαν μοῖραν ἢ καὶ διὰ τύχην παραγίνεται. εἰ μὲν οὖν καὶ ἄλλο τί ἐστι θεῶν δώρημα ἀνθρώποις, εὔλογον καὶ τὴν εὐδαιμονίαν θεόσδοτον εἶναι, καὶ μάλιστα τῶν ἀνθρωπίνων ὅσῳ βέλτιστον. ἀλλὰ τοῦτο μὲν

9. ἢ ἄλλως] $K^b H^a M^b$ ἢ καὶ ἄλλως.

in eorum varietatem ita detrudatur ut omnino desinat inter res certas atque stabiles esse.

1099 b 9 — 1100 a 5. *Quodsi quaeritur utrum beatitudo hominis ipsius operâ quâdam comparetur an divinitus fortunâve contingat, primum hoc dicemus eum qui in humanâ virtute illam positam esse velit, nec profecto divinam ejus naturam derogare* (— b 18) *et statuere quod consentaneum sit, quoniam melius sit rem ita habere: melius enim, optimum quodque diligentiae cuidam omnium propositum esse tanquam rem nemini denegatam quam fortunae arbitrio permitti totum — 1099 b 25. Deinde pro argumento hujus libri dubium esse non potest, utrum verum; nam et doctrina quam de* εὐδαιμονίᾳ *proposuimus summam rei in ipso animo hominis ponit, et ars politica, cui in prooemio tota haec disputatio adscripta est, nil habet sanctius quam ut cives ad probitatem adducat — 1099 b 32. Bene denique cum his congruit quod neque bestiam ullam nec puerum volumus beatum vocare: expertes enim illae hujus* ἐνεργείας, *participes hi ita tantum ut speretur perventuros eos esse ad virtutem vitamque plenas quas postulamus — 1100 a 5.*

9 sq. πότερόν ἐστι μαθητὸν ἢ ἐθιστὸν ἢ ἄλλως πως ἀσκητόν: id quod censebunt ii qui animadverterint quantopere pendeat a quâdam ψυχῆς ἐνεργείᾳ κατ' ἀρετήν. Ἢ κατά τινα θείαν μοῖραν ἢ καὶ διὰ τύχην παραγίνεται: id quod iis videbitur qui magis ad id attenderint quod vita beata esse nequit nisi externis bonis bene munita. Ita enim hac de quaestione nunc quidem agitur, ut tota referatur ad eam disputationem quae antecedit (ὅθεν b 9). Notandum hoc; nam si omnino quaereretur unde origo harum rerum peti posset (ut fere Eudemus 1214 a 14 sqq. disputat), praeter eas quae hic proponuntur causas una certe addenda fuisset: an φύσει sint; praeterea si absolvere voluisset ipsam rem neque attingere tantum, ne ipsa quidem oppositorum membrorum ratio suo loco mansisset. Neque enim per se certum, omnem ψυχῆς ἐνέργειαν κατ' ἀρετὴν vel μαθητὸν vel ἀσκητὸν esse; et Aristotelis ipsius sententia eo fert, etiam ad virtutem aliquod naturae donum necessarium esse, quod ut adsit „δῆλον ὡς οὐκ ἐφ' ἡμῖν ὑπάρχει, ἀλλὰ διά τινας θείας αἰτίας τοῖς ὡς ἀληθῶς εὐτυχέσιν ὑπάρχει" (1179 b 21 s.). — Quod in priore membro τὸ μαθητὸν opponitur τῷ ἀσκητῷ, quodque hoc discrimen vss. 15 et 19 (μάθησις ἢ ἄσκησις, μάθησις καὶ ἐπιμέλεια) non negligitur, recte referas ad duplex virtutis genus ut praeter τὴν ἠθικὴν ἀρετὴν cogitetur etiam ἡ διανοητική. Hoc enim multo similius veri, quam respectum h. l. habitum esse opinionis Socraticae, omnem virtutem διδακτὴν facientis.

13. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἴσως ἄλλης ἂν εἴη σκέψεως οἰκειότερον: haec

Α 10 ἴσως ἄλλης ἂν εἴη σκέψεως οἰκειότερον, φαίνεται δὲ κἂν εἰ μὴ θεόπεμπτός ἐστιν ἀλλὰ δι' ἀρετὴν καί τινα μάθησιν ἢ ἄσκησιν παραγίνεται, τῶν θειοτάτων εἶναι· τὸ γὰρ τῆς ἀρετῆς ἆθλον καὶ τέλος ἄριστον εἶναι φαίνεται καὶ θεῖόν τι καὶ μακάριον. εἴη δ' ἂν καὶ πολύκοινον· δυνατὸν γὰρ ὑπάρξαι πᾶσι τοῖς μὴ πεπηρωμένοις πρὸς ἀρετὴν διά τινος μαθήσεως καὶ ἐπιμελείας. εἰ δ' ἐστὶν οὕτω βέλτιον ἢ διὰ τύχην εὐδαιμονεῖν, εὔλογον ἔχειν οὕτως, εἴπερ τὰ κατὰ φύσιν, ὡς οἷόν τε κάλλιστα ἔχειν, οὕτω πέφυκεν, ὁμοίως δὲ καὶ τὰ κατὰ τέχνην καὶ πᾶσαν αἰτίαν, καὶ μάλιστα κατὰ τὴν ἀρίστην. τὸ δὲ μέγιστον καὶ κάλλιστον ἐπιτρέψαι τύχῃ λίαν πλημ-

---

20. ἢ διὰ] $K^b M^b$ ἢ τὸ διά. 21. οἷόν τε] K^b οἴονται. 22. post πέφυκεν Bekk. punctum.

---

magis sunt declinantis quam pollicentis. Ubi enim ad dei deorumque vel naturam vel voluntatem perventum est, Aristotelem constat plerumque ἐπέχειν.

19. τοῖς μὴ πεπηρωμένοις πρὸς ἀρετήν: in his latet ea quam modo ad b 9 sq. significavimus scriptoris sententia. Πεπήρωται enim, quod mancum seu mutilatum est, plerumque aut aliena vi aut (id quod saepe occurrit) ipsius naturae defectu quodam: sunt πεπηρωμένα ἐν τῇ γενέσει (728 b 10), vel ἐκ γενετῆς (581 b 22; 746 b 21; cf. 1335 b 20 de abjiciendis infantibus ἔστω νόμος μηδὲν πεπηρωμένον τρέφειν); sunt genera quaedam animalium πεπηρωμένα seu ἀνάπηρα tota (533 a 2; 714 b 10); imo τὰ θήλεα omnia si componantur cum maribus πεπήρωται (891 b 23, unde vides quam prope accedat τὸ πεπηρωμένον ad τὸ ἀτελές). Probabile igitur τὸ μὴ πεπηρῶσθαι πρὸς ἀρετὴν fortunae deberi aut naturae deive dono.

20. εἰ δ' ἐστὶν οὕτω βέλτιον ἢ διὰ τύχην εὐδαιμονεῖν: jam enim missa est omnis cogitatio de deorum beneficio. Nec deesset forsitan necessario τὸ πολύκοινον (vs 18), si res ad deum referenda esse videretur; quod vero fortunae attribuitur spretâ omni lege ne ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ quidem potest accidere.

21—23. εἴπερ τὰ κατὰ φύσιν ..... κατὰ τὴν ἀρίστην. Male haec distinxit Bekkerus, puncto vs 22 ante ὁμοίως δὲ καὶ posito. Etenim apparet distingui rerum genera τὰ κατὰ φύσιν, τὰ κατὰ τέχνην, τὰ κατὰ πᾶσαν αἰτίαν, nec licet dubitare quin universae vitae humanae institutio, si ita discernamus, tertio horum generum adscribenda sit. Imo cur addidisset καὶ μάλιστα κατὰ τὴν ἀρίστην, nisi dicturus erat ipsam illam αἰτίαν quae in humanis rebus observetur meliorem esse quam rerum naturalium artiumve causas? Quae igitur a voce εἴπερ incipit demonstratio ad suum finem tum demum pervenit, postquam membro ὁμοίως δὲ καὶ non traducta est ad similia quaedam, sed perducta ad id de quo agebatur.

μελὲς ἂν εἴη. συμφανὲς δ' ἐστὶ καὶ ἐκ τοῦ λόγου τὸ ζητούμενον· εἴρηται γὰρ ψυχῆς ἐνέργεια κατ' ἀρετὴν ποιά τις. τῶν δὲ λοιπῶν ἀγαθῶν τὰ μὲν ὑπάρχειν ἀναγκαῖον, τὰ δὲ συνεργὰ καὶ χρήσιμα πέφυκεν ὀργανικῶς. ὁμολογούμενα δὲ ταῦτ' ἂν εἴη καὶ τοῖς ἐν ἀρχῇ· τὸ γὰρ τῆς πολιτικῆς τέλος ἄριστον ἐτίθεμεν, αὕτη δὲ πλείστην ἐπιμέλειαν ποιεῖται τοῦ ποιούς τινας καὶ ἀγαθοὺς τοὺς πολίτας ποιῆσαι καὶ πρακτικοὺς τῶν καλῶν. εἰκότως οὖν οὔτε βοῦν οὔτε ἵππον οὔτε ἄλλο

25. δ' ἐστὶ] K[b] δ' ἔτι. 30. αὕτη] K[b] αὐτή.

25. ἐκ τοῦ λόγου: ex ea quam nos perfecimus εὐδαιμονίας definitione.

26. εἴρηται γὰρ sc. 1098 a 16: quo quidem loco quod jam additur „ποιά τις" neque iisdem verbis nec longiore circuitu verborum expressum legebatur. Sed unum accedebat ib. 18 ἔτι ἐν βίῳ τελείῳ, unde elicias quasi quod vox „ποιά τις" sine dubio vult, τελείαν ab omni parte debere esse ψυχῆς illam ἐνέργειαν. Nihilominus in his tanquam in exemplo perspicuo hoc discas, Aristotelem etiam in iis quae diligenter elaboravit, non ita multum dare singulis quibusque vocibus. Sunt quorundam argumenta critica, in quibus hoc tenuisse non inutile erit.

27. 28. τὰ μὲν ὑπάρχειν ἀναγκαῖον, τὰ δὲ . . . ὀργανικῶς. Patet haec niti sententiâ quae a 31 — b 7 in medium prolata est. Et erat illic quoque divisio quaedam, non aliena ab hoc τὰ μὲν . . . τὰ δέ; nam quae illic ἔνια δὲ (b 2, ad q. l. vide) segregabantur, eadem fere sunt quae hic absolute sunt ἀναγκαῖα. Utraque vero vel universa τὰ λοιπὰ ἀγαθὰ fortunae quidem multo magis debentur quam μαθήσει et ἀσκήσει, sed si ἀναγκαῖα tantum sunt atque χρήσιμα et συνεργά, hoc ipso jam satis sibi Aristoteles indicasse visus est, dignitate et pondere ea ita vinci ab illa ἐνεργείᾳ, in qua ipsa res posita est, ut liceat breviter loquenti ad illam ejusque fontem sola spectare, haec eorumque causam nunc praeterire silentio.

29. τοῖς ἐν ἀρχῇ i. e. iis quae in prooemio dicta sunt. Ibi enim demonstratum est, summum bonum esse id quod τῆς πολιτικῆς τέλος est; summum vero bonum ἡ εὐδαιμονία. Quodsi ars politica suum finem ita persequitur ut cives maxime velit probos facere (id quod sine dubio fit vel ἀσκήσει vel μαθήσει), stat profecto a partibus eorum qui τὴν εὐδαιμονίαν dicunt esse ἀσκητὸν ἢ μαθητόν. Q. E. D. Sin quaeras quo jure ἡ πολιτικὴ universe dicatur πλείστην ἐπιμέλειαν facere harum rerum, respondendum potuisse in tali sententiâ scriptorem omittere eas reipublicae formas, quae sibi quidem semper παρεκβάσεις esse viderentur, velut tyrannidem. De ceteris vero Aristoteli constare „τὸ μὲν βούλημα παντὸς νομοθέτου τοῦτ' ἐστὶν sc. ἐθίζοντα ποιεῖν ἀγαθοὺς τοὺς πολίτας" (1103 b 4).

32 sqq. Paullo liberius haec addita, ut dubites an magna in iis insit demonstrandi vis. At si bestias, infantes nolumus beatos dicere,

τῶν ζώων οὐδὲν εὔδαιμον λέγομεν· οὐδὲν γὰρ αὐτῶν οἷόν τε 1099 b 33 *κοινωνῆσαι τοιαύτης ἐνεργείας. διὰ ταύτην δὲ τὴν αἰτίαν* 1100 a *οὐδὲ παῖς εὐδαίμων ἐστίν· οὔπω γὰρ πρακτικὸς τῶν τοιούτων διὰ τὴν ἡλικίαν· οἱ δὲ λεγόμενοι διὰ τὴν ἐλπίδα μακαρίζονται. δεῖ γάρ, ὥσπερ εἴπομεν, καὶ ἀρετῆς τελείας καὶ βίου τελείου. πολλαὶ γὰρ μεταβολαὶ γίνονται καὶ παντοῖαι*

---

probatur certe hoc: spectare eos qui ita judicent in *εὐδαιμονίᾳ* in eam potius partem, quae in animo humano est (hujus enim illa expertia sunt), quam in externa bona, quae forte possint unaquaque redundare; vel assentire eosdem ei opinioni, secundum quam *ἀσκητὸν ἢ μαθητὸν ἡ εὐδαιμονία*: quae enim *οὐχ οἷόν τε κοινωνῆσαι τοιαύτης ἐνεργείας* (vs 33 s.), in iis institutionis vel disciplinae nullus locus; secludi igitur ab *εὐδαιμονίᾳ* quia aliena sint a *μαθήσει* et *ἀσκήσει*. — Ceterum si totam quae praecessit disputationem mente amplectaris, negligentiae cujusdam accuses ea ipsa verba unde hic proficiscitur „*εἰκότως οὖν... λέγομεν*". Quid enim? Nonne quum investigaret in opere hominis summum bonum seu *εὐδαιμονίαν*, ita disputabat cap. 6, ut primum segregaret quae in vitâ humanâ communia sunt *καὶ ἵππῳ καὶ βοῒ καὶ παντὶ ζῴῳ* (1098 a 2. 3), admitteret id tantum quod hominis proprium esset? Quam igitur istâ viâ invenit *εὐδαιμονίαν*, eam repertam non addicendam esse iisdem animalibus, „*εἰκὸς*" saltem.

4. 5. *δεῖ γάρ, ὥσπερ εἴπομεν, καὶ ἀρετῆς τελείας καὶ βίου τελείου* v. 1098 a 16—18 (ut 1099 b 26). At *ἀρετὴ τελεία* neque illic erat (haud enim voce tantum *τελεία ἀρετὴ* diversa a virtute quae inter plures *ἀρίστη* est *καὶ τελειοτάτη* 1098 a 17) et omnino hic primum legitur. Quamquam quod vox ista proprium habet, pro hujus quidem loci natura poterat negligi. Cogitatio enim scribentis, id quod sequentia probant, jam se ab virtute ejusque *τελειότητι* convertit ad alterum quod adjungitur: *βίον τέλειον*.

5. *πολλαὶ γὰρ μεταβολαὶ γίνονται καὶ παντοῖαι τύχαι* ct. Manifestum est disputationem nunc in eo esse ut reputetur quantum in his rebus tribuendum sit *τοῖς ἐκτός*: qua quidem in re inde ab hac periodo pergitur usque ad 1101 b 9. Ab altera igitur parte quaestionis 1099 b 9—11 propositae transitus factus est ad alteram; postquam enim hucusque ita res gesta est ut demonstraretur, *ἀσκήσει τινὶ* et *μαθήσει* dandam esse beatitatem, jam verbis quidem illis neglectis, at re non omissa inquiritur quid nihilominus concedendum sit *τῇ τύχῃ* in quam diligentia ac virtus hominum nil fere possunt. Animadvertes vero, factum esse transitum istum latenter ut ita dicam: Commemorabantur vs 1 pueri ut expertes *εὐδαιμονίας*: sed causa erat quod non sunt *πρακτικοί* (vs 2); quapropter si iidem aliquo jure *διὰ τὴν ἐλπίδα* vs 3 dicebantur *μακαρίζεσθαι*, necessario cogitabas de ea spe, qua speramus fore ut e pueris viri strenui adolescant. Procedebatur inde vs 4 per particulam *γάρ*, suscipit nunc sententiam ita inceptam iterum *γάρ* vs 5. Et ecce; jam res quae opposita est tractatur, fortunae vicissitudines quibus *οἱ πρακτικοὶ* aeque subjecti sunt atque *οἱ οὐ πρακτικοί*.

1100 a 6 τύχαι κατὰ τὸν βίον, καὶ ἐνδέχεται τὸν μάλιστ' εὐθηνοῦντα A 10
μεγάλαις συμφοραῖς περιπεσεῖν ἐπὶ γήρως, καθάπερ ἐν τοῖς
ἡρωικοῖς περὶ Πριάμου μυθεύεται· τὸν δὲ τοιαύταις χρησά-
μενον τύχαις καὶ τελευτήσαντα ἀθλίως οὐδεὶς εὐδαιμονίζει.
πότερον οὖν οὐδ' ἄλλον οὐδένα ἀνθρώπων εὐδαιμονιστέον ἕως 11
ἂν ζῇ, κατὰ Σόλωνα δὲ χρεὼν τέλος ὁρᾶν; εἰ δὲ δὴ καὶ
θετέον οὕτως, ἆρά γε καὶ ἔστιν εὐδαίμων τότε ἐπειδὰν ἀπο-

6. εὐθηνοῦντα] K[b] εὐσθενοῦντα. 9. ἡρωικοῖς] K[b]M[b] τρωϊκοῖς.

Quaestio vero quae ita instituta est: quantum ad vitam beatam valeant fortunae dona vel bona malaque externa, ita disponitur ut duae ἀπορίαι solvantur (v. vs 21 ἀπορίαν δὲ καὶ ταῦτα παρέχει et vs 31 ἐπὶ τὸ πρότερον ἀπορηθέν): prior, quid statuendum sit de Solonis voce „neminem beatum esse vocandum quoad vivat"; altera, num ipsi defuncti calamitate qua sui obruantur ita affici dicendi sint ut desinant beatorum in numero esse. Proponuntur αἱ ἀπορίαι, explicatur quo spectent 1100 a 10—17—30. Solvitur prior 1100 a 31 — 1101 a 21; solvitur altera 1101 a 21 — b 9. Omnino totum hoc caput non solum bene dispositum sed etiam ita pertractatum est, ut curam quandam solito majorem percipere nobis videamur. Dixeris scriptorem universam hanc quaestionem de iis rebus ὧν προσδεῖται ἡ εὐδαιμονία h. l. plenam voluisse absolvere ut posset deinceps totum se applicare ad alterum illud, in quo ipsa ἡ εὐδαιμονία posita est: τὰς ψυχῆς ἐνεργείας dico κατ' ἀρετήν.

5—30. *Quum vero constet beatum ne eum quidem vocari posse qui forte majorem vitae partem feliciter degerit siquidem sub finem aevi miseriis opprimatur, quaerendum annon Solon recte judicaverit neminem ante finem beatum esse ratus. Qua in re hoc quidem certum, ipsum Solonem non dicere post finem vitae beatos esse defunctos, sed cohibere eos qui temere aliquem velint beatum vocare priusquam die suprema exemtus sit ex omni discrimine rerum* (— 1100 a 17). *At verendum ne comprobatâ hac judicandi ratione non videatur sufficere ista cautela. Etenim quoniam ad hominis dum vivit sortem ea quoque pertinent quae liberi ejus et propinqui vel agunt vel perpetiuntur, sive nota sunt ipsi sive ignarus est: nonne etiam defuncto isto modo et bona accidere et mala concedemus? Quaeritur igitur, utrum ob hanc vicissitudinem rerum dicturi simus ne eum quidem tuto beatum vocari posse qui suâ vitâ bene defunctus fuerit, an neglecto hoc vinculo quo homines cum suis posterisque continentur impietatis crimen subire velimus — 1100 a 30.*

11. κατὰ Σόλωνα χρεὼν τέλος ὁρᾶν (vs 32 εἰ δὴ τὸ τέλος ὁρᾶν δεῖ): sic fere in oratione suâ Solon Herodoteus (I, 32) „σκοπέειν δὲ χρὴ παντὸς χρήματος τὴν τελευτὴν κῇ ἀποβήσεται"; qui quidem (id quod Aristoteles nunc non curat) ipsi exitui plus dare videtur quam ceteris rebus singulis, addictus nempe illi sententiae quae legitur etiam 1365 a 36 (μείζω ἀγαθὰ) τὰ ἐν τῷ τέλει τοῦ βίου· τέλη γὰρ μᾶλλον τὰ πρὸς τῷ τέλει. Nostram in sententiam Solone teste utitur etiam Eudemus 1219 b 5; recurrit ad eundem Nicomacheorum lib. *K* (1179 a 9—13).

Α 11 θάνῃ; ἢ τοῦτό γε παντελῶς ἄτοπον, ἄλλως τε καὶ τοῖς λέ- 1100 a 13 γουσιν ἡμῖν ἐνέργειάν τινα τὴν εὐδαιμονίαν; εἰ δὲ μὴ λέγομεν τὸν τεθνεῶτα εὐδαίμονα, μηδὲ Σόλων τοῦτο βούλεται, ἀλλ' ὅτι τηνικαῦτα ἄν τις ἀσφαλῶς μακαρίσειεν ἄνθρωπον ὡς ἐκτὸς ἤδη τῶν κακῶν ὄντα καὶ δυστυχημάτων, ἔχει μὲν καὶ τοῦτο ἀμφισβήτησίν τινα· δοκεῖ γὰρ εἶναί τι τῷ τεθνεῶτι καὶ κακὸν καὶ ἀγαθόν, εἴπερ καὶ τῷ ζῶντι μὴ αἰσθανομένῳ δέ, οἷον τιμαὶ καὶ ἀτιμίαι καὶ τέκνων καὶ ὅλως ἀπογόνων εὐπραξίαι τε καὶ δυστυχίαι. ἀπορίαν δὲ καὶ ταῦτα παρέχει· τῷ γὰρ μακαρίως βεβιωκότι μέχρι γήρως καὶ τελευτήσαντι κατὰ λόγον ἐνδέχεται πολλὰς μεταβολὰς συμβαίνειν περὶ τοὺς ἐκγόνους, καὶ τοὺς μὲν αὐτῶν ἀγαθοὺς εἶναι καὶ τυχεῖν βίου τοῦ κατ' ἀξίαν, τοὺς δ' ἐξ ἐναντίας. δῆλον δ' ὅτι καὶ τοῖς ἀποστήμασι πρὸς τοὺς γονεῖς

---

18. εἶναί τι] K[b] εἶναι. 26. δ' ὅτι] K[b] ὅτι.

---

13. *ἄλλως τε καὶ τοῖς λέγουσιν ἡμῖν ἐνέργειάν τινα τὴν εὐδαιμονίαν*: hoc igitur persuasum scriptori, ipsâ morte omnem hominis *ἐνέργειαν* exstingui. Eodem modo e verbis *δοκεῖ γὰρ εἶναί τι τῷ τεθνεῶτι καὶ κακὸν καὶ ἀγαθόν, εἴπερ καὶ τῷ ζῶντι μὴ αἰσθανομένῳ δέ* (vs 18 sq.) perspicitur quantum abfuerit Aristoteles a cogitatione num possit defunctis quoque aliqua talis *αἴσθησις* adesse. Non plane inutile fuerit haec monere, ne forte quis dum infra legit *συνικνεῖσθαι* vel *διϊκνεῖσθαί τινα πρὸς τοὺς κεκμηκότας* (1100 a 30; 1101 b 1) putet se fidei quasi Christianae vestigia invenisse. At aliena talia sunt a mente philosophi qui ad terrestrem vitam solam spectat. Id tantum ille vocibus istis indicat: si universam alicujus vitam consideres, referre etiam quid liberi ejus ac posteri egerint; computanda igitur esse non ea tantum quibus ipse adfuerit sed etiam ea, quae vel absentem vel ignarum vel jam defunctum latuerint.

18. *ἔχει μὲν καὶ τοῦτ' ἀμφισβήτησίν τινα*: ne credas, respondere huic *μὲν* quae sequantur vs 21 *ἀπορίαν δὲ καὶ ταῦτα παρέχει*; neque enim recta esset oppositionis ratio. Imo tale quidem *μὲν* haud eget altero membro addito; in ipso enim jam comprehensa quae in utramque partem disputari possint. Ut si explicares „haec quamquam vera sunt tamen aliam admittunt controversiam" vel „dubitationi quidem haec obnoxia sunt, sed suo loco recte habent". Similia saepius occurrent.

23. *τελευτήσαντι κατὰ λόγον*: ita enim conjungenda ut 1101 a 17 *τελευτήσαντα κατὰ λόγον*. In his *κατὰ λόγον* modeste laudantis est; in fatali enim moriendi necessitate jam est acquiescendum, modo ne aggravescat malis quae praeter ipsius naturae legem (*παρὰ λόγον*) accedere solent. Audacter *τὸν λόγον* ad unum quoddam referebant qui interpretabantur „suae vitae convenienter".

26. *τοῖς ἀποστήμασι . . . . παντοδαπῶς ἔχειν*: temporis maxime

1100 a 27 *παντοδαπῶς ἔχειν αὐτοὺς ἐνδέχεται. ἄτοπον δὴ γίνοιτ' ἄν,* A 11
εἰ συμμεταβάλοι καὶ ὁ τεθνεὼς καὶ γίνοιτο ὁτὲ μὲν εὐδαίμων πάλιν δ' ἄθλιος. ἄτοπον δὲ καὶ τὸ μηδὲν μηδ' ἐπί τινα χρόνον συνικνεῖσθαι τὰ τῶν ἐκγόνων τοῖς γονεῦσιν. ἀλλ' ἐπανιτέον ἐπὶ τὸ πρότερον ἀπορηθέν· τάχα γὰρ ἂν §

---

28. *συμμεταβάλλοι*] $K^b H^a O^b$ *συμμεταβάλοι.*

---

diversa *ἀποστήματα* diverse aestimanda esse dicuntur; contraria enim sententia apud eos est qui *μηδ' ἐπί τινα χρόνον συνικνεῖσθαι τὰ τῶν ἐκγόνων τοῖς γονεῦσιν* (vs 29 s.) negant. Crescente vero temporum intervallo apparet simul non jam de filiis agi sed de nepotibus cet.; qua in re aliud genus diversorum *ἀποστημάτων* perspicitur. — Vides in his majores omnes vocari *γονέας*, in progenie discerni inter *τέκνα* (vs 20) et *ἀπογόνους* (vs 21) vel *ἐκγόνους* (vs 24. 30), ut 1097 b 10. 12 inter *τέκνα* et *ἀπογόνους*, 1161 a 19 inter *υἱοὺς* et *ἐκγόνους*. Neque enim recte pro Aristotelico usu Ammonius docebat liberos vocari *ἐκγόνους*, nepotes aliosque posteros *ἀπογόνους*, quamquam hoc sane verum, posse etiam ipsos liberos *ἐκγόνους* dici; sunt enim in eorum numero; id quod factum est velut 1335 b 29 s. *τὰ γὰρ τῶν πρεσβυτέρων ἔκγονα καθάπερ τὰ τῶν νεωτέρων ἀτελῆ γίνεται κ. τ. λ.*

28. *καὶ γίνοιτο ὁτὲ μὲν εὐδαίμων, πάλιν δ' ἄθλιος*: exasperatur (ut fit) aliquantum controversia super modum. Qui enim sententiam illam laudat (vs 18 sq.) referre ad vitam alicujus etiam ea quae ipso mortuo filiis posterisque accidant, nil aliud vult nisi differre judicium utrum sit beatus vocandus necne paullo longius quam Solon differebat.

31 — 1101 a 21.: *λύσις τοῦ πρότερον ἀπορηθέντος. Displicet in Solonis illo judicio quod vetamur unquam de beatitudine tanquam de re praesenti loqui; sed placet ratio qua motus ita decrevit, monens ne dum in hac re fortunae potentiam agnoscimus, sinamus vitam beatam in fortunae inconstantiam detrahi — 1100 b 7. Attamen in utramque partem satis provisum receptâ eâ doctrinâ quam adhuc proposuimus. Primum enim externis rebus, quibus carere quidem nequit beatus, haud eam vim dedimus ut mutatae secum traherent τὴν εὐδαιμονίαν, ipsam in hominis animo fundatam (— b 11). Deinde inconstantiae in ea locus non est; nil enim inter res humanas stabilius quam virtus, cujus ἐνέργειαν fecimus illam (— b 17). Quid igitur obstat quominus eum qui nunc undique bene instructus est etiam vocemus beatum, confisi illum et ipsum talem mansurum qualis est et quam optime semper usurum esse sorte suâ qualemcunque fortuna dederit (— b 22)? Quae si non multum immutata fuerit, nil valebit in beatam vitam; sin plura et magna evenerint sive in bonam sive in malam partem, intactum quidem beatum non sinent esse; aut enim augebunt atque exornabunt quod jam adest, aut imminuent et violabunt priorem statum, sed non ita ut propria virtutis vis quae etiam in ferendis malis spectatur evanescat (— b 33). Id vero nullo modo fiet ut qui nomine beati dignus fuerit miser evadat; nunquam enim prave aget, sed inter res adversas beatus quidem esse nequibit, at rem suam quantum fieri potest bene geret (— 1101 a 8). Quod autem fortuna potest in hominibus, id ille quidem haud ita facile in se recipiet,*

Α 11 θεωρηθείη καὶ τὸ νῦν ἐπιζητούμενον ἐξ ἐκείνου. εἰ δὴ τὸ 1100 a 32
τέλος ὁρᾶν δεῖ καὶ τότε μακαρίζειν ἕκαστον οὐχ ὡς ὄντα μακάριον ἀλλ' ὅτι πρότερον ἦν, πῶς οὐκ ἄτοπον, εἰ ὅτ' ἔστιν εὐδαίμων, μὴ ἀληθεύσεται κατ' αὐτοῦ τὸ ὑπάρχον διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι τοὺς ζῶντας εὐδαιμονίζειν διὰ τὰς μεταβολὰς 1100 b
καὶ διὰ τὸ μόνιμόν τι τὴν εὐδαιμονίαν ὑπειληφέναι καὶ

---

32. τὸ τέλος] e K^b; cett. τέλος (sed v. vs 11). 34. ὅτ' ἔστιν] Bekk. maj. ὅτ' ἐστὶν, corr. min.

---

ut nec descendat e suo statu nisi saepe et graviter perculsus nec postquam semel depressus est se recuperet nisi per longius temporis spatium fausta expertus (— 1101 a 13). *Quae si vera sunt, non dubitabimus beatos vocare etiam viventes, dummodo perpetuo iis adsint quae in notione beatitatis flagitabantur; sin pro fragilitate rerum humanarum caute malimus loqui, conditionem addemus, esse beatos siquidem non amissuri sint quod habent vitamque finituri ut decet — 1101 a 21.*

Universam hanc disputationem 1100 a 31 — 1101 a 21 si componas cum quaestione ad quam primum relata est, parum eâ profici dixeris. Nam inter Solonis illud χρεὼν τέλος ὁρᾶν, in eam sententiam dictum ὅτι τηνικαῦτα ἄν τις ἀσφαλῶς μακαρίσειεν ἄνθρωπον ὡς ἐκτὸς ἤδη τῶν κακῶν ὄντα καὶ τῶν δυστυχημάτων (1100 a 16 sq.), et inter judicium ad quod ultimum 1101 a 13—21 perducimur non est ita multum discriminis. Dicas fere τὴν λύσιν eam esse ut approbetur id de quo ἠπορήθη: paullo plus fiduciae et bonae spei in illa inesse, nil amplius; sententias easdem. — Addendum etiam hoc: quod ultimum 1101 a 13 —21 efficitur, idem jam multo prius 1100 b 18—22 praesto erat; ut in ipsa quoque disputatione desideres vestigia firma progredientis. — At aliter senties de hoc capite, si scriptorem dixeris id spectasse ut omnino exponeret quaenam esset vis rerum secundarum adversarumque in vitam beatam, et in hac quaestione Solonis illud παράδοξον ansam ei potius praebuisse quam materiam. (Vide quae supra argumento 1100 a 5 — 30 praemisimus.) Quae si placent, graves sententias aliam aliam excipientes concedes recte ordine ad suum finem properare, inclinatâ ut par erat oratione extremâ ad id unde res profecta erat.

35. μὴ ἀληθεύσεται „non licebit pro vero ac certo pronuntiare" vel „prohibebimur affirmare"; ea enim est vis futuri temporis. Ceterum haud ita mirum siquidem totum quoddam est ἡ εὐδαιμονία, hoc non prius praedicari quam omnibus suis partibus est perfectum. Objicietur τῷ „ὅτ' ἔστιν εὐδαίμων" (sic enim cum Bekkerianâ minore scribendum vs 34 pro ὅτ' ἐστὶν in majore) „at non est, adhuc enim immineat ruina."

35. b 1. b 2 ter est διά. Et primum quidem (διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι) rationem affert cur μὴ ἀληθεύσεται; secundo (διὰ τὰς μεταβολάς) atque tertio (καὶ διὰ τὸ . . . ὑπειληφέναι ct.) causa additur ob quam οὐ βούλονται. Quae quidem duabus eget sententiis ut perfecta sit: ἡ εὐδαιμονία μόνιμον (b 2), αἱ δὲ τύχαι ἀνακυκλοῦνται (b 3); id quod breviter significatur membro διὰ τὰς μεταβολάς, post explicatur in utramque

1100 b 3 μηδαμῶς εὐμετάβολον, τὰς δὲ τύχας πολλάκις ἀνακυκλεῖσθαι περὶ τοὺς αὐτούς; δῆλον γὰρ ὡς εἰ συνακολουθοίημεν ταῖς τύχαις, τὸν αὐτὸν εὐδαίμονα καὶ πάλιν ἄθλιον ἐροῦμεν πολλάκις, χαμαιλέοντά τινα τὸν εὐδαίμονα ἀποφαίνοντες καὶ σαθρῶς ἱδρυμένον. ἢ τὸ μὲν ταῖς τύχαις ἐπακολουθεῖν οὐδαμῶς ὀρθόν· οὐ γὰρ ἐν ταύταις τὸ εὖ ἢ κακῶς, ἀλλὰ προσδεῖται τούτων ὁ ἀνθρώπινος βίος, καθάπερ εἴπαμεν· κύριαι δ' εἰσὶν αἱ κατ' ἀρετὴν ἐνέργειαι τῆς εὐδαιμονίας, αἱ δ' ἐναντίαι τοῦ ἐναντίου. μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ καὶ τὸ νῦν διαπορηθέν. περὶ οὐδὲν γὰρ οὕτως ὑπάρχει τῶν ἀνθρωπίνων ἔργων βεβαιότης ὡς περὶ τὰς ἐνεργείας τὰς κατ' ἀρετήν· μονιμώτεραι γὰρ καὶ τῶν ἐπιστημῶν αὗται δοκοῦσιν εἶναι. τούτων δ' αὐτῶν αἱ τιμιώταται μονιμώταται διὰ τὸ μάλιστα καὶ συνεχέστατα καταζῆν ἐν αὐταῖς τοὺς μακαρίους·

(right margin: A 1 beside the first line; 8 beside the line ending ἐπακολουθεῖν)

12. 13. ὑπάρχει — βεβαιότης] K^b τῶν ἀνθρωπίνων ἔργων ὑπάρχει βεβαιωτής. 15. μονιμώταται] K^{b}L^{b}M^b μονιώτεραι. 16. αὐταῖς] K^b ταύταις.

partem verbis καὶ διὰ τὸ . . . ., τὰς δὲ τύχας b 2. 3. Obscurantur potius haec commate quod Bekkerus b 1 ante καὶ διὰ posuit.

6. χαμαιλέοντά τινα: de chamaeleontis natura v. 503 b 2 sqq.

7. ἤ: usitatum tale ἤ et fere proprium Aristotelis. Blande quasi rogantis est, annon malint legentes pro dubiis et fictis vera accipere. Ibi enim reperitur ubi scriptor proponere incipit quae sibi maxime certa videantur esse.

9. καθάπερ εἴπαμεν (ut b33 καθάπερ εἴπομεν): sc. 1099 a 31 u. v. At quod ante dicebatur tantum, nunc oppositione τοῦ κυρίου illustratur. Τὰ τῆς τύχης ita quidem et ipsa κύρια sunt ut possint impedire beatam vitam, sed neque ita ut contrarium statum possint efficere (οὐδεὶς ἂν γένοιτο τῶν μακαρίων ἄθλιος vs 34) neque ita ut si quam optime eveniant quemquam ipsa beatum reddant.

11. μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ καὶ τὸ νῦν διαπορηθέν: in his τὸν λόγον interpreteris ut 1098 b 20 eam quam dedimus definitionem beatitatis; τὸ νῦν διαπορηθὲν est ἄτοπον illud a 34; quod quum explicaretur apparebat b 2. 3 consensu omnium vitae beatae tribui τὸ μόνιμον καὶ μηδαμῶς εὐμετάβολον. Vocatur igitur τὸ διαπορηθὲν neque universa quaestio nec decretum aliquod quo illa absolvatur, sed unum quoddam quod in expositione τῆς ἀπορίας inter reliqua commemorandum erat. Hoc ipsum autem sc. μόνιμον εἶναι τὴν εὐδαιμονίαν, quamquam si ad verba spectes novum erat, tamen ab Aristotele statim pro rato acceptum erat, non tantum quia quod τέλειον est (cap. 5) et ἐν βίῳ τελείῳ (1098 a 18) non potest non μόνιμον esse, sed etiam ideo quod omnino a re laude dignâ longe abesse censet τὸ εὐμετάβολον; cf. 1154 b 30 πονηρὰ ἡ φύσις ἡ δεομένη μεταβολῆς vel 116 a 13 τὸ πολυχρονιώτερον καὶ βεβαιότερον αἱρετώτερον τοῦ ἧττον.

Α 11 τοῦτο γὰρ ἔοικεν αἰτίῳ τοῦ μὴ γίγνεσθαι περὶ αὐτὰ λήθην. 1100 b 17 ὑπάρξει δὴ τὸ ζητούμενον τῷ εὐδαίμονι, καὶ ἔσται διὰ βίου τοιοῦτος· ἀεὶ γὰρ ἢ μάλιστα πάντων πράξει καὶ θεωρήσει τὰ κατ' ἀρετήν, καὶ τὰς τύχας οἴσει κάλλιστα καὶ πάντη πάντως ἐμμελῶς ὅ γ' ὡς ἀληθῶς ἀγαθὸς καὶ τετράγωνος
§ ἄνευ ψόγου. πολλῶν δὲ γινομένων κατὰ τύχην καὶ διαφερόντων μεγέθει καὶ μικρότητι, τὰ μὲν μικρὰ τῶν εὐτυχημάτων, ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἀντικειμένων, δῆλον ὡς οὐ ποιεῖ ῥοπὴν τῆς ζωῆς, τὰ δὲ μεγάλα καὶ πολλὰ γιγνόμενα μὲν εὖ μακαριώτερον τὸν βίον ποιήσει (καὶ γὰρ αὐτὰ συνεπι-

---

19. ἀεὶ γὰρ ἢ μάλιστα πάντων: in πάντων genus neutrum cogitandum, „si non semper at magis continuo quam in ulla alia re fieri possit". Membrum ἢ μ. π. est ejus qui humanae naturae imbecillitatem reputat. Comparatio cum aliis hominibus (quam nonnulli intrudunt ut πάντων sit a πάντες) recte ne cogitari quidem potest pro hujus sententiae ratione.

19. πράξει καὶ θεωρήσει τὰ κατ' ἀρετήν. Quum nonnullis locis primi hujus libri ei, qui singulis quibusdam vocibus nimium dat, videri possit Aristoteles ἀρετὴν dicere solam τὴν ἠθικήν, omnia referre ad τὴν πρᾶξιν, negligere τὴν διανοητικὴν ἀρετήν, alienam ab hac disciplinâ judicare τὴν θεωρίαν (v. ad 1097 b 26; 1098 a 3): expressa hujus loci verba enotanda sunt. Neque id praetermittendum, ad notionem τοῦ μονίμου, quod aut ἀεὶ est aut „πάντων μάλιστα", sub finem Nicomacheorum revertere disputationem ut inter τὸ πράττειν et τὸ θεωρεῖν, quae nunc eodem jure conjunguntur, dijudicetur utri plus dare debeamus: sententiam vero esse θεωρεῖν δυνάμεθα συνεχῶς μᾶλλον ἢ πράττειν ὁτιοῦν (1177 a 21). Quapropter huc spectantes haud male interpretatum esse Zellium dicemus, quum ad vocem αἱ τιμιώταται (τῶν κατ' ἀρετὴν ἐνεργειῶν) b 15 breviter adnotaret αἱ θεωρητικαί. Quamquam tutius videtur non tam strictis finibus illic circumscribere scriptoris sententiam; saepe enim fit, ut certum quidem sit non abhorrere ab ejus doctrinâ quod verbis quibusdam ad singulare aliquod relatis effectum sit, nihilo minus autem incertum sit num nunc vel jam h. l. id ipsum dicturus fuerit. Quam vero vss. b 15—17 differentiam inter virtutes earumque ἐνεργείας, ut aliae aliis sint τιμιώτεραι, dicit esse, de eâ ita sane in reliquis libris Nicomacheorum ne verba quidem fecit, quum diversis modis et in singulis quibusque generibus eam locum habere appareat; quod autem ib. vs 17 τὴν λήθην advocat, cui exemtum esse summae laudi attribuit, id alio quidem loco in memoriam revocatur, sed haud ita ut τὸ θεωρητικὸν videatur ab oblivione magis tutum esse quam τὸ ἠθικόν. De prudentiâ enim legitur 1140 b 29 ὅτι λήθη τῆς μὲν τοιαύτης ἕξεως (i. e. τῆς μετὰ λόγου μόνου), φρονήσεως δ' οὐκ ἔστιν.

26 s. et 29 s. Vides et secundis rebus et adversis concinne duplicem vim tribui: alteram ut possint αὐτὰ συνεπικοσμεῖν aut λύπην ἐπιφέρειν, alteram ut ἡ χρῆσις αὐτῶν καλὴ καὶ σπουδαία sit aut ἐμπο-

1100 b 27 κοσμεῖν πέφυκε, καὶ ἡ χρῆσις αὐτῶν καλὴ καὶ σπουδαία γίγνεται), ἀνάπαλιν δὲ συμβαίνοντα θλίβει καὶ λυμαίνεται τὸ μακάριον· λύπας τε γὰρ ἐπιφέρει καὶ ἐμποδίζει πολλαῖς ἐνεργείαις. ὅμως δὲ καὶ ἐν τούτοις διαλάμπει τὸ καλόν, ἐπειδὰν φέρῃ τις εὐκόλως πολλὰς καὶ μεγάλας ἀτυχίας, μὴ δι' ἀναλγησίαν, ἀλλὰ γεννάδας ὢν καὶ μεγαλόψυχος. εἰ δ' εἰσὶν αἱ ἐνέργειαι κύριαι τῆς ζωῆς, καθάπερ εἴπομεν, οὐδεὶς ἂν γένοιτο τῶν μακαρίων ἄθλιος· οὐδέποτε A 11

27. σπουδαία] K[b] βεβαία. 33. αἱ] om. K[b].

δίζῃ πολλαῖς ἐνεργείαις. Moralė hoc (ut breviter, at barbare loquar), naturale illud; utrumque Aristoteles beatitate complectitur; cf. ad 1099 b 2. Quo facto id quoque judicium quod ad ipsas res ethicas spectat necessario quodammodo inficitur. Ut enim verum sit, res adversas ἐμποδίζειν πολλαῖς ἐνεργείαις, annon sunt aliae ἐνέργειαι, aliud virtutum genus, quae in iisdem rebus adversis nascantur? Patientia, constantia, fortitudo quaedam, ἐπειδὰν φέρῃ τις εὐκόλως πολλὰς καὶ μεγάλας ἀτυχίας, γεννάδας ὢν καὶ μεγαλόψυχος (b 31 s.)? Cur dicamus id tantum, in talibus ὅμως διαλάμπειν τὸ καλὸν quasi obscuratum et imminutum? Bonus certe dux splendorem virtutis suae vix melius monstrabit quam si τῷ παρόντι στρατοπέδῳ (quod quidem haud ipse debititaverit suâ culpâ) χρῆται πολεμικώτατα (1101 a 3). Sed Graecum hoc, se avertere ab aspectu tristium rerum inque eo, quod καλὸν sit, aliquod decus desiderare, quo oculi delectentur. Cf. et ad 1157 b 15; ad 1178 a 28 — b 7.

34 s. οὐδέποτε πράξει τὰ μισητὰ καὶ φαῦλα: attamen si accuratius singula quaeque perpendantur conceditur exceptionem esse; v. 1110 a 23 ἐπ' ἐνίοις δ' ἔπαινος μὲν οὐ γίνεται, συγγνώμη δ', ὅταν διὰ τοιαῦτα πράξῃ τις ἃ μὴ δεῖ ἃ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ὑπερτείνει καὶ μηδεὶς ἂν ὑπομεῖναι. Confidentius h. l. Aristoteles loquebatur, quia in universum magis exponebat quid exspectari posset (πράξει) et quid hominibus videretur (οἰόμεθα 1101 a 1). Neque ideo recte diceres eum secum pugnare ipsum; sed liceat hac occasione oblatâ significare (nam hoc quoque interpretis esse censeo) quam multum non inter istas quidem sententias Aristotelis sed omnino inter ingenium antiquorum et inter eam doctrinam intersit cui nos addicti sumus his in rebus. Nam in toto hoc capite quo quaeritur num tutum sit beatum vocare eum qui periculis hujus vitae nondum exemtus sit, ne semel quidem ad id periculorum genus respexit quo res et prosperae et adversae ipsum hominem ejusque virtutem implicant. Externae vitae conditioni multum timet; ne is qui nunc quidem probe vivat aut malis fractus aut deliciis pellectus peccet, nunquam. Satis scilicet in hanc partem provisum est, si audias ὅτι μόνιμον. Aut dixeris, illorum virorum virtutem longe nostram vigore suo superasse; aut juvenili quadam levitate atque imperitiâ ignorasse quid sit πειρασμός. Tertium non datur; nam qui ipse monetur τέλος ὁρᾶν χρεών, hoc sane non poterit opponere, nunc de aliis rebus agi.

Α 11 γὰρ πράξει τὰ μισητὰ καὶ φαῦλα. τὸν γὰρ ὡς ἀληθῶς 1100 b 35 ἀγαθὸν καὶ ἔμφρονα πάσας οἰόμεθα τὰς τύχας εὐσχημό- 1101 a νως φέρειν καὶ ἐκ τῶν ὑπαρχόντων ἀεὶ τὰ κάλλιστα πράττειν· καθάπερ καὶ στρατηγὸν ἀγαθὸν τῷ παρόντι στρατοπέδῳ χρῆσθαι πολεμικώτατα καὶ σκυτοτόμον ἐκ τῶν δοθέντων σκυτῶν κάλλιστον ὑπόδημα ποιεῖν· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τοὺς ἄλλους τεχνίτας ἅπαντας. εἰ δ' οὕτως, ἄθλιος μὲν οὐδέποτε γένοιτ' ἂν ὁ εὐδαίμων, οὐ μὴν μακάριός γε, ἂν Πριαμικαῖς τύχαις περιπέσῃ. οὐδὲ δὴ ποικίλος γε καὶ εὐμετάβολος· οὔτε γὰρ ἐκ τῆς εὐδαιμονίας κινηθήσεται ῥᾳδίως, οὐδ' ὑπὸ τῶν τυχόντων ἀτυχημάτων ἀλλ' ὑπὸ μεγάλων καὶ πολλῶν, ἔκ τε τῶν τοιούτων οὐκ ἂν γένοιτο πάλιν εὐδαίμων ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, ἀλλ' εἴπερ, ἐν πολλῷ τινὶ καὶ τελείῳ, μεγάλων καὶ καλῶν ἐν αὐτῷ γενόμενος ἐπήβολος.
§ τί οὖν κωλύει λέγειν εὐδαίμονα τὸν κατ' ἀρετὴν τελείαν ἐνεργοῦντα καὶ τοῖς ἐκτὸς ἀγαθοῖς ἱκανῶς κεχορηγημένον, μὴ τὸν τυχόντα χρόνον ἀλλὰ τέλειον βίον; ἢ προσθετέον καὶ βιωσόμενον οὕτω καὶ τελευτήσοντα κατὰ λόγον, ἐπειδὴ τὸ μέλλον ἀφανὲς ἡμῖν, τὴν εὐδαιμονίαν δὲ τέλος καὶ τέλειον τίθεμεν πάντῃ πάντως. εἰ δ' οὕτω, μακαρίους μὲν ἐροῦμεν

---

35. καὶ] K^{b}M^b καὶ τά.
8. γε καὶ] K^b τε καί. 10. οὐδ'] K^{b}H^{a}L^{b}O^b οὐθ'. 13. τελείῳ] K^b ὀλίγωι. 16. ἢ] om. K^b. 18. ἡμῖν] K^b ἡμῖν ἐστιν.

---

7. ἄθλιος μὲν οὐδέποτε γένοιτ' ἂν ὁ εὐδαίμων, οὐ μὴν μακάριός γε ct. Ita quidem bene prius ὁ εὐδαίμων, tum μακάριος; certum enim, si velis discernere quae fere eadem sunt, μακάριον vocari beatum ab eâ potissimum parte, a quâ munimento eget adversus dolorem et indigentiam; nec fugiebat Graecos ὅτι τὸν μακάριον ὠνομάκασιν ἀπὸ τοῦ χαίρειν (1152 b 7). Unde factum est, ut vox ista quae ab initio vix reperiebatur, in hoc capite, quippe quo de fortunae potestate agatur, saepius occurrat quam quod antea solum fere usus ferebat, εὐδαίμων.

11—13. οὔτε γὰρ . . . . ἐπήβολος. Quae his verbis in viro vere beato laudantur ut in utramque partem invideat quasi sortis potentiae nolitque illi in se ipso plus concedere quam necesse est, gravitatis sunt illius, quam in τῷ μεγαλοψύχῳ maxime observamus (v. 1100 b 32 et Δ 7).

19. εἰ δ' οὕτω: suscipiuntur in his, quae corrigens et cautius loquens proxime antecedente periodo ἢ προσθετέον vs 16 sq. adjecit ad id quod primo loco (τί οὖν κωλύει vs 14 sq.) satis esse visum erat. Et ita quidem toti quaestioni finem imponit. Qua in re postremo vs 20 addit „μακαρίους δ' ἀνθρώπους"; nam primum quod modo de futuro tempore dicendum erat καὶ ὑπάρξει, id sperari quidem et nonnumquam

τῶν ζώντων οἷς ὑπάρχει καὶ ὑπάρξει τὰ λεχθέντα, μακαρίους δ' ἀνθρώπους. καὶ περὶ μὲν τούτων ἐπὶ τοσοῦτον διωρίσθω, τὰς δὲ τῶν ἀπογόνων τύχας καὶ τῶν φίλων ἁπάντων τὸ μὲν μηδοτιοῦν συμβάλλεσθαι λίαν ἄφιλον φαίνεται καὶ ταῖς δόξαις ἐναντίον. πολλῶν δὲ καὶ παντοίας ἐχόντων διαφορὰς τῶν συμβαινόντων, καὶ τῶν μὲν μᾶλλον συνικνουμένων τῶν δ' ἧττον, καθ' ἕκαστον μὲν διαιρεῖν μακρὸν καὶ ἀπέραντον φαίνεται, καθόλου δὲ λεχθὲν καὶ τύπῳ τάχ' ἂν ἱκανῶς ἔχοι. εἰ δὴ καθάπερ καὶ τῶν περὶ αὐτὸν ἀτυχημάτων τὰ μὲν ἔχει τι βρῖθος καὶ ῥοπὴν πρὸς τὸν βίον τὰ δ' ἐλαφροτέροις ἔοικεν, οὕτω καὶ τὰ περὶ τοὺς φίλους ὁμοίως ἅπαντας, διαφέρει δὲ τῶν παθῶν ἕκαστον περὶ ζῶντας ἢ A 11

26. *ἧττον*] K[b] *ἧσσον*.

haud temere exspectari possit, sed pro humanarum rerum conditione praesagientis est, non certo scientis; deinde sententiae 1100 b 23 — 25 et 1101 a 9 — 11 probant, esse in vita beata quandam graduum differentiam quum accidant plerumque quae ingrata sint quamquam minoris momenti; recte igitur monemur ne quum inter homines *τὸ μακάριον* praedicemus perfectam et absolutam beatitatem, qualis forte apud deos est, admisisse videamur.

21 — b 9. *λύσις τοῦ ὕστερον* (1100 a 17 — 30) *ἀπορηθέντος*. *Quodsi quaeritur de iis rebus, quae non ipsi alicui accidunt, sed posteris ejus vel amicis defuncti, inhumanum quidem videtur negare quidquam id referre; at tenendum, quod jam supra attigimus, inter ea quae ad sortem humanam pertineant multas esse et magnas differentias levitatis et gravitatis. Utrum autem aliquid vivo accidat an mortuo, id tantum differt, ut nonnunquam omnino dubium videatur num defunctus ullo modo affici dicendus sit iis quae post ejus obitum eveniant, necne* (— b 1). *Quapropter hoc sane confidenter dicemus, iis omnibus quae amicis alicujus post ejus mortem contingant seu bene seu male, nunquam tam multum esse tribuendum ut possint beatum e statu suo evertere vel non beatum beatum facere — 1101 b 9.*

Quod supra 1100 a 31 de hac quaestione praemittebatur *τάχα γὰρ ἂν θεωρηθείη τὸ νῦν ἐπιζητούμενον* (i. e. haec de qua nunc agitur *ἀπορία*) *ἐξ ἐκείνου* (i. e. *ἐκ τοῦ πρότερον ἀπορηθέντος*), verum fuisse jam constat. Tota enim argumentationis vis in eo est ut fata quaelibet liberorum amicorumque defuncti hominis iis adscribantur *ἃ μικρὰ ὄντα τῶν εὐτυχημάτων, ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἀντικειμένων, οὐ ποιεῖ ῥοπὴν τῆς ζωῆς* (1100 b 23 sq.).

31. *διαφέρει δὲ* . . . . 33. *ἢ πράττεσθαι*. Componuntur *τὰ περὶ ζῶντας πάθη* cum iis quae *παράνομα καὶ δεινὰ πράττεται ἐν ταῖς τραγῳδίαις*; contra *τὰ περὶ τελευτήσαντας πάθη* cum iis quae *προϋπάρχει ἐν ταῖς τραγῳδίαις*. Longe alio modo moventur animi spectantium iis rebus quae coram ipsis in scena perpetrantur, alio modo iis quae ad

Α 11 τελευτήσαντας συμβαίνειν πολὺ μᾶλλον ἢ τὰ παράνομα καὶ δεινὰ προϋπάρχειν ἐν ταῖς τραγῳδίαις ἢ πράττεσθαι, συλλογιστέον δὴ καὶ ταύτην τὴν διαφοράν, μᾶλλον δ' ἴσως τὸ διαπορεῖσθαι περὶ τοὺς κεκμηκότας, εἴ τινος ἀγαθοῦ κοινωνοῦσιν ἢ τῶν ἀντικειμένων· ἔοικε γὰρ ἐκ τούτων εἰ καὶ διικνεῖται πρὸς αὐτοὺς ὁτιοῦν, εἴτ' ἀγαθὸν εἴτε τοὐναντίον, ἀφαυρόν τι καὶ μικρὸν ἢ ἁπλῶς ἢ ἐκείνοις εἶναι, εἰ δὲ μή, τοσοῦτόν γε καὶ τοιοῦτον ὥστε μὴ ποιεῖν εὐδαίμονας τοὺς μὴ ὄντας

---

34. ταύτην τὴν] $K^b H^a L^b O^b$ ταύτῃ τήν.
2. ἀφαυρόν] K^b φλαῦρόν.

---

fabulam quidem necessario pertinent sed aut narrantur tantum aut sciuntur. Quis toleraret coenam Thyesteam ante oculos actam? At quae inde orta sunt Atridarum fata inducere perniciemque gentis ut ad fontem referre ad vetus illud scelus, rectissime habet. Similiter liberorum vel amicorum ruina, quae vivum hominem acerbissimo dolore complevisset, ad mortuum pertinet quidem, sed tam diverso modo ut vix comparari possit altera res cum altera. — Vix de his ut in re satis perspicuâ verba fecissem, nisi interpretes dubitantes et inter se certantes vidissem.

34. συλλογιστέον δή: incipit hinc apodosis ad illud εἰ δὴ quod erat vs 28. Quum vero duobus membris (εἰ καθάπερ . . . ἔοικεν, οὕτω καὶ et διαφέρει δὲ . . . . πολὺ μᾶλλον ἢ) praemissis orationis quaedam ambages effectae sint, rite particula δὴ additur qua significatur jam adesse conclusionem. Dicit autem duo computanda esse: alterum ταύτην τὴν διαφορὰν sc. eam quam modo explicaverat utroque protaseos membro (vs 28 sq. et 31 sq.); alterum τὸ διαπορεῖσθαι. Inusitatius hoc quidem loquendi genus est συλλογίζεσθαι τὸ διαπορεῖσθαι nec tamen ideo minus recte habet. Verum enim, dubitationem hominum num omnino participes sint defuncti vel bonae vel malae rei, argumento esse, non tantum parvi aestimari posse τὰ περὶ τελευτήσαντας συμβαίνοντα τοῖς φίλοις (id quod constabat ταύτην τὴν διαφορὰν reputantibus), sed posse eo usque procedi ut pro nihilo habeantur. Nolebat hoc scriptor ipse dicere, timens τὸ λίαν ἄφιλον καὶ ταῖς δόξαις ἐναντίον (vs 23) criminantes; placebat igitur nullo subjecto et modeste dicere τὸ διαπορεῖσθαι συλλογιστέον. Quae ab interpretibus in diversas partes disputantur vel commendantur ad h. l., aut a sententiâ nil habent quod probabile sit (ut conjectura eorum qui corrigunt μᾶλλον δ' ἴσως τόδε δεῖ διαπορεῖσθαι) aut contra linguae leges sunt.

3. ἢ ἁπλῶς: id quod in magnam certe partem harum rerum cadit, quoniam multa constat ἐλαφροτέροις ἐοικέναι (v. a 30); ἢ ἐκείνοις: id quod de toto genere verum videri possit siquidem tanto minorem vim habent τὰ περὶ τελευτήσαντας πάθη comparata cum iis quae περὶ ζῶντας συμβαίνει, quemadmodum a 31—33 demonstratum est. Vides igitur bene memorem esse scriptorem protaseos illius de qua diximus.

μηδὲ τοὺς ὄντας μακαρίους ἀφαιρεῖσθαι τὸ μακάριον. συμ- βάλλεσθαι μὲν οὖν τι φαίνονται τοῖς κεκμηκόσιν αἱ εὐπραξίαι τῶν φίλων, ὁμοίως δὲ καὶ αἱ δυσπραξίαι, τοιαῦτα δὲ καὶ τηλικαῦτα ὥστε μήτε τοὺς εὐδαίμονας μὴ εὐδαίμονας ποιεῖν μήτ' ἄλλο τῶν τοιούτων μηδέν. A 1

διωρισμένων δὲ τούτων ἐπισκεψώμεθα περὶ τῆς εὐδαιμονίας πότερα τῶν ἐπαινετῶν ἐστὶν ἢ μᾶλλον τῶν τιμίων· 12

---

7. τῶν — δυσπραξίαι] om. $K^b H^a$.

---

5. συμβάλλεσθαι μὲν οὖν . . . b 9 μηδέν. Diligenter in unum contrahuntur quae in hac quaestione effecta sunt: affirmatur τὸ συμβάλλεσθαι (v. a 23), negatur id quod justum modum excederet iisdem fere verbis quibus b 3 sq. Quod ultimum additur μήτ' ἄλλο τῶν τοιούτων μηδέν, referas licet ad illud quod b 2 videbatur, tantum ἀφαυρόν τι καὶ μικρὸν illis rebus esse tribuendum. Haec enim sententia, quum repudiata non sit, hoc sane effecerit ut non dubitemus non ipsam solum beatitudinem sed etiam quaecunque cum illâ similitudine quadam conjuncta sint libera nuncupare ab isto periculo.

Cap. 12. Repertum jam est quid sit summum bonum seu natura τῆς εὐδαιμονίας (cap. 6), qua quidem in re ἡ ἀρχὴ universae hujus disputationis posita est (cap. 7). Comprobatum est quod reperimus ipsa dissensione eorum qui de his rebus audiendi sunt (cap. 8 et 9). Adscripta inde ἡ εὐδαιμονία inter ea, quae diligentiae cuidam et virtuti hominum maxime debentur (cap. 10), et munita eadem, quantum quidem in rebus humanis fieri potest, contra injurias fortunae (cap. 11). Unum nunc additur caput ultimum, quod eo spectare illico legentibus apparet sane, ut tanquam in fine moneamur, quanta sit hujus εὐδαιμονίας dignitas atque praestantia.

Utrum igitur beatam vitam inter τὰ ἐπαινετὰ numeremus an inter τὰ τίμια? At quodcunque laude dignum habetur ideo laudatur, quia ita est comparatum ut faciat ad aliud quoddam quo refertur. Quod igitur ipsum omnium est optimum in hoc genere non est, ut nec deos virosve divinos velimus laudare nec res eas quibus melius cogitari nequit, velut beatitatem (— b 27). *Neque in hanc quidem partem male Eudoxus disputabat, quum voluptati primas daturus argumento esse diceret quod non laudatur: laudes enim virtutis maxime sunt qua idonei fiunt ut honesta quaeque perpetrent* (— b 34). *Sed nobis jam satis constat de quo quaerebatur: beata vita iis adscribenda quae τίμια sunt; neque enim illa alias principium esset quo cetera omnia tendunt et causa ob quam fiunt — 1102 a 4.*

In hoc capite nil proponitur quo adjecto ad notionem τῆς εὐδαιμονίας natura ejus melius cognoscatur. Quapropter nisi forte putes id ipsum scriptori hic cordi fuisse, ut duo genera cognata rerum τὰ ἐπαινετὰ et τὰ τίμια probe discernantur, senties forsitan mecum voluisse illum priusquam a vita beata ad reliqua pergeret in memoriam revocare et in unum comprehendere quae sibi summa viderentur: multa sunt τέλη, multa bona; disponantur in diversos ordines, imponatur

δῆλον γὰρ ὅτι τῶν γε δυνάμεων οὐκ ἔστιν. φαίνεται δὴ πᾶν 1101 b 12 τὸ ἐπαινετὸν τῷ ποιόν τι εἶναι καὶ πρός τί πως ἔχειν ἐπαι-

---

13. τί πως] male Bekk. min. τι πῶς.

---

quasi caput omnium, si via ac ratione de his rebus cogitare, via ac ratione agere velis; tum vero ab una beatitate proficiscendum, ad eandem omnia referenda.

Qua in re bene factum, quod non tantum ad summam eorum quae praecesserunt respicitur, sed quasi in confiniis duarum disputationum etiam ad id advertitur animus quod inde a cap. 13 pertractandum adest. Virtutis enim, quae pridem definitione beatitatis includebatur et ad quam mox omnia referuntur, nunc ita mentio fit (1101 b 14 sq.; b 31 sq.) ut et opponatur τῇ εὐδαιμονίᾳ et postponatur; diversi enim generis est, τῶν ἐπαινετῶν; at illa τῶν τιμίων.

11 sq. πότερα τῶν ἐπαινετῶν ἐστὶν ἢ μᾶλλον τῶν τιμίων· δῆλον γὰρ ὅτι τῶν γε δυνάμεων οὐκ ἔστιν. De tribus his generibus agi apertum est quoniam de bono quodam agitur dum de beatitate quaestio est. Inde proficiscendum esse verba docent infra addita ubi Eudoxi de voluptate disputatio commemoratur: τὸ γὰρ μὴ ἐπαινεῖσθαι (τὴν ἡδονὴν) τῶν ἀγαθῶν οὖσαν μηνύειν ᾤετο ct. (b 28 s.). Et hoc sane certissimum quaecunque vel τίμια sint vel ἐπαινετὰ inter bona esse; nec minus certum omnes δυνάμεις, quamvis usus earum etiam pravus possit esse, tamen per se expetendas esse, cf. 126 a 37 ἔτι πᾶσα δύναμις τῶν αἱρετῶν· καὶ γὰρ αἱ τῶν φαύλων δυνάμεις αἱρεταί κ. τ. λ. At omnia bona aut τίμια esse aut ἐπαινετὰ aut δυνάμεις, divisio est neque ipsâ re unicuique comprobata neque usitata apud Aristotelem. Equidem certe hujus generis divisionem in unis inveni Magnis Moralibus, ubi ad nostri loci similitudinem, quamquam alio loco, τῶν ἀγαθῶν tria ista genera proponuntur, superaddito ut quarto et reliquo genere τῷ σωστικῷ καὶ ποιητικῷ ἀγαθοῦ 1183 b 20 — 35 — 37. Sed Magnorum Moralium quum omnino exigua sit auctoritas tum ex illo loco nihil elicias quod forte dubitanti lucem afferat. — Sin quaeratur aliquid quod magis sit usitatum magisque constet, ad quod referri haec recte possint, in promtu est notissima bonorum descriptio non eadem quidem in omnes partes sed prope accedens. Nam et aliis e locis, quos exscribere longum est, et ex hoc capite elucet, τίμια esse quae αἱρετὰ sint καθ' αὑτά seu αὑτῶν ἕνεκα, ἐπαινετὰ nunc vocari nonnisi quae αἱρετὰ sint δι' ἕτερον. Neque αἱ δυνάμεις ab ista distinguendi ratione alienae sunt cf. 126 b 4 καὶ (ὁρᾶν δεῖ) εἴ τι τῶν δι' αὑτὸ τιμίων ἢ αἱρετῶν εἰς δύναμιν ἢ τὸ δυνατὸν ἢ τὸ ποιητικὸν ἔθηκεν. πᾶσα γὰρ δύναμις καὶ πᾶν τὸ δυνατὸν ἢ τὸ ποιητικὸν δι' ἄλλο αἱρετόν. Unum addam praeterea locum, ut appareat verum esse quod supra significavi, neque ubique τὰ τίμια ita opponi τοῖς ἐπαινετοῖς ut h. l. factum sit; legis enim 116 b 36 s. ἔτι (αἱρετώτερον sc. ἢ βέλτιον) τὸ κάλλιον καθ' αὑτὸ καὶ τιμιώτερον καὶ ἐπαινετώτερον . . . . τὰ μὲν γὰρ καθ' αὑτὰ τῶν τιμίων καὶ ἐπαινετῶν· τὰ δὲ οὐ καθ' αὑτά, ἀλλὰ δι' ἕτερον. — Sed de his satis; elucet enim quomodo nostro sane loco judicaverit de genere τῶν ἐπαινετῶν. Illa vero divisio eorum quae bona

νεῖσθαι· τὸν γὰρ δίκαιον καὶ τὸν ἀνδρεῖον καὶ ὅλως τὸν A 1 ἀγαθὸν καὶ τὴν ἀρετὴν ἐπαινοῦμεν διὰ τὰς πράξεις καὶ τὰ ἔργα, καὶ τὸν ἰσχυρὸν, καὶ τὸν δρομικὸν καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον τῷ ποιόν τινα πεφυκέναι καὶ ἔχειν πως πρὸς ἀγαθόν τι καὶ σπουδαῖον. δῆλον δὲ τοῦτο καὶ ἐκ τῶν περὶ τοὺς θεοὺς ἐπαίνων· γελοῖοι γὰρ φαίνονται πρὸς ἡμᾶς ἀναφερόμενοι, τοῦτο δὲ συμβαίνει διὰ τὸ γίνεσθαι τοὺς ἐπαίνους δι' ἀναφορᾶς, ὥσπερ εἴπαμεν. εἰ δ' ἐστὶν ὁ ἔπαινος τῶν τοιούτων, δῆλον ὅτι τῶν ἀρίστων οὐκ ἔστιν ἔπαινος, ἀλλὰ μεῖζόν τι καὶ βέλτιον, καθάπερ καὶ φαίνεται· τούς τε γὰρ θεοὺς μακαρίζομεν καὶ εὐδαιμονίζομεν καὶ τῶν ἀνδρῶν τοὺς θειοτάτους μακαρίζομεν. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἀγαθῶν· οὐδεὶς

15. ἀγαθὸν] K^b ἀγαθόν τε. 16. ἰσχυρὸν καὶ] K^b ἰσχυρὸν δὲ καί. 22. ἔπαινος] K^b ἔπαινος τῶν τοιούτων.

sunt, ut alia sint δι' ἕτερον αἱρετὰ alia καθ' αὑτά, in Nicomacheorum disputatione non tantum ipsa jam constat sed etiam ad vitam beatam vel summum bonum relata est cap. 5, ut si ad has sententias redeundum esse videretur scriptori, non mirum eum iisdem rebus alia nomina (τίμιον et ἐπαινετόν) imposuisse, ne bis eadem loqueretur. Qua in re si quaesiveris quid dicat ipsa vox τίμιον, vix necesse erit monere ne Magnis Moralibus nimiam habeas fidem dum 1183 b 23 τίμια breviter ea velint vocari ἐφ' οἷς ἡ τιμή. Honore enim sane dignissima virtus, multa alia quae Aristoteles hic τίμια esse non vult; imo τίμιον est quod solum per se valet vel dignitatem suam pretiumve in se ipso habet, ut recte possit etiam νόμισμα τίμιον opponi εὐώνῳ νομίσματι (1345 b 23).

20. τοῦτο δὲ συμβαίνει: hoc i. e. τὸ ἀναφέρεσθαι πρὸς ἡμᾶς fit necessario in laudandis diis, quoniam ea est laudis natura (διὰ τὸ γίνεσθαι τοὺς ἐπαίνους δι' ἀναφορᾶς) nec possumus aliter quidquam laudare. In hoc igitur ridiculi aliquid percipere sibi videtur Aristoteles si quis deum efferat laudibus quia benignus sit erga mortales vel adjuvet inopes: id quod pio certe animo haud facile ille persuaserit.

24. τῶν ἀνδρῶν τοὺς θειοτάτους μακαρίζομεν. Θείους ἄνδρας cum Lacedaemoniis dici censebis quorum sit ἡ ὑπὲρ ἡμᾶς ἀρετή, ἡρωϊκή τις καὶ θεία (1145 a 19. 27 s.). Quodsi hi μακαρίζονται, haud a re erit interrogare, annon etiam beati ducendi sint; quod si concedatur, quaerendum num aliter non possint esse θεῖοι, nisi τῇ ἐκτὸς χορηγίᾳ bene muniti. Sed Aristoteles harum rerum doctrinam ita volebat esse comparatam ut quam plurimorum rationem haberet, ut communis quasi esset ejus usus, non ad singularem quandam vitae conditionem raramve perfectionem virtutis restrictus.

25. τῶν ἀγαθῶν: res bonas dici apparet, nec minus genetivum hunc supplendum esse τὰ θειότατα; de qua brevitate loquendi recte ad h. l. nonnulla Zellius adnotat. Quod vero affirmatur, neminem lau-

12 γὰρ τὴν εὐδαιμονίαν ἐπαινεῖ καθάπερ τὸ δίκαιον, ἀλλ' ὡς 1101 b 26 θειότερόν τι καὶ βέλτιον μακαρίζει. δοκεῖ δὲ καὶ Εὔδοξος καλῶς συνηγορῆσαι περὶ τῶν ἀριστείων τῇ ἡδονῇ· τὸ γὰρ μὴ ἐπαινεῖσθαι τῶν ἀγαθῶν οὖσαν μηνύειν ᾤετο ὅτι κρεῖττόν ἐστι τῶν ἐπαινετῶν, τοιοῦτον δ' εἶναι τὸν θεὸν καὶ τἀγαθόν· πρὸς ταῦτα γὰρ καὶ τἆλλα ἀναφέρεσθαι. ὁ μὲν γὰρ ἔπαινος τῆς ἀρετῆς· πρακτικοὶ γὰρ τῶν καλῶν ἀπὸ ταύτης· τὰ δ' ἐγκώμια τῶν ἔργων ὁμοίως καὶ τῶν σωματικῶν καὶ τῶν ψυχικῶν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως οἰκειότερον ἐξακριβοῦν τοῖς περὶ τὰ ἐγκώμια πεπονημένοις, ἡμῖν δὲ δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων ὅτι ἐστὶν ἡ εὐδαιμονία τῶν τιμίων καὶ τελείων. 1102 a

26. τὸ δίκαιον] K^b pr. δίκαιον. 29. κρεῖττον] $K^b H^a M^b$ κρείττων.

dare τὴν εὐδαιμονίαν, videas annon praeter eam causam quam expositam legas, sit alia de qua Aristoteles omnino tacet. Etenim quum in laudem hominis vel rerum humanarum assumi nequeat nisi quod ipsorum viribus vel voluntate aliquo modo sit comparatum, summum illud bonum quod omnia complexus in unum composuit philosophus tum e numero τῶν ἐπαινετῶν removit quum ei addenda vel admiscenda esse censeret fortunae dona, sine quibus esse non posset.

27. Eudoxi et ingenium et mores non parvi aestimasse Aristotelem quum ex hoc loco elucet, tum *K* 2, ubi plura ejus argumenta in eandem de voluptate sententiam recensuit, hôc quod nunc commemorat omisso, tanquam re jam pridem peractâ.

33. τὰ δ' ἐγκώμια τῶν ἔργων: iisdem fere verbis Eudemus 1219 b 8. 9 loquitur, et paullo accuratius sed in eandem sententiam 1219 b 14 sq. τὸ μὲν γὰρ ἐγκώμιον λόγος τοῦ καθ' ἕκαστον ἔργου, ὁ δ' ἔπαινος τοιοῦτον εἶναι καθόλου (ita enim verba nunc leguntur), ὁ δ' εὐδαιμονισμὸς τέλος. Singulorum ἔργων igitur ἐγκώμιον est; sin eadem τὰ ἔργα vel αἱ ἐνέργειαι universae in unum comprehendantur jam prope accedunt ad τὸ τίμιον, quippe quod ipsa beatitas primo loco sit ψυχῆς ἐνέργεια. Quapropter neque id mirum est, quod ἡ θεωρία, quae in illa ψυχῆς ἐνεργείᾳ principatum quasi teneat, 1178 b 31 insigni loco αὐτὴ καθ' αὑτὴν τιμία vocatur. — Ad haec nihil fere addunt quae in Rhetoricis 1367 b 26—36 (u. v. Spengelium) de natura ἐπαίνου, ἐγκωμίου, μακαρισμοῦ, εὐδαιμονισμοῦ disputantur, ut jure possis dubitare an verbis quae hic sequuntur (1101 b 34 ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως οἰκειότερον ἐξακριβοῦν τοῖς περὶ τὰ ἐγκώμια πεπονημένοις) ablegari nos dicendum sit ad istud Rhetoricorum caput.

1. ἡ εὐδαιμονία τῶν τιμίων καὶ τελείων. Et ipso hoc capite (si ita velis interpretari verba ἐκ τῶν εἰρημένων) haec quidem constant: beatitudinis quoniam inter omnium optima sit non esse laudem sed μακαρισμόν (1101 b 22. 25—27); quumque omnino ἔπαινος δι' ἀναφορᾶς sit, magis esse excelsum genus earum rerum, quae non ita sint bonae quia ad aliud quoddam referantur, sed ita ut ad ipsas cetera omnia

1101 b 14 νεῖσθαι· τὸν γὰρ δίκαιον καὶ τὸν ἀνδρεῖον καὶ ὅλως τὸν A ἀγαθὸν καὶ τὴν ἀρετὴν ἐπαινοῦμεν διὰ τὰς πράξεις καὶ τὰ ἔργα, καὶ τὸν ἰσχυρὸν, καὶ τὸν δρομικὸν καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον τῷ ποιόν τινα πεφυκέναι καὶ ἔχειν πως πρὸς ἀγαθόν τι καὶ σπουδαῖον. δῆλον δὲ τοῦτο καὶ ἐκ τῶν περὶ τοὺς θεοὺς ἐπαίνων· γελοῖοι γὰρ φαίνονται πρὸς ἡμᾶς ἀναφερόμενοι, τοῦτο δὲ συμβαίνει διὰ τὸ γίνεσθαι τοὺς ἐπαίνους δι' ἀναφορᾶς, ὥσπερ εἴπαμεν. εἰ δ' ἐστὶν ὁ ἔπαινος τῶν τοιούτων, δῆλον ὅτι τῶν ἀρίστων οὐκ ἔστιν ἔπαινος, ἀλλὰ μεῖζόν τι καὶ βέλτιον, καθάπερ καὶ φαίνεται· τούς τε γὰρ θεοὺς μακαρίζομεν καὶ εὐδαιμονίζομεν καὶ τῶν ἀνδρῶν τοὺς θειοτάτους μακαρίζομεν. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἀγαθῶν· οὐδεὶς

15. ἀγαθὸν] K[b] ἀγαθόν τε. 16. ἰσχυρὸν καὶ] K[b] ἰσχυρὸν δὲ καί. 22. ἔπαινος] K[b] ἔπαινος τῶν τοιούτων.

sunt, ut alia sint δι' ἕτερον αἱρετὰ alia καθ' αὑτά, in Nicomacheorum disputatione non tantum ipsa jam constat sed etiam ad vitam beatam vel summum bonum relata est cap. 5, ut si ad has sententias redeundum esse videretur scriptori, non mirum eum iisdem rebus alia nomina (τίμιον et ἐπαινετόν) imposuisse, ne bis eadem loqueretur. Qua in re si quaesiveris quid dicat ipsa vox τίμιον, vix necesse erit monere ne Magnis Moralibus nimiam habeas fidem dum 1183 b 23 τίμια breviter ea velint vocari ἐφ' οἷς ἡ τιμή. Honore enim sane dignissima virtus, multa alia quae Aristoteles hic τίμια esse non vult; imo τίμιον est quod solum per se valet vel dignitatem suam pretiumve in se ipso habet, ut recte possit etiam νόμισμα τίμιον opponi εὐώνῳ νομίσματι (1345 b 23).

20. τοῦτο δὲ συμβαίνει: hoc i. e. τὸ ἀναφέρεσθαι πρὸς ἡμᾶς fit necessario in laudandis diis, quoniam ea est laudis natura (διὰ τὸ γίνεσθαι τοὺς ἐπαίνους δι' ἀναφορᾶς) nec possumus aliter quidquam laudare. In hoc igitur ridiculi aliquid percipere sibi videtur Aristoteles si quis deum efferat laudibus quia benignus sit erga mortales vel adjuvet inopes: id quod pio certe animo haud facile ille persuaserit.

24. τῶν ἀνδρῶν τοὺς θειοτάτους μακαρίζομεν. Θείους ἄνδρας cum Lacedaemoniis dici censebis quorum sit ἡ ὑπὲρ ἡμᾶς ἀρετή, ἡρωϊκή τις καὶ θεία (1145 a 19. 27 s.). Quodsi hi μακαρίζονται, haud a re erit interrogare, annon etiam beati ducendi sint; quod si concedatur, quaerendum num aliter non possint esse θεῖοι, nisi τῇ ἐκτὸς χορηγίᾳ bene muniti. Sed Aristoteles harum rerum doctrinam ita volebat esse comparatam ut quam plurimorum rationem haberet, ut communis quasi esset ejus usus, non ad singularem quandam vitae conditionem raramve perfectionem virtutis restrictus.

25. τῶν ἀγαθῶν: res bonas dici apparet, nec minus genetivum hunc supplendum esse τὰ θειότατα; de qua brevitate loquendi recte ad h. l. nonnulla Zellius adnotat. Quod vero affirmatur, neminem lau-

12 γὰρ τὴν εὐδαιμονίαν ἐπαινεῖ καθάπερ τὸ δίκαιον, ἀλλ' ὡς 1101 b 26 θειότερόν τι καὶ βέλτιον μακαρίζει. δοκεῖ δὲ καὶ Εὔδοξος καλῶς συνηγορῆσαι περὶ τῶν ἀριστείων τῇ ἡδονῇ· τὸ γὰρ μὴ ἐπαινεῖσθαι τῶν ἀγαθῶν οὖσαν μηνύειν ᾤετο ὅτι κρεῖττόν ἐστι τῶν ἐπαινετῶν, τοιοῦτον δ' εἶναι τὸν θεὸν καὶ τἀγαθόν· πρὸς ταῦτα γὰρ καὶ τἆλλα ἀναφέρεσθαι. ὁ μὲν γὰρ ἔπαινος τῆς ἀρετῆς· πρακτικοὶ γὰρ τῶν καλῶν ἀπὸ ταύτης· τὰ δ' ἐγκώμια τῶν ἔργων ὁμοίως καὶ τῶν σωματικῶν καὶ τῶν ψυχικῶν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως οἰκειότερον ἐξακριβοῦν τοῖς περὶ τὰ ἐγκώμια πεπονημένοις, ἡμῖν δὲ δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων ὅτι ἐστὶν ἡ εὐδαιμονία τῶν τιμίων καὶ τελείων. 1102 a

26. τὸ δίκαιον] K^b pr. δίκαιον. 29. κρεῖττον] $K^b H^a M^b$ κρείττων.

dare τὴν εὐδαιμονίαν, videas annon praeter eam causam quam expositam legas, sit alia de qua Aristoteles omnino tacet. Etenim quum in laudem hominis vel rerum humanarum assumi nequeat nisi quod ipsorum viribus vel voluntate aliquo modo sit comparatum, summum illud bonum quod omnia complexus in unum composuit philosophus tum e numero τῶν ἐπαινετῶν removit quum ei addenda vel admiscenda esse censeret fortunae dona, sine quibus esse non posset.

27. Eudoxi et ingenium et mores non parvi aestimasse Aristotelem quum ex hoc loco elucet, tum *K* 2, ubi plura ejus argumenta in eandem de voluptate sententiam recensuit, hôc quod nunc commemorat omisso, tanquam re jam pridem peractâ.

33. τὰ δ' ἐγκώμια τῶν ἔργων: iisdem fere verbis Eudemus 1219 b 8. 9 loquitur, et paullo accuratius sed in eandem sententiam 1219 b 14 sq. τὸ μὲν γὰρ ἐγκώμιον λόγος τοῦ καθ' ἕκαστον ἔργον, ὁ δ' ἔπαινος τοιοῦτον εἶναι καθόλου (ita enim verba nunc leguntur), ὁ δ' εὐδαιμονισμὸς τέλος. Singulorum ἔργων igitur ἐγκώμιον est; sin eadem τὰ ἔργα vel αἱ ἐνέργειαι universae in unum comprehendantur jam prope accedunt ad τὸ τίμιον, quippe quod ipsa beatitas primo loco sit ψυχῆς ἐνέργεια. Quapropter neque id mirum est, quod ἡ θεωρία, quae in illa ψυχῆς ἐνεργείᾳ principatum quasi teneat, 1178 b 31 insigni loco αὐτὴ καθ' αὐτὴν τιμία vocatur. — Ad haec nihil fere addunt quae in Rhetoricis 1367 b 26—36 (u. v. Spengelium) de natura ἐπαίνου, ἐγκωμίου, μακαρισμοῦ, εὐδαιμονισμοῦ disputantur, ut jure possis dubitare an verbis quae hic sequuntur (1101 b 34 ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως οἰκειότερον ἐξακριβοῦν τοῖς περὶ τὰ ἐγκώμια πεπονημένοις) ablegari nos dicendum sit ad istud Rhetoricorum caput.

1. ἡ εὐδαιμονία τῶν τιμίων καὶ τελείων. Et ipso hoc capite (si ita velis interpretari verba ἐκ τῶν εἰρημένων) haec quidem constant: beatitudinis quoniam inter omnium optima sit non esse laudem sed μακαρισμόν (1101 b 22. 25—27); quumque omnino ἔπαινος δι' ἀναφορᾶς sit, magis esse excelsum genus earum rerum, quae non ita sint bonae quia ad aliud quoddam referantur, sed ita ut ad ipsas cetera omnia

1102 a 2 ἔοικε δ' οὕτως ἔχειν καὶ διὰ τὸ εἶναι ἀρχή· ταύτης γὰρ χάριν τὰ λοιπὰ πάντες πάντα πράττομεν, τὴν ἀρχὴν δὲ καὶ τὸ αἴτιον τῶν ἀγαθῶν τίμιόν τι καὶ θεῖον τίθεμεν. A:

A 13 — *B* extr.

ἐπεὶ δ' ἐστὶν ἡ εὐδαιμονία ψυχῆς ἐνέργειά τις κατ' 13

---

sint relata. Sed haec, τὴν εὐδαιμονί avesse ἄριστον, ad eandem ut ad summum τέλος spectare reliqua, porro esse eam τέλειον, ἀρχὴν et αἴτιον (id quod nunc a 1—4 additur) multo melius quam hic breviter fieri poterat exposita dudum erant et demonstrata universâ disputatione capitum 5—9. Quod vero nunc unum novum adjicitur, esse illam τῶν τιμίων, id tantum abest ut comprobatum sit ut ne verbum quidem audiverimus quid tandem dicat vox ista τοῦ τιμίου. Quapropter siquidem certum erat, etiam τίμιον esse quod reliquis illis attributis, quae jamjam constabant, ornatum esset, recte res habet; sin minus, minus. — Monenda haec videbantur, ut quid in hoc capite scriptor sibi proposuisset recte intelligeretur; quemadmodum enim ab initio praemisimus minus id spectabat quod verba sola ac nomina persequentes effici putaverimus (sc. ut sciretur, non ἐπαινετὸν esse vitam beatam sed τίμιον), quam hoc ut idoneo modo tanquam in fine in unum colligerentur quae de dignitate τῆς εὐδαιμονίας disputata erant, unde apertum esset, differre illam a reliquo genere bonorum, imprimis ab ipsa virtute.

Peractâ disputatione de summo bono vitae vel de εὐδαιμονίᾳ jam alterum Nicomacheorum librum inchoari dixeris. Quem si Aristoteleis finibus continere et Aristoteleo titulo inscribere voluerimus, dicendus pergere inde a *A* 13 usque ad *Γ* 8 et esse κοινῇ περὶ ἀρετῆς; quod enim opus 1102 a 6 verbis περὶ ἀρετῆς ἐπισκεπτέον proponitur, idem ad finem perductum esse praedicatur 1114 b 26 consueto more κοινῇ μὲν οὖν περὶ τῶν ἀρετῶν εἴρηται ἡμῖν. Sin ad id animum attendamus, quae ratio sit inter novum hunc quem diximus librum et inter priorem, haud ita res se habet, ut transitu commodo invento relinquatur ἡ εὐδαιμονία, arripiatur tractatio virtutis; sed in eadem potius re hic et illic versatur disputatio, ut decet. Etenim quum beatitas duo amplectatur (ψυχῆς ἐνέργειαν κατ' ἀρετὴν et ἱκανὴν τοῖς ἐκτὸς χορηγίαν), in iis quae *A* 5—12 praemissa sunt satis demonstratum est, et quantum utrique parti tribuendum et quid sit χορηγία illa; ἐνέργειαν vero istam, in qua quidem summam rei positam esse comperimus, nomine suo designatam legimus, nil amplius. Permodeste igitur dici censebimus, si hac de re accuratius agatur „ὅτι τάχα ἂν βέλτιον καὶ περὶ τῆς εὐδαιμονίας θεωρήσαιμεν" (1102 a 6); omnium enim maxime haec ad ipsam beatitatem cognoscendam pertinent. Qua in re de uno quaerere licebit: qui factum sit, ut Aristoteles quum ex definitione ejus primo loco de ψυχῆς ἐνεργείᾳ disputandum esse videatur, neglectâ quasi illâ statim ad τὴν ἀρετὴν properaverit. Neque enim sine justâ causâ conjecerit aliquis, si rectâ illa viâ institisset philosophus, futurum fuisse ut difficultates quaedam vel obscuritates, quibus plurimi qui his libris operam dederunt in errorem inducti sunt, omnino evitarentur. Nam virtutis nomine his libris inscripto factum est ut haud paucis videretur,

Α 13 ἀρετὴν τελείαν, περὶ ἀρετῆς ἐπισκεπτέον· τάχα γὰρ οὕτως 1102 a 6
8 ἂν βέλτιον καὶ περὶ τῆς εὐδαιμονίας θεωρήσαιμεν. δοκεῖ δὲ
καὶ ὁ κατ' ἀλήθειαν πολιτικὸς περὶ ταύτην μάλιστα πεπο-

---

6. ἐπισκεπτέον] K[b] ἐπισκεπτέον ἂν εἴη.

---

de parte tantum animi humani quippe in doctrinâ ethicâ quaestionem esse; quae vero de διανοίᾳ vel de θεωρίᾳ disputata sunt in Nicomacheis, vel insuper esse adjecta vel etiam false inculcata. Cujus rei ansam certe praebuit Aristoteles; postquam enim quasi ante tempus in τὴν ἀρετὴν totum se vertit, hoc dedit vulgato loquendi modo, ut non tantum plerumque breviter ad virtutem referret quae ad ethicam virtutem solam pertinerent, sed etiam librum hunc universum *Α* 13—*Γ* 8 inscriberet simpliciter περὶ ἀρετῆς, quamquam ita est dispositus ut secretâ ab initio dianoëticâ virtute totus in iis rebus occupatus sit, quae ad τὸ ἦθος spectant.

Definitione nostrâ beatitatis (cap. 6) *eo perducimur ut de virtute agamus* (—1102 a 7); *quumque universa haec disputatio politica sit* (cap. 1), *in civitate vero nulli rei magis opera detur quam ut cives virtutis sint compotes, eodem cogimur* —. a 13. *Virtutem autem, quoniam de iis agimus quae hominis sunt propria, animae virtutem dicimus* (— a 18); *necessarium igitur ad hanc doctrinam ut nonnulla certe de animae humanae naturâ sciantur* — a 26. *Qua in re nunc sufficit primum quidem discernere in anima alteram quasi partem quae rationis expers est, alteram quae rationem habet* (— a 32); *deinde prioris illius, quae expers est rationis, iterum duas partes. Quarum una est τὸ φυτικὸν seu θρεπτικόν, commune illud omnibus animantibus, neque in dormientibus minus quam in expergefactis operans, cujus virtus quidem aliqua est et ipsius, at non illa qua homo bonus a malo differt* (— b 12). *Altera, quae jam particeps est rationis quam ipsa non habet, optime observatur in iis qui impetu quodam animi abripiuntur ad talia quae sibi non sunt probata; unde satis apparet, quam diversum sit hoc quod τὸ ἐπιθυμητικὸν vel τὸ ὀρεκτικὸν vocaveris ab ipsa ratione, cui potest quidem obtemperare, sed potest etiam adversari* (—b 28). *Nec minus apertum, differre idem, quum admonitioni pateat, ab illo, quod priore loco nominavimus, τῷ φυτικῷ, quippe quod nullo modo obtemperet rationi* (—1103 a 1). *Medium igitur est τὸ ὀρεκτικὸν inter utrumque, atque non minus recte dici potest habere rationem* (*ut divisam esse statuamus naturam τοῦ λόγου ἔχοντος*) *quam carere ratione* (*ut duo sint τὰ ἄλογα*) —1103 a 3. *Quemadmodum vero ex his, quae modo dicta sunt, duas esse partes animae humanae proprias constat* (*commune enim τὸ φυτικόν*), *eodem modo duo virtutum* (*humanarum*) *genera esse dicimus, dianoëticas et ethicas: quicunque enim habitus laude est dignus, virtus vocatur* —1103 a 10.

6. ἀρετὴν τελείαν primum legimus 1100 a 4 u. v.

8. ὁ κατ' ἀλήθειαν πολιτικὸς .... πεπονῆσθαι. *Πονεῖσθαι περί τι* quod etiam 1101 b 35 habebamus raro inveneris; multo usitatius de eadem re ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι περί τι, similia. Refertur autem haec ἐπιμέλεια ad τὸν κατ' ἀλήθειαν πολιτικόν, ne possint philosopho

1102 a νῆσθαι· βούλεται γὰρ τοὺς πολίτας ἀγαθοὺς ποιεῖν καὶ τῶν νόμων ὑπηκόους. παράδειγμα δὲ τούτων ἔχομεν τοὺς Κρητῶν καὶ Λακεδαιμονίων νομοθέτας, καὶ εἴ τινες ἕτεροι τοιοῦτοι γεγένηνται. εἰ δὲ τῆς πολιτικῆς ἐστὶν ἡ σκέψις αὕτη, δῆλον ὅτι γένοιτ' ἂν ἡ ζήτησις κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς προαίρεσιν. περὶ ἀρετῆς δὲ ἐπισκεπτέον ἀνθρωπίνης δῆλον ὅτι· καὶ γὰρ τἀγαθὸν ἀνθρώπινον ἐζητοῦμεν καὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἀνθρωπίνην. ἀρετὴν δὲ λέγομεν ἀνθρωπίνην οὐ τὴν τοῦ σώματος, ἀλλὰ τὴν

9. τοὺς πολίτας ἀγαθοὺς] K[b] ἀγαθοὺς τοὺς πολίτας. 13. γένοιτ'] K[b] γίνοιτ'. 16. ἀλλὰ] K[b] ἀλλὰ καί.

objici qui ubique occurrunt occupati in rebus publicis, virtutem nihil curantes; simili modo ac mox voce βούλεται γὰρ (vs 9) sententiam suam tuetur contra experientiam eorum qui forte dubitent an revera in civitatibus et per leges earum homines meliores evadant. Nec dum hic et aliis locis (velut 1180 a 24 sq.; 1263 a 30—40) Lacedaemoniorum vel omnino Doricas laudat institutiones quod in conformandâ singulorum vitâ et in educandis exercendisque civibus non pueris tantum, prae ceteris diligentes sint, ita eos παράδειγμα (vs 10) esse vult, ut non videat quod male omnia ad rem bellicam retulerint neglectis reliquis virtutibus (cf. 1333 b 5 sqq.). Nihilominus negari nequit, talem rerum Doriensium commendationem tali loco factam non adjuvare legentes, ut virtutem de qua agendum sit intelligant universam eam esse qua omnino ψυχῆς ἐνέργεια bene habet.

13. ἡ ζήτησις κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς προαίρεσιν: effectum enim cap. 1, τὴν μέθοδον horum librorum esse πολιτικήν τινα 1094 b 11; in memoriam autem liceat revocare quae illic ad vss a 28 et b 7 adnotavimus, ne negligatur quam diversa sit illa πολιτικὴ qualis esse debet etiam a consilio τῶν νομοθετῶν τῶν Κρητῶν καὶ Λακεδαιμονίων quos hic modo laudabat.

14. περὶ ἀρετῆς δὲ ἐπισκεπτέον ἀνθρωπίνης. Apertum hoc quidem, sed ut in hoc capite diligens est Aristoteles ut singula quaeque necessitatis vinculo videantur copulata esse cum iis quae antea evicta sunt (v. vs 5 ubi quaestio de virtute cum definitione 1098 a 16, atque vs 12 ubi eadem componitur cum prooemio; cf. ἐζητοῦμεν vs 15 quo se refert ad τἀνθρώπινον ἀγαθὸν 1094 b 7 vel ad vocem πρακτὸν καὶ κτητὸν ἀνθρώπῳ 1096 b 34; v. etiam illud λέγομεν vs 16): ita eum in hac circumscriptione τῆς ἀρετῆς, qua primum vs 16 ἡ τοῦ σώματος, post (b 11 sq.) ἡ τοῦ θρεπτικοῦ removetur, respexisse dixeris ad cap. 6. Ibi enim τὸ ἔργον τοῦ ἀνθρώπου, unde ad τὴν ψυχῆς ἐνέργειαν ejusque ἀρετὴν transitus fieret 1097 b 33—1098 a 5 plane eâdem viâ ac ratione inventum est qua nunc ad segregandam cognoscendamque virtutem vere humanam ducimur.

16. ἀρετὴν δὲ λέγομεν ἀνθρωπίνην οὐ τὴν τοῦ σώματος: v. quae ad cap. 13 praemisimus de mutato modo procedendi, qui in hac disputatione observatur. Nam si aut tota haec de virtute quaestio apta esset a principali beatitatis definitione aut prius (id quod haud male esset

Α 13 τῆς ψυχῆς· καὶ τὴν εὐδαιμονίαν δὲ ψυχῆς ἐνέργειαν λέ- 1102 a 17
§ γομεν. εἰ δὲ ταῦθ' οὕτως ἔχει, δῆλον ὅτι δεῖ τὸν πολιτικὸν εἰδέναι πως τὰ περὶ ψυχήν, ὥσπερ καὶ τὸν ὀφθαλμοὺς θεραπεύσοντα καὶ πᾶν σῶμα· καὶ μᾶλλον ὅσῳ τιμιωτέρα καὶ βελτίων ἡ πολιτικὴ τῆς ἰατρικῆς· τῶν δ' ἰατρῶν οἱ χαρίεντες πολλὰ πραγματεύονται περὶ τὴν τοῦ σώματος γνῶσιν. θεωρητέον δὴ καὶ τῷ πολιτικῷ περὶ ψυχῆς, θεωρητέον δὲ τούτων χάριν, καὶ ἐφ' ὅσον ἱκανῶς ἔχει πρὸς τὰ ζητούμενα· τὸ γὰρ ἐπὶ πλεῖον ἐξακριβοῦν ἐργωδέστερον ἴσως ἐστὶ
§ τῶν προκειμένων. λέγεται δὲ περὶ αὐτῆς καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις ἀρκούντως ἔνια, καὶ χρηστέον αὐτοῖς. οἷον τὸ

19. ψυχήν] K^b O^b ψυχῆς. 20. θεραπεύσοντα] K^b θεραπεύοντα. πᾶν σῶμα] scr. πᾶν τὸ σῶμα. 25. K^b ἐξακριβοῦν ἐπὶ πλεῖον. 26. δὲ] K^b δὲ καί.

factum) ἡ τῆς ψυχῆς ἐνέργεια explicata esset, neque ut nunc fit virtutes corporis mentione indigerent nec τί τὴν εὐδαιμονίαν λέγομεν adjectum esset tanquam argumentum quoddam quod reliquis addere libeat (καὶ τὴν εὐδαιμονίαν δὲ vs 17).

19. ὥσπερ καὶ τὸν ὀφθαλμοὺς θεραπεύσοντα καὶ πᾶν σῶμα. Arist., si dicturus erat „omnino (novisse decet) corpus", scripsisset καὶ ὅλως. Corr. πᾶν τὸ σῶμα. — Ut vero oculorum medicus universam corporis notitiam habere debet, ita politicus omnem animam debet cognitione suâ amplecti, quamquam et ipse in magna certe parte ejus (τὸ θρεπτικὸν dico τοῦ ἀλόγου) nunquam est occupatus.

21. τῶν δ' ἰατρῶν οἱ χαρίεντες (etiamsi forte certae tantum corporis parti mederi velint) πολλὰ πραγματεύονται περὶ τὴν τοῦ σώματος γνῶσιν: imo οἱ φιλοσοφωτέρως μετιόντες τὴν τέχνην ἰατροὶ .... ἐκ τῶν περὶ φύσεως ἄρχονται 436 a 20 sq.

26. καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις. Ubi Aristoteles se refert ad ἐξωτερικοὺς λόγους, non certum quendam librum nec scriptorum suorum quandam partem dicit ut quaerendum sit ad quaenam verba ipsius revocemur, ubi legantur, sed istâ voce genus quoddam disserendi indicat, quod quidem nec in libris suis ipse prorsus repudiat, sed quod multo latius patet. Opponuntur οἱ ἐξωτερικοὶ λόγοι τοῖς κατὰ φιλοσοφίαν (1217 b 22); neque ἐν αὐτοῖς solum actum est de quacunque re, sed etiam agitur δι' αὐτῶν (217 b 30 πρῶτον δὲ καλῶς ἔχει διαπορῆσαι περὶ αὐτοῦ καὶ διὰ τῶν ἐξωτερικῶν λόγων, ... εἶτα τίς ἡ φύσις αὐτοῦ sc. τοῦ χρόνου). Non eadem forsitan sed affinia quodammodo quae 1096 a 3 commemorata legimus, τὰ ἐγκύκλια. — Sufficiant haec in re satis tritâ et jam non ita dubiâ: neque enim singula quaeque congerere hujus est loci. Recte profecto Trendelenburg (de Anima pag. 115) negabat, hoc Nicomacheorum dicto legentes ablegari ad libros περὶ ψυχῆς.

27. οἷον τὸ μὲν ἄλογον αὐτῆς εἶναι: eorum causa qui minus harum rerum sunt periti, monendum videtur particulâ οἷον haud semper ad-

μὲν ἄλογον αὐτῆς εἶναι, τὸ δὲ λόγον ἔχον. ταῦτα δὲ πότερον διώρισται καθάπερ τὰ τοῦ σώματος μόρια καὶ πᾶν τὸ μεριστόν, ἢ τῷ λόγῳ δύο ἐστὶν ἀχώριστα πεφυκότα καθάπερ ἐν τῇ περιφερείᾳ τὸ κυρτὸν καὶ τὸ κοῖλον, οὐθὲν διαφέρει πρὸς τὸ παρόν. τοῦ ἀλόγου δὲ τὸ μὲν ἔοικε κοινῷ καὶ φυτικῷ, λέγω δὲ τὸ αἴτιον τοῦ τρέφεσθαι καὶ αὔξεσθαι· τὴν τοιαύτην γὰρ δύναμιν τῆς ψυχῆς ἐν ἅπασι τοῖς τρεφομέ-

---

jungi quod exemptum e numero similium rerum tanquam exemplum illustret genus quoddam de quo agitur. Persaepe enim per vocem istam transitus fit vel a genere ad universas ejus species vel a locutione qua plura includuntur ad id ipsum quo spectabat oratio. Ita ut non hoc tantum loco *οἷον* converti possit „quorum summum vel principale est", similiter.

28—32. Quae his verbis attingitur quaestio nec tamen dirimitur, ab Eudemo 1219 b 32 ita descripta *διαφέρει δ' οὐδὲν οὔτ' εἰ μεριστὴ ἡ ψυχὴ οὔτ' εἰ ἀμερής, ἔχει μέντοι δυνάμεις διαφόρους κ. τ. λ.*, eadem jam Platonem agitabat, quum de Rep. IV p. 436 a *χαλεπὸν* diceret *εἰ τῷ αὐτῷ τούτῳ ἕκαστα πράττομεν ἢ τρισὶν οὖσιν ἄλλο ἄλλῳ, μανθάνομεν μὲν ἑτέρῳ, θυμούμεθα δὲ ἄλλῳ τῶν ἐν ἡμῖν, ἐπιθυμοῦμεν δ' αὖ τρίτῳ .... ἢ ὅλῃ τῇ ψυχῇ καθ' ἕκαστον αὐτῶν πράττομεν ὅταν ὁρμήσωμεν.* Ipsum Aristotelem imprimis in libris de Anima 413 b 13—31 et 432 a 22—b 7 ita de hac re disputare constat, ut appareat nolle eum animam in diversas partes dividere. In usu vero fit (id quod ab ipsa brevitate loquendi commendabatur), ut multifariam omni dubitatione sepositâ *μέρη* seu *μόρια ψυχῆς* ab Aristotele vocentur; cujus rei exempla passim occurrunt.

30. *ἢ τῷ λόγῳ δύο ἐστίν, ἀχώριστα πεφυκότα.* Quod *πέφυκεν* opponitur ei quod *τῷ λόγῳ ἐστίν*; rei igitur qualis ipsa est natura (huc enim spectat *τὸ πεφυκέναι*) non prorsus ea est quae cogitatione vel definitione explicatur. Id quod ita tantum fieri potest, ut aut natura illa materiam (*ὕλην ὑποκειμένην*) habeat qua diversa commisceantur quasi, aut *ὁ λόγος* non sit omnibus numeris absolutus. Annon mathematicus *τὴν περιφέρειαν* (vs 31; — *τὸ κάμπυλον* dicit Eudemus 1219 b 34) unâ formulâ, uno *λόγῳ* ita describit ut eadem habeat ab alterâ parte *τὸ κυρτόν*, ab alterâ *τὸ κοῖλον*?

32. *ἔοικε κοινῷ καὶ φυτικῷ*: plane in eandem sententiam 1098 a 1 *ἡ θρεπτικὴ καὶ αὐξητικὴ ζωή*, quoniam *κοινόν* est, disjuncta est ab opere hominis proprio. — Si lubeat ut in exemplo noscere quantum intersit inter Magna Moralia et inter libros vere Aristotelicos, legas quae hac de re disputantur 1185 a 13—35. Videbis in libro brevissimo quaestioni quae fere *τῶν ἐξωτερικῶν λόγων* est majus concedi spatium quam in ipsis Nicomacheis; invenies in scribendi genere mobilitatem quandam sermonis non displicentem forsitan, at maxime diversam a gravitate et breviloquentia philosophi, in summâ sententiae novi aliquid et paene perversi: quomodo enim hoc affirmari poterat, a natura *τοῦ θρεπτικοῦ* abesse omnem *ὁρμὴν* et *ἐνέργειαν*?

33. *τὸ αἴτιον τοῦ τρέφεσθαι καὶ αὔξεσθαι*: quapropter idem dici-

A 13 νοις θείη τις ἂν καὶ ἐν τοῖς ἐμβρύοις, τὴν αὐτὴν δὲ ταύτην 1102 b 1 καὶ ἐν τοῖς τελείοις· εὐλογώτερον γὰρ ἢ ἄλλην τινά. ταύτης μὲν οὖν κοινή τις ἀρετὴ καὶ οὐκ ἀνθρωπίνη φαίνεται· δοκεῖ γὰρ ἐν τοῖς ὕπνοις ἐνεργεῖν μάλιστα τὸ μόριον τοῦτο καὶ ἡ δύναμις αὕτη· ὁ δ' ἀγαθὸς καὶ κακὸς ἥκιστα διάδηλοι καθ' ὕπνον, ὅθεν φασὶν οὐδὲν διαφέρειν τὸ ἥμισυ τοῦ βίου τοὺς εὐδαίμονας τῶν ἀθλίων. συμβαίνει δὲ τοῦτο εἰκότως· ἀργία γάρ ἐστιν ὁ ὕπνος τῆς ψυχῆς ᾗ λέγεται σπουδαία καὶ φαύλη, πλὴν εἴ πῃ κατὰ μικρὸν διικνοῦνταί τινες τῶν κινήσεων, καὶ ταύτῃ βελτίω γίνεται τὰ φαντάσματα τῶν ἐπιεικῶν ἢ τῶν τυχόντων. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἅλις, καὶ τὸ θρεπτικὸν ἐατέον, ἐπειδὴ τῆς ἀνθρωπικῆς ἀρετῆς ἄμοιρον πέφυκεν.
§ ἔοικε δὲ καὶ ἄλλη τις φύσις τῆς ψυχῆς ἄλογος εἶναι, με-

---

3. ἀνθρωπίνη] e K^b (N^b?); cett. ἀνθρωπική. 9. μικρὸν] K^b μικρὸν καί. 12. ἄμοιρον] K^b ἀλλότριον.

---

tur etiam τὸ θρεπτικὸν (b 11 et saepe alias) vel τὸ αὐξητικόν (velut 469 a 26 ἡ αὐξητικὴ ψυχή).

2. εὐλογώτερον γὰρ ἢ ἄλλην τινά. Spectat hoc ἀπὸ τοῦ εἰκότος argumentum ad τὰ ἔμβρυα maxime quae modo commemorata sunt vs 1. His enim, quum quomodo vivant observari nequeat, vivere vero ea certum sit, τὴν φυτικὴν ψυχῆς δύναμιν potissimum tribuemus: de ceteris enim dubitari poterit.

3 sq. δοκεῖ γὰρ κ. τ. λ. Ut demonstretur virtutem τοῦ θρεπτικοῦ homini propriam non esse, duo quae inter se conjungantur (ἐνεργεῖν ἐν τοῖς ὕπνοις τὸ θρεπτικὸν et καθ' ὕπνον οὐ διαφέρειν ἀγαθοὺς καὶ κακούς) afferuntur, unum quod addi necessarium si conclusio fiat (ἀρετῇ ἀνθρωπίνῃ διαφέρειν τοὺς ἀγαθοὺς ἀπὸ τῶν κακῶν) reticetur. Vides, si jam tota virtus neque ethica maxime scriptoris animo obversaretur, vs 5 praeter τὸν ἀγαθὸν καὶ κακὸν etiam τὸν συνετὸν καὶ ἀσύνετον locum habiturum fuisse; est enim somnus ἀργία ψυχῆς sane ᾗ λέγεται σπουδαία καὶ φαύλη (vs 8), at profecto etiam ad alias res. Nam καθεύδειν ἀνέγερτον ὕπνον vel καθεύδειν διὰ βίου esset ζῆν ὄντα φυτόν (1216 a 3 et 1176 a 34).

9. πλὴν εἴ πῃ .... 11 τυχόντων. Vocibus τινὲς τῶν κινήσεων et τὰ φαντάσματα respici apparet ad somnia. Est enim somnium secundum Aristotelem τὸ φάντασμα τὸ ἀπὸ τῆς κινήσεως τῶν αἰσθημάτων ὅταν ἐν τῷ καθεύδειν ᾖ 462 a 29. Cf. 461 a 3 sq.; 957 a 25—29. Uberius qui fiat ut tantopere differant somnia bonorum atque improborum hominum suo more Plato explicat Rep. IX p. 571 s.

13. ἄλλη τις φύσις ψυχῆς: quod vel μόριον est ψυχῆς vel δύναμις (vs 4. 5), idem φύσις ejus recte appellari potest. Alterum vero hoc, ad quod nunc pergitur, nomine suo non prius designatur quam vs 30 τὸ ἐπιθυμητικὸν ἢ ὅλως ὀρεκτικόν. Placebat enim primum describere quomodo propria ejus natura optime percipi posset; et ad hunc quidem

1102 b 14 τέχουσα μέντοι πῃ λόγου. τοῦ γὰρ ἐγκρατοῦς καὶ ἀκρατοῦς τὸν λόγον καὶ τῆς ψυχῆς τὸ λόγον ἔχον ἐπαινοῦμεν· ὀρθῶς γὰρ καὶ ἐπὶ τὰ βέλτιστα παρακαλεῖ· φαίνεται δ' ἐν αὐτοῖς καὶ ἄλλο τι παρὰ τὸν λόγον πεφυκός, ὃ μάχεταί τε καὶ ἀντιτείνει τῷ λόγῳ. ἀτεχνῶς γὰρ καθάπερ τὰ παραλελυμένα τοῦ σώματος μόρια εἰς τὰ δεξιὰ προαιρουμένων κινῆσαι τοὐναντίον εἰς τὰ ἀριστερὰ παραφέρεται, καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς οὕτως· ἐπὶ τἀναντία γὰρ αἱ ὁρμαὶ τῶν ἀκρατῶν. ἀλλ' ἐν τοῖς σώμασι μὲν ὁρῶμεν τὸ παραφερόμενον, ἐπὶ δὲ τῆς ψυχῆς οὐχ ὁρῶμεν. ἴσως δὲ οὐδὲν ἧττον καὶ ἐν τῇ ψυχῇ νομιστέον εἶναί τι παρὰ τὸν λόγον, ἐναντιούμενον τούτῳ καὶ ἀντι- A 13

14. μέντοι πῃ] ex K^b (N^b); cett. μὲν pro μέντοι. ἐγκρατοῦς καὶ ἀκρατοῦς] $K^b H^a M^b$ ἀκρ. καὶ ἐγκρ. 20. παραφέρεται] K^b προφέρεται. 22. μὲν] om. K^b.

finem vss 14—27 aptissime ad ea maxime provocat quae in ἐγκρατείᾳ et ἀκρασίᾳ observantur. Nam quum Aristoteles ad mores hominum spectans, ut breviter loquamur, quatuor distinguat genera (qui boni, qui mali sunt, qui ἐγκρατεῖς et ἀκρατεῖς), in duobus illis quos priore loco diximus discrimen quo in anima ἡ ὄρεξις a ratione differt ante oculos non est. Iam enim in probis hominibus τὸ ὀρεκτικὸν totum se conformavit ad auctoritatem rationis, in pravis ratio eo redacta est ut potentiae τοῦ ὀρεκτικοῦ libenter assentiat et inserviat. Contra οἱ ἐγκρατεῖς et οἱ ἀκρατεῖς id commune habent, ut in utrisque spectetur intestina animi dissensio et dimicatio quasi virium hostilium. Prudenter vero factum quod ab initio (vs 14) utrique in medium vocantur; in ἀκρασίᾳ enim victâ ratione optime apparet quanta sit propria τῆς ὀρέξεως vis spernentis τὸν λόγον (τὸ ἄλογον ταύτης τῆς φύσεως — vs 13); in ἐγκρατείᾳ vero subactâ cupidinis rebellione eventus docet, rationem jubentem atque increpantem aditum habere ad τὸ ὀρεκτικὸν (μετέχειν illud πῃ τοῦ λόγου — vs 13. 14). Illuc potissimum spectant quae vs 18—21 disputantur, huc quae vs 25—27 leguntur; communia sunt quae vs 14—18 praemissa et quae vs 21—25 interposita sunt.

21. ἐπὶ τἀναντία γὰρ αἱ ὁρμαὶ τῶν ἀκρατῶν: si accuratius velis edoceri, τῶν ἐναντιουμένων ὁρμῶν alteram audies esse τοῦ ὀρεκτικοῦ; sed altera cuinam tribuetur? An τῷ λόγῳ? hoc enim responsum in promtu esse videtur. At negandum, Aristotelem, ubi proprie loquitur, ὁρμὴν dare rationi vel facere ὁρμῶντα τὸν λόγον. Imo dissensio ista de qua agitur et in ἐγκρατεῖ et in ἀκρατεῖ ipsius est τοῦ ὀρεκτικοῦ dissensio, dum aliquid in illo velit rationi parere, aliud suo impetu auferatur. Minoris hoc pro hujus loci natura momenti nunc est; at multum huic philosophi doctrinae offecit, quod plerumque ubi in istis rebus versatur in eundem modum locutus aut ipse audientes in errorem induxisse aut parum cavisse dicendus est, ne verba sua in perversam sententiam intelligerentur.

Α 13 βαῖνον. πῶς δὲ ἕτερον, οὐδὲν διαφέρει. λόγου δὲ καὶ τοῦτο φαίνεται μετέχειν, ὥσπερ εἴπομεν· πειθαρχεῖ γοῦν τῷ λόγῳ τὸ τοῦ ἐγκρατοῦς. ἔτι δὲ ἴσως εὐηκοώτερόν ἐστι τὸ τοῦ σώφρονος καὶ ἀνδρείου· πάντα γὰρ ὁμοφωνεῖ τῷ λόγῳ. φαίνεται δὴ καὶ τὸ ἄλογον διττόν. τὸ μὲν γὰρ φυτικὸν οὐδαμῶς κοινωνεῖ λόγου, τὸ δὲ ἐπιθυμητικὸν καὶ ὅλως ὀρεκτικὸν μετέχει πως, ᾗ κατήκοόν ἐστιν αὐτοῦ καὶ πειθαρχικόν. [οὕτω δὴ καὶ τοῦ πατρὸς καὶ τῶν φίλων φαμὲν ἔχειν λόγον, καὶ οὐχ ὥσπερ τῶν μαθηματικῶν.] ὅτι δὲ πείθεταί πως ὑπὸ λόγου

---

27. τὸ τοῦ ἐγκρ.] K[b] τοῦ ἐγκρ. 29. φυτικὸν] K[b]pr. θυμικόν. 31—33. οὕτω δὴ — μαθηματικῶν] susp.

---

25. *πῶς δ' ἕτερον, οὐδὲν διαφέρει*: persistit igitur in eo proposito quod a 31 verbis *οὐθὲν διαφέρει πρὸς τὸ παρόν* adnuntiaverat.

25. *τοῦτο* i. e. idem illud *τὶ παρὰ τὸν λόγον, ἐναντιούμενον καὶ ἀντιβαῖνον* b 24; tria enim in eo fieri possunt, ut adversetur, ut pareat (*πειθαρχεῖ* vs 26), ut toto quasi pectore consentiat (*πάντα ὁμοφωνεῖ* vs 28). Bene igitur videbat Aristoteles, obedientiae illi *τῆς ἐγκρατείας* subesse quoddam, quod obloqueretur si posset; est enim *τὶς μικτή*, et ita diversa a virtute perfectâ 1128 b 33 s.

28. *φαίνεται δὴ καὶ τὸ ἄλογον διττόν*: profecta enim est haec disputatio inde, ut primum universa anima diceretur in duas partes abire a 27. 28. Nunc vero constat etiam in alterâ parte (*ἐν τῷ ἀλόγῳ*) duo distinguenda esse quae diversa sint.

30. *τὸ ἐπιθυμητικὸν καὶ ὅλως ὀρεκτικόν*: hoc denique nomen *τοῦ ἀλόγου* illius de quo inde a vs b 13 sermo est, ad quod universam *τὴν ἠθικὴν ἀρετὴν* referri mox discemus. Primum est in eo quod habet *ἐπιθυμίαν*, at insunt etiam alia, ut addita voce *καὶ ὅλως* monemur, quae praeter *τὴν ἐπιθυμίαν τῆς ὀρέξεως* sunt. *Ὄρεξις μὲν γὰρ ἐπιθυμία καὶ θυμὸς καὶ βούλησις* (414 b 2). Et quae tria in hoc librorum de Anima dicto enumerantur, eadem recurrunt, ubi ad hanc rem explicandam alias se convertit philosophus, velut 432 b 3—6; 700 b 19—24; 701 a 37; b 33 sq.; 1334 b 17—25; 1369 a 1—7; ut queri possis quod de *ὀρέξεως* naturâ et de ratione quae inter partes illas vel formas ejus intercedat in Nicomacheis fere nihil, in reliquis libris plenam certe disputationem nullam invenias, de ipsâ autem Aristotelis sententiâ dubitare nequeas. Recepit enim, quum mallet *τὸ ὀρεκτικὸν* vocare quam *τὸ ἐπιθυμητικόν*, in naturam *τοῦ ἀλόγου* de quo agitur *τὸν θυμὸν* (vel *τὴν ὀργήν*) et quodammodo *τὴν βούλησιν*; et ita quidem, si ad virtutes spectes, sedem paravit velut *τῇ πρᾳότητι* quam 1103 a 8 commemoraturus erat, imo *τῇ ἀνδρείᾳ* cui principem locum attribuit.

31 sq. *οὕτω δὴ ... τῶν μαθηματικῶν*. Si analogiam his verbis propositam accuratius velis ostendere, haec fere efficientur: *ὥσπερ τέκνα τὰ πατρὶ πειθόμενα λόγον ἔχειν φαμὲν τοῦ πατρός, οὕτω τὸ ὀρεκτικὸν ᾗ κατήκοόν ἐστι τοῦ λόγου λέγοιμεν ἂν τοῦ λόγου λόγον ἔχειν καὶ διὰ τοῦτο ἁπλῶς ἔχειν λόγον.* Et velit fortasse hoc vel simile

1102 b 34 τὸ ἄλογον, μηνύει καὶ ἡ νουθέτησις καὶ πᾶσα ἐπιτίμησίς τε A
1103 a καὶ παράκλησις. εἰ δὲ χρὴ καὶ τοῦτο φάναι λόγον ἔχειν, διττὸν ἔσται καὶ τὸ λόγον ἔχον, τὸ μὲν κυρίως καὶ ἐν αὑτῷ, τὸ δὲ ὥσπερ τοῦ πατρὸς ἀκουστικόν τι. διορίζεται δὲ καὶ ἡ ἀρετὴ κατὰ τὴν διαφορὰν ταύτην· λέγομεν γὰρ αὐτῶν τὰς

34. πᾶσα] Kᵇ πᾶσα ἡ
3. τι] om. Kᵇ. διορίζεται δὲ] an διορίζεται δή?

quid Aristoteli tribuere, qui norit argumenta ab etymologiâ et omnino ex usu linguae petita apud veteres saepe si non falsa, mira certe esse: sed quorsum id quod additur spectat „καὶ οὐχ ὥσπερ τῶν μαθ:“? Deinde vero: num sit inter haec et ea quae praecedunt talis ratio, ut particulis οὕτω δή sit locus? Imo ista omnino haud pertinent ad τὸ μετέχειν λόγου, de quo nunc agitur vs 29 sq., sed ad illam quaestionem quae mox tanquam alia movetur, dicendumne sit τὸ ὀρεκτικὸν vel ἔχειν λόγον (εἰ δὲ χρὴ καὶ τοῦτο φάναι λόγον ἔχειν 1103 a 1). Nec tamen illic post verba ἀκουστικόν τι ullo modo pergi poterat „οὕτω δή“. — Adscripta olim verba vs 31—33 a quodam nec ita male excogitata; sed male post et ne suo quidem loco in seriem sententiarum transcripta.

1. εἰ δὲ χρὴ καὶ τοῦτο φάναι λόγον ἔχειν sc. μὴ μόνον μετέχειν πως λόγου: hoc enim jam ab initio 1102 b 13. 25. 30 sumtum argumentisque satis probatum est. Nec tamen favet Aristoteles huic sententiae ut τὸ ὀρεκτικὸν dicatur ipsum λόγον ἔχειν; plerumque enim ut in hac disputatione erat aut δύο μέρη dicit esse τό τε ἄλογον καὶ τὸ λόγον ἔχον, ὧν τὸ μέν ἐστιν ὄρεξις, τὸ δὲ νοῦς (1334 b 18) aut τὸ μὲν ἔχειν λόγον καθ' αὑτό, τὸ δ' οὐκ ἔχειν μὲν καθ' αὑτό, λόγῳ δὲ ὑπακούειν δυνάμενον (1333 a 16). Τὸ ὑπακούειν vero istud vel πειθαρχεῖν vel πείθεσθαι, quod est τοῦ ὀρεκτικοῦ, haud fortuito hic cum obsequio liberorum erga parentes comparatur. Est enim differens genus obediendi: ἡ μὲν γὰρ ψυχὴ τοῦ σώματος ἄρχει δεσποτικὴν ἀρχήν· ὁ δὲ νοῦς τῆς ὀρέξεως πολιτικὴν καὶ βασιλικήν 1254 b 4.

3. διορίζεται δὲ καὶ ἡ ἀρετὴ κατὰ τὴν διαφορὰν ταύτην. Pervenit oratio his verbis ad id unde profecta erat, quo pergebat. De virtute enim agere propositum erat (1102 a 6); dicebatur humana virtus, ideoque primum sepositae corporis virtutes (1102 a 16); ut humana virtus cognosceretur, omnis deinde de anima disputatio in medium prolata (1102 a 18 sqq.) atque rursus remota ἡ ἀρετὴ τοῦ θρεπτικοῦ (1102 b 12). Sequebatur τὸ ὀρεκτικόν, cujus quidem virtutem vere humanam esse, quamquam ἡ ὄρεξις ceteris quoque animalibus communis est, inde elucet quod ab initio id tantum ὀρεκτικὸν describebatur cui vel gubernans vel spreta adsistit ratio. Denique superest is animus qui ipse habet rationem. Itaque si post haec addebatur, virtutes τοῦ ὀρεκτικοῦ et τοῦ λόγον ἔχοντος hominis proprias esse a quibus hominis beata vita apta esset, ad suum finem propositum adductae erant hujus capitis sententiae. — Quae quum ita sint, haud sane absurde postulaverit aliquis ut pro διορίζεται δὲ scribatur δή.

A 13 μὲν διανοητικὰς τὰς δὲ ἠθικάς, σοφίαν μὲν καὶ σύνεσιν 1103 a 5
καὶ φρόνησιν διανοητικάς, ἐλευθεριότητα δὲ καὶ σωφροσύνην ἠθικάς. λέγοντες γὰρ περὶ τοῦ ἤθους οὐ λέγομεν ὅτι σοφὸς ἢ συνετὸς ἀλλ' ὅτι πρᾶος ἢ σώφρων, ἐπαινοῦμεν δὲ καὶ τὸν σοφὸν κατὰ τὴν ἕξιν· τῶν ἕξεων δὲ τὰς ἐπαινετὰς ἀρετὰς λέγομεν.

1103 a 14
B 1 διττῆς δὲ τῆς ἀρετῆς οὔσης, τῆς μὲν διανοητικῆς τῆς

7. ἢ] K[b] καί.

5. τὰς δὲ ἠθικάς. Adnotes hic tandem et vs 7 (περὶ τοῦ ἤθους) primum eas voces legi, ad quas omnia referenda esse videantur quae ad doctrinam vere ethicam pertinent; esse autem ἠθικὰς ἀρετὰς virtutes τοῦ ὀρεκτικοῦ, τὸ ἦθος vs 7 τοῦ ὀρεκτικοῦ ἦθος, siquidem recte sequentia conjuncta sunt cum iis quae praecedunt.

8. ἐπαινοῦμεν δὲ καὶ τὸν σοφὸν ... τῶν ἕξεων δὲ τὰς ἐπαινετὰς ἀρετὰς λέγομεν. Audis tueri scriptorem dicentem δὲ καὶ sententiam suam qua etiam διανοητικὰς ἀρετὰς vs 4 sq. esse dicebat, vel (id quod eodem spectat) animo ejus obversari quosdam qui virtutem vocantes ethicam solam cogitant; cf. quae ad cap. 13 praemisimus. Quod autem notioni τοῦ ἐπαινετοῦ id dedit ut sit quasi terminus medius per quem ad virtutis notionem perveniatur, convenire id quidem dixeris cum iis quae cap. 12 disputata sunt (v. 1101 b 15. 21), at necessarium sane non erat; quam enim ἀρετὴν ad suam doctrinam postulaverat cap. 6, ea omnino nil erat nisi καθ' ἣν ἡ ὑπεροχὴ τοῦ ἔργου σπουδαίου ὄντος (cf. 1098 a 8—16). Num vero quodcunque bene habeat et idem ἐπαινετὸν sit, Magnis certe Moralibus valde dubium, quippe quibus constet ὅτι κατὰ τὰς τοῦ τὸν λόγον ἔχοντος οὐδεὶς ἐπαινεῖται· οὔτε γὰρ ὅτι σοφὸς οὐδεὶς ἐπαινεῖται οὔτε ὅτι φρόνιμος (1185 b 9 sq.), unde profecta nolunt ἀρετὰς dicere τοῦ διανοητικοῦ. —

Duo esse virtutum genera ultimo libri *A* capite demonstratum est. Ad hoc postquam unâ periodo 1103 a 14—18 respexit philosophus, nullâ additâ causâ cur alterum genus postponatur statim aggreditur ad alterum, τὴν ἠθικὴν ἀρετήν. De qua κοινῇ μὲν (1114 b 26) uno ordine actum est usque ad *Γ* 8, καθ' ἑκάστας δὲ (cf. 1115 a 4) ll. *Γ* 9 sqq. *Δ*. *E*.

In hac vero quam prius instituit disputatione de universâ virtute ethicâ duae, ut breviter loquar, partes dispositae sunt. Quarum priore per totum librum *B* ipsa virtus unde hominibus contingat, quo spectet, quid denique sit et qua ratione vitiis sit opposita accurate tractatur; altera (quae capitibus *Γ*, 1—8 absolvitur) a virtute regreditur quasi, vel naturam ejus indagans vel vestigia definitionis secuta, ad eas notiones perscrutandas, quibus animus dicitur nulla necessitate coactus suâ sponte, suâ e deliberatione, suâ voluntate conformare singula.

Cap. 1. *Ethicae virtutis (dianoëticae enim aliud genus) ipsum nomen similitudine vocum* ἦθος *et* ἔθος *revocat nos ad exercitationem*

δὲ ἠθικῆς, ἡ μὲν διανοητικὴ τὸ πλεῖον ἐκ διδασκαλίας ἔχει B 1
καὶ τὴν γένεσιν καὶ τὴν αὔξησιν, διόπερ ἐμπειρίας δεῖται
καὶ χρόνου, ἡ δ' ἠθικὴ ἐξ ἔθους περιγίνεται, ὅθεν καὶ τοὔνομα

---

quandam solitam qua efficiatur — 1103 a 18. *Unde apparet primum illam nec nasci cum homine et ita esse comparatam, ut ipsa hominis natura ad eam recipiendam sit idonea* (— a 26); *deinde virtutis compotes nos fieri postquam saepe eadem illa perpetraverimus quorum facultatem propositam habeamus: id quod in artibus eodem modo se habet, at in iis quaecunque innata sunt secus* (— b 2). *Et hoc quidem de virtute tam certum est ut publice constet. Nemo enim eorum qui leges tulerunt, dum id spectabant ut cives bonos haberent, aliter eo pervenire conatus est quam assuefaciendo: differunt quod alii alia jubebant, hanc esse viam consentiunt omnes* — 1103 b 6. *Quae quum ita sint, porro elucet, eodem modo quo virtutis compotes fiamus si nos certo quodam modo exercuerimus, contrariam in iisdem rebus exercitationem ad id perducere quod virtuti sit contrarium. Quemadmodum igitur aliquis assuetus fuerit in quacunque re agere, talis et ipse erit: si bene, bonus; si male, malus* — 1103 b 25.

15. *ἡ μὲν διανοητικὴ τὸ πλεῖον ἐκ διδασκαλίας ἔχει καὶ τὴν γένεσιν καὶ τὴν αὔξησιν. διόπερ ἐμπειρίας δεῖται καὶ χρόνου.* Quae in his de altero virtutum genere dicuntur, perstringentis hanc rem (cf. *τὸ πλεῖον* vs 15) esse censeas et plenam disputationem nunc declinantis. Nam si aliter haec acceperis, ne recte quidem distincta esse videbuntur quae juxta ponuntur. An virtus ethica, quoniam *ἐξ ἔθους* est, nonne et ipsa *δεῖται χρόνου*? At accederent alia. Nam etiam *ἡ τέχνη*, quam recte profecto cum ethica virtute componit in ipso hoc capite (a 32 sq.; b 8 sq.), quia persimili ratione et oritur et increscit, in libro Z inter *τὰς διανοητικὰς* est *ἀρετάς*. Et sunt ab alterâ parte dianoëticae virtutes, quas vix dixeris discendo contingere: velut *ἡ σύνεσις* quam 1103 a 5 commemoravit, 1143 a 13 sq. descripsit. Ne multa. Nolebat Aristoteles hoc virtutum genus prorsus silentio praeterire h. l.; quae vero brevissime de eo interponebat, ne videretur ejus jam oblitus esse, maxime ad unam inter *τὰς διανοητικὰς* referas; *τὴν ἐπιστήμην*. Haec enim et libro Z principem locum habet et quodammodo prae ceteris idonea est, in qua ostendatur quid *τὸ διανοητικὸν* proprium habeat atque ab ethicis virtutibus diversum.

17. *ἡ δ' ἠθικὴ ἐξ ἔθους περιγίνεται κ. τ. λ.* Vides in his sententiis eam rem tractari ad quam jam 1099 b 9—32 prope accesserat disputatio: ibi enim ea opinio qua *ἡ εὐδαιμονία* censetur *μαθητόν, ἐθιστόν, ἀσκητὸν* esse ideo placebat, quia ita potissimum in virtute posita esse videbatur; nec deerat illic (1099 b 29 sq.) provocatio ad politicam quam nunc 1103 b 2—6 legimus. Plenior profecto est doctrina hujus capitis; accuratior eadem; secretum ab universa virtute unum genus, electum *τὸ ἐθιστόν*, postpositum *τὸ μαθητόν* et *ἀσκητόν*. Nihilominus similitudo et rerum et sententiarum ea est, ut mireris quod ne verbo quidem scriptor hinc illuc respiciat vel praedicet se nunc absolvere quae prius tantum attigerit. At solemne fere hoc apud Aristotelem, ut sinat quasi diversis locis pedetentim subcrescere quod

B 1 ἔσχηκε μικρὸν παρεκλῖνον ἀπὸ τοῦ ἔθους. ἐξ οὗ καὶ δῆλον 1103 a 18 ὅτι οὐδεμία τῶν ἠθικῶν ἀρετῶν φύσει ἡμῖν ἐγγίνεται· οὐθὲν γὰρ τῶν φύσει ὄντων ἄλλως ἐθίζεται, οἷον ὁ λίθος φύσει κάτω φερόμενος οὐκ ἂν ἐθισθείη ἄνω φέρεσθαι, οὐδ' ἂν μυριάκις [αὐτὸν] ἐθίζῃ τις ἄνω ῥίπτων, οὐδὲ τὸ πῦρ κάτω, οὐδ' ἄλλο οὐδὲν τῶν ἄλλως πεφυκότων ἄλλως ἂν ἐθισθείη. οὔτ' ἄρα φύσει οὔτε παρὰ φύσιν ἐγγίνονται αἱ ἀρεταί, ἀλλὰ πεφυκόσι μὲν ἡμῖν δέξασθαι αὐτάς, τελειουμένοις δὲ διὰ τοῦ

18. παρεκκλῖνον] K^b N^b παρεγκλῖνον. 22. [αὐτὸν] om. K^b M^b.

adumbratum fuerat in circumscriptam formam, quod ex parte fuerat perfectum in absolutionem omnium partium. Id quod in hac ipsâ hujus capitis sententiâ observari licet. Nam verum quidem ὅτι ἡ ἠθικὴ ἐξ ἔθους vel, ut est apud Platonem (Rep. VII, 518 e), ἐμποιεῖται ἔθεσί τε καὶ ἀσκήσεσι; sed ad eandem facit etiam φύσει τι (ἡ φυσικὴ ἀρετή 1144 b 1 sq.; 1151 a 17 sq.; cf. 1179 b 20 sq.) et est in viâ istâ ad perfectam virtutem moralem, ubi progredientes προδιειργασμένοι τοῖς ἔθεσιν (1179 b 24) egeant doctrinâ quoque magistri. Supplentur igitur, quae in hoc capite pro hujus loci naturâ sola proponuntur, suo loco. At persaepe ita hoc fit, ut scriptor neque approbantis priora nec corrigentis speciem captet. — Ad sententiam quam hic profert explicandam nihil addidit Aristoteles, notum scilicet inter omnes esse ratus quid sit ἔθος et ἐθισμός. Qua in re paullo aliter egit Eudemus, haud sane importune ab initio capitis hujus definitione adscriptâ ἐθίζεται δὲ [τὸ] ὑπ' ἀγωγῆς μὴ ἐμφύτου τῷ πολλάκις κινεῖσθαί πως 1220 b 1. In his enim ἡ ἀγωγὴ μὴ ἔμφυτος eo spectat ut intelligatur adesse etiam in τῷ ἐθισμῷ, siquidem ad virtutem gignendam idoneus sit, νοῦν quendam vel λόγον, modo non τοῦ ἐθιζομένου sed ἀλλότριος, τοῦ ἐθίζοντος.

18. (τοὔνομα) μικρὸν παρεκκλῖνον ἀπὸ τοῦ ἔθους cf. Platonicum σμικρὸν παρηγμένον (Cratyl. 398 d). Diligens Aristoteles in etymologicis et saepe verum vidit, quamquam et ipse, sonorum similitudine duci se passus, certâ scientiae regulâ in talibus carebat.

19. 20. οὐθὲν γὰρ τῶν φύσει ὄντων ἄλλως ἐθίζεται. Hoc quidem argumento, explicato usque ad vs 23, maxime id efficitur, quod versu demum 24 adjicitur, ὅτι οὐδὲ παρὰ φύσιν ἐγγίνονται αἱ ἀρεταί. Altera sententia, quae adhuc sola proposita est vs 19, et quae mox vs 24 priore loco commemoratur (ὅτι οὐ φύσει ἐγγίνονται αἱ ἀρεταί), fere eâdem quidem ratione comprobari poterat, at immutato quasi syllogismi ordine egebat. Εἰ γὰρ φύσει ἐνεγίνοντο αἱ ἀρεταί, πάντες ἂν ἐξ ἀνάγκης σπουδαῖοι ἦσαν· οὐθεὶς γὰρ οὔτε πρὸς τοῦτο ἐδεῖτο ἂν ἐθισμοῦ οὔτε πρὸς τοὐναντίον παρήγετο ἐθισμῷ.

25. πεφυκόσι μὲν ἡμῖν δέξασθαι αὐτάς, τελειουμένοις δὲ διὰ τοῦ ἔθους: quapropter neque alienum ab Aristotele virtutem ipsam vocare τελείωσίν τινα (246 a 13, quo loco negantur αἱ ἕξεις omnino esse ἀλλοιώσεις; imo ἡ μὲν ἀρετὴ τελείωσίς τις· ὅταν γὰρ λάβῃ τὴν ἑαυτοῦ ἀρετήν, τότε λέγεται τέλειον ἕκαστον· τότε γὰρ μαλιστά ἐστι τὸ κατὰ φύσιν .... ἡ δὲ κακία φθορὰ τούτου καὶ ἔκστασις; cf. 247 a 2); sed

1103 a 26 ἔθους. ἔτι ὅσα μὲν φύσει ἡμῖν παραγίνεται, τὰς δυνάμεις B 1
τούτων πρότερον κομιζόμεθα, ὕστερον δὲ τὰς ἐνεργείας ἀποδί-
δομεν. ὅπερ ἐπὶ τῶν αἰσθήσεων δῆλον· οὐ γὰρ ἐκ τοῦ πολ-
λάκις ἰδεῖν ἢ πολλάκις ἀκοῦσαι τας αἰσθήσεις ἐλάβομεν,
ἀλλ' ἀνάπαλιν ἔχοντες ἐχρησάμεθα, οὐ χρησάμενοι ἔσχο-
μεν. τὰς δ' ἀρετὰς λαμβάνομεν ἐνεργήσαντες πρότερον,
ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν· ἃ γὰρ δεῖ μαθόντας
ποιεῖν, ταῦτα ποιοῦντες μανθάνομεν, οἷον οἰκοδομοῦντες οἰκο-
δόμοι γίνονται καὶ κιθαρίζοντες κιθαρισταί. οὕτω δὲ καὶ τὰ
1103 b μὲν δίκαια πράττοντες δίκαιοι γινόμεθα, τὰ δὲ σώφρονα

---

in Ethicis vocem hanc vel definitionem virtutis frustra quaesiveris. Neu sententiae isti ὅτι πεφύκαμεν δέξασθαι τὰς ἀρετὰς plus h. l. tribuas quam par est: recte dices ὃ πέφυκε δέξασθαί τι idem ἐνδέχεσθαι καὶ ἄλλως ἔχειν, illâ quidem naturâ de qua vs 19 sq. agebatur, quae necessitate et vi quadam cogit, non prohibente.

26—b 2. Virtutem toto genere diversam esse ab iis quae φύσει ἐστίν, vs 18—26 inde comprobatum erat quod virtus quidem ἐξ ἔθους nascitur. Quae jam altera differentia inter τὰ φύσει ὄντα et inter virtutes adjungitur eodem fere spectat; nam quamvis nomen τοῦ ἔθους ab his sententiis (a 26—b 2) absit, elucet illas ἐνεργείας vel πράξεις quae in virtute praecedant τὰς δυνάμεις (v. vocem πολλάκις a 28 s.), pertinere ad τὸν ἐθισμόν. Versatur autem haec disputatio, ut topice loquar, ἐν τῷ πρότερον καὶ ὕστερον, videlicet τὸ τῷ χρόνῳ πρότερον ostendens; etenim si τὸ πρότερον κατὰ τὸν λόγον quaeras, αἱ ἐνέργειαι καὶ αἱ πράξεις πρότερον τῶν δυνάμεων non minus in τῷ αἰσθητικῷ ἢ τῷ θρεπτικῷ quam in virtutibus et in artibus (415 a 16—20). Praeterea non praetermittendum δυνάμεις (vs 26) hic ita dici ut et ipsae virtutes (vs 31) iis adscribendae sint. Est enim quidam hujus nominis usus quo nihil interest inter δύναμιν et ἕξιν; est quo diversum et oppositum est genus δυνάμεως et ἕξεως, velut (nam uno exemplo rem illustrare sufficiat nunc) mox cap. 4 apparet, ubi virtus δύναμις esse simpliciter negatur. At fere idem in artibus offenderit: est enim ars ἕξις ποιητικὴ (1140 a 10); eandem vero δύναμιν esse Aristoteli, documento sit locus etiam propter ipsam sententiam dignus qui hic apponatur 1047 b 31 sq. ἁπασῶν δὲ τῶν δυνάμεων οὐσῶν τῶν μὲν συγγενῶν οἷον τῶν (scr. τῆς τῶν) αἰσθήσεων, τῶν δὲ ἔθει οἷον τῆς τοῦ αὐλεῖν, τῶν δὲ μαθήσει οἷον τῆς τῶν τεχνῶν, τὰς μὲν ἀνάγκη προενεργήσαντας ἔχειν ὅσαι ἔθει καὶ λόγῳ, τὰς δὲ μὴ τοιαύτας καὶ τὰς ἐπὶ τοῦ πάσχειν οὐκ ἀνάγκη. Quodsi in τῆς δυνάμεως naturâ, id quod recte fieri potest, ad nil aliud spectes praeter eam qua ad τὴν ἐνέργειαν refertur rationem, diccudum erit plures et posse cogitari et esse in eadem re gradûs quasi δυνάμεως. Quemadmodum enim et lignum arborum δυνάμει est domus, nec tamen minus trabes tignaque a fabro jam ita confecta ut nil desideretur nisi manus aedificantium, ita si ad τὴν ἐνέργειαν κατ' ἀρετὴν in vita hominis animum adverterimus, verum quidem est, τὴν δύναμιν vel eam esse qua παθητικοὶ λεγόμεθα τῶν παθῶν (1105 b 24)

B 1 σώφρονες, τὰ δ' ἀνδρεῖα ἀνδρεῖοι. μαρτυρεῖ δὲ καὶ τὸ γινό- 1103 b
μενον ἐν ταῖς πόλεσιν. οἱ γὰρ νομοθέται τοὺς πολίτας ἐθί-
ζοντες ποιοῦσιν ἀγαθούς, καὶ τὸ μὲν βούλημα παντὸς νομο-
θέτου τοῦτ' ἐστίν, ὅσοι δὲ μὴ εὖ αὐτὸ ποιοῦσιν, ἁμαρτάνουσιν·
5 καὶ διαφέρει τούτῳ πολιτεία πολιτείας ἀγαθὴ φαύλης. ἔτι
ἐκ τῶν αὐτῶν καὶ διὰ τῶν αὐτῶν καὶ γίνεται πᾶσα ἀρετὴ
καὶ φθείρεται, ὁμοίως δὲ καὶ τέχνη· ἐκ γὰρ τοῦ κιθαρίζειν

---

5. αὐτὸ] K[b] αὐτά. 7. καὶ γίνεται] K[b] γίνεται.

---

vel eam qua τὸ ὀρεκτικὸν tale habemus ut πειθαρχικὸν sit τοῦ λόγου (1102 b 31) et πεφυκὸς δέξασθαι τὰς ἀρετάς (1103 a 25); verumtamen si quis vires animo insitas ita excoluerit ut jam adsit constantia et consilium neque egeat ad res suo jure gerendas nisi occasione, ea quoque δύναμις est, quamquam multo propinquior actioni quam prior illa. Hujus autem δυνάμεως proprium nomen, ἕξιν, cur hic non usurpatum sit, facile apparet, quoniam in sensuum perceptione, quibuscum nunc ars virtusque componitur, non vocatur ἕξις. Nec tamen negari potest, non perverse (ut alia taceam) objici huic argumentationi: at esse etiam si de virtute artibusque agatur aliquam δύναμιν quae innata animo antecedat omnem ἐνέργειαν et exercitationem.

2—6. Quod adjicitur testimonium (μαρτυρεῖ δὲ καὶ vs 2) expressis verbis (ἐθίζοντες vs 3) indicat quo velit referri sc. verum esse ὅτι ἡ ἠθικὴ ἐξ ἔθους a 17. Cf. quae modo adnotata sunt ad a 26—b 2. Nititur autem scriptor ut ita dicam consensu gentium, qualis perspicitur in publicis legibus. Simillime 1099 b 29 sq.; 1102 a 8 sq. ad qq. ll. v.

6—8. ἔτι ἐκ τῶν αὐτῶν καὶ διὰ τῶν αὐτῶν καὶ γίνεται πᾶσα ἀρετὴ καὶ φθείρεται. Non jam novum ejusdem sententiae argumentum additur (ἔτι), sed quod additur eo spectat ut ipsa sententia ὅτι ἡ ἀρετὴ ἐξ ἔθους melius intelligatur. Quale enim ἔθος virtutem progignat dijudicandum est. Qua in re duo observantur: necesse enim est primum ut exercitatio ea unde habitus evadat in eodem genere rerum occupata sit ad quod habitus spectat (ne forte quis credat, puerum temperantiae assuetum eundem et justum fore), deinde ut singula quae exercendi causa peraguntur ad eandem legem conformentur unde natura habitûs pendet (nam si unum hoc curetur ut aliquis τὰ ἐν τοῖς συναλλάγμασι calleat, dubium utrum justus an injustus evasurus sit). Utrumque adhibito duarum artium (κιθαρίσεως et οἰκοδομικῆς b 8. 10) exemplo in quatuor virtutibus, δικαιοσύνῃ ἀνδρείᾳ σωφροσύνῃ πραότητι, ita se habere demonstratur — vs 21, ut facile intelligatur quid in fine velit sententia καὶ ἑνὶ δὴ λόγῳ ἐκ τῶν ὁμοίων ἐνεργειῶν αἱ ἕξεις γίνονται. Ὅμοιαι nempe αἱ ἐνέργειαι iis ad quas pertinent ἕξεσιν. Nec quidquam aliud dicebat scriptor, vs b 6 sq. orsus a verbis ἔτι ἐκ τῶν αὐτῶν καὶ διὰ τῶν αὐτῶν ct. Modo concedatur oportet ista quidem legentibus

1103 b 9 καὶ οἱ ἀγαθοὶ καὶ οἱ κακοὶ γίνονται κιθαρισταί. ἀνάλογον δὲ καὶ [οἱ] οἰκοδόμοι καὶ οἱ λοιποὶ πάντες· ἐκ μὲν γὰρ τοῦ εὖ οἰκοδομεῖν ἀγαθοὶ οἰκοδόμοι ἔσονται· ἐκ δὲ τοῦ κακῶς κακοί. εἰ γὰρ μὴ οὕτως εἶχεν, οὐδὲν ἂν ἔδει τοῦ διδάξοντος, ἀλλὰ πάντες ἂν ἐγίνοντο ἀγαθοὶ ἢ κακοί. οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῶν ἀρετῶν ἔχει· πράττοντες γὰρ τὰ ἐν τοῖς συναλλάγμασι τοῖς πρὸς τοὺς ἀνθρώπους γινόμεθα οἱ μὲν δίκαιοι οἱ δὲ ἄδικοι, πράττοντες δὲ τὰ ἐν τοῖς δεινοῖς καὶ ἐθιζόμενοι φοβεῖσθαι ἢ θαρρεῖν οἱ μὲν ἀνδρεῖοι οἱ δὲ δειλοί. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ περὶ τὰς ἐπιθυμίας ἔχει καὶ τὰ περὶ τὰς ὀργάς· οἱ μὲν γὰρ σώφρονες καὶ πρᾶοι γίνονται, οἱ δ' ἀκόλαστοι καὶ ὀργίλοι, οἱ μὲν ἐκ τοῦ οὑτωσὶ ἐν αὐτοῖς ἀναστρέφεσθαι, οἱ δὲ ἐκ τοῦ οὑτωσί. καὶ ἑνὶ δὴ λόγῳ ἐκ τῶν ὁμοίων ἐνεργειῶν αἱ ἕξεις γίνονται. διὸ δεῖ τὰς ἐνεργείας ποιὰς ἀποδιδόναι· B

9. οἱ κακοὶ] K^b κακοί. 10. [οἱ] οἰκοδόμοι] ex uno N^b (ut vid.); cett. οἱ οἰκοδόμοι. 14. τοῖς συναλλάγμασι] om. K^{b}pr. 15. γινόμεθα] K^b γινόμενα. 17. ἢ] om. K^b. 20. οὑτωσὶ] K^{b}N^b οὕτωσεί.

non posse non obscuriora videri, quum propter locum quoniam anteposita sunt iis unde lucem accipiunt, tum propter ipsorum verborum tenorem. Nihilominus satis certum τὰ αὐτὰ b 7 esse talia quae eandem naturam habeant ac virtus aut γινομένη aut φθειρομένη, neutrum vero pronominis nomine ἐνεργείας explicari b 21. Deinde posterius membrum (καὶ γίνεται πᾶσα ἀρετὴ καὶ φθείρεται) a summa rei qualis proposita est ad alia videatur abire: neque enim nunc quaeritur quid adjuvet impediatve virtutem quam sibi aliquis jam comparaverit, sed unde ethica virtus primum originem habeat. At si rem spectes, non verba, non dubium est quin gignatur, ubicunque virtus vel initia ejus e medio tollantur, sponte quasi diversus quidam aut contrarius habitus; ut membrorum illorum sententiam eandem esse dixeris quasi scriptum esset γίνεται καὶ ἀρετὴ πᾶσα καὶ τὸ ἐναντίον vel brevite (ut fere est b 21) γίνεται πᾶσα ἕξις. Denique, si quae dubitatio relict fuerit, observetur quomodo verba illa b 6—8 artium exemplo b 8—1 firmentur (γὰρ b 8). Qua quidem in re animus attendatur ad i potissimum quod de altero exemplo (οἰκοδομικῆς b 10 sq.) proponitur ut enim saepius fit, prius exemplum κιθαρίσεως affluente copiâ argu mentorum deseritur antequam ab omnibus partibus absoluta sunt qua dicturus erat. Itaque τὸ ἐκ τῶν αὐτῶν καὶ διὰ τῶν αὐτῶν γίνεσθα (b 7) ita ab ipso Aristotele explicatur ut probet ἐκ τοῦ εὖ ἐνεργει ἀγαθοὺς ἔσεσθαι, ἐκ δὲ τοῦ κακῶς κακούς (b 10 sq.): ergo, ut sup interpretati sumus, τὰ αὐτὰ dicebat τὸ εὖ τῆς ἐνεργείας compositu ad τὸ ἀγαθὸν τῆς ἕξεως, et τὸ κακῶς τῆς ἐνεργείας ad τὸ κακὸν τ ἕξεως.

B 1 κατὰ γὰρ τὰς τούτων διαφορὰς ἀκολουθοῦσιν αἱ ἕξεις. οὐ 1103 b 23

---

23 sq. οὐ μικρὸν οὖν διαφέρει τὸ .... ἐθίζεσθαι ... μᾶλλον δὲ τὸ πᾶν. Qui demonstrat quantum possint αἱ ἐνέργειαι (b 6 sqq.), idem ostendit quid τῷ ἐθισμῷ sit tribuendum. Nam ἐθίζεται is qui iterum atque iterum eadem peragit. Quod si cui jam puero (εὐθὺς ἐκ νέων) contingit, officere quidem potest quod non ex ipsius indole natae sunt αἱ ἐνέργειαι sed alienâ voluntate impositae, at succurrit eventui optato quod ἕξις sane, quae obstet, nulla adhuc est. — Ad sententiam μᾶλλον δὲ τὸ πᾶν adscribas 1105 b 2 sq. πρὸς τὰς ἀρετὰς ... οὐ μικρὸν ἀλλὰ τὸ πᾶν δύναται ἅπερ ἐκ τοῦ πολλάκις πράττειν ... περιγίνεται.

Cap. 2. Quum in disputatione περὶ ἀρετῆς, quae inde a cap. 13 libri *A* proposita est, secretâ virtute dianoëticâ, primum quaesitum sit (*B* 1) unde contingat hominibus virtus ethica, quumque ista quaestio eo pervenerit ut sciamus, pendere illam totam a certâ quâdam consuetudine agendi: jam videtur quodammodo haec quidem disputatio finem suum habere. Quoniam enim universa doctrina ethica non id spectat ut cognitum sit quid sit virtus, sed ut fiamus ejus compotes, negligi posse videantur quae praeterea de virtutis natura quaerantur, ut id unum indagetur, qualis esse debeat agendi ratio cui assuefacti simus boni. At si quis hanc viam ingressus absolvere opus suum conatus erit, mox inveniet ipsam rerum naturam obstare quominus disquisitio ita possit circumscribi. Quae enim agendi ratio primum homines eo perducit ut virtutem sibi comparent, eadem est ad quam ipsa virtutis postquam adest natura fert et in qua vim suam totam habet. Omnium vero maxime apparet quam necessarie hac in re diversa inter se sint copulata ut ab omnibus partibus denique eodem concurrant, si animum advertamus ad eas rationes quae inter virtutem et inter ἡδονὴν sunt. Nam quum primo documento sit jam adesse alicui virtutem, si gaudeat iis officiis quae ei adhuc exercitationis causa imposita fuerant, non minus omnis educatio in eo versabatur ut doceretur puer recte gaudere dolereque omnisque correctura inflicto dolore animum volebat a pravis rebus revocare. Ipsius autem virtutis, quum adest, naturam atque vim in hoc uno positam esse, ut homo non aliter gaudeat doleatve quam par est, multis et certis argumentis comprobatur. Quibus reputatis etiam illud constabit cur consilium id quod primo adspectu consentaneum videbatur, ut unum hoc quaereretur quali tandem agendi consuetudine ad virtutem adduceremur, omittendum fuerit. Qui enim de hac re agit jam de multis agit, quarum alia ad aliam spectat, alia ab aliâ lucem accipit.

Praemittenda haec videbantur, ne quis id sententiarum argumentum quod capitis secundi verba persequentes nunc exhibituri sumus inconditam fere molem esse putaret. Neque enim Aristoteles ideo quia ab initio additâ causâ cursum aliquem instituit, eundem vero causam non professus mox deserit, hoc quidem imprudenter fecisse censendus est. Vel si primum audiveris actum iri de iis ἐξ ὧν ἡ ἀρετή, post autem inter legendum animadvertas tacite transitum factum esse maxime ad id περὶ ὃ ἡ ἀρετή: displiceat fortasse tale scribendi genus, sed sine ratione ab aliis ad alia transire scriptorem ne dicas, imo quaeras rationem.

1103 b 24 μικρὸν οὖν διαφέρει τὸ οὕτως ἢ οὕτως εὐθὺς ἐκ νέων ἐθίζεσθαι, B
25 ἀλλὰ πάμπολυ, μᾶλλον δὲ τὸ πᾶν.

---

24. εὐθὺς] K^b εὐθέως.

Quodsi tota in qua versamur disputatio non theoretica est, sed eum habet finem propositum ut fiamus virtutis compotes, maxime omnium videatur necessarium ut describatur ille agendi modus, cui assuefactos diximus solos virtutem habere — 1103 b 31. *Qua in re unum quidem quod commune est verum, esse illum* κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον (— b 34); *omnino autem monendum, ea quae ad agendum pertineant inter illa esse quorum materiam pridem diximus non admittere accuratam et plene expressam formam; sin his in rebus ad singula descendatur, ne praeceptis quidem generalibus locum esse, sed totam rem ex occasione dijudicandam esse* (— 1104 a 10). *Nihilominus sunt in quibus aliqua etiam harum rerum scientia posita sit. Nam ut in corpore observatur, vigorem ei vel valetudinem subcrescere non posse, quum aut nimium laborat victumve supra modum haurit aut parum exercetur parciusque nutritur: item fortitudo animi neque ei unquam aderit qui omnia timet neque ei qui nihil timens omnibus rebus temere obviam it; nec temperans erit vel qui nullas non spernit delicias vel qui evitat quodcunque voluptatem affert* — 1104 a 27. *Verum enimvero cognitâ sic eâ exercitationis ratione unde gignitur virtus non minus scitur qualia sint in quibus virtus spectatur et ad quae idoneos facit homines. Assuefacti enim ut recte metui resistamus vel cupidini, fortes evadimus et temperantes; qui vero fortis factus est vel temperans idem hoc callet ut metu et cupiditate vacet* (— 1104 b 3). *Utrum autem id quod agitur ejus sit qui se exercet ut assequatur virtutem an ejus qui virtute quam habet utitur, inde discernitur quod operae perfecti jam habitûs adest laetitia quaedam vel abest certe ab ea moestitia* (— 1104 b 8). *Omnino enim* ἡδοναὶ *et* λῦπαι *sunt, ad quas refertur universa virtus ethica, seu originem quaeras unde gignatur, seu disciplinam qua firmetur, seu ipsam virtutis naturam atque opus. Nam ut voluptate et dolore ad perversa quaeque primum abducuntur, ita educatio ad virtutem ea solum est qua docentur gaudere et dolere quibus decet* (— b 13). *Sin per virtutem fit ut recte animo affecti simus recteque agamus, at gaudemus aut dolemus ubicunque vel agimus vel animi aliqua affectione movemur* (— b 16). *Castigantur afflicto dolore, sublatâ voluptate; huc igitur spectat emendantis consilium; nam medicina omnis fit per contraria* (— b 18). *Quumque constet, habitum animi in pejus mutari si quis voluptates sectetur quas non licet dolorive male se subtrahat: hoc ipsum jam nobis argumento est, quoniam unde gignatur habitus in eodem vim ejus perspici vidimus, virtutem in eo positam esse ut recte habeat animus in voluptates et dolorem. Modo ne credatur recte habere unum illum qui omnino tali affectioni aditum intercludat; nam virtutis non est plane e medio ista tollere, sed tollere quae perversa sunt* (— b 28). *Confirmabitur autem quod ita de virtute proposuimus, si haec reputentur. Quum enim quicunque expetit quodlibet ideo expetat quia aut pulchrum sit aut utile aut dulce, fugiat quae opposita sunt: necesse quidem virtutem ad tria haec omnia recte habere, sed omnium maxime*

Β 2 ἐπεὶ οὖν ἡ παροῦσα πραγματεία οὐ θεωρίας ἕνεκά ἐστιν ὥσπερ αἱ ἄλλαι (οὐ γὰρ ἵν' εἰδῶμεν τί ἐστιν ἡ ἀρετὴ σκεπτόμεθα, ἀλλ' ἵν' ἀγαθοὶ γενώμεθα, ἐπεὶ οὐδὲν ἂν ἦν ὄφελος αὐτῆς), ἀναγκαῖόν ἐστι σκέψασθαι τὰ περὶ τὰς πράξεις, πῶς πρακτέον αὐτάς· αὗται γάρ εἰσι κύριαι καὶ τοῦ ποιὰς γενέσθαι τὰς ἕξεις, καθάπερ εἰρήκαμεν. τὸ μὲν οὖν 1103 b 26

27. τί ἐστιν ἡ ἀρετὴ] K^b ἡ ἀρετὴ τί. 29. ἐστι] K^b ἦν.

ad id quod dulce sit seu voluptatem afferat, tum quia hoc omnibus animantibus commune est, tum quia ad altera duo (pulchrum atque utile) insuper accedit, tum quia vim ejus primâ jam vitae aetate experimur (— 1105 a 3). *Neque est quisquam, quin ea quae fiant ipsâ hac notâ discernat prout aut gaudeat illis aut doleat* (— a 5. 7). *Denique difficillimum homini voluptati non cedere; quod autem difficile, eo et artis et virtutis opera maxime se vertit. Ergo omnino bonus qui in hac re bene versatur, malus qui male* — 1105 a 13.

26. ἐπεὶ οὖν ἡ παροῦσα πραγματεία. Τὴν παροῦσαν πραγματείαν primo quidem loco τὴν περὶ τῆς ἀρετῆς esse, satis intelligitur e verbis sequentibus quibus hoc judicium confirmatur οὐ γὰρ ἵν' εἰδῶμεν τί ἐστιν ἡ ἀρετὴ σκεπτόμεθα. Sed quum virtus et quod ab illâ pendet in summo vitae bono id sit quod maxime penes nos est, recte se referre poterat ad priora (οὖν). Quodsi enim omnino in hac politicâ τὸ τέλος οὐκ ἔστιν γνῶσις, ἀλλὰ πρᾶξις (1095 a 5), profecto hoc verum erit in eâ parte qua de virtute agitur. Imo eodem cap. Α 1 jam cautum esse dixeris ne verba quae hic adduntur ἐπεὶ οὐδὲν ἂν ἦν ὄφελος αὐτῆς sc. τῆς πραγματείας ταύτης εἰ μόνον ἐδίδασκε τί ἐστιν ἡ ἀρετή (b 28 s.) male intelligerentur; jam enim scimus ὅτι τοῖς κατὰ λόγον τὰς ὀρέξεις ποιουμένοις . . . πολυωφελὲς τὸ περὶ τούτων εἰδέναι (1095 a 10). Quod dicturus erat Aristoteles, apertum: magni interesse ut qualis ὁ ἐθισμὸς esse debeat cognoscatur; vim affirmationis auget negando. Persimilis sententia est prope ipsum operis finem 1179 a 35 sqq. . . . οὐκ ἔστιν ἐν τοῖς πρακτοῖς τέλος τὸ θεωρῆσαι ἕκαστα καὶ γνῶναι κ. τ. λ., nisi quod ibi eo perventum est ut non jam quaeratur qualis esse debeat ὁ ἐθισμός, sed potius quomodo possit procurari ut fiat.

31. τὸ μὲν οὖν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον πράττειν . . . ὑποκείσθω. Quandoquidem illae πράξεις quae praecedunt τὴν ἕξιν (αἳ κύριαι καὶ τοῦ ποιὰς γενέσθαι τὰς ἕξεις b 30) describendae sunt, primum e cap. 1 didicimus ἐκ τῶν ὁμοίων ἐνεργειῶν τὰς ἕξεις γίνεσθαι (b 21), virtutem igitur seu bonum habitum ἐκ τοῦ εὖ ἐνεργεῖν (b 10 sq.) vel e bene agendo. Sin sciscitueris quid sit hac in re τὸ εὖ, ad manus jam est Α 13, unde constat virtutem ethicam esse illius partis animi, quae ipsa quidem οὐκ ἔχει λόγον, πειθαρχικὸν δέ ἐστι λόγῳ (1102 b 13 sqq.). Haud igitur novum, si edoceamur vel virtutem hanc vel πρᾶξιν quamlibet quae ὁμοία sit virtuti κατὰ τὸν (ὀρθὸν) λόγον esse. Aliquantum sane difficilius dictu, quid tandem legis in se contineat iste ὀρθὸς λόγος, ut recte sciat jubere et vetare. Qua de re longum esse hujus quidem loci, ubi formula illa vix proposita ultro seponitur, non est; at hoc

1103 b 32 κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον πράττειν κοινὸν καὶ ὑποκείσθω, ῥηθή- B 2
σεται δ' ὕστερον περὶ αὐτοῦ, καὶ τί ἐστιν ὁ ὀρθὸς λόγος,
καὶ πῶς ἔχει πρὸς τὰς ἄλλας ἀρετάς. ἐκεῖνο δὲ προδιο-
1104 a μολογείσθω, ὅτι πᾶς ὁ περὶ τῶν πρακτῶν λόγος τύπῳ
καὶ οὐκ ἀκριβῶς ὀφείλει λέγεσθαι, ὥσπερ καὶ κατ' ἀρχὰς
εἴπομεν ὅτι κατὰ τὴν ὕλην οἱ λόγοι ἀπαιτητέοι· τὰ δ' ἐν
ταῖς πράξεσι καὶ τὰ συμφέροντα οὐδὲν ἑστηκὸς ἔχει, ὥσ-
περ οὐδὲ τὰ ὑγιεινά. τοιούτου δ' ὄντος τοῦ καθόλου λόγου,
ἔτι μᾶλλον ὁ περὶ τῶν καθ' ἕκαστα λόγος οὐκ ἔχει τἀκρι-
βές· οὔτε γὰρ ὑπὸ τέχνην, οὔθ' ὑπὸ παραγγελίαν οὐδεμίαν
πίπτει, δεῖ δ' αὐτοὺς ἀεὶ τοὺς πράττοντας τὰ πρὸς τὸν και-

---

33. ὁ ὀρθὸς] $K^b L^b O^b$ ὀρθὸς. 34. προδιομολ.] K^b προσδιομολ. 1. πρακτῶν] $K^b L^b M^b$ πρακτέων. 2. καὶ κατ'] K^b κατ'. 5. ὑγιεινά] K^b ὑγιεινὰ τοῦ καθολικοῦ λόγου. 6. λόγος] K^b λόγων. 8. πρὸς τὸν] K^b περὶ τόν.

---

cogunt verba hic („ῥηθήσεται δ' ὕστερον περὶ αὐτοῦ καὶ τί ἐστιν ὁ ὀρθὸς λόγος καὶ . . . ἀρετάς" b 32—34), ut ostendamus ubi Aristoteles suam quamcunque doctrinam de hac re explicuerit. Revertitur autem ad hoc propositum, ut consentaneum erat ei qui *Α* 13 scripserat, quum primum aggreditur ad τὸ λόγον ἔχον μέρος τῆς ψυχῆς ejusque virtutes, Z 1 ita locutus ἔστι δὲ τὸ μὲν εἰπεῖν οὕτως (sc. ὅτι κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον αἱ μεσότητες) ἀληθὲς μέν, οὐθὲν δὲ σαφές· . . . . διὸ δεῖ μὴ μόνον ἀληθὲς εἶναι τοῦτ' εἰρημένον, ἀλλὰ καὶ διωρισμένον τίς τ' ἐστὶν ὁ ὀρθὸς λόγος καὶ τούτου τίς ὅρος (1138 b 25. 32 sq.). Quae si perlegeris, simul intelliges quid 1103 b 32 dicat vox κοινὸν εἶναι definitionem illam ὅτι κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον πρακτέον. Ut vero ad rem redeamus: quod ita Z 1 desideratur, cap. 13 ejusdem libri suppletur, ubi inter alia 1144 b 21 s. leguntur haec: . . πάντες ὅταν ὁρίζωνται τὴν ἀρετὴν προστιθέασι τὴν ἕξιν, εἰπόντες καὶ πρὸς ἅ ἐστι, τὴν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον· ὀ ρ θ ὸ ς δ' ὁ κατὰ τὴν φ ρ ό ν η σ ι ν. Quae quidem φρόνησις quomodo habeat πρὸς τὰς ἄλλας ἀρετάς (1103 b 34), ibidem satis exponitur. Haec igitur promissi ῥηθήσεται δ' ὕστερον (b 32) solutio; in qua si haereas, incuses libri Z sententias.

2. ὥσπερ καὶ κατ' ἀρχὰς εἴπομεν: v. 1094 b 11 sqq. Quod hic dicitur οὐδὲν ἑστηκὸς ἔχει (vs 4), illic erat τοσαύτην ἔχει διαφορὰν καὶ πλάνην; alibi (cf. 1165 a 12 sq.; 1189 b 12—26) in eandem sententiam τὸ ὡρισμένον inesse τοῖς πρακτοῖς negatur.

5 sq. Οἱ καθόλου λόγοι, quum ab hac parte videantur τοῖς καθ' ἕκαστα λόγοις praeferendi esse quia aliquid sane admittunt ἀκριβείας, ab alterâ parte eo minoris sunt aestimandi: ad rem enim et ad usum sunt κενώτεροι, οἱ δ' ἐπὶ μέρους ἀληθινώτεροι 1107 a 29.

7. οὔτε γὰρ ὑπὸ τέχνην οὔθ' ὑπὸ παραγγελίαν οὐδεμίαν πίπτει. Nam de iis quae καθ' ἕκαστα sunt ἐν τῇ αἰσθήσει ἡ κρίσις 1109 b 23; ars vero ejusque praecepta ad generalem semper legem spectant; quod

B 2 ῥὸν σποπεῖν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῆς ἰατρικῆς ἔχει καὶ τῆς 1104 a 9
5 κυβερνητικῆς. ἀλλὰ καίπερ ὄντος τοιούτου τοῦ παρόντος λόγου πειρατέον βοηθεῖν. πρῶτον οὖν τοῦτο θεωρητέον, ὅτι τὰ τοιαῦτα πέφυκεν ὑπὸ ἐνδείας καὶ ὑπερβολῆς φθείρεσθαι (δεῖ γὰρ ὑπὲρ τῶν ἀφανῶν τοῖς φανεροῖς μαρτυρίοις χρῆσθαι), ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἰσχύος καὶ τῆς ὑγιείας ὁρῶμεν·

---

10. τοῦ παρόντος] K[b] παρόντος.

---

enim simpliciter singulare et συμβεβηκὸς est „οὐδὲν μέλει τῇ τέχνῃ“ 1138 b 2.

9. ἐπὶ τῆς ἰατρικῆς οὕτως ἔχει sc. ὥστε δεῖν τὰ πρὸς τὸν καιρὸν σκοπεῖν. Ὁ γὰρ ἰατρὸς καθ' ἕκαστον ἰατρεύει, οὐ τὴν ὑγίειαν, ἀλλὰ τὴν ἄνθρωπον, μᾶλλον δ' ἴσως τὴν τοῦδε ἐπισκοπῶν, ut fere erat 1097 a 11 sq.

11. πρῶτον μὲν οὖν τοῦτο θεωρητέον, ὅτι τὰ τοιαῦτα πέφυκεν ὑπὸ ἐνδείας καὶ ὑπερβολῆς φθείρεσθαι. Primum hoc (cui quidem si verba sequamur secundum vel tertium non adjungitur) aliquo modo explicat, quid his in rebus κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον (1103 b 32) sit. Τὰ τοιαῦτα pro horum capitum sententiis dices esse ἕξεις quales esse debent seu corporis seu animi (cf. ἕξεις ἐπαινετάς 1103 a 9); inest enim in hoc pronomine vis ad unum quoddam cognata similiaque assumendi. — Jacitur vero in his primum fundamentum totius doctrinae Aristoteleae, qua virtus ethica non tantum ἐκ συμμέτρων gigni (cf. vs 17 sq.) sed ipsa μεσότης (cf. vs 26) esse dicitur. Itaque ut in principio jam hic videndum an placeat ipsa haec via qua ingredi coepit, a similitudine corporis atque animi profectus. Nam in corpore quidem in utramque partem experientiâ quasi explorari potest quid sit σύμμετρον seu accomodatum aut humanae plerumque naturae aut viribus et habitui hujusce hominis. Utque hoc observetur, summa est artis. Neque enim erit corpus sanum validumque nisi alimenta et exercitia ei afferantur, quae et sufficiant nec sint nimia. At animum qui fortitudine imbuere velit, certe non id potissimum aget ut emensus metuendi gradûs majores ac minores illos discat evitare, his resistere. Ut enim sint etiam in animo quae vires naturae humanae excedant (ὑπὲρ ἄνθρωπον illa Aristoteles vocat), quorum ratio quaedam habenda est: attamen educatio ad fortitudinem non ea est quae imprimis doceat metuere talia, sed ea qua adducamur, ne nimia censeamus quae terrorem quidem injiciunt, sed quae sustinere par est. Πάντα φοβεῖσθαι sane parum ἀφοβίας, μηδὲν φοβεῖσθαι nimium θρασύτητος (vs 20. 21), peccatum vero ita non id est, quod justum numerum vel rectam mensuram neglexeris (velut si quis plus pondo carnis ederit, diutius vel gravioribus laboribus se exercuerit quam conducebat); imo τὸ μηδὲν illud, τὰ πάντα illa ideo improbanda quia sic quidem promiscue rejecta aut admissa sunt ἃ μὴ δεῖ. Neque enim propius accederet ad virtutem qui consuetus fuerit haud omnia metuere sed sola ea ἃ μὴ δεῖ, in quibus nil fere refert utrum magno timore afficiant an modico. — At haec semel significasse sat erit.

τά τε γὰρ ὑπερβάλλοντα γυμνάσια καὶ τὰ ἐλλείποντα B 2
φθείρει τὴν ἰσχύν. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ποτὰ καὶ τὰ σιτία πλείω καὶ ἐλάττω γινόμενα φθείρει τὴν ὑγίειαν, τὰ δὲ σύμμετρα καὶ ποιεῖ καὶ αὔξει καὶ σώζει. οὕτως οὖν καὶ ἐπὶ σωφροσύνης καὶ ἀνδρείας ἔχει καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν· ὅ τε γὰρ πάντα φεύγων καὶ φοβούμενος καὶ μηδὲν ὑπομένων δειλὸς γίνεται, ὅ τε μηδὲν ὅλως φοβούμενος ἀλλὰ πρὸς πάντα βαδίζων θρασύς. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ μὲν πάσης ἡδονῆς ἀπολαύων καὶ μηδεμιᾶς ἀπεχόμενος ἀκόλαστος, ὁ δὲ πάσας φεύγων, ὥσπερ οἱ ἀγροῖκοι, ἀναίσθητός τις· φθείρεται γὰρ ἡ σωφροσύνη καὶ ἡ ἀνδρεία ὑπὸ τῆς ὑπερβολῆς καὶ τῆς ἐλλείψεως, ὑπὸ δὲ τῆς μεσότητος σώζεται. ἀλλ' οὐ μόνον αἱ γενέσεις καὶ αἱ αὐξήσεις καὶ αἱ 3
φθοραὶ ἐκ τῶν αὐτῶν καὶ ὑπὸ τῶν αὐτῶν γίνονται, ἀλλὰ καὶ αἱ ἐνέργειαι ἐν τοῖς αὐτοῖς ἔσονται· καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν φανερωτέρων οὕτως ἔχει, οἷον ἐπὶ τῆς ἰσχύος· γίνεται γὰρ καὶ ἐκ τοῦ πολλὴν τροφὴν λαμβάνειν καὶ πολλοὺς πόνους ὑπομένειν, καὶ μάλιστα δύναται ταῦτα ποιεῖν

---

19. τῶν ἄλλων] K^b τῶν. 24. πάσας] K^b πᾶσαν. 25. γὰρ] δὲ K^b. 27. αἱ αὐξήσεις] ex uno (ut vid.) M^b; cett. αὐξήσεις. 29. αἱ ἐνέργειαι] K^b ἐνέργειαι. 32. μάλιστα δύναται ταῦτα] K^b μάλιστα ἃ δύναιτ' αὐτά.

---

21. ὅ τε μηδὲν ὅλως φοβούμενος: ὥστε μηδὲ τοὺς θεοὺς φοβεῖσθαι exemplo, quod ipse Aristoteles vix proposuisset, illustrans scribit auctor M. M. (1185 b 24).

27. ἀλλ' οὐ μόνον . . . . ἀλλὰ καὶ ἐνέργειαι ἐν τοῖς αὐτοῖς ἔσονται. Ipsâ rerum veritate monitus jam transit scriptor ab iis quae ab initio capitis sola proposuerat τὰ ἐξ ὧν ἡ ἀρετή ad illa ἐν οἷς vel περὶ ἃ virtus: sunt enim, inquit, utraque eadem. Quo transitu facto jam propius accedit ad eam quaestionem quae 1103 b 27 negligi posse videbatur: qui enim scit τὰ ἐν οἷς et περὶ ἃ jam in eo est ut τὸ τί ἐστιν attingat. Et huc quidem fertur disputatio, in ipso hoc capite (b 27) primum descriptura virtutis notionem, ut mox cap. 4 eandem hanc rem plene absolvat (τί ἐστιν ἡ ἀρετὴ σκεπτέον 1105 b 19).

31. γίνεται γὰρ (ἡ ἰσχὺς) ἐκ τοῦ πολλὴν τροφὴν λαμβάνειν . . . . καὶ μάλιστα δύναται ταῦτα ποιεῖν ὁ ἰσχυρός. Notum est athletas, in quibus ante omnes robur corporis mirum erat, apud veteres Graecos non tantum exercitiis continuis, sed etiam ut ita dicam saginâ artificiosâ usos esse, ita ut Miloni etiam δέκα μναῖ φαγεῖν parum essent (1106 b 3). Atqui differunt quidem multum ἰσχυροὶ et ἀθληταί; robur enim inter virtutes corporis et pars beatitatis (1360 b 22), at ἡ τῶν ἀθλητῶν ἕξις οὐ χρήσιμος πρὸς πολιτικὴν εὐεξίαν οὐδὲ πρὸς ὑγίειαν

2 ὁ ἰσχυρός. οὕτω δ' ἔχει καὶ ἐπὶ τῶν ἀρετῶν· ἔκ τε γὰρ τοῦ ἀπέχεσθαι τῶν ἡδονῶν γινόμεθα σώφρονες, καὶ γενόμενοι μάλιστα δυνάμεθα ἀπέχεσθαι αὐτῶν. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἀνδρείας· ἐθιζόμενοι γὰρ καταφρονεῖν τῶν φοβερῶν καὶ ὑπομένειν αὐτὰ γινόμεθα ἀνδρεῖοι, καὶ γινό-
5 μενοι μάλιστα δυνησόμεθα ὑπομένειν τὰ φοβερά. σημεῖον δὲ δεῖ ποιεῖσθαι τῶν ἕξεων τὴν ἐπιγινομένην ἡδονὴν ἢ λύπην τοῖς ἔργοις· ὁ μὲν γὰρ ἀπεχόμενος τῶν σωματικῶν ἡδονῶν καὶ αὐτῷ τούτῳ χαίρων σώφρων, ὁ δ' ἀχθόμενος

καὶ τεκνοποιίαν (1335 b 5; cf. 1338 b 10 s.); nec tamen mirum, si quidem ad hanc ingens victûs copia necessaria videbatur, ad illud multam certe τροφὴν postulari — id quod vs 15. 16 commemoratum non erat. Valet autem eadem ἡ ἰσχὺς etiam in contrariam partem; inter τοὺς πόνους enim, quos δύναται ὑπομένειν, est profecto ἀσιτία quoque.

33 (— b 3). οὕτω δ' ἔχει καὶ ἐπὶ τῶν ἀρετῶν κ. τ. λ. Id quod modo dictum est de robore (valere sc. id in utramque partem), in virtutibus quales vs 33 sqq. describuntur non item observari eo magis notatu dignum videatur, quoniam a 20 – 25 in iisdem secus erat. Nam illic non minus cavebatur, ne quis pro forti θρασύς (vs 21 s.), pro abstinenti ἀναίσθητος (vs 24) evaderet; hic vero in σωφροσύνῃ unum τὸ ἀπέχεσθαι, in ἀνδρείᾳ τὸ καταφρονεῖν καὶ ὑπομένειν solum spectatur. Qua de re erit ita judicandum, illud quidem magis concinere cum doctrinâ philosophi (ei enim quod medium est pariter opponitur τὸ ὑπερβάλλον atque τὸ ἐλλεῖπον), verum hoc cum rerum veritate quae ipsum non fugerat (nam ἀναίσθητοι illi vs 24 ἐλλείποντες περὶ τὰς ἡδονὰς καὶ ἧττον ἢ δεῖ χαίροντες οὐ πάνυ γίνονται 1119 a 5 sq.; nec si de metu agatur, hoc periculum est, ne quis parum tali affectu moveatur).

3. σημεῖον δὲ δεῖ ποιεῖσθαι τῶν ἕξεων. Disputatum est de iis quae agenda sint, si quis virtutem sibi comparare velit, deinde de iis quae agat homo ejusdem jam virtutis compos factus. Audivimus illa et haec (ἐξ ὧν αἱ γενέσεις τῆς ἀρετῆς et ἐν οἷς αἱ ἐνέργειαι τῆς ἀρετῆς a 27 sq.) eadem esse, siquidem ipsae αἱ πράξεις, πῶς πρακτέον αὐτάς (1103 b 30) inter se comparentur. At ab alterâ parte ea quae sic eadem esse dicuntur in diversa genera abire apparet; multum enim differt utrum exercitationis causa aliquod negotium tibi imposueris an idem perficias lubente animo, et facultati et voluntati quas tuas feceris veniam dans. Necessarium igitur ut habeamus quo diversa ista possimus discernere, eoque magis quia adstantibus videntur nobis similia vel potius eadem esse. Qua in re σημεῖον dicit esse Aristoteles τὴν ἡδονήν, ita quidem primum illam in ethica sua inducens. Breviter autem vocatur τῶν ἕξεων σημεῖον, non alio sensu ac si scriptum esset σημεῖον τοῦ τὰ πραττόμενα παρούσης ἤδη ἕξεως ἐνεργείας εἶναι; quae enim dignoscenda sunt diversa ἔργων genera ita differebant ut alterum ad comparandam ἕξιν pertineret, alterum a comparata ἕξει proficisceretur. — Quod vero ἡ ἡδονὴ dicitur ἐπιγίνεσθαι τοῖς ἔργοις bene congruit

1104 b 7 ἀκόλαστος, καὶ ὁ μὲν ὑπομένων τὰ δεινὰ καὶ χαίρων ἢ B
μὴ λυπούμενός γε ἀνδρεῖος, ὁ δὲ λυπούμενος δειλός. περὶ 8
ἡδονὰς γὰρ καὶ λύπας ἐστὶν ἡ ἠθικὴ ἀρετή· διὰ μὲν γὰρ τὴν ἡδονὴν τὰ φαῦλα πράττομεν, διὰ δὲ τὴν λύπην τῶν

---

cum eâ de voluptate doctrinâ in qua tandem acquiescit *K* 4; ibi enim ἡ ἡδονὴ dicitur τὴν ἐνέργειαν τελειοῦν ὡς ἐπιγινόμενόν τι τέλος; minus congruit cum ea disputatione de eadem re quae est in extremo libro *H*. Id quod notatu non indignum.

7. ἢ μὴ λυπούμενός γε: hoc enim satis esse ad virtutes postea in singulis edocebimur; qua in re constat „οὐ δὴ ἐν ἁπάσαις ταῖς ἀρεταῖς τὸ ἡδέως ἐνεργεῖν ὑπάρχει“ 1117 b 15. Et poterat sane idem recte addi de abstinente b 6; nam ὁ σώφρων τῷ μὴ λυπεῖσθαι τῇ ἀπουσίᾳ (τῶν ἡδέων) 1118 b 32; cf. 1119 a 13.

8 s. περὶ ἡδονὰς γὰρ καὶ λύπας ἐστὶν ἡ ἠθικὴ ἀρετή. Quae in proxime antecedente sententia primum ut σημεῖα i. e. ut aliud quid inde noscatur inductae sunt ἡδοναὶ καὶ λῦπαι, jam vides ipsas in hac disputatione suum locum habere; sunt enim τὸ περὶ ὃ ἡ ἀρετή. Nec commemoratur hoc unâ sententiâ, occasione quasi oblatâ, sed ad idem hoc judicium spectant quaecunque usque ad extremum hoc caput leguntur. Ipsum vero scriptorem haud imprudentem in ista incidisse, ut aliquando futurum esset necesse se a parergis ad rem revocare, testantur verba 1105 a 13 sq. Ibi enim respiciens ad totum hoc caput inter ea quae demonstrata sint primum laudat hoc ὅτι ἡ ἀρετὴ περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας. Nam diligenter inde ab initio libri *B* quatuor sunt disposita: πόθεν ἡ ἠθικὴ ἀρετή (ἐξ ἐθισμοῦ cap. 1); ἐκ ποίων πράξεων (1103 b 26—1104 a 27); ἐν ποίοις αἱ ἐνέργειαι αὐτῆς (1104 a 27—b 3); quartum περὶ τί (περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας 1104 b 8—1105 a 13). Quae quum ita sint, in particulâ γὰρ (b 8 περὶ ἡδονὰς γάρ), quippe quâ transitus fiat ad novum aliquod, non desiderabis necessitatem demonstrandi. Cohaerent quidem quae ita copulantur sententiae, nec tamen inde quod ἡ ἡδονὴ est τὸ περὶ ὃ ἡ ἀρετὴ concludi potest, candem esse σημεῖον τῆς ἕξεως (b 3 sq.).

9—13. διὰ μὲν γὰρ τὴν ἡδονὴν τὰ φαῦλα πράττομεν κ. τ. λ. Hoc est primum argumentum quo demonstrari possit ὅτι ἡ ἀρετὴ περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας, cui quidem adjunguntur septem alia (ἔτι b 13; μηνύουσι δὲ καὶ b 16; ἔτι b 18; γένοιτο δ' ἂν ἡμῖν καὶ ἐκ τούτων φανερὸν ἔτι b 29; ἔτι 1105 a 1; κανονίζομεν δὲ καὶ 1105 a 3; ἔτι 1105 a 7). In tali sermone ne offendaris, si singula diligentius perscrutatus inveneris, non unicuique argumento propriam inesse vim, sed diversis locis ut diversa proponi quae si ipsa res quaeratur eodem fundamento niti vel eodem spectare dicenda sint. Neu curiosus sis, ut causam explores cur in hunc potissimum ordinem singula disposita sint. Satis enim in tali re Aristoteles habere solet, ut meditando et circumspiciendo plura ad usum conquirat, tentans quasi quot pateant demonstranti viae seu a sententiâ seu argumentationis formâ diversae. — Unde vero primum argumentum b 9 proficiscitur (διὰ μὲν τὴν ἡδονὴν τὰ φαῦλα πράττομεν, διὰ δὲ τὴν λύπην τῶν καλῶν ἀπεχόμεθα), axioma est in eandem oppositionis formam saepius expressum, velut 1185 b 34 (cf.

3 2 καλῶν ἀπεχόμεθα. διὸ δεῖ ἦχθαί πως εὐθὺς ἐκ νέων, ὡς 1104 b 11
ὁ Πλάτων φησίν, ὥστε χαίρειν τε καὶ λυπεῖσθαι οἷς δεῖ· ἡ γὰρ ὀρθὴ παιδεία αὕτη ἐστίν. ἔτι δ' εἰ ἀρεταί εἰσι περὶ πράξεις καὶ πάθη, παντὶ δὲ πάθει καὶ πάσῃ πράξει ἕπεται ἡδονὴ καὶ λύπη, καὶ διὰ τοῦτ' ἂν εἴη ἡ ἀρετὴ περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας. μηνύουσι δὲ καὶ αἱ κολάσεις γινόμεναι διὰ τούτων· ἰατρεῖαι γάρ τινές εἰσιν, αἱ δὲ ἰατρεῖαι διὰ τῶν ἐναντίων πεφύκασι γίνεσθαι. ἔτι, ὡς καὶ πρότερον

---

13. εἰ ἀρεταί] K[b] αἱ ἀρεταί. 18. πρότερον] K[b] πρώην.

1189 b 30); nec mirum, quamquam fieri potest ut quis διὰ τὴν ἡδονὴν τῶν καλῶν ἀπέχεσθαι, διὰ δὲ τὴν λύπην τὰ φαῦλα πράττειν velit. Sunt igitur ἡδονή et λύπη animi affectiones quibus homines in contrariam virtuti partem abducantur; possunt autem etiam ita comparatae esse eaedem ut nil adversentur, quoniam est non minus aliquod χαίρειν καὶ λυπεῖσθαι οἷς δεῖ (b 12). Vides hoc idem esse ac quod in quarto argumento in utramque partem disputatur ὅτι ὑφ' ἡδονῆς καὶ λύπης πέφυκε χείρων καὶ βελτίων γίνεσθαι ἡ ἕξις (cf. b 19. 21), et ad eandem tendere conclusionem, quae ibidem in alteram partem explicatur, dum virtus quodammodo ἀπάθεια καὶ ἠρεμία (τινῶν ἡδονῶν καὶ λυπῶν) esse dicitur b 24 sq. Apparet enim necesse esse illud quidem genus voluptatis δι' ἣν τὰ φαῦλα πράττομεν aut plane ex animo ejiciatur aut sane potentia ejus infringatur, ut virtus esse possit.

11. 12. ὡς ὁ Πλάτων φησί. Sententiam, quae in his Platoni adscribitur, explicatam legimus de Legg. II, 653 a, quocum loco conferas, quae idem egregie in laudem τροφῆς ἐν μουσικῇ disputat Rep. III, 401. Nec tamen ideo negandum, brevius ejusdem dictum, verbis Aristoteleis fere par, fortasse e scholis ejus inter discipulos notum fuisse. Ipsius Aristotelis tria apponam: 1172 a 20 παιδεύουσι τοὺς νέους οἰακίζοντες ἡδονῇ καὶ λύπῃ; 1339 a 21 .. οἰητέον πρός ἀρετήν τι τείνειν τὴν μουσικὴν ὡς δυναμένην .... τὸ ἦθος ποιόν τι ποιεῖν, ἐθίζουσαν δύνασθαι χαίρειν ὀρθῶς; 1340 b 36 sq. χρὴ ... πρεσβυτέρους γινομένους ... δύνασθαι τὰ καλὰ κρίνειν καὶ χαίρειν ὀρθῶς διὰ τὴν μάθησιν κ. τ. λ.

13 sq. αἱ ἀρεταὶ περὶ πράξεις καὶ πάθη· παντὶ δὲ πάθει καὶ πάσῃ πράξει ἕπεται ἡδονὴ καὶ λύπη (nam πάθη λέγω ... ὅλως οἷς ἕπεται ἡδονὴ καὶ λύπη 1105 b 21. 23 et τελειοῖ τὴν ἐνέργειαν ἡ ἡδονή 1174 b 23). Non prorsus sufficeret istud ἕπεσθαι ad id quod demonstrandum est, nisi constaret animo praesagienti quasi τὸ ἑπόμενον idem esse causam δι' ἣν agat (b 9 s.): id quod in malam quidem partem sine haesitatione passim profitetur Aristoteles; nihil enim τὰ φαῦλα habent quo commendentur nisi quam afferunt voluptatem; at in iis quae καλὰ sunt res ipsa monet ne incaute loquamur.

16—18. αἱ κολάσεις γενόμεναι διὰ τούτων interpretari non poteris nisi δι' ἡδονῶν καὶ λυπῶν: castigari enim etiam qui prohibeantur ab iis quae ipsis dulcia sint. At prohiberi a voluptate est λύπη,

εἴπομεν, πᾶσα ψυχῆς ἕξις, ὑφ' οἵων πέφυκε γίνεσθαι B χείρων καὶ βελτίων, πρὸς ταῦτα καὶ περὶ ταῦτα τὴν φύσιν ἔχει· δι' ἡδονὰς δὲ καὶ λύπας φαῦλαι γίνονται, τῷ διώκειν ταύτας καὶ φεύγειν, ἢ ἃς μὴ δεῖ ἢ ὅτε οὐ δεῖ ἢ ὡς οὐ δεῖ ἢ ὁσαχῶς ἄλλως ὑπὸ τοῦ λόγου διορίζεται τὰ τοιαῦτα. διὸ καὶ ὁρίζονται τὰς ἀρετὰς ἀπαθείας τινὰς καὶ ἠρεμίας· οὐκ εὖ δέ, ὅτι ἁπλῶς λέγουσιν, ἀλλ' οὐχ ὡς δεῖ καὶ ὡς οὐ δεῖ, καὶ ὅτε, καὶ ὅσα ἄλλα προστίθεται. ὑπόκειται ἄρα ἡ ἀρετὴ εἶναι ἡ τοιαύτη περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας τῶν βελτίστων πρακτική, ἡ δὲ κακία τοὐναντίον. γένοιτο δ' ἂν ἡμῖν καὶ ἐκ τούτων φανερὸν ἔτι περὶ τῶν αὐτῶν. τριῶν γὰρ ὄντων τῶν εἰς τὰς αἱρέσεις καὶ τριῶν

22. ἢ ὅτε οὐ δεῖ] om. K^b. 29. ἔτι] K^b ὅτι.

ut a sententiâ unum verum sit διὰ λυπῶν. Itaque quaerendum: τίνων ἰατρεῖαι (vs 17) αἱ κολάσεις διὰ λυπῶν γινόμεναι; κακίας profecto, quae vel perspiciatur in pravâ voluptate vel potius inde originem habeat. Quod igitur μηνύουσιν ita αἱ κολάσεις γινόμεναι διὰ τῶν ἐναντίων (vs 18) non est sententia περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας εἶναι τὴν ἀρετήν, sed multo rectius refertur ad illud vs 9· ὅτι διὰ τὴν ἡδονὴν τὰ φαῦλα πράττομεν vel (id quod idem est) φαῦλοί ἐσμεν.

18 (—26). ὡς καὶ πρότερον εἴπομεν: a 27—29. Et hoc quidem ut conclusio ista, qua virtutis opera tota ad voluptatem ablegatur quoniam in eâdem vis inest impediendae et corrumpendae virtutis, ad generalem illam legem πάσης ἕξεως (vs 19) revocetur, proprium est hujus argumenti quo imprimis a primo differt (v. ad b 9 sq.). Quod enim vs 25 contra τοὺς ὁριζομένους τὰς ἀρετὰς ἀπαθείας τινὰς καὶ ἠρεμίας adjicitur judicium οὐκ εὖ δὲ κ. τ. λ., ratione eget eâ quae adfuisset si ex sententiâ illâ ὑφ' οἵων πέφυκε γίνεσθαι χείρων καὶ βελτίων (vs 19) extrema verba καὶ βελτίων translatae essent ad voluptatem doloremque vs 21. Quod quum non sit factum (id unum enim dictum φαύλας γίνεσθαι τὰς ἕξεις δι' ἡδονάς), non meliore causâ hic repudiantur αἱ ἀπάθειαι καὶ ἠρεμίαι quam fieri poterat jam vs 12 dum constabat esse etiam οἷς δεῖ χαίρειν τε καὶ λυπεῖσθαι. — Ceterum ad rem conferas 246 b 19 ἡ ἀρετὴ ποιεῖ ἢ ἀπαθὲς ἢ ὡς δεῖ παθητικόν. Sin talia invenias quale est 125 b 21 ὁ ἀνδρεῖος ἀπαθής, ut opponatur ὁ πάσχων, μὴ ἀγόμενος δέ, ipsâ oppositionis ratione intelligas, ad aliam doctrinae partem ista pertinere.

27. 28. Ecce prima jam virtutis definitio, reperta illa quidem priusquam τὸ τί ἐστιν ἡ ἀρετὴ quaeri coeptum est.

30. τριῶν γὰρ ὄντων τῶν εἰς τὰς αἱρέσεις seu τῶν αἱρετῶν, τῶν προαιρετῶν vel etiam τῶν φιλητῶν et τῶν ὀρεκτῶν: nihil enim in his vocibus discriminis, quatenus de rebus exoptatis agitur. Tria esse genera (καλόν, ἡδύ, συμφέρον) apud Aristotelem constat: v. 105 a 28; 118 b 28; 1155 b 19 (ubi quod hic συμφέρον est, χρήσιμον vocatur, in

2 τῶν εἰς τὰς φυγάς, καλοῦ συμφέροντος ἡδέος, καὶ τριῶν 1104 b 31 τῶν ἐναντίων, αἰσχροῦ βλαβεροῦ λυπηροῦ, περὶ ταῦτα μὲν πάντα ὁ ἀγαθὸς κατορθωτικός ἐστιν ὁ δὲ κακὸς ἁμαρτητικός, μάλιστα δὲ περὶ τὴν ἡδονήν· κοινή τε γὰρ αὕτη τοῖς ζῴοις, καὶ πᾶσι τοῖς ὑπὸ τὴν αἵρεσιν παρακολουθεῖ· καὶ γὰρ τὸ καλὸν καὶ τὸ συμφέρον ἡδὺ φαίνεται. ἔτι 1105 a δ' ἐκ νηπίου πᾶσιν ἡμῖν συντέθραπται· διὸ χαλεπὸν ἀπο-

31. τῶν εἰς] ex uno (ut vid.) K^b; cett. ὄντων τῶν εἰς, ὄντων εἰς. 32. βλαβεροῦ] ex uno (ut vid.) K^b; cett. ἀσυμφόρου. 32. 33. ταῦτα μὲν πάντα] Bekk. ex uno (ut vid.) N^b πάντα μὲν ταῦτα. 34. μάλιστα δὲ] K^b μάλιστα.

2. συντέθραπται] K^b συντετράφθαι.

locum vero τοῦ καλοῦ successit τὸ ἀγαθόν). E tribus his, si rerum veritatem spectes, reponetur unum τὸ χρήσιμον seu συμφέρον quia non suâ causâ petitur, ut non minus recte duo tantum saepe pro tribus appareant: τὸ ἀγαθόν (καλόν) et τὸ ἡδύ, seu ὄντα seu φαινόμενα v. 1155 b 20 s.; 1369 b 18 sq.; 1110 b 9 sq. Imo ad unum omnia poterunt revocari: ipsum enim τὸ ἡδὺ induit quasi alienam boni speciem ut appetatur (φαινόμενον ἀγαθὸν τὸ ἡδύ 1235 b 27; 1113 a 34; 1157 a 32 s.; 1227 b 2). Quapropter ita quidem rectissime diceretur ὁ κατορθωτικὸς περὶ τὸ ἀγαθὸν (cf. vs 33) ab omnibus partibus perfectus atque absolutus esse. At suo jure haec nunc non curat philosophus; id enim agit quibus rebus plerumque et maxime moveantur animi hominum vel in quibus semper occupati sint omnes. Quo spectans haud falso sane censet ὅτι μάλιστα ὁ ἀγαθὸς κατορθωτικὸς περὶ τὴν ἡδονήν (b 34).

34. κοινή τε γὰρ αὕτη τοῖς ζῴοις. Ambigas an hoc argumento demonstrari possit quod demonstrandum est; quid enim ad virtutem humanam, si ceteris quoque animalibus sensus voluptatis cujusdam inest: „ζητεῖται δὲ τὸ ἴδιον“ (1097 b 34). Qua in re non opus ad aliam Aristotelis sententiam qualis est 1153 b 25 (καὶ τὸ διώκειν δ' ἅπαντα καὶ θηρία καὶ ἀνθρώπους τὴν ἡδονὴν σημεῖόν τι τοῦ εἶναί πως τὸ ἄριστον αὐτήν) provocare, sed sufficit in ipso hoc loco interpretando diligentem esse. Ut enim particulae τε — καὶ monent, vis demonstrandi duabus sententiis conjunctis tribuenda est, quarum posteriore voluptas dicitur omnibus τοῦ αἱρετοῦ generibus adjuncta esse, priore ab omnibus qui omnino eligendi facultatem habent appeti; unde sequitur operam virtutis, qua κατορθωτικοὺς ποιεῖ περὶ τὴν ἡδονήν, et αἱρέσεις quaslibet amplecti et pertinere etiam ad eos qui de honesto et de utili nondum cogitant velut τοὺς νηπίους 1105 a 2, quorum ne πρᾶξις quidem ulla est (οὐ γάρ φαμεν τὸ παιδίον πράττειν οὐδὲ τὸ θηρίον 1224 a 28).

2. πᾶσιν ἡμῖν συντέθραπται. Ob hoc quoque virtus dicenda est maxime ad τὰς ἡδονὰς καὶ τὰς λύπας spectare. Has enim pro natura humana qualescunque recepisse in animum necesse est, priusquam τὸ καλὸν rationi nostrae obversari inceperit. Itaque aut Platonicâ illâ

1105 a 3 τρίψασθαι τοῦτο τὸ πάθος ἐγκεχρωσμένον τῷ βίῳ. κα- B νονίζομεν δὲ καὶ τὰς πράξεις, οἱ μὲν μᾶλλον οἱ δὲ ἧττον, ἡδονῇ καὶ λύπῃ. διὰ ταῦτ' οὖν ἀναγκαῖον εἶναι περὶ ταῦτα τὴν πᾶσαν πραγματείαν· οὐ γὰρ μικρὸν εἰς τὰς πράξεις εὖ ἢ κακῶς χαίρειν ἢ λυπεῖσθαι. ἔτι δὲ χαλεπώτερον ἡδονῇ μάχεσθαι ἢ θυμῷ, καθάπερ φησὶν Ἡράκλειτος, περὶ δὲ τὸ χαλεπώτερον ἀεὶ καὶ τέχνη γίνεται καὶ ἀρετή· καὶ γὰρ τὸ εὖ βέλτιον ἐν τούτῳ. ὥστε καὶ διὰ τοῦτο περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας πᾶσα ἡ πραγματεία καὶ τῇ ἀρετῇ καὶ

5. διὰ ταῦτ'] Bekk. c. ll. διὰ τοῦτ'.

ὀρθῇ παιδείᾳ curandum erit, ut jam primi hi animorum motus ad virtutem conformentur, aut si hoc neglectum fuerit omnium primum et maxime necessarium, ut quae praesens 'adsit vis male adulta a virtute ejiciatur. Utrumque difficile (nam etiam ἐκ νέου ἀγωγῆς ὀρθῆς τυχεῖν πρὸς ἀρετὴν χαλεπόν κ. τ. λ. 1179 b 31); sed quod difficile est ipsum quasi ad se trahit virtutis operam, ut in ultimo argumento a 7 sq. explicatur.

3. κανονίζομεν δὲ καὶ ... a 5 ἡδονῇ καὶ λύπῃ i. e. nemo non, considerans ea quae aguntur, aut hoc unum aut praeter alia hoc quoque (a 4 οἱ μὲν μᾶλλον, οἱ δ' ἧττον) quaerit, utrum placeant sibi an tristia videantur singula, ex hoc discrimine duobus generibus rerum agendarum factis. Unde sane apparet quantum omnes τῇ ἡδονῇ καὶ τῇ λύπῃ tribuant, nec cogitatione solâ sed etiam in statuendo quid fieri debeat. — Non obscura haec. Sed valde dubium, an hoc quidem argumentum tale sit, in quo prae ceteris strui possit conclusio διὰ τοῦτ' οὖν ἀναγκαῖον εἶναι περὶ ταῦτα τὴν πᾶσαν πραγματείαν a 5. Conferas quod insuper adjecto ultimo argumento (a 7—10) iterum legitur a 10 ὥστε καὶ διὰ τοῦτο περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας πᾶσα ἡ πραγματεία. Conjicio a 5 scriptum fuisse διὰ ταῦτ' οὖν ἀναγκαῖον, ut his verbis finis imponatur universae argumentationi 1104 b 8 inchoatae.

8. καθάπερ φησὶ Ἡράκλειτος. Videtur illud Heracliteum dici quod exstat 1223 b 23 et 1315 a 30 χαλεπὸν θυμῷ μάχεσθαι· ψυχῆς γὰρ ὠνεῖται, eâdem sententiâ qua Democritus (Stob. Floril. XX, 56) θυμῷ μάχεσθαι μὲν χαλεπόν· ἀνδρὸς δὲ τὸ κρατεῖν εὐλογίστου. Ut quae hic additur comparatio inter voluptatis interque irae potentiam, in qua quidem summa sententiae omnis posita est, ipsius sit Aristotelis.

11. . . πᾶσα ἡ πραγματεία καὶ τῇ ἀρετῇ καὶ τῇ πολιτικῇ. Quum τῇ ἀρετῇ esse πραγματεία, ἡ ἀρετὴ dicatur πραγματεύεσθαι, liquet πραγματείαν hanc non esse positam in aliqua mentis occupatione, sed in procuratione et actione. Illud quidem in hac voce usitatius vel ut supra 1103 b 26 ἡ παροῦσα πραγματεία οὐ θεωρίας ἕνεκα ὥσπερ αἱ ἄλλαι, at hoc quoque minime alienum ab usu ut etiam ὄψων πραγματεία scripserit Aristoteles (1339 a 40). Probabile igitur, τὴν πολιτικὴν cui in eadem re partes attribuantur, non esse disciplinam theoreticam qua τἀνθρώπινον ἀγαθὸν noscitur, sed operam eorum qui reipublicae

3 2 τῇ πολιτικῇ· ὁ μὲν γὰρ εὖ τούτοις χρώμενος ἀγαθὸς ἔσται· 1105 a 12
8 ὁ δὲ κακῶς κακός. ὅτι μὲν οὖν ἐστὶν ἡ ἀρετὴ περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας, καὶ ὅτι ἐξ ὧν γίνεται, ὑπὸ τούτων καὶ αὔξεται καὶ φθείρεται μὴ ὡσαύτως γινομένων, καὶ ὅτι ἐξ ὧν ἐγένετο, περὶ ταῦτα καὶ ἐνεργεῖ, εἰρήσθω.

---

praesunt. Quae opera πᾶσα dicitur περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας esse eodem fere jure, quo ἡ πολιτικὴ 1099 b 30 dicebatur πλείστην ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι τοῦ ποιούς τινας καὶ ἀγαθοὺς τοὺς πολίτας ποιῆσαι; cf. 1102 a 7 sq.

13—16. Tria in disputatione hujus capitis demonstrari vidimus: ἐκ ποίων πράξεων ἡ ἀρετή; (—1104 a 27), ὅτι ἡ ἀρετὴ ἐξ ὧν γίνεται ἐν τούτοις καὶ ἐνεργεῖ (—1104 b 3. 8), ὅτι περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας ἡ ἀρετή (—1105 a 13). Quorum quod ultimum erat (ut fit apud Aristotelem; v. ad primum prooemium) primo loco commemoratur in hac clausula, medium tertio loco; quod vero primum fuerat non satis recte vel non accurate descriptum reperimus. Hoc enim ὅτι ἐξ ὧν γίνεται ὑπὸ τούτων καὶ αὔξεται καὶ φθείρεται μὴ ὡσαύτως γινομένων (vs 14 s.) haud quidem dissentit ab iis quae 1104 a 11—26 dicta sunt; imo et illic idem censebatur (cf. 1104 a 17 τὰ δὲ σύμμετρα καὶ ποιεῖ καὶ αὔξει καὶ σώζει); at non verum, ad hanc sententiam demonstrandam tendere quae illo loco disputata sunt. Nihilominus — nam in tali κεφαλαιώσει paullo liberius singula disponere non insolitum est Aristoteli — hac ipsâ clausulâ docemur, caput istud secundum editionis nostrae scriptori et ipsi visum esse unam efficere disputationem tripartitam (v. quae huic capiti praemisimus).

Cap. 3. Quam viam cap. 1 et priore cap. 2 iis qui ad virtutem pergunt praescripsit difficilem, ut continuâ exercitatione se assuefaciant fini suo, adjuncto hoc tertio capite firmat, dubitatione quadam sublatâ. Assurgit enim difficultas, minus quidem illa (ut legentes percipimus) nata e sententiarum obscuritate, quam excogitata ab hominibus inertiam suam excusantibus. *Explicetur quomodo fieri possit ut aliquis virtutem sibi comparet saepe iis officiis fungendo quae ab eadem virtute postulantur. Opponatur enim qui hoc perficiat eum non jam pergere ad acquirendam virtutem, sed habere illam* (—1105 a 21). *At hoc ne in artibus quidem vel literis verum; accidere enim potest, ut rudis aliquis recte quaedam vel casu vel alio auctore conficiat quorum scientiam nullam habet* (— a 26); *in virtute vero etiam plura necessaria sunt quae ad ipsum spectant hominem ut actio quaedam ab illâ profecta esse dici possit: praeter id, ut non exciderit inscio, voluntas libera neque alia spectans eaque sibi constans, quae non obtingit nisi per longum tempus probato* (— b 5). *Res quidem gestae igitur per se bene habebunt dum adaequatae sint iis quae a viris bonis geruntur; at is qui gessit eas ipse bonus ita tantum dicendus est, si eodem modo egerit quo viri boni agunt. Ergo quod sententiae nostrae objiciebatur, nihil est* (— b 12). *Imo qui spretâ hac viâ vulgo satis sibi fecisse videntur dum audiant de his rebus disputantes ipsique disputent, non magis ad virtutem pervenient quam ad sanitatem corporis qui medicorum sermones auscultant, iis quae praecepta fuerint nullo modo obsecuturi* — 1105 b 18.

1105 a 17 ἀπορήσειε δ' ἄν τις, πῶς λέγομεν ὅτι δεῖ τὰ μὲν δίκαια πράττοντας δικαίους γίνεσθαι, τὰ δὲ σώφρονα σώφρονας· εἰ γὰρ πράττουσι τὰ δίκαια καὶ τὰ σώφρονα, ἤδη εἰσὶ δίκαιοι καὶ σώφρονες, ὥσπερ εἰ τὰ γραμματικὰ καὶ τὰ μουσικά, γραμματικοὶ καὶ μουσικοί. ἢ οὐδ' ἐπὶ τῶν τεχνῶν οὕτως ἔχει; ἐνδέχεται γὰρ γραμματικόν τι ποιῆσαι καὶ ἀπὸ τύχης καὶ ἄλλου ὑποθεμένου. τότε οὖν ἔσται γραμματικός, ἐὰν καὶ γραμματικόν τι ποιήσῃ καὶ γραμματικῶς· τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ κατὰ τὴν ἐν αὐτῷ γραμματικήν. ἔτι οὐδ' ὅμοιόν ἐστιν ἐπὶ τῶν τεχνῶν καὶ τῶν ἀρετῶν· τὰ μὲν γὰρ ὑπὸ τῶν τεχνῶν γινόμενα τὸ εὖ ἔχει ἐν αὑτοῖς, ἀρκεῖ οὖν ταῦτά πως ἔχοντα γενέσθαι· τὰ δὲ κατὰ τὰς ἀρετὰς γινόμενα οὐκ ἐὰν αὐτά πως ἔχῃ, δι- B

19. καὶ τὰ] $K^b M^b$ καί. 21. καὶ τὰ] e K^b; cett. καί. 27. 28. ἔχει ἐν αὑτοῖς] K^b ἔχειν αὑτοῖς. 28. οὖν] K^b τῷι.

17. πῶς λέγομεν sc. ut 1103 a 31. 34—b 2 factum est.

21. ἢ particula, ut saepe in ἀπορίαις, non ejus est qui plura est propositurus unde eligas quod forte magis placeat, sed ejus qui argumento suo litem dirimit. Refutatur enim nunc quidem similitudo ea, qua adversarii sententiam suam firmabant „ὥσπερ εἰ . . .“ vs 20. Neque enim in artibus res ita habet ut putare videntur. Accedit vs 26 ἔτι; quo altero argumento discimus, ne esse quidem illam similitudinem; nam propria et diversa est natura virtutis.

23. ἀπὸ τύχης: in hoc quidem per se non magna inest demonstrandi vis; τὸ πράττειν enim, quod dubitationem movebat (vs 19), cogitandum erat ἐξ ἐθισμοῦ esse; quod autem ἀπὸ τύχης est, non fit identidem.

26. ἔτι οὐδ' ὅμοιόν ἐστιν ἐπὶ τῶν τεχνῶν καὶ τῶν ἀρετῶν. Teneatur quo spectet omnis haec disputatio: ut perspiciatur posse aliquem multa δίκαια perpetrare et assuesci tali agendi rationi, qui nondum ipse sit δίκαιος. Probatur autem hoc in hac argumentatione, quae vs 26 suscepta pergit usque ad b 9, ita ut moneamur, multum differre utrum dicamus id ipsum quod perpetratum sit justum esse, an δικαίως et a δικαίῳ perpetratum esse aliquid. Eamque discrepantiam in virtute multo esse majorem quam in artibus. Quodsi igitur audiverimus etiam in his fieri nonnunquam γραμματικόν τι quin γραμματικῶς sit factum neque a γραμματικῷ (vs 22—25), in hac late patere spatium eorum πραγμάτων (b 7) quae per se recte habeant, in quibus vero si ad τὸν πράξαντα spectaveris aut unum aut plura desiderentur quae nequeant deesse in virtute.

27. 29. τὰ μὲν γὰρ ὑπὸ τῶν τεχνῶν γινόμενα … τὰ δὲ κατὰ τὰς ἀρετὰς γινόμενα. In hac brevitate loquendi singula ita sunt comparata, ut differentia eorum quae opponuntur augeatur: quo quum properaret scriptor, non prorsus ex aequo omnia exposita esse vides. Quod enim

3 καίως ἢ σωφρόνως πράττεται, ἀλλὰ καὶ ἐὰν ὁ πράττων 1105 a 30
πῶς ἔχων πράττῃ, πρῶτον μὲν ἐὰν εἰδώς, ἔπειτ' ἐὰν προαιρούμενος, καὶ προαιρούμενος δι' αὐτά, τὸ δὲ τρίτον καὶ ἐὰν βεβαίως καὶ ἀμετακινήτως ἔχων πράττῃ. ταῦτα δὲ πρὸς μὲν τὸ τὰς ἄλλας τέχνας ἔχειν οὐ συναριθμεῖται, πλὴν 1105 b
αὐτὸ τὸ εἰδέναι· πρὸς δὲ τὸ τὰς ἀρετὰς τὸ μὲν εἰδέναι μικρὸν ἢ οὐδὲν ἰσχύει, τὰ δ' ἄλλα οὐ μικρὸν ἀλλὰ τὸ πᾶν

31. πῶς] Bekk. πως. 31. 32. ἐὰν προαιρούμενος] om. K[b]. 32. δι' αὐτά] K[b] διὰ ταῦτα. καὶ ἐὰν] K[b] ἐὰν καί.
2. τὸ τὰς] K[b] τάς. 2. 3. μικρὸν ἢ οὐδὲν] K[b] οὐδὲν ἢ μικρόν. 3. τὸ πᾶν] K[b] πᾶν.

in altero membro ad praedicatum enunciationis recte describendum necessarium videbatur „δικαίως ἢ σωφρόνως πράττεται" vs 29. 30, per analogiam idem etiam in priore membro ut diversum quoddam notatu erat dignum. Nisi forte aut in artibus τὰ γινόμενα omnia τεχνικῶς et a perito artifice fiunt, aut in virtute nil est κατὰ τὰς ἀρετὰς praeter ea quae δικαίως quoque vel σωφρόνως πράττεται. Sed illud nolle Aristotelem dicere testantur et praecedentia verba vs 22 sq. et subsequentia b 1 (πλὴν αὐτὸ τὸ εἰδέναι), hoc ab ejus sententiâ quam maxime alienum esse discimus mox b 5 τὰ μὲν οὖν πράγματα. Ita igitur censebimus: differentiam de qua agatur, primo a 27 sqq. paullo supra modum auctam, procedente disputatione ad rectam mensuram revocari. Diceres huc jam spectasse illum quum a 27 scriberet ὑπὸ τῶν τεχνῶν, at a 29 κατὰ τὰς ἀρετάς.

27. τὸ εὖ ἔχειν ἐν αὑτοῖς ea quae ab artibus originem ducunt ita quoque verum est, quoniam ἡ ποίησις (quae artium est) ut suum τέλος habet ἔργα τινὰ παρὰ τὰς ἐνεργείας (v. 1094 a 4 s.) i. e. illa τὰ γινόμενα. Πράξεως vero et virtutis finis non τὰ πράγματα (b 5) sed αἱ ἐνέργειαι vel ipsae αἱ πράξεις.

30. ἀλλὰ καὶ ἐάν. Ne conjicias rectius esse ἐὰν καί: non ineptâ quidem conjecturâ, sed fere contra usum illum qui etiam vs 32 (τὸ δὲ τρίτον καὶ ἐάν) observatur.

31 sq. πρῶτον μὲν ἐὰν εἰδώς .... ἔχων πράττῃ. Ita quidem primum gravissimae, in ethicis notiones (εἰδήσεως, προαιρέσεως, ἕξεως), quibus explicandis imprimis prima tertii libri pars dabit operam, aut omnino in disputationem advocantur aut novo quasi honore ornantur. Nam ἕξεως sane nomen jam saepe legimus, ipsam vero πρᾶξιν mancam esse nisi βεβαία subsit ἕξις novum sane; προαιρέσεως autem ne nomen quidem adhuc audivimus; quidque faciat τὸ εἰδέναι (vel τὸ μὴ ἀγνοεῖν) ad vitam honestam, item nunc primum monemur. Mirum videretur, ad tantas res procedere scriptorem quasi fortuito in tractandâ ἀπορίᾳ quadam (a 17), nisi usu convinceremur, prudentem ita Aristotelem in docendo progressus instituisse.

2. πρὸς δὲ τὸ τὰς ἀρετὰς sc. ἔχειν (b 1); at valde dubito annon magis sit Aristotelicum omisso articulo negligentius πρὸς δὲ τὰς ἀρετάς, ut est in K[b]. Ad virtutes igitur τὸ μὲν εἰδέναι μικρὸν ἢ οὐδὲν

1105 b 4 δύναται, ἅπερ καὶ ἐκ τοῦ πολλάκις πράττειν τὰ δίκαια καὶ B 3
σώφρονα περιγίνεται. τὰ μὲν οὖν πράγματα δίκαια καὶ σώ- 4
φρονα λέγεται, ὅταν ᾖ τοιαῦτα οἷα ἂν ὁ δίκαιος ἢ σώφρων πράξειεν· δίκαιος δὲ καὶ σώφρων ἐστὶν οὐχ ὁ ταῦτα πράττων, ἀλλὰ καὶ ὁ οὕτω πράττων ὡς οἱ δίκαιοι καὶ οἱ σώφρονες πράττουσιν. εὖ οὖν λέγεται ὅτι ἐκ τοῦ δίκαια πράττειν ὁ δίκαιος γίνεται, καὶ ἐκ τοῦ τὰ σώφρονα ὁ σώφρων· ἐκ δὲ τοῦ μὴ πράττειν ταῦτα οὐδεὶς ἂν οὐδὲ μελλήσειε γενέσθαι ἀγαθός. ἀλλ' οἱ πολλοὶ ταῦτα μὲν οὐ πράττουσιν, ἐπὶ δὲ τὸν λόγον καταφεύγοντες οἴονται φιλοσοφεῖν καὶ οὕτως ἔσεσθαι σπουδαῖοι, ὅμοιόν τι ποιοῦντες τοῖς κάμνουσιν, οἳ τῶν ἰατρῶν ἀκούουσι μὲν ἐπιμελῶς, ποιοῦσι δ' οὐθὲν τῶν προσταττομένων. ὥσπερ οὖν οὐδ' ἐκεῖνοι εὖ

---

8. καὶ οἱ] $K^b M^b O^b$ καί.

ἰσχύει: haud quidem ita ut parum referat utrum tibi sis conscius eorum quae agis necne; sed ita ut ea quae praeter istam conscientiam desiderantur plura sint et multo majoris momenti. Nam *τὸ εἰδέναι* vel (ut suo loco accuratius circumscribetur) *τὸ μὴ δι' ἄγνοιαν* dimidia fere pars tantum eorum quae adesse debent ne quid sit *ἀκούσιον*; permulta vero sunt *ἑκούσια*, in quibus nec virtus spectatur nec pravitas; v. libri Γ prima capita. — An tu legens *τὸ εἰδέναι μικρὸν ἰσχύειν* cogitabas de generali et theoreticâ harum rerum scientiâ ad quam mox Aristoteles respecturus est vituperans illos qui *ἐπὶ τὸν λόγον καταφεύγοντες οἴονται φιλοσοφεῖν καὶ οὕτως ἔσεσθαι σπουδαῖοι* (b 13 sq.)? Sic quoque vera profecto est sententia b 2. Sed debebat magister audientibus explicationem de eâ scientiâ quam ut omnium primam desideravit in unoquoque qui agit (a 31 *πρῶτον μὲν ἐὰν εἰδώς*), et quae ex analogiâ aequalis est illi, qua egent omnes in artibus occupati, ne *ἀπὸ τύχης καὶ ἄλλου ὑποθεμένου* dicantur recte fecisse (a 22 sq.; b 1 sq.).

9. *εὖ οὖν λέγεται*: apertum enim nunc illud *πῶς λέγομεν* a 17, de quo quaerebatur. Nam *τὰ δίκαια* vel *σώφρονα*, quibus perficiendis perducimur ad virtutem, *πράγματα* sunt *δίκαια* et *σώφρονα* (b 5), non *πράξεις* neque *ἐνέργειαι κατ' ἀρετήν*. Possunt illa fieri forte pueriliter et temere, ut absit *τὸ εἰδέναι*, *τὸ προαιρεῖσθαι* vel certe *τὸ προαιρεῖσθαι δι' αὐτά*, absit denique *τὸ βεβαίως καὶ ἀμετακινήτως* (a 31 sq.). Sin perseveretur in tali exercitatione, animus humanus ita est comparatus, ut efficiant ipsa illa opera imperfecta id unde nascantur quae vere perfecta et absoluta sunt (b 4. 5). Aliunde igitur suscepta non tantum usu propria fiunt, sed etiam internam animi conditionem et quasi vitam permutant. Ita rem habere praeclare Aristoteles explicavit; quomodo vel quibusnam naturae humanae viribus efficiatur, non investigavit.

B 3 ἕξουσι τὸ σῶμα οὕτω θεραπευόμενοι, οὐδ' οὗτοι τὴν ψυ- 1105 b 17 χὴν οὕτω φιλοσοφοῦντες.

4 μετὰ δὲ ταῦτα τί ἐστιν ἡ ἀρετὴ σκεπτέον. ἐπεὶ οὖν τὰ ἐν τῇ ψυχῇ γινόμενα τρία ἐστί, πάθη δυνάμεις ἕξεις,

---

19. μετὰ — ἀρετὴ] K[b] τί δ' ἐστὶν ἡ ἀρετὴ ἑξῆς.

Cap. 4—7. De virtute ethicâ disputaturus primum B 1—3 unde illa nascatur quaesivit philosophus; alterâ quaestione quid sit virtus ethica initio (cap. 1) tacite omissâ, post (in primo capite 2) fere spretâ. Ad hanc nunc se convertit; eam enim negligi non posse, prior illa disputatio (v. quae capiti 2 praemisimus) ipsa satis edocuit. Absolvit vero eam ita ut justo ordine cap. 4 inquirat quid sit genus virtutis: ἕξις τις; deinde capp. 5. 6. speciem definiat: est ἕξις προαιρετικὴ ἐν μεσότητι οὖσα; denique in singulis quibusque virtutibus cap. 7 comprobet, veram esse quam generalem virtutis descriptionem proposuit.

Cap. 4. *Quaerentibus quid sit virtus obversabitur, in animo esse πάθη, δυνάμεις, ἕξεις: tria genera quorum uni virtus adscribenda erit* — 1105 b 28. *At inter affectus certe non est, quia propter hos ipsos nemo neque bonus malusve vocatur nec laudatur vituperaturve; porro quia hi quidem non pendent a voluntatis nostrae arbitrio, virtus vero tota huc spectat; denique quia affectibus non status quidam animi gignitur, sed motus aliquis* — 1106 a 6. *Nec magis δύναμιν dicemus vitutem, ob easdem fere causas. Nemo enim bonus malusve, laude vituperiove dignus est ideo quod eam habet facultatem ut possit animo commoveri. Praeterea hoc quidem naturae dono contingit, at virtutis originem aliam esse scimus* — 1106 a 11. *Reliquum igitur ut virtutem generi τῶν ἕξεων adnumeremus* — 1105 a 13.

19. τί ἐστιν ἡ ἀρετὴ σκεπτέον. Quum igitur in eo esset ut vellet philosophus definitionem virtutis proponere, rite procedendum esse ratus primum toto hoc capite de genere ejus quaesivit (τί ἐστι τῷ γένει 1106 a 12). Qua in re quum efficeret, ἕξιν illam esse, non novum quidem invenit, sed quod in omni disputatione quae inde a A 13 praecedebat vel tacite vel expressis verbis sumserat, nunc probavit verum esse. Sine dubitatione enim jam 1103 a 9 censuerat ἕξεων δὲ τὰς ἐπαινετὰς ἀρετὰς λέγομεν; 1103 b 21 et similiter locis compluribus scribens ἐκ τῶν ὁμοίων ἐνεργειῶν αἱ ἕξεις γίνονται, voce ἕξεις ad ipsas virtutes spectaverat; nec potuisset 1105 a 32 docere, τὰς πράξεις ita tantum a praesenti virtute profectas esse, si ὁ πράττων βεβαίως καὶ ἀμετακινήτως ἔχων egerit, nisi persuasum habuisset virtutem ἕξιν βεβαίαν esse.

20. τὰ ἐν τῇ ψυχῇ γινόμενα τρία ἐστί. Quum a summo genere (τὰ ἐν τῇ ψυχῇ γινόμενα) per divisionem descendatur ad proximum genus (τὰς ἕξεις), omnis vis demonstrationis inde pendet ut in divisione nulla pars praetermissa sit. Qua in re multa essent quae juste scriptori objicerentur (annon etiam ἐνέργειαι variae, αἰσθήσεις, νοήσεις, alia sunt ἐν τῇ ψυχῇ γινόμενα?), nisi ipsâ, de qua agitur, re quaedam certe prorsus praeclusa essent. Postquam enim A 13 evictum est, virtutem ethicam τοῦ ὀρεκτικοῦ esse, licebat sane, dum ejusdem in animo quasi

1105 b 21 τούτων ἄν τι εἴη ἡ ἀρετή. λέγω δὲ πάθη μὲν ἐπιθυμίαν, ὀργήν, φόβον, θράσος, φθόνον, χαράν, φιλίαν, μῖσος, πόθον, ζῆλον, ἔλεον, ὅλως οἷς ἕπεται ἡδονὴ ἢ λύπη· δυ- B

21. ἄν τι] ex uno (ut vid.) K^b; cett. τι ἄν. 22. θράσος, φθόνον] K^b φθόνον, θάρσος.

locus quaeritur, τὴν ψυχὴν vocare, intelligere τὴν ὀρεκτικὴν ψυχήν. Quod nisi voluisset Aristoteles ne ea quidem quae enumerat (πάθη, δυνάμεις, ἕξεις), ita potuisset describere ut fecit b 23—26. Ipse enim tum ἕξεις praedicavit τὰς διανοητικὰς quoque (1103 a 8 s.), καθ' ἃς minime πρὸς τὰ πάθη ἔχομεν εὖ ἢ κακῶς (b 26); tum passim et vario modo in animo δυνάμεις vocat, quae omnino alienae sunt ab affectibus (b 24), velut ubi τὴν δεινότητα proprio nomine dicit δύναμιν, non ἕξιν esse 1144 a 23 (— 30). Nihilominus etiamsi haec ut par est reputentur concedendum erit, ita quoque divisionem illam εἰς τρία vix ab omnibus partibus firmatam esse, ut in eâ demonstratio stare possit. Quid? quas ipse 1106 a 3 commemorat προαιρέσεις, nonne ad eam pertinent ψυχήν, de qua nunc quaeritur? annon scimus, eas non ab affectibus tantum et δυνάμεσι, sed etiam ab ἕξεων naturâ diversas esse? Aristotelem censeo hoc in capite minus id spectasse ut conclusionem suam, quippe quae jam satis constaret, perfecto syllogismo tueretur, quam id ut hac occasione rem gravissimam exponeret, quaenam esset ratio inter ἕξεις et inter πάθη atque δυνάμεις. — Eudemiorum caput quod proxime quidem ad haec at deflexo argumentationis tenore accedit (1220 b 6—20) dolendum quod mendis ita inquinatum nobis traditum est ut certum judicium vix admittat. MM. in tali re (1186 a 9—19) cupide pressisse vestigia Nicomacheorum, haud mirum.

23. καὶ ὅλως οἷς ἕπεται ἡδονὴ ἢ λύπη. Voce καὶ ὅλως discimus, noluisse Aristotelem, dum vs 21—23 undecim πάθη enumerat, affirmare praeter ista nulla esse alia. Nec poterat tale quid dicere, si curabat ut diversi Nicomacheorum ipsorum loci inter se consentirent. Omissa enim hic, ut unum commemorem, ἡ αἰδώς, quam inter affectûs esse 1108 a 31 s. et 1128 b 10 sq. demonstrat. Praeterea videmus in iis quorum mentio fit passim bina conjungi quae ex adverso sibi opposita sint: φόβον — θράσος, φιλίαν — μῖσος; at in aliis neglecto contrario affectu unum tantum recepit. Annon τῇ χαρᾷ doloris quoddam genus contrarium? et τῷ φθόνῳ, si caput 7 sequamur, ex adverso posita ἐπιχαιρεκακία et νέμεσις (1108 a 35—b 6); sin audiamus Rhetorica (B 6—11), juxta ponenda erant ἔλεος, νεμεσᾶν, φθόνος, ζῆλος, ut iterum νέμεσις certe neglecta esse dicenda sit. Accedit quod ne verba quidem in fine adjecta „ὅλως οἷς ἕπεται ἡδονὴ ἢ λύπη" ita sunt comparata ut inde profecti recte discernere possimus quaenam praeterea πάθη sint ordine recipienda, quaenam rejicienda. Similia quidem saepius leguntur; nec tamen temere MM. pro ὅλως malebant τὰ τοιαῦτα (1186 a 12 πάθη μὲν οὖν ἐστὶν ὀργὴ .... τὰ τοιαῦτα οἷς εἴωθε παρακολουθεῖν λύπη καὶ ἡδονή) cautius Eudemia λέγω δὲ πάθη μὲν τὰ τοιαῦτα, θυμὸν ... ὅλως οἷς ἕπεται ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἡ αἰσθητικὴ ἡδονὴ ἢ λύπη καθ' αὑτά (1220 b 13) prudenter Rhetorica ἔστι δὲ τὰ πάθη δι' ὅσα μεταβάλλοντες διαφέρουσ

B 4 νάμεις δὲ καθ' ἃς παθητικοὶ τούτων λεγόμεθα, οἷον καθ' ἃς δυνατοὶ ὀργισθῆναι ἢ λυπηθῆναι ἢ ἐλεῆσαι· ἕξεις δὲ καθ' ἃς πρὸς τὰ πάθη ἔχομεν εὖ ἢ κακῶς, οἷον πρὸς τὸ ὀργισθῆναι, εἰ μὲν σφοδρῶς ἢ ἀνειμένως, κακῶς ἔχομεν, 1105 b 24

πρὸς τὰς κρίσεις, οἷς ἕπεται λύπη καὶ ἡδονή (1378 a 20). Ne enim multa congeram: jamjam 1104 b 14 legimus παντὶ δὲ πάθει καὶ πάσῃ πράξει ἕπεται ἡδονὴ καὶ λύπη. Ergo constat Aristotelem h. l. nec totum ordinem affectuum sibi visum esse exhausisse nec plenam eorum definitionem absolvisse. Non est igitur unde de singulis vocibus certum judicium eliciamus; quapropter Spengel bene fecisse dicendus est quod (ad Rhet. 1378 a 20) nolebat pro χαρὰν b 22 flagitare conjecturâ χάριν. Haud quidem facile dictu, quodnam πάθος a ceteris omnibus diversum dicatur χαρά; at agnovit illam philosophus, v. 403 a 16 ἔοικε δὲ καὶ τὰ τῆς ψυχῆς πάθη πάντα εἶναι μετὰ σώματος, θυμὸς πραότης φόβος ἔλεος θάρσος, ἔτι χαρὰ καὶ τὸ φιλεῖν τε καὶ μισεῖν.

Cognitâ sic hujus loci naturâ jam pergendum esset ad alia, nisi rerum necessitate cogeremur, ut aliquando circumspiceremus ubi tandem Aristoteles suam de affectibus doctrinam plene et accurate exposuerit. Sunt enim τὰ πάθη sine dubio τοῦ ἐπιθυμητικοῦ καὶ ὅλως ὀρεκτικοῦ (1102 b 30); quod quum tripartitum sit, probabile affectuum quoque genus in species disponendum esse, ut alii τῇ ἐπιθυμίᾳ adscribantur (velut ἐπιθυμία quae proprie dicitur et πόθος), alii τῷ θυμῷ (velut ὀργὴ φόβος θράσος), alii forsitan τῇ βουλήσει vel dicantur mixtam quandam habere naturam. Cf. ad 1102 b 30. Praeterea quum mox (b 25 sq.) ἡ ἕξις et cum illâ ἡ ἀρετὴ omnis ad affectus revocetur, quaerendum sane, an plena universae virtutis cognitio esse possit nisi sciamus quot sint omnino in animo affectuum genera et quaenam sint. Verum enimvero in Ethicis quidem nulla est disputatio, qua haec absolvantur; neque in libris de Anima est. Imo ne recensionem quidem singulorum πάθεων qua plura enumerentur quam hic b 21—23 et 403 a 16 sq. (v. supra) facile usquam reperies. De singulis vero nonnullis affectibus non alio loco accuratius actum est, quam Rhet. *B* 2—11, ubi uno ordine tractantur ὀργὴ et πραΰνσις; φιλία et μῖσος; φόβος et θάρσος; αἰσχύνη et ἀναισχυντία; χάριν ἔχειν et quod oppositum est; ἔλεος, νεμεσᾶν, φθόνος (non neglectis τῷ ἐπιχαιρεκάκῳ atque τῇ ἡδονῇ ἐπ' ἀξίαις εὐπραγίαις), ζῆλος denique cui contrarium est τὸ καταφρονεῖν. Egregia utique quae illic disputantur; sed apparet de tali re in eo qui ψυχῆς ἐνέργειαν κατ' ἀρετὴν descripturus sit non inepte alia et majus quoddam desiderari quam in magistro artis rhetoricae.

27. εἰ μὲν σφοδρῶς ἢ ἀνειμένως sc. ὀργιζόμεθα; quod enim antecedentia verba suppeditant „ἔχομεν πρὸς τὸ ὀργισθῆναι" (b 26) cogitari nequit; σφοδρῶς ἔχειν πρός τι nihil est. Ceterum vox ἀνειμένως hic non omni ambiguitate caret. Nam quum constet vim iracundiae hominibus inesse eam ut suo impetu abripiat fere nolentes (θυμῷ μάχεσθαι χαλεπόν v. 1105 a 7), ἀνειμένως i. e. sine contentione virium ὀργισθῆναι possunt sane dici ii, qui sinunt iram, dum frenos remittunt, supra modum increscere. At males, ni fallor, opposita esse inter se putare adverbia σφοδρῶς et ἀνειμένως: quum enim nunc primum di-

1105 a 28 εἰ δὲ μέσως, εὖ. ὁμοίως δὲ καὶ πρὸς τἆλλα. πάθη μὲν B 5 οὖν οὐκ εἰσὶν οὔθ' αἱ ἀρεταὶ οὔθ' αἱ κακίαι, ὅτι οὐ λεγόμεθα κατὰ τὰ πάθη σπουδαῖοι ἢ φαῦλοι, κατὰ δὲ τὰς ἀρετὰς καὶ τὰς κακίας λεγόμεθα, καὶ ὅτι κατὰ μὲν τὰ πάθη οὔτ' ἐπαινούμεθα οὔτε ψεγόμεθα (οὐ γὰρ ἐπαινεῖται ὁ φοβούμενος οὐδὲ ὁ ὀργιζόμενος, οὐδὲ ψέγεται ὁ ἁπλῶς 1106 a ὀργιζόμενος ἀλλ' ὁ πῶς), κατὰ δὲ τὰς ἀρετὰς καὶ τὰς κακίας ἐπαινούμεθα ἢ ψεγόμεθα. ἔτι ὀργιζόμεθα μὲν καὶ φοβούμεθα ἀπροαιρέτως, αἱ δ' ἀρεταὶ προαιρέσεις τινὲς ἢ οὐκ ἄνευ προαιρέσεως. πρὸς δὲ τούτοις κατὰ μὲν τὰ πάθη

30. κατὰ τὰ] K^b κατὰ. 31. καὶ τὰς] e K^b; Bekk. c. cett. ἢ τὰς. λεγόμεθα] καὶ K^b λεγόμεθα σπουδαῖοι καὶ φαῦλοι. κατὰ μὲν] K^b κατὰ.

catur breviter, quod cap. 2 moliebatur, τὸ εὖ in his rebus esse τὸ μέσως, decebat certe perspicue medium istud describere, in partem utramque oppositione factâ. Quo qui spectaverit, in ipso quoque irascendi affectu, qui validus sit, esse dicet aliquam animi διάτασιν; itaque contrariam ἄνεσιν (τὸ ἀνειμένως) esse apud eos qui ἠλίθιοι (1126 a 5) vel ἀνδραποδώδεις (ib. a 8) minus irascantur quam par sit.

1. ὁ πῶς (ὀργιζόμενος) oppositus τῷ ἁπλῶς ὀργιζομένῳ. Pridem grammatici jubebant particulas hujus generis indefinitas, si pro ratione sententiae cum vi quadam essent proferendae, per accentum ab interrogativis distingui, ut πῇ esset interrogantis, πῄ indefinite affirmantis (Hermann Viger. p. 794). Quod praeceptum, ad usum legentium haud sane ineptum, nunc negligi solet. Scribunt igitur aut πῶς (seu interrogantes seu indefinite loquentes) aut πως. En aliquot Aristotelici loci, quibus indefinitae particulae accentu circumflexo distinctae leguntur: πῶς 1144 a 18. 1137 a 12. 13. 1048 a 1. 1220 a 32 (cf. b 10). 1225 a 12 (at Bonitz πως). 1263 a 26. (1105 a 31); πῇ 1151 a 6 Bekk. min. (at maj. πη); τοῦ 1137 a 30 et min. 1154 a 13 (at maj. του). Cf. ad 1109 a 28): etenim si ita de accentu quaeratur, eadem videtur ratio particulae relativae ὡς quae indefinitae πως est: quidni igitur τὸ ἄτονον si distinguendum sit item scribunt ὥς?

3. ἢ οὐκ ἄνευ προαιρέσεως. Hoc ἢ ejus est qui illico se ipsum corrigit. Neque enim cum iis quae jam disputata sunt concineret ut virtus ipsa, quae ἕξις est, diceretur προαίρεσις esse. An προαίρεσις est καθ' ἣν εὖ ἔχομεν πρὸς τὰ πάθη? at constat (1105 b 25 sq.) hanc definitionem esse virtutis. Alterum vero, οὐκ ἄνευ προαιρέσεως esse virtutem, ad ea legentes relegat quae primum 1105 a 31 s. (u. v.) in medium prolata sunt.

4 s. κατὰ μὲν τὰ πάθη κινεῖσθαι λεγόμεθα: motûs in animo etiam multa sunt alia: ἡ γὰρ φαντασία καὶ ἡ δόξα κινήσεις εἶναι δοκοῦσιν 254 a 29; vel 408 b 3 ταῦτα δὲ πάντα (sc. λυπεῖσθαι χαίρειν, θαρρεῖν φοβεῖσθαι, ὀργίζεσθαι, αἰσθάνεσθαι, διανοεῖσθαι) κινήσεις εἶναι δοκοῦσιν, cui sententiae quoad ad τὴν ἡδονὴν refertur adversantur quidem Nicomachea (1173 a 31 οὐ καλῶς δ' ἐοίκασι λέγειν οὐδ' εἶναι κί-

B 4 κινεῖσθαι λεγόμεθα, κατὰ δὲ τὰς ἀρετὰς καὶ τὰς κακίας 1106 a οὐ κινεῖσθαι ἀλλὰ διακεῖσθαί πως. διὰ ταῦτα δὲ οὐδὲ δυνάμεις εἰσίν· οὔτε γὰρ ἀγαθοὶ λεγόμεθα τῷ δύνασθαι πάσχειν ἁπλῶς οὔτε κακοί, οὔτ' ἐπαινούμεθα οὔτε ψεγόμεθα. [καὶ] ἔτι δυνατοὶ μέν ἐσμεν φύσει, ἀγαθοὶ δὲ ἢ κακοὶ οὐ γινόμεθα φύσει· εἴπομεν δὲ περὶ τούτου πρότερον. εἰ οὖν μήτε πάθη εἰσὶν αἱ ἀρεταὶ μήτε δυνάμεις, λείπεται ἕξεις αὐτὰς εἶναι. ὅ τι μὲν οὖν ἐστὶ τῷ γένει ἡ ἀρετή, εἴρηται.

5 δεῖ δὲ μὴ μόνον οὕτως εἰπεῖν, ὅτι ἕξις, ἀλλὰ καὶ

9. [καὶ] ἔτι] K[b] ἔτι.

νησιν); sed hoc nemo in libro A de Anima reprehendet qui sciat Aristotelem etiam in illustri loco 1369 b 33 non dubitasse *τὴν ἡδονὴν* definire *κίνησίν τινα*.

5 s. *κατὰ δὲ τὰς ἀρετὰς . . . . . . διακεῖσθαί πως*: *διαθέσεις* igitur sunt virtutes; quae notio, prope illa accedens ad *ἕξεως* notionem (v. 1022 b 1—3; b 10—12; cf. Trendelenburg ad ll. de An. pag. 366), in Ethicis nusquam circumscripta est; nomen vero saepius (velut mox 1107 b 30; 1108 a 24; b 11) ita occurrit, ut in ejus locum recte potuerit *ἡ ἕξις* vocari.

10. *εἴπομεν δὲ περὶ τούτου πρότερον*: in prima parte capitis primi libri B.

Cap. 5. *Quodsi constat, ἕξιν esse virtutem, desideratur ut discamus qualis sit ἕξις. Ac primum quidem, quum cujusque rei virtus in eo spectetur, quod efficit ut et res ipsa bene habeat et suum quodcunque est opus bene perficiat, humana virtus ea necesse est ἕξις sit, qua quis bonus est homo et recte opere hominis perfungitur* — 1106 a 24. *Deinde ut melius intelligatur, quibus in rebus haec posita sint, animadvertas in iis quae continua sint et dividi possint, discerni tria: quod majus vel nimium sit, quod minus vel parum, denique quod aequale vel medium. Quae si ita emetiaris ut non ipsas tantum res inter se componas, sed rerum mensuram ad nos referas seu magna et parva et media voces pro natura eorum in quibus res illae exsistunt, omnino dices scientiae artique id propositum esse, ut in opere suo trium illorum duo procul sint, fiat quod medium vel aequale sit* — 1106 b 7. *Atqui haec cadunt in virtutem de qua agimus ethicam. Ea enim quum tota spectet ad affectus animi et ad agendum inter ea versatur, quibus et nimium et parum tribui potest, ut recte definiatur is esse habitus quo quod medium in illis est propositum habeamus* — 1106 b 28. *Consentanea praeterea ista sunt et cum philosophorum sententiâ qui definitum esse volunt quod bonum sit, infinitum quod malum, et cum vulgata opinione qua errari in omnes partes intelligunt, rectum inter tam multa unum tantum esse* — 1106 b 35.

14. *δεῖ δὲ μὴ μόνον οὕτως εἰπεῖν ὅτι ἕξις*: sic enim nihil aliud de virtute sciremus nisi *τί ἐστι τῷ γένει* (a 12). At permodeste ita

ποία τις. ῥητέον οὖν ὅτι πᾶσα ἀρετή, οὗ ἂν ᾖ ἀρετή, B *αὐτό τε εὖ ἔχον ἀποτελεῖ καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ εὖ ἀποδίδωσιν, οἷον ἡ τοῦ ὀφθαλμοῦ ἀρετὴ τόν τε ὀφθαλμὸν σπουδαῖον ποιεῖ καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ· τῇ γὰρ τοῦ ὀφθαλμοῦ ἀρετῇ εὖ ὁρῶμεν. ὁμοίως ἡ τοῦ ἵππου ἀρετὴ ἵππον τε σπουδαῖον ποιεῖ καὶ ἀγαθὸν δραμεῖν καὶ ἐνεγκεῖν τὸν ἐπιβάτην καὶ μεῖναι τοὺς πολεμίους. εἰ δὴ τοῦτ' ἐπὶ πάντων οὕτως ἔχει, καὶ ἡ τοῦ ἀνθρώπου ἀρετὴ εἴη ἂν ἕξις ἀφ' ἧς ἀγαθὸς ἄνθρωπος γίνεται καὶ ἀφ' ἧς εὖ τὸ ἑαυτοῦ ἔργον ἀποδώσει. πῶς δὲ τοῦτ' ἔσται, ἤδη μὲν εἰρήκαμεν, ἔτι* 5 *δὲ καὶ ὧδ' ἔσται φανερόν, ἐὰν θεωρήσωμεν ποία τις ἐστὶν*

---

15. *ποία*] K^b *ποταπή*. *ᾖ*] K^b *εἴη*. 22. *ἕξις*] K^b *ἡ ἕξις*. 25. *θεωρήσωμεν*] K^b *θεωρήσαιμεν*.

---

loquitur de iis quae cap. 4 audivimus: in demonstratione enim quae illic in eum finem instituebatur ut virtus nosceretur *ἕξις τις* esse etiam alia et plura vera esse comperimus; non tantum talem eam habitum esse per quem *πρὸς τὰ πάθη εὖ ἢ κακῶς ἔχομεν*, sed etiam eum in quo *τὸ εὖ* illud insit; imo jam constat quid sit *εὖ*, idem enim quod *τὸ μέσως ἔχειν*, nec fit illud *ἄνευ προαιρέσεως* (v. 1105 b 25. 28. 30; 1106 a 3). Memoriâ haec sunt tenenda, ne perperam judicemus de ea disputandi ratione qua pergit philosophus.

22. *ἕξις ἀφ' ἧς ἀγαθὸς ἄνθρωπος γίνεται καὶ ἀφ' ἧς εὖ τὸ ἑαυτοῦ ἔργον ἀποδώσει.* A praemissa propositione majore (*ῥητέον οὖν ὅτι πᾶσα ἀρετὴ κ. τ. λ.* vs 15), quam vs 17—21 inductione quadam firmavit, ad hanc pervenit conclusionem. Recte autem ita censeri, jam A 6 et 1105 b 30 ratum videbatur; nam priore loco, ut *τὸ ἔργον* bene haberet advocata est ad *τὴν ψυχῆς ἐνέργειαν* virtutis notio (*κατ' ἀρετὴν* 1098 a 15 s.), posteriore breviter *κατὰ δὲ τὰς ἀρετάς*, inquit, ... *λεγόμεθα* sc. *σπουδαῖοι*. Simili et longiore disputatione quaenam sit ratio inter *τὸ ἔργον* et *τὴν ἀρετὴν* Plato explicuit Rep. A pag. 353. Ex Aristotole cf. 246 b 18 sq. et 390 a 11 (*τὰ δυνάμενα ποιεῖν τὸ αὑτῶν ἔργον ἀληθῶς ἐστὶν ἕκαστα*). Restat igitur, si quidem hac viâ incedendum sit, ut describatur quinam sit *ἀγαθὸς ἄνθρωπος* seu quodnam *ἀνθρώπου ἔργον*.

24. *πῶς δὲ τοῦτ' ἔσται, ἤδη μὲν εἰρήκαμεν.* *Τοῦτο* intelliges *τὸ γίνεσθαι ἀγαθὸν ἄνθρωπον καὶ τὸ εὖ ἀποδοῦναι τὸ ἑαυτοῦ ἔργον* a 23. Qua de re jam dictum est B 2, praesertim 1104 a 25—29; cf. 1105 b 25—28. Idem per sequentia etiam magis illustrari (*ἔτι δὲ καὶ ὧδ' ἔσται φανερόν* a 25) non negabis, si disputationi isti *ποία τις ἡ τῆς ἀρετῆς φύσις* subesse concedas vel adjicias sententiam *ἀγαθὸς ἄνθρωπος ὁ περὶ πάθη καὶ πράξεις εὖ ἔχων* vel *ἔργον ἀνθρώπου τὸ εὖ ἔχειν περὶ πάθη καὶ πράξεις*. Sin occurrerit iterum dubitatio (v. ad 1098 a 3) an opus humanum totum in hoc uno sit positum, huc hunc saltem non cogi sententiam in promtu est. Qui enim mediâ in demon-

ἡ φύσις αὐτῆς. ἐν παντὶ δὴ συνεχεῖ καὶ διαιρετῷ ἔστι 1106 a 26
λαβεῖν τὸ μὲν πλεῖον τὸ δ' ἔλαττον τὸ δ' ἴσον, καὶ ταῦτα ἢ κατ' αὐτὸ τὸ πρᾶγμα ἢ πρὸς ἡμᾶς· τὸ δ' ἴσον μέσον τι ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως. λέγω δὲ τοῦ μὲν πράγματος μέσον τὸ ἴσον ἀπέχον ἀφ' ἑκατέρου τῶν ἄκρων, ὅπερ ἐστὶν ἓν καὶ ταὐτὸ πᾶσι, πρὸς ἡμᾶς δὲ ὃ μήτε πλεονάζει μήτε ἐλλείπει. τοῦτο δ' οὐχ ἕν, οὐδὲ ταὐτὸν πᾶσιν,

---

stratione necessarium putabat interjicere λέγω δὲ τὴν ἠθικὴν (ἀρετήν) b 16, profecto non negaturus erat esse etiam aliam virtutem; quique a 15 verba illa praemisit ὅτι πᾶσα ἀρετὴ κ. τ. λ., non volebat sane ei hominis virtuti quae non est ἠθικὴ suam operis humani partem abjudicare.

26. ἐν παντὶ δὴ συνεχεῖ καὶ διαιρετῷ. Incipit ita Aristoteles promissam (δή) explicationem de natura virtutis ethicae. Et est hic ipse locus (— b 28) fundamentum totius doctrinae libris Γ Δ Ε exhibitae. Quapropter qui ut arbiter veri et falsi ad haec accedere velit, non poterit non implicari longiore et difficili inquisitione; ad interpretis officium pauca sufficient. Ac primum quidem apparet, argumentationis vim in eo conditam esse ut τὰ πάθη καὶ αἱ πράξεις generi τῶν συνεχῶν καὶ διαιρετῶν adscribantur; κινήσεις enim sunt (v. ad 1106 a 4), ut Eudemus h. l. haud sane contra praeceptoris sententiam expressis verbis ἡ μὲν γὰρ κίνησις συνεχές, ἡ δὲ πρᾶξις κίνησις 1220 b 26. Quam ad rem hoc unum moneatur, num revera sit ἡ ἡδονή, quae mox (1106 b 19) in his cum affectibus componitur et in qua τὸ ἧττον καὶ μᾶλλον locum habere constat, συνεχές τι καὶ διαιρετόν; quum sciamus, inter motûs eam non admisisse Nicomachea.

27. καὶ ταῦτα ἢ κατ' αὐτὸ τὸ πρᾶγμα ἢ πρὸς ἡμᾶς. Quae hic discernuntur, vide quo modo et quam sint diversa. Etenim ubicunque duo sunt quorum alterum majus est, alterum minus, est certe κατ' αὐτὸ τὸ πρᾶγμα inter utrumque medium aliquid; hoc vero ita tantum vocari potest, ut prius τὰ ἄκρα sint. Quare ad medium hoc, quoniam totum pendet ab extremis illis, nullo modo spectat natura boni vel mali. Sin πρὸς ἡμᾶς sumantur eadem, accurate loquenti non quaeritur quid sit majus, quid minus, sed quid nimium, quid parum. Haec vero sciri nequeunt, nisi (inverso ordine atque ante) prius cognoveris id ὃ μήτε πλεονάζει μήτε ἐλλείπει (a 31): quod ubinam inveniatur, a nullâ aptum est aliâ re quam a naturâ illorum πρὸς οὓς refertur. Neque verum nomen ejus est τὸ μέσον, sed τὸ σύμμετρον quod legebamus 1104 a 18. Et certissimum quidem, τὰ σύμμετρα plerumque eadem esse μέσα inter alia quaedam, nec tamen ideo hoc (si ipsas notiones consulas) necessarium est. Cogitari enim potest naturam eorum ad quos res referuntur (velut si de divino numine agatur) talem esse, ut σύμμετρα ei dicenda sint, quae nullam admittunt ὑπερβολήν.

32. τοῦτο (τὸ πρὸς ἡμᾶς μέσον) δ' οὐχ ἕν, οὐδὲ ταὐτὸν πᾶσιν. Gravis haec sententia et vera est, si nos ad quos τὸ μέσον vel τὸ σύμμετρον refertur revera his in rebus diversi esse censendi sumus. Quum enim sint qui nullam coram legibus diversitatem singulorum

οἷον εἰ τὰ δέκα πολλὰ τὰ δὲ δύο ὀλίγα, τὰ ἓξ μέσα λαμβάνουσι κατὰ τὸ πρᾶγμα· ἴσῳ γὰρ ὑπερέχει τε καὶ ὑπερέχεται, τοῦτο δὲ μέσον ἐστὶ κατὰ τὴν ἀριθμητικὴν ἀναλογίαν. τὸ δὲ πρὸς ἡμᾶς οὐχ οὕτω ληπτέον· οὐ γὰρ εἴ τῳ δέκα μναῖ φαγεῖν πολὺ δύο δὲ ὀλίγον, ὁ ἀλείπτης ἓξ μνᾶς προστάξει· ἔστι γὰρ ἴσως καὶ τοῦτο πολὺ τῷ ληψομένῳ ἢ ὀλίγον· Μίλωνι μὲν γὰρ ὀλίγον, τῷ δὲ ἀρχομένῳ τῶν γυμνασίων πολύ. ὁμοίως ἐπὶ δρόμου καὶ πάλης. οὕτω δὴ πᾶς ἐπιστήμων τὴν ὑπερβολὴν καὶ τὴν ἔλλειψιν φεύγει, τὸ δὲ μέσον ζητεῖ καὶ τοῦθ' αἱρεῖται, μέσον δὲ οὐ τὸ τοῦ πράγματος, ἀλλὰ τὸ πρὸς ἡμᾶς. εἰ δὴ πᾶσα ἐπιστήμη οὕτω τὸ ἔργον εὖ ἐπιτελεῖ, πρὸς τὸ

1. δύο] om. K[b] pr.

agnoscentes unam eandemque normam omnibus imponant, Aristoteles peculiari singulorum vel naturae vel ingenio dat tantum, ut aliis aliam mensuram adhibendam, aliis alia officia exsequenda esse dicat. Ergo ut praecepta ethica recte habeant, proficiscendum non solum ab humanâ naturâ bene cognitâ, sed ab indole eorum quibuscum jam agitur. Quibus sententiis si assentiendum sit, curandum sane erit ne omnino fines inter proba interque improba nulli sint, neu forte quis indolis suae jure quasi fretus *μέσον* dicat *πρὸς ἑαυτὸν* quod omnino non licet.

35. *μέσον κατὰ τὴν ἀριθμητικὴν ἀναλογίαν.* Quam hic obiter attingit analogiam arithmeticam, de ea plura dicenda erunt ad libr. E. Ut vero hic natura ejus ad rem solam exaequandam fert (*κατ' αὐτὸ τὸ πρᾶγμα*), ita in justitia quoque ibi locum habet ubi nil interest quinam vel quales sint homines juri subjiciendi cf. 1131 b 33 sq. *τὸ ἐν τοῖς συναλλάγμασι δίκαιον . . . ἴσον . . . κατὰ τὴν ἀριθμητικήν (ἀναλογίαν). οὐθὲν γὰρ διαφέρει εἰ ἐπιεικὴς φαῦλον ἀπεστέρησεν ἢ φαῦλος ἐπιεικῆ.*

1. *εἴ τῳ δέκα μναῖ φαγεῖν πολὺ δύο δὲ ὀλίγον.* Probabile mihi videtur pro horum verborum tenore, ita locutum esse Aristotelem quia tunc apud homines harum rerum peritos constaret, iis qui robur corporis excolere vellent jam a primo initio copiam alimentorum binas minas excedentem adhibendam esse, auctis vero viribus et exercitiis per gradûs illam quoque augendam esse, sed ita ut etiam validissimo plus denis minis — incredibilis sane moles — nunquam conduceret. Intelliges igitur *εἴ τῳ* non esse in eam sententiam dictum, ut nunc singulare quoddam exemplum cogitetur quod forte nullam similitudinem habeat cum aliis quae item possint cogitari; imo praemittitur hoc membro id quod utique verum videtur ut *τῳ* sit et 'alicui' et 'cuilibet' vel 'plerumque'. Quod *σύμμετρον* (*πρὸς ἄνθρωπον*) est (v. ad 1106 a 27), inter duo ista et decem intermedium est; sed *πρὸς ἡμᾶς* i. e. pro diversitate hominum *σύμμετρον* (v. ad 1106 a 32) modo tria modo novem.

8. *εἰ δὴ πᾶσα ἐπιστήμη οὕτω τὸ ἔργον εὖ ἐπιτελεῖ.* Profectus ab iis-

5 μέσον βλέπουσα καὶ εἰς τοῦτο ἄγουσα τὰ ἔργα (ὅθεν εἰώ- 1106 b 9 θασιν ἐπιλέγειν τοῖς εὖ ἔχουσιν ἔργοις ὅτι οὔτ' ἀφελεῖν ἔστιν οὔτε προσθεῖναι, ὡς τῆς μὲν ὑπερβολῆς καὶ τῆς ἐλλείψεως φθειρούσης τὸ εὖ, τῆς δὲ μεσότητος σωζούσης), οἱ δ' ἀγαθοὶ τεχνῖται, ὡς λέγομεν, πρὸς τοῦτο βλέποντες ἐργάζονται, ἡ δ' ἀρετὴ πάσης τέχνης ἀκριβεστέρα καὶ ἀμείνων ἐστίν, ὥσπερ καὶ ἡ φύσις, τοῦ μέσου ἂν εἴη στοχαστική. λέγω δὲ τὴν ἠθικήν· αὕτη γάρ ἐστι περὶ πάθη

13. οἱ δ'] K^b εἰ δ' οἱ, M^bO^b εἰ δὴ οἱ — haud male.

dem exemplis, quibus fere jam 1104 a 14 sq. in eadem re usus erat, interponit Aristoteles priusquam ad virtutem pergit universum genus ἐπιστημῶν. Qua in notione non haerendum; videmus enim eas tantum dici quibus τὸ πρὸς ἡμᾶς μέσον propositum (b 7) est neque interesse utrum οἱ ἔχοντες vocentur ἐπιστήμονες (b 5) an τεχνῖται ἀγαθοί (b 13). Scientia igitur quae proprie dicitur velut μαθηματική prorsus est seponenda; ad eas enim spectatur solas quae hominum vitam instruunt vel usui inserviunt.

13. ὡς λέγομεν v. b 5; sed haec vox magis ejus est qui se ad rem revocat, quum verendum esset, ne orationis constructio, incepta illa vs 8 εἰ δή, intercepta membris interpositis obliteraretur.

14. ἡ δ' ἀρετὴ πάσης τέχνης ἀκριβεστέρα καὶ ἀμείνων ἐστίν. In his aliqua demonstrandi vis ita tantum inest, si dicatur quaedam scientia vel ars etiam in recte agendo percipi. Ad sententiam cf. 639 b 19 μᾶλλον τὸ οὗ ἕνεκα καὶ τὸ καλὸν ἐν τοῖς τῆς φύσεως ἔργοις ἢ ἐν τοῖς τῆς τέχνης; virtute autem absolvitur quo etiam natura fert. An opposuerit aliquis his verbis talia velut 1104 a 1. 6 πᾶς ὁ περὶ τῶν πρακτῶν (ergo etiam ὁ περὶ ἀρετῆς) τύπῳ καὶ οὐκ ἀκριβῶς ὀφείλει λέγεσθαι ... ἔτι μᾶλλον ὁ περὶ τῶν καθ' ἕκαστα λόγος οὐκ ἔχει τἀκριβές? quapropter omnis de ethicis doctrina haud est inter τὰς ἀκριβεῖς καὶ αὐτάρκεις τῶν ἐπιστημῶν (v. 1112 b 1). At haud absonum, virtutem dici ἀκριβῆ, scientiam vero vel τὸν περὶ αὐτῆς λόγον propter materiae naturam (1094 b 12 s.) οὐκ ἀκριβῆ.

16. λέγω δὲ τὴν ἠθικήν: quae enim praeter hanc est ejus alia est ratio. Ethica vero virtus in iis rebus occupata est, quae et ipsae ut συνεχεῖς καὶ διαιρεταί (a 26) habent bonum suum in mediocritate quadam; id quod deinceps in affectibus (b 18—23) et in actionibus (b 23. 24) ita esse ostenditur. Quod enim primum 1104 b 13 per occasionem audivimus virtutes versari in duabus rebus περὶ πάθη καὶ πράξεις, h. l. confirmatur ut abhinc passim pro rato stet (velut 1106 b 24; 1107 a 4 s.; 1108 b 18; 1109 a 23; ib. b 30; cf. 1165 a 12 s.; 1172 a 34). Amplificatur igitur vel immutatur quod hucusque in hac ipsa disputatione comperimus; nam quum cap. 4 notio virtutis adumbraretur, omnis ἕξις (et cum eâ virtus) ad solos affectus referebatur. Ad quos cur adjiciendae videantur αἱ πράξεις, nusquam in Ethicis rite exponitur. Nec necesse erat, si πρᾶξις simpliciter dicatur ab affectibus

1106 b 17 καὶ πράξεις, ἐν δὲ τούτοις ἔστιν ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις καὶ τὸ μέσον. οἷον καὶ φοβηθῆναι καὶ θαῤῥῆσαι καὶ ἐπιθυμῆσαι καὶ ὀργισθῆναι καὶ ἐλεῆσαι καὶ ὅλως ἡσθῆναι καὶ λυπηθῆναι ἔστι καὶ μᾶλλον καὶ ἧττον, καὶ ἀμφότερα οὐκ εὖ· τὸ δ᾽ ὅτε δεῖ καὶ ἐφ᾽ οἷς καὶ πρὸς οὓς καὶ οὗ ἕνεκα καὶ ὡς δεῖ, μέσον τε καὶ ἄριστον, ὅπερ ἐστὶ τῆς ἀρετῆς. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τὰς πράξεις ἔστιν ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις καὶ τὸ μέσον. ἡ δ᾽ ἀρετὴ περὶ πάθη καὶ πράξεις ἐστίν, ἐν οἷς ἡ μὲν ὑπερβολὴ ἁμαρτάνεται καὶ ἡ ἔλλειψις ψέγεται, τὸ δὲ μέσον ἐπαινεῖται καὶ κατορθοῦται· ταῦτα δ᾽ ἄμφω τῆς ἀρετῆς. μεσότης τις ἄρα ἐστὶν ἡ ἀρετή, στοχαστική γε οὖσα τοῦ μέσου. ἔτι τὸ μὲν ἁμαρ-

21. οἷς] K^b οἷς δεῖ. οὗ ἕνεκα] K^b οὕνεκα. 22. ἐστὶ] K^b ἐστὶν ἐπί. 28. στοχαστική γε] K^b στοχαστική.

tum proficisci tum omnis pendere. At si quaestio ista semel proposita esset, apparuisset forsitan, quoddam agendi genus ad nullum τῶν παθῶν, quae quidem ab ipso Aristotele agnoscuntur, pertinere. Cf. ad 1102 b 21. Hoc genus qui consideret, haerebit quonam sensu ἡ ἀρετὴ potuerit breviter dici μεσότης περὶ τὰς πράξεις nec contentus erit unâ illâ voce b 23 ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τὰς πράξεις ἐστὶν ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις καὶ τὸ μέσον.

21. 22. τὸ δ᾽ ὅτε δεῖ . . . καὶ οὗ ἕνεκα καὶ ὡς δεῖ, μέσον. Notanda sunt haec verba, quia non poterat majore perspicuitate ipsam notionem eorum ἃ δεῖ ab omni parte uno illo μέσῳ inclusam et descriptam esse. Dolendum autem, quod non placuit Aristoteli istam sententiam in singulas quasque partes explicare. Ut enim apertum sit quomodo velit μέσον esse τὸ ὡς δεῖ sc. μέσως πρὸς ἡμᾶς, at non item in ceteris omnia sunt certa. An sufficeret τὸ πρὸς ἡμᾶς μέσον quale supra descriptum est, ut interroganti ἐπὶ τίσι δεῖ vel πρὸς τίνας apte responderetur? Jam enim non a nostrâ ipsorum naturâ solâ pendet quibusnam in rebus vel quibusnam hominibus liceat irasci, sed non minus a rerum agendarum naturâ et ab eâ conditione qua homines inter se agentes conjuncti sunt. Haec vero omnia suis parent legibus, quas nisi prius cognoverimus nil proficiemus illâ mediocritatis commendatione. Nec profecto sanctitatem legum illarum spernere in animo erat Aristoteli, qui, si quando ad τὸ οὗ ἕνεκα δεῖ quod inter omnia illa vs 21. 22 summum est perventum fuerit, ipse ne semel quidem scripsit τοῦ μέσου ἕνεκα, sed malebat cum ceteris διὰ τὸ καλὸν dicere. — Sed in his commorari non decet interpretem.

25. ἡ μὲν ὑπερβολὴ ἁμαρτάνεται καὶ ἡ ἔλλειψις ψέγεται, ὁ δὲ μέσον ἐπαινεῖται καὶ κατορθοῦται. Vide elegantiam sermonis notiones correlatas et oppositas (ἁμαρτάνεσθαι, ψέγεσθαι — ἐπαινεῖσθαι, κατορθοῦσθαι) disponentis.

28. στοχαστική γε οὖσα τοῦ μέσου. Particulâ γε adjectâ excusatur quasi audacia loquendi qua nova vox 'μεσότης ἡ ἀρετή' modo propo-

§ 5 τάνειν πολλαχῶς ἐστιν (τὸ γὰρ κακὸν τοῦ ἀπείρου, ὡς οἱ Πυθαγόρειοι εἴκαζον, τὸ δ' ἀγαθὸν τοῦ πεπερασμένου), τὸ δὲ κατορθοῦν μοναχῶς· διὸ καὶ τὸ μὲν ῥᾴδιον τὸ δὲ χαλεπόν, ῥᾴδιον μὲν τὸ ἀποτυχεῖν τοῦ σκοποῦ, χαλεπὸν δὲ τὸ ἐπιτυχεῖν. καὶ διὰ ταῦτ' οὖν τῆς μὲν κακίας ἡ ὑπερβολὴ καὶ ἡ ἔλλειψις, τῆς δὲ ἀρετῆς ἡ μεσότης·

ἐσθλοὶ μὲν γὰρ ἁπλῶς, παντοδαπῶς δὲ κακοί.

6 ἔστιν ἄρα ἡ ἀρετὴ ἕξις προαιρετική, ἐν μεσότητι οὖσα τῇ πρὸς ἡμᾶς, ὡρισμένη λόγῳ καὶ ὡς ἂν ὁ φρόνι-

---

30. Πυθαγόρειοι] K[b] πυθαγόριοι.
1. ὡρισμένῃ] scrib. ὡρισμένῃ.

---

sita est; neque enim prorsus certum, virtutem ideo, quod sit τοῦ μέσου vel στοχαστικὴ τοῦ μέσου, necessario ipsam esse μεσότητα.

28—35. In his si quidem eo referuntur quo spectare videntur (καὶ διὰ ταῦτ' οὖν . . . τῆς δ' ἀρετῆς ἡ μεσότης b 33 s.) non magna inest demonstrandi vis, quoniam plurimi quibus haud placuerit ἡ μεσότης suo jure virtuti poterunt τὸ κατορθοῦν (b 31) tribuere. Persimilia autem sub finem hujus disputationis cap. 9 leguntur, loco sane magis idoneo. — Ceterum versus pentameter (b 35) a Bergkio inter τὰ ἀδέσποτα ablegatur (poët. lyr. pag. 1046).

Cap. 6. *Repertâ igitur plenâ quadam virtutis definitione apparet, id quidem ejus naturae maxime proprium esse ut medio sit loco inter duo vitia ex adverso opposita; sin de laudis gradu quaeratur, non medium aliquod eandem esse, sed omnium summum* — 1107 a 8. *Unum praeterea addendum, ne quis audiens in affectibus et in agendo mediocritatem laudari in unoquoque affectu et in omni agendi genere promiscue illam quaerat. Quum enim inter haec sint quae ipso nomine tanquam turpia notentur (velut invidia vel adulterium), in his quidem medium quod laude sit dignum nullum est; eodem enim jure in eo quod nimium et quaereres mediocre aut in eo quod est medium extrema ab utrâque parte opposita* — 1107 a 27.

36. ἔστιν ἄρα ἡ ἀρετὴ κ. τ. λ. Plena haec virtutis (ethicae v. *b* 16) descriptio, quam auctor particulâ ἄρα jam satis probatam esse indicat, procurrere censenda est usque ad verba τὴν δ' ἀρετὴν τὸ μέσον καὶ εὑρίσκειν καὶ αἱρεῖσθαι (1107 a 5 s.). Necessario in his qui quaesiverit unde singula constent, primum ablegandus est ad duo capita proxime antecedentia quibus τί ἐστιν ἡ ἀρετή (1105 b 19) quaestio erat proposita. Observandum igitur, in hac definitione neglecta esse quae 1106 a 15—24 de virtute ad opus humanum spectante disputata sint; recepta esse quae jam ante absoluto capite 4 et posteriore parte capitis 5 effecta esse videbantur: ὅτι ἕξις ἡ ἀρετή (1106 a 12. 14); ὅτι μεσότης, στοχαστική γε οὖσα τοῦ μέσου, περὶ πάθη καὶ πράξεις (1106 b 27. 16 sq.); adjeceris, etiam illud cap. 5 satis demonstratum esse, τὸ μέσον hoc esse πρὸς ἡμᾶς (1107 a 1 et 1106 b 7). Sed videmus alia quae non parvi sint momenti nunc addi: προαιρετικὴ ἕξις . . . ὡρισμένη

1107 a μος ὁρίσειεν. μεσότης δὲ δύο κακιῶν, τῆς μὲν καθ' ὑπερ- B 6 βολὴν τῆς δὲ κατ' ἔλλειψιν· καὶ ἔτι τῷ τὰς μὲν ἐλλείπειν τὰς δ' ὑπερβάλλειν τοῦ δέοντος ἔν τε τοῖς πάθεσι καὶ ἐν ταῖς πράξεσι, τὴν δ' ἀρετὴν τὸ μέσον καὶ εὑρίσκειν καὶ αἱρεῖσθαι. διὸ κατὰ μὲν τὴν οὐσίαν καὶ τὸν λόγον τὸν τὸ τί ἦν εἶναι λέγοντα μεσότης ἐστὶν ἡ ἀρετή, κατὰ δὲ τὸ ἄριστον καὶ τὸ εὖ ἀκρότης. — οὐ πᾶσα δ' ἐπιδέχεται πρᾶξις 8 οὐδὲ πᾶν πάθος τὴν μεσότητα· ἔνια γὰρ εὐθὺς ὠνόμασται συνειλημμένα μετὰ τῆς φαυλότητος, οἷον ἐπιχαιρεκακία ἀναισχυντία φθόνος, καὶ ἐπὶ τῶν πράξεων μοιχεία κλοπὴ ἀνδροφονία· πάντα γὰρ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ψέγεται τῷ αὐτὰ φαῦλα εἶναι, ἀλλ' οὐχ αἱ ὑπερβολαὶ αὐτῶν οὐδ' αἱ ἐλλείψεις. οὐκ ἔστιν οὖν οὐδέποτε περὶ αὐτὰ κατορθοῦν, ἀλλ' ἀεὶ ἁμαρτάνειν· οὐδ' ἔστι τὸ εὖ ἢ μὴ εὖ περὶ τὰ τοιαῦτα ἐν τῷ ἣν δεῖ καὶ ὅτε καὶ ὡς μοιχεύειν, ἀλλ' ἁπλῶς τὸ ποιεῖν ὁτιοῦν τούτων ἁμαρτάνειν ἐστίν. ὅμοιον οὖν τὸ ἀξιοῦν καὶ περὶ τὸ ἀδικεῖν καὶ δειλαίνειν

2. δύο] K^b δυεῖν. 5. ἐν ταῖς] K^b ταῖς. τὸ μέσον] K^b μέσον. 6. τὸν τὸ τι] K^b; Bekk. c. cett. τὸν τί. 12. ψέγεται] ex uno (ut vid.) M^b; cett. λέγεται. 13. αὐτὰ] om. K^b. 14. αὐτὰ] K^b αὐτάς. 16. ἣν δεῖ] K^{b}M^{b}N^b ἦν δεῖ.

λόγῳ καὶ ὡς ἂν ὁ φρόνιμος ὁρίσειεν vel ἕξις ἐν μεσότητι οὖσα . . . ὡρισμένῃ λόγῳ (ita enim scribendum erit): quorum quod ultimum est plane novum in hac disputatione est loquendi genus, reliqua vel in capitibus praecedentibus vel prius jam aliquo modo commendata; τὸ προαιρεῖσθαι enim vel τὴν προαίρεσιν advocabat 1105 a 31 et 1106 a 3; τὸ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον ne sufficere quidem videbatur 1103 b 31 s. Nam hoc proprium Aristotelis ut describens quid progrediente sermone profecerit modo percaute et modestius loquatur (v. ad 1106 a 14), modo arripiat quaecunque ad usum conquiri possunt nec dubitet interdum admittere quod nondum satis constat. Cf. ad 1140 b 31.

3. καὶ ἔτι τῷ τὰς μὲν ἐλλείπειν κ. τ. λ. Suppletur notio jam satis adumbrata (καὶ ἔτι). Dativo enim infinitivi circumscribitur qua ratione vel quibus in rebus sit virtus id quod modo explicatum est: 'ἔστιν ἡ ἀρετὴ . . . . . μεσότης τῷ' (1106 b 36; 1107 a 2). Quo in supplemento summum est ut referatur virtus et vitia illi opposita ad τὰ πάθη καὶ τὰς πράξεις: id quod e disputatione capitis 5 nondum huc erat transcriptum. Vides autem ad idem hoc spectare sententiam quam inde a vs 8 per totum hoc caput prosecuturus est philosophus (οὐ πᾶσα δὲ . . . πρᾶξις οὐδὲ πᾶν πάθος).

18. ὅμοιον οὖν τὸ ἀξιοῦν καὶ περὶ τὸ ἀδικεῖν καὶ δειλαίνειν καὶ ἀκολασταίνειν εἶναι μεσότητα κ. τ. λ. Rarum in his (vs 8—27) difficultatis genus; quaerimus enim potissimum hoc, ubi sit tandem rei

B 6 καὶ ἀκολασταίνειν εἶναι μεσότητα καὶ ὑπερβολὴν καὶ ἔλλειψιν· ἔσται γὰρ οὕτω γε ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως μεσότης καὶ ὑπερβολῆς ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις ἐλλείψεως. ὥσπερ δὲ σωφροσύνης καὶ ἀνδρείας οὐκ ἔστιν ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις διὰ τὸ τὸ μέσον εἶναί πως ἄκρον, οὕτως οὐδὲ ἐκείνων μεσότης οὐδὲ ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις, ἀλλ' ὡς ἂν πράττηται ἁμαρτάνεται· ὅλως γὰρ οὔθ' ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως μεσότης ἔστιν, οὐδὲ μεσότητος ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις. 1107 a 19

---

20. οὕτω γε] K[b] οὕτω. 21. ἐλλείψεως] K[b] ἐλλείψεως ταῦτα. 25. ἁμαρτάνεται] K[b] ἁμαρτάνηται. 26. οὔτε] ex uno (ut vid.) K[b]; cett. οὐδὲ.

---

obscuritas quam tot verbis Aristoteles removere voluerit, vel in verbis superadscriptis quid differat τὸ ἀδικεῖν καὶ δειλαίνειν καὶ ἀκολασταίνειν ab illis quae dubitationem movebant (ἔνια vs 9), ut in his facile perspiciamus errorem qui illic minus pateat. Intelliges enim verba ὅμοιον οὖν τὸ ἀξιοῦν dicere „aeque igitur illud absurdum esset ac si quis putaverit.“ Qua in re ita judico: constabat primum scriptori nec ὑπερβολῆς nec ἐλλείψεως cogitari posse μεσότητα. Atqui ἀδικία, δειλία, ἀκολασία inter notissima omnium vitia et profecto aut ἐλλείψεις aut ὑπερβολαί. Contra in illis, quae ab initio vs 9—12 commemorabantur πάθη et πράξεις, pravitatem quidem (τὴν φαυλότητα vs 10) apparere putabat, nec tamen aeque certum videri, an ista quoque pravitas sit ὑπερβολὴ et ἔλλειψις. Etenim ad actiones quidem vel illic propositas (μοιχείαν κλοπὴν ἀνδροφονίαν vs 11) vel similes non alio loco magis horum librorum doctrina accessit quam ubi τὰ ἀκούσια συναλλάγματα aut λαθραῖα aut βίαια enumerantur (1131 a 6—9), ad quae τὸ διορθωτικὸν δίκαιον refertur; scimus autem ipsum Aristotelem in justitiâ tractandâ lib. E omnino tum aliam proposuisse μεσότητα tum minus illi dedisse. Affectûs vero quorum vs 10. 11 mentio fit inter ceteros inferioris quasi sunt ordinis, ut paullo sit obscurius quid de singulis censendum sit; ἡ αἰδὼς enim, quae pravae ἀναισχυντίᾳ (vs 11) opposita est, cap. 4 omittebatur sane, et ἡ νέμεσις, cui inter ἐπιχαιρεκακίαν atque φθόνον (vs 10. 11) medius locus est (v. 1108 a 35 s.), ignota fere hominibus, ut satis visum sit semel ista in catalogo cap. 7 commemorasse; neque enim libr. Δ recurrunt. V. ad 1105 b 23; ex Eudemo 1233 b 23 ὃ ἐκάλουν οἱ ἀρχαῖοι νέμεσιν, vel etiam 1221 a 3 φθόνος ἀνώνυμον νέμεσις.

23. διὰ τὸ τὸ μέσον εἶναί πως ἄκρον: jam igitur bene factum quod vs 7 monitum est κατὰ δὲ τὸ ἄριστον καὶ τὸ εὖ (ἡ ἀρετή) ἀκρότης.

25. οὔθ' ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως μεσότης ἐστίν: *nulla* ὑπερβολή, *nulla* ἔλλειψις *intra suos fines habet mediocritatem*; quae enim ad illas pertinet μεσότης extra eas est. Confisus sententiarum perspicuitate, verba illa, quae per se ambigua sunt, ita exhibuit Aristoteles. Aliter

1107 a 28 δεῖ δὲ τοῦτο μὴ μόνον καθόλου λέγεσθαι, ἀλλὰ B καὶ τοῖς καθ' ἕκαστα ἐφαρμόττειν· ἐν γὰρ τοῖς περὶ τὰς πράξεις λόγοις οἱ μὲν καθόλου κενώτεροί εἰσιν, οἱ δ' ἐπὶ

28. τοῦτο μὴ] K^b μὴ τὸ αὐτό. 30. κενώτεροι] ex uno (ut vid.) O^b; cett. κοινότεροι.

enim genetivis, aliter particulâ καὶ intellectis, non minus verum esset πᾶσα μεσότης ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως.

Cap. 7. *Quae adhuc* (capp. 4—6) *de naturâ virtutis in universum disputata sunt, fidem habebunt, si ad singulas quasque virtutes translata in omnibus vera esse visa fuerint.* — Subjungitur igitur ethicarum virtutum διαγραφή, ita instituta ut in unaquaque primo loco τὸ περὶ ὅ describatur, deinde ostendatur triplex ubique discerni vel agendi vel hominum genus, laudari vero quod inter ea medium sit. Qua in re cura adhibetur, progrediente sermone etiam major illa quam initio, ne nomina si quidem sunt nesciantur quibus et αἱ ἕξεις seu διαθέσεις et οἱ ἔχοντες distinguantur. Itaque primum septem virtutes recensentur (ἀνδρεία σωφροσύνη ἐλευθεριότης μεγαλοπρέπεια μεγαλοψυχία φιλοτιμία πραότης), deinde tres quae id commune habent ut ad consuetudinem hominum inter se spectent (ἀλήθεια εὐτραπελία φιλία); quibus additur αἰδὼς quae proprie loquenti virtus non est vocanda 1107 a 33 — 1108 a 9 — a 30 — a 35. Quae omnia si comparaveris cum ethicarum virtutum descriptione, qualis lib. Γ 9 — Δ 15 explicatur, notabilem non tantum in rebus, sed etiam in nominibus, imo etiam in ordine consensum observabis. Proprium hoc Nicomacheorum; nam tantum abest ut similis quaedam diligentia in Eudemiis agnoscenda sit, ut haud temere dubitare possis an quae illic nunc (B 3) legitur ὑπογραφὴ seu catalogus nominum 1220 b 38 — 1221 a 12 ab eâdem manu sit profecta cui cetera vel in eodem capite subjuncta (1221 a 13—b 3) vel libro Γ plenius exposita debentur. Sed de his litem intendere alienum a nostrâ disputatione, nec si quis in Eudemiis alia quae mira videantur mendose tradita, alia ab ipso scriptore negligentius tractata esse putet, equidem nunc obloquar.

Ut vero ad Nicomachea redeamus, post eâs quas commemoravimus duodecima aliqua μεσότης accedit, ἡ νέμεσις 1108 a 35—b 6; denique justitiae quae est quasi consummatio ethicae virtutis mentione factâ ad sequentia pergitur.

28. *δεῖ δὲ τοῦτο μὴ μόνον καθόλου λέγεσθαι.* Elucet hinc quoque ipsi scriptori disputationem capp. 4—6 unam videri; nam τοῦτο nullo modo ad sententias proxime praecedentes (a 8—27) referri potest. Spectans autem ad definitionem virtutis quam effecit, ne universam quidem qualem initio cap. 6 explicuit huc transferebat. Quod enim in singulis quibusque virtutibus demonstraturus est, id tantum est... ὅτι ἡ ἀρετὴ μεσότης περὶ πάθη καὶ πράξεις, μεσότης δὲ δύο κακιῶν τῆς μὲν καθ' ὑπερβολὴν τῆς δὲ κατ' ἔλλειψιν (a 2 s.). V. ad 1106 b 36.

29. *ἐν τοῖς περὶ τὰς πράξεις λόγοις οἱ μὲν καθόλου κενώτεροι.* Cf. 1260 a 25 καθόλου γὰρ οἱ λέγοντες ἐξαπατῶσιν ἑαυτούς, ὅτι τὸ εὖ ἔχειν τὴν ψυχὴν ἀρετὴ ἢ τὸ ὀρθοπραγεῖν ἤ τι τῶν τοιούτων· πολὺ γὰρ ἄμεινον λέγουσιν οἱ ἐξαριθμοῦντες τὰς ἀρετάς, ὥσπερ Γοργίας,

§ 7 μέρους ἀληθινώτεροι· περὶ γὰρ τὰ καθ᾽ ἕκαστα αἱ πράξεις, 1107 a 31
δέον δ᾽ ἐπὶ τούτων συμφωνεῖν. ληπτέον οὖν ταῦτα ἐκ τῆς
διαγραφῆς. περὶ μὲν οὖν φόβους καὶ θάῤῥη ἀνδρεία μεσό-
της· τῶν δ᾽ ὑπερβαλλόντων ὁ μὲν τῇ ἀφοβίᾳ ἀνώνυμος 1107 b
(πολλὰ δ᾽ ἐστὶν ἀνώνυμα), ὁ δ᾽ ἐν τῷ θαῤῥεῖν ὑπερβάλ-

---

32. ληπτέον οὖν] K^b ληπτέον.

τῶν οὕτως ὁριζομένων. Sed adest difficultas: quum enim rerum veritas sit a parte τῶν καθ᾽ ἕκαστα (ἐν οἷς καὶ περὶ ἃ ἡ πρᾶξις 1110 b 33; cf. vs 31), doctrina qua res tractandae sunt eo magis impeditur quanto propius accedit ad singula quaeque; nam ἔτι μᾶλλον ὁ περὶ τῶν καθ᾽ ἕκαστα λόγος οὐκ ἔχει τἀκριβές· οὔτε γὰρ ὑπὸ τέχνην οὔθ᾽ ὑπὸ παραγγελίαν οὐδεμίαν πίπτει 1104 a 6 (u. v.). Ceterum hoc nunc quidem minus verendum; quae enim hoc capite proponuntur καθ᾽ ἕκαστα, rectius fere vs 30 vocantur ἐπὶ μέρους; ab universo genere virtutis descenditur ad τὰ εἴδη, inter τὰ καθόλου et ipsa τὰ καθ᾽ ἕκαστα medium tenentia locum.

33. περὶ μὲν οὖν φόβους καὶ θάρρη ἀνδρεία μεσότης. Quum virtus ethica sit περὶ πάθη καὶ πράξεις, solemne est Aristoteli in aliis virtutibus describendis se referre ad affectum, in aliis ad quoddam πράξεως genus. Et illud quidem tum in hac διαγραφῇ tum libr. *Γ* et *Δ* factum esse videmus in fortitudine (περὶ φόβους καὶ θάρρη), σωφροσύνῃ (v. ad b 4), in πραότητι (περὶ ὀργήν); hoc in ἐλευθεριότητι (περὶ δόσιν χρημάτων καὶ λῆψιν) atque in tribus illis quae ad consuetudinem hominum inter se spectant (nam quod ibi est ἀληθὲς vel ἡδὺ totum positum est in illorum ipsorum qui ἀληθεύουσι, παίζουσι, φιλικῶς προσφέρονται agendi ratione). At sunt praeter has nonnullae virtutes in quibus τὸ περὶ ὃ plane alio modo exponitur; nam ἡ μεγαλοπρέπεια dicitur esse περὶ χρήματα (b 16); et honores ad quos quum φιλοτιμία tum μεγαλοψυχία refertur item nec πάθη sunt nec πράξεις, sed bonorum quoddam genus. Quibus addas ipsam justitiam, siquidem id proprium ejus est ut sit περὶ τἀγαθά, οὐ πάντα ἀλλὰ ... ἃ ἔστι μὲν ἁπλῶς ἀεὶ ἀγαθά, τινὶ δ᾽ οὐκ ἀεί 1129 b 2 sq. Triplici igitur definiendi ratione hac in re usus est Aristoteles, scilicet quia in aliâ virtute alia describendi ratio facilius se offerre videbatur. Nec tamen nil ad rem facere, utrum semper eâdem viâ insistatur an modo huc modo illuc vertatur oratio, prudens dixerit judex; jam enim et hoc curandum erat, ne quae omitteretur virtus, vel ut omnia πάθη, omnes vitae πράξεις imperio justo regerentur, omnibus bonis recte uteretur qui virtutibus satis instructus esset. Praeterea v. ad 1106 b 16; ad 1105 b 23; infra ad 1115 a 5; 1130 b 2—5.

1. ὁ μὲν τῇ ἀφοβίᾳ (ὑπερβάλλων) idem dici poterat ἐλλείπειν τῷ φοβεῖσθαι. Vides igitur τὸν τῷ μὲν φοβεῖσθαι ὑπερβάλλοντα τῷ δὲ θαρρεῖν ἐλλείποντα unum esse, ignavum (b 3 s.); quae vero ex adverso opposita sint τὸ ἐλλείπειν τῷ φοβεῖσθαι ἐν δὲ τῷ θαρρεῖν ὑπερβάλλειν ex Aristotelis sententiâ non in unam coire ἕξιν; nam τοῦ θρασέος alterum tantum b 2 proprium esse indicatur.

1107 b 3 λων θρασύς, ὁ δὲ τῷ μὲν φοβεῖσθαι ὑπερβάλλων τῷ δὲ θαῤῥεῖν ἐλλείπων δειλός. περὶ ἡδονὰς δὲ καὶ λύπας οὐ πάσας, ἧττον δὲ καὶ περὶ τὰς λύπας, μεσότης μὲν σωφροσύνη, ὑπερβολὴ δὲ ἀκολασία. ἐλλείποντες δὲ περὶ τὰς ἡδονὰς οὐ πάνυ γίνονται· διόπερ οὐδ' ὀνόματος τετυχήκασιν οὐδ' οἱ τοιοῦτοι, ἔστωσαν δὲ ἀναίσθητοι. περὶ δὲ δόσιν χρημάτων καὶ λῆψιν μεσότης μὲν ἐλευθεριότης, ὑπερβολὴ δὲ καὶ ἔλλειψις ἀσωτία καὶ ἀνελευθερία. ἐναντίως δ' ἑαυταῖς ὑπερβάλλουσι καὶ ἐλλείπουσιν· ὁ μὲν γὰρ ἄσωτος ἐν μὲν προέσει ὑπερβάλλει ἐν δὲ λήψει ἐλλείπει, B 7

3. δὲ τῷ] $K^b M^b$ δ' ἐν τῷ. 7. 8. ὀνόματος — τοιοῦτοι] ex uno (ut vid.) K^b; cett. οὗτοι ὀνόματος τετυχήκασιν. 8. K^b ἔστω δὲ ἀναίσθητος. 11. δ' ἑαυταῖς] om. K^b. 12 et 13. λήψει] K^b pr. bis λείψει.

4. περὶ ἡδονὰς δὲ καὶ λύπας .... σωφροσύνη. Quum dudum sciamus ὅτι παντὶ πάθει καὶ πάσῃ πράξει ἕπεται ἡδονὴ καὶ λύπη (1104 b 14) nec minus omnino τὴν ἠθικὴν ἀρετὴν περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας εἶναι (1104 b 8. 15; 1105 a 13), sponte apparet singularem praeter ceteras virtutem ita tantum dici περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας esse, ut aut ad certum quoddam earum genus referatur aut omnino quidem ad omnes, sed peculiari aliquo modo. Illud in σωφροσύνην cadere, statim additis verbis οὐ πάσας δὲ censet Aristoteles, plane eâdem sententiâ qua Γ 13, simulatque hanc virtutem advocavit, illico pergit ὅτι μὲν οὖν μεσότης ἐστὶ περὶ ἡδονὰς ἡ σωφροσύνη, εἴρηται ἡμῖν .... περὶ ποίας οὖν τῶν ἡδονῶν, νῦν ἀφορίσωμεν 1117 b 24—28. Sin vestigiis philosophi insistens porro interrogaveris, num ἀφωρισμέναι istae ἡδοναὶ Aristoteli visae sint πράξει τινὶ ἑπόμεναι esse an πάθει potius: poterit quidem etiam actionum quoddam genus afferri quocum conjunctae illae sint (ἡ ἀπόλαυσις ἣ πᾶσα γίνεται δι' ἁφῆς 1118 a 30), sed longe plus ad rem facit ut noverimus in his ipsis versari qui primus omnium affectuum vocabatur 1105 b 21 ἡ ἐπιθυμία quae proprie dicitur. Id quod e nullâ re magis elucet quam infra libr. H, ubi quae τῇ ἀκολασίᾳ affinis est ἀκρασία plus semel appellatur ἡ τῶν ἐπιθυμιῶν, opposita τῇ τοῦ θυμοῦ imprimis (velut 1149 b 23—31; ib. a 24 s.). Nec tamen ita mirum, quod rectius fere vel brevius esse videbatur scriptori περὶ ἡδονὰς dicere καὶ λύπας quam περὶ ἐπιθυμίας (καὶ φυγὰς v. 1150 a 10). Est enim ἐπιθυμίας vocis tam varius usus, ut totum τὸ ἄλογον ὃ μετέχει πως λόγου audiverimus vocari ἐπιθυμητικὸν (1102 b 30), utque ἐπιθυμεῖν dicantur non solum omnino τῶν ἡδέων, sed etiam τῶν ἀγαθῶν. Itaque permulta enumeranda atque seponenda erant etiam ei qui exorsus ab ἐπιθυμίας genere ad illam pervenire volebat ἐπιθυμίαν in quâ gubernandâ temperantiâ perspicitur.

5. ἧττον δὲ καὶ περὶ τὰς λύπας: neque enim solum aeque atque in ἡδονῶν genere multae secernendae sunt quippe ad quas ista virtus non pertineat, sed omnino ἡ σωφροσύνη „ἧττον καὶ οὐχ ὁμοίως ἐστὶ περὶ τὰς λύπας“ 1117 b 26.

B 7 ὁ δὲ ἀνελεύθερος ἐν μὲν λήψει ὑπερβάλλει ἐν δὲ προέσει 1107 b 13 ἐλλείπει. νῦν μὲν οὖν τύπῳ καὶ ἐπὶ κεφαλαίῳ λέγομεν, ἀρκούμενοι αὐτῷ τούτῳ· ὕστερον δὲ ἀκριβέστερον περὶ αὐτῶν διορισθήσεται. περὶ δὲ τὰ χρήματα καὶ ἄλλαι διαθέσεις εἰσί, μεσότης μὲν μεγαλοπρέπεια (ὁ γὰρ μεγαλοπρεπὴς διαφέρει ἐλευθερίου· ὁ μὲν γὰρ περὶ μεγάλα, ὁ δὲ περὶ μικρά), ὑπερβολὴ δὲ ἀπειροκαλία καὶ βαναυσία, ἔλλειψις δὲ μικροπρέπεια. [διαφέρουσι δ' αὗται τῶν περὶ τὴν ἐλευθεριότητα, πῇ δὲ διαφέρουσιν, ὕστερον ῥηθήσεται.] περὶ δὲ τιμὴν καὶ ἀτιμίαν μεσότης μὲν μεγαλοψυχία, ὑπερβολὴ δὲ χαυνότης τις λεγομένη, ἔλλειψις δὲ μικροψυχία· ὡς δ' ἐλέγομεν ἔχειν πρὸς τὴν μεγαλοπρέπειαν τὴν ἐλευ-

---

14. $K^b N^b$ ἐπὶ κεφαλαίου. 16. δὲ τὰ] K^b δέ. 21. 22. [διαφέρουσι δ' — ἐλευθεριότητα] om. K^b. 21. πῇ] ex uno(ut vid.) K^b; cett. ᾧ.

---

16. περὶ δὲ χρήματα καὶ ἄλλαι διαθέσεις εἰσί. Non περὶ χρήματα sed περὶ δόσιν χρημάτων καὶ λῆψιν dicebatur esse quae modo inde a b 8 descripta est μεσότης. Quod cur huc non sit translatum, neminem fugiet. Neque enim ita solum differunt ἡ μεγαλοπρέπεια et ἡ ἐλευθεριότης, ut illa sit περὶ μεγάλα, haec περὶ μικρά (b 18), sed illa quidem ad λῆψιν nullo modo pertinet; neque est τὸ δαπανᾶν, in quo spectatur tota, idem quod δόσις.

21. πῇ δὲ διαφέρουσιν, ὕστερον ῥηθήσεται. Haec si referantur ad τὰς ὑπερβολὰς et τὰς ἐλλείψεις (b 19), dicendum erit promissum esse quod postea non persolvatur; in perbrevi enim descriptione βαναυσίας et μικροπρεπείας, quae sola exstat (1123 a 19—33), ne verbo quidem de differentiâ inter illas interque ἀσωτίαν et ἀνελευθερίαν agitur. Sin cogitandum esse censueris etiam de virtutibus quae medium teneant locum (verbis enim αἱ vel τὰ περὶ τὴν ἐλευθεριότητα b 20 non excludi ipsam liberalitatem, sed advocari), verum quidem erit ὕστερον componi μεγαλοπρέπειαν et ἐλευθεριότητα (v. ad b 16), sed ita verba διαφέρουσι δ' αὗται (b 20) moleste iterabunt quod jam (b 17 s. ὁ γὰρ μεγαλοπρεπὴς διαφέρει ἐλευθερίου) satis dictum erat. Motâ igitur aliquâ suspicione, observabis membrum quidem supra b 17—19 (ὁ γὰρ ... περὶ μικρὰ) interpositum bene munitum esse propter ea quae b 24—27 sequuntur ὡς δ' ἐλέγομεν κ. τ. λ., at sententiam illam b 20. 21 διαφέρουσι δ' .... ῥηθήσεται, ut nihil dicam de loquendi genere τῶν περὶ τὴν ἐλ. quod ex usu sane Nicomacheorum non est, nullum sui relicturam esse desiderium, si absit. Et eadem illa ex parte certe abest a libro K^b.

21 s. περὶ δὲ τιμὴν .... μεγαλοψυχία. Quomodo breviter loquenti ἡ μεγαλοψυχία dicenda sit ad honores spectare, 1123 b 15—24 apparebit, ubi vs 21 sq. conclusio est περὶ τιμὰς δὴ καὶ ἀτιμίας ὁ μεγαλόψυχός ἐστιν ὡς δεῖ. καὶ ἄνευ δὲ λόγου φαίνονται .. περὶ τιμὴν εἶναι.

θεριότητα, ⟨τῷ⟩ περὶ μικρὰ διαφέρουσαν, οὕτως ἔχει τις καὶ πρὸς τὴν μεγαλοψυχίαν, περὶ τιμὴν οὖσαν μεγάλην, αὐτὴ περὶ μικρὰν οὖσα· ἔστι γὰρ ὡς δεῖ ὀρέγεσθαι τιμῆς καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ καὶ ἧττον, λέγεται δ' ὁ μὲν ὑπερβάλλων ταῖς ὀρέξεσι φιλότιμος, ὁ δ' ἐλλείπων ἀφιλότιμος, ὁ δὲ μέσος ἀνώνυμος. ἀνώνυμοι δὲ καὶ αἱ διαθέσεις, πλὴν ἡ τοῦ φιλοτίμου φιλοτιμία. ὅθεν ἐπιδικάζονται οἱ ἄκροι τῆς μέσης χώρας. καὶ ἡμεῖς δὲ [ἔστι μὲν ὅτε τὸν μέσον φιλότιμον καλοῦμεν ἔστι δ' ὅτε ἀφιλότιμον· καὶ] ἔστιν ὅτε μὲν
1108 a ἐπαινοῦμεν τὸν φιλότιμον, ἔστι δ' ὅτε τὸν ἀφιλότιμον. διὰ τίνα δ' αἰτίαν τοῦτο ποιοῦμεν, ἐν τοῖς ἑξῆς ῥηθήσεται· νῦν δὲ περὶ τῶν λοιπῶν λέγωμεν κατὰ τὸν ὑφηγημένον τρό-

25. ⟨τῷ⟩ add. conj. 26. πρὸς τὴν] K^b πρός. αὐτὴ] $K^b M^b$ αὕτη. 27. μικρὰν] $K^b L^b N^b$ μικρά. 32—1108 a 1. καὶ ἡμεῖς δὲ — ἀφιλότιμον] K^b longe brevius καὶ ἡμεῖς δὲ ἔστιν ὅτε ἐπαινοῦμεν τὸν φιλότιμον; quae rec. Bekk. omnia in uno (ut vid.) N^b sunt.

25. περὶ μικρὰ διαφέρουσαν i. e. οὖσαν περὶ μικρὰ καὶ τούτῳ διαφέρουσαν (v. b 18) vel διαφέρουσαν τῷ περὶ μικρὰ εἶναι. Et puto equidem Aristotelem scripsisse τῷ περὶ μικρὰ διαφέρουσαν.

30. ἀνώνυμοι ... πλὴν ἡ τοῦ φιλοτίμου φιλοτιμία: quamquam 1125 b 22 non dubitavit τῇ φιλοτιμίᾳ opponere ἀφιλοτιμίαν.

31. ὅθεν ἐπιδικάζονται οἱ ἄκροι τῆς μέσης χώρας. Quae hinc usque ad 1108 a 1 adjungitur observatio item in plenâ de singulis virtutibus disputatione libr. Γ. Δ ei potissimum capiti inserta legitur quo ὁ φιλότιμος tractatur (Δ 10, 1125 b 8 sqq.). Testimonium luculentum, quam diligenter curaverit scriptor ut omnia quae in hac διαγραφῇ leguntur bene consentiant cum pleniôre illâ doctrinâ librorum insequentium: id enim quod ita observatur haud unius virtutis proprium esse, sed pertinere quodammodo ad omnes, minime scribentem fugit: ἔοικε δὲ τοῦτ' εἶναι καὶ περὶ τὰς ἄλλας ἀρετάς 1125 b 23. Nam utrumque et τὸ ἐπιδικάζεσθαι τοὺς ἄκρους τῆς μέσης χώρας (b 31) et varietas illa nostri judicii, qua modo magis timemus ne in quacunque re nimii simus, modo ne parum praestetur (b 32 s.), apparet quidem maxime ubi etiam nomine eget medium, sed res ipsa in omnes partes patet. V. quae capp. 8 et 9 disputantur, imprimis (ut unum afferam) verba 1108 b 23 διὸ καὶ ἀπωθοῦνται τὸν μέσον οἱ ἄκροι (ἐν ἑκάστῃ ἕξει) ἑκάτερος πρὸς ἑκάτερον, sibi nimirum affectantes laudem mediocritatis.

1. 2. διὰ τίνα δ' αἰτίαν ... ἐν τοῖς ἑξῆς ῥηθήσεται: id quod plene fit, si quaestionem istam ad unam φιλοτιμίαν retuleris, 1125 b 14 δῆλον δ' ὅτι πλεοναχῶς τοῦ φιλοτοιούτου λεγομένου οὐκ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἀεὶ φέρομεν τὸν φιλότιμον, ἀλλ' ἐπαινοῦντες μὲν ἐπὶ τὸ μᾶλλον ἢ οἱ πολλοί, ψέγοντες δ' ἐπὶ τὸ μᾶλλον ἢ δεῖ. ἀνωνύμου δ' οὔσης τῆς μεσότητος, ὡς ἐρήμης ἔοικεν ἀμφισβητεῖν τὰ ἄκρα.

3. κατὰ τὸν ὑφηγημένον τρόπον, ut 1256 a 2; κατὰ τὴν ὑφηγημέ-

7 πον. ἔστι δὲ καὶ περὶ ὀργὴν ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις καὶ 1108 a 4 μεσότης, σχεδὸν δὲ ἀνωνύμων ὄντων αὐτῶν τὸν μέσον πρᾶον λέγοντες τὴν μεσότητα πραότητα καλέσομεν· τῶν δ' ἄκρων ὁ μὲν ὑπερβάλλων ὀργίλος ἔστω, ἡ δὲ κακία ὀργιλότης, ὁ δ' ἐλλείπων ἀόργητός τις, ἡ δ' ἔλλειψις ἀοργησία. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι τρεῖς μεσότητες, ἔχουσαι μέν τινα ὁμοιότητα πρὸς ἀλλήλας, διαφέρουσαι δ' ἀλλήλων· πᾶσαι μὲν γάρ εἰσι περὶ λόγων καὶ πράξεων κοινωνίαν, διαφέρουσι δὲ ὅτι ἡ μέν ἐστι περὶ τἀληθὲς τὸ ἐν αὐτοῖς, αἱ δὲ περὶ τὸ ἡδύ· τούτου δὲ τὸ μὲν ἐν παιδιᾷ τὸ δ' ἐν πᾶσι τοῖς κατὰ τὸν βίον. ῥητέον οὖν καὶ περὶ τούτων, ἵνα μᾶλλον κατίδωμεν ὅτι ἐν πᾶσιν ἡ μεσότης ἐπαινετόν, τὰ

---

4. περὶ] K[b] περὶ τὴν. 5. ὄντων] om. K[b]. 6. K[b] καλέσωμεν 7. ἔστω] K[b] ἐστὶν. 8. K[b] ἀνόργιστός et ἀνοργησία. 12. ὅτι ἡ μέν ἐστι] K[b] ἡ μὲν ὅτι ἐστι.

νην μέθοδον 1252 a 17. Pluries verbum ὑφηγεῖσθαι in Politicis, in Nicomacheis hoc tantum loco reperitur.

6. 7. 8. καλέσομεν ... ἔστω .... τις. Ecce tria loquendi genera quibus scriptor coactus nomina proponere id unum significat, dubitationem subesse an liceat iis uti. Est vero causa dubitationis diversa: modo enim novam fere vocem fingit ubi usus linguae nullam suppetebat, modo unam inter plures usitatas assumit incertus forte quamnam praeferat. Hoc in τὴν ὑπερβολὴν περὶ ὀργὴν cadit, in qua Graeci ὀργίλους, ὀξεῖς, ἀκροχόλους, πικρούς, χαλεποὺς discernebant (1126 a 13. 18. 19. 26); illud in τὴν ἔλλειψιν; pronum enim illud genus hominum in iram erat, ut φυσικώτερον videretur ὁ θυμὸς καὶ ἡ χαλεπότης τῶν ἐπιθυμιῶν τῶν τῆς ὑπερβολῆς (1149 b 6), utque prae contemptu vix nomine dignarentur, si quando quis ἠλίθιος vel ἀνδραποδώδης (1126 a 5. 8) ne justam quidem irascendi causam arriperet.

9. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι τρεῖς μεσότητες. Quod ita (— a 14) hic praemittitur ut sciatur quid ἀλήθεια εὐτραπελία φιλία commune inter se habeant et quid differant, post libr. Δ in fine horum capitum legitur 1128 b 4—9. Praeterea Δ 12—14 alio ordine de his disputatur, ut ἡ φιλία primum teneat locum, ἡ ἀλήθεια secundum, ultimum εὐτραπελία. Unde fit ut illic duae virtutes, quae ad unum τὸ ἡδὺ (τὸ ἐν αὐτοῖς i. e. τὸ ἐν λόγοις καὶ πράξεσι vel τὸ ἐν λόγων καὶ πράξεων κοινωνίᾳ — a 13. 12. 11) pertinent, interpositâ ἀληθείας descriptione non jam eâdem serie excipiant se. — Hoc igitur primum est quo haec διαγραφὴ discrepat a longiore disputatione libr. Γ. Δ.

15. ἵνα μᾶλλον κατίδωμεν ὅτι ἐν πᾶσιν ἡ μεσότης ἐπαινετὸν seu ἡ ἀρετὴ μεσότης. Alterum enim quod hic ubique explicat (v. ad 1107 a 28) τὸ περὶ τίνας πράξεις ἢ τίνα πάθη nunc jam constat in his virtutibus (v. a 11 sq.). Ceterum cf. simillimam huic sententiam 1127 a

1107 b 25 θεριότητα, ⟨τῷ⟩ περὶ μικρὰ διαφέρουσαν, οὕτως ἔχει τις καὶ πρὸς τὴν μεγαλοψυχίαν, περὶ τιμὴν οὖσαν μεγάλην, αὐτὴ περὶ μικρὰν οὖσα· ἔστι γὰρ ὡς δεῖ ὀρέγεσθαι τιμῆς καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ καὶ ἧττον, λέγεται δ' ὁ μὲν ὑπερβάλλων ταῖς ὀρέξεσι φιλότιμος, ὁ δ' ἐλλείπων ἀφιλότιμος, ὁ δὲ μέσος ἀνώνυμος. ἀνώνυμοι δὲ καὶ αἱ διαθέσεις, πλὴν ἡ τοῦ φιλοτίμου φιλοτιμία. ὅθεν ἐπιδικάζονται οἱ ἄκροι τῆς μέσης χώρας. καὶ ἡμεῖς δὲ [ἔστι μὲν ὅτε τὸν μέσον φιλότιμον καλοῦμεν ἔστι δ' ὅτε ἀφιλότιμον· καὶ] ἔστιν ὅτε μὲν
1108 a ἐπαινοῦμεν τὸν φιλότιμον, ἔστι δ' ὅτε τὸν ἀφιλότιμον. διὰ τίνα δ' αἰτίαν τοῦτο ποιοῦμεν, ἐν τοῖς ἑξῆς ῥηθήσεται· νῦν δὲ περὶ τῶν λοιπῶν λέγωμεν κατὰ τὸν ὑφηγημένον τρό- B 7

25. ⟨τῷ⟩ add. conj. 26. πρὸς τὴν] K^b πρὸς. αὐτὴ] $K^b M^b$ αὕτη. 27. μικρὰν] $K^b L^b N^b$ μικρά. 32—1108 a 1. καὶ ἡμεῖς δὲ — ἀφιλότιμον] K^b longe brevius καὶ ἡμεῖς δὲ ἔστιν ὅτε ἐπαινοῦμεν τὸν φιλότιμον; quae rec. Bekk. omnia in uno (ut vid.) N^b sunt.

25. *περὶ μικρὰ διαφέρουσαν* i. e. *οὖσαν περὶ μικρὰ καὶ τούτῳ διαφέρουσαν* (v. b 18) vel *διαφέρουσαν τῷ περὶ μικρὰ εἶναι.* Et puto equidem Aristotelem scripsisse *τῷ περὶ μικρὰ διαφέρουσαν.*

30. *ἀνώνυμοι ... πλὴν ἡ τοῦ φιλοτίμου φιλοτιμία*: quamquam 1125 b 22 non dubitavit *τῇ φιλοτιμίᾳ* opponere *ἀφιλοτιμίαν.*

31. *ὅθεν ἐπιδικάζονται οἱ ἄκροι τῆς μέσης χώρας.* Quae hinc usque ad 1108 a 1 adjungitur observatio item in plenâ de singulis virtutibus disputatione libr. *Γ. Δ* ei potissimum capiti inserta legitur quo *ὁ φιλότιμος* tractatur (*Δ* 10, 1125 b 8 sqq.). Testimonium luculentum, quam diligenter curaverit scriptor ut omnia quae in hac *διαγραφῇ* leguntur bene consentiant cum pleniôre illâ doctrinâ librorum insequentium: id enim quod ita observatur haud unius virtutis proprium esse, sed pertinere quodammodo ad omnes, minime scribentem fugit: *ἔοικε δὲ τοῦτ' εἶναι καὶ περὶ τὰς ἄλλας ἀρετάς* 1125 b 23. Nam utrumque et *τὸ ἐπιδικάζεσθαι τοὺς ἄκρους τῆς μέσης χώρας* (b 31) et varietas illa nostri judicii, qua modo magis timemus ne in quacunque re nimii simus, modo ne parum praestetur (b 32 s.), apparet quidem maxime ubi etiam nomine eget medium, sed res ipsa in omnes partes patet. V. quae capp. 8 et 9 disputantur, imprimis (ut unum afferam) verba 1108 b 23 *διὸ καὶ ἀπωθοῦνται τὸν μέσον οἱ ἄκροι* (*ἐν ἑκάστῃ ἕξει*) *ἑκάτερος πρὸς ἑκάτερον*, sibi nimirum affectantes laudem mediocritatis.

1. 2. *διὰ τίνα δ' αἰτίαν ... ἐν τοῖς ἑξῆς ῥηθήσεται*: id quod plene fit, si quaestionem istam ad unam *φιλοτιμίαν* retuleris, 1125 b 14 *δῆλον δ' ὅτι πλεοναχῶς τοῦ φιλοτοιούτου λεγομένου οὐκ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἀεὶ φέρομεν τὸν φιλότιμον, ἀλλ' ἐπαινοῦντες μὲν ἐπὶ τὸ μᾶλλον ἢ οἱ πολλοί, ψέγοντες δ' ἐπὶ τὸ μᾶλλον ἢ δεῖ. ἀνωνύμου δ' οὔσης τῆς μεσότητος, ὡς ἐρήμης ἔοικεν ἀμφισβητεῖν τὰ ἄκρα.*

3. *κατὰ τὸν ὑφηγημένον τρόπον*, ut 1256 a 2; *κατὰ τὴν ὑφηγημέ-*

B 7 πον. ἔστι δὲ καὶ περὶ ὀργὴν ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις καὶ μεσότης, σχεδὸν δὲ ἀνωνύμων ὄντων αὐτῶν τὸν μέσον πρᾶον λέγοντες τὴν μεσότητα πραότητα καλέσομεν· τῶν δ' ἄκρων ὁ μὲν ὑπερβάλλων ὀργίλος ἔστω, ἡ δὲ κακία ὀργιλότης, ὁ δ' ἐλλείπων ἀόργητός τις, ἡ δ' ἔλλειψις ἀοργησία. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι τρεῖς μεσότητες, ἔχουσαι μέν τινα ὁμοιότητα πρὸς ἀλλήλας, διαφέρουσαι δ' ἀλλήλων· πᾶσαι μὲν γάρ εἰσι περὶ λόγων καὶ πράξεων κοινωνίαν, διαφέρουσι δὲ ὅτι ἡ μέν ἐστι περὶ τἀληθὲς τὸ ἐν αὐτοῖς, αἱ δὲ περὶ τὸ ἡδύ· τούτου δὲ τὸ μὲν ἐν παιδιᾷ τὸ δ' ἐν πᾶσι τοῖς κατὰ τὸν βίον. ῥητέον οὖν καὶ περὶ τούτων, ἵνα μᾶλλον κατίδωμεν ὅτι ἐν πᾶσιν ἡ μεσότης ἐπαινετόν, τὰ 1108 a 4

---

4. περὶ] K[b] περὶ τὴν. 5. ὄντων] om. K[b]. 6. K[b] καλέσωμεν 7. ἔστω] K[b] ἐστὶν. 8. K[b] ἀνόργιστός et ἀνοργησία. 12. ὅτι ἡ μέν ἐστι] K[b] ἡ μὲν ὅτι ἔστι.

την μέθοδον 1252 a 17. Pluries verbum ὑφηγεῖσθαι in Politicis, in Nicomacheis hoc tantum loco reperitur.

6. 7. 8. καλέσομεν ... ἔστω .... τις. Ecce tria loquendi genera quibus scriptor coactus nomina proponere id unum significat, dubitationem subesse an liceat iis uti. Est vero causa dubitationis diversa: modo enim novam fere vocem fingit ubi usus linguae nullam suppetebat, modo unam inter plures usitatas assumit incertus forte quamnam praeferat. Hoc in τὴν ὑπερβολὴν περὶ ὀργὴν cadit, in qua Graeci ὀργίλους, ὀξεῖς, ἀκροχόλους, πικρούς, χαλεποὺς discernebant (1126 a 13. 18. 19. 26); illud in τὴν ἔλλειψιν; pronum enim illud genus hominum in iram erat, ut φυσικώτερον videretur ὁ θυμὸς καὶ ἡ χαλεπότης τῶν ἐπιθυμιῶν τῶν τῆς ὑπερβολῆς (1149 b 6), utque prae contemptu vix nomine dignarentur, si quando quis ἠλίθιος vel ἀνδραποδώδης (1126 a 5. 8) ne justam quidem irascendi causam arriperet.

9. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι τρεῖς μεσότητες. Quod ita (— a 14) hic praemittitur ut sciatur quid ἀλήθεια εὐτραπελία φιλία commune inter se habeant et quid differant, post libr. *Δ* in fine horum capitum legitur 1128 b 4—9. Praeterea *Δ* 12—14 alio ordine de his disputatur, ut ἡ φιλία primum teneat locum, ἡ ἀλήθεια secundum, ultimum εὐτραπελία. Unde fit ut illic duae virtutes, quae ad unum τὸ ἡδὺ (τὸ ἐν αὐτοῖς i. e. τὸ ἐν λόγοις καὶ πράξεσι vel τὸ ἐν λόγων καὶ πράξεων κοινωνίᾳ — a 13. 12. 11) pertinent, interpositâ ἀληθείας descriptione non jam eâdem serie excipiant se. — Hoc igitur primum est quo haec διαγραφὴ discrepat a longiore disputatione libr. *Γ*. *Δ*.

15. ἵνα μᾶλλον κατίδωμεν ὅτι ἐν πᾶσιν ἡ μεσότης ἐπαινετὸν seu ἡ ἀρετὴ μεσότης. Alterum enim quod hic ubique explicat (v. ad 1107 a 28) τὸ περὶ τίνας πράξεις ἢ τίνα πάθη nunc jam constat in his virtutibus (v. a 11 sq.). Ceterum cf. simillimam huic sententiam 1127 a

1108a δ' ἄκρα οὔτ' ὀρθὰ οὔτ' ἐπαινετὰ ἀλλὰ ψεκτά. ἔστι μὲν B 7 οὖν καὶ τούτων τὰ πλείω ἀνώνυμα, πειρατέον δ', ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, αὐτοὺς ὀνοματοποιεῖν σαφηνείας ἕνεκεν καὶ τοῦ εὐπαρακολουθήτου. περὶ μὲν οὖν τὸ ἀληθὲς ὁ μὲν μέσος ἀληθής τις καὶ ἡ μεσότης ἀλήθεια λεγέσθω, ἡ δὲ προσποίησις ἡ μὲν ἐπὶ τὸ μεῖζον ἀλαζονεία καὶ ὁ ἔχων αὐτὴν ἀλαζών, ἡ δὲ ἐπὶ τὸ ἔλαττον εἰρωνεία καὶ εἴρων. περὶ δὲ τὸ ἡδὺ τὸ μὲν ἐν παιδιᾷ ὁ μὲν μέσος εὐτράπελος καὶ ἡ διάθεσις εὐτραπελία, ἡ δ' ὑπερβολὴ βωμολοχία καὶ ὁ ἔχων αὐτὴν βωμολόχος· ὁ δ' ἐλλείπων ἀγροῖκός τις καὶ ἡ ἕξις ἀγροικία· περὶ δὲ τὸ λοιπὸν ἡδὺ τὸ ἐν τῷ βίῳ ὁ μὲν ὡς δεῖ ἡδὺς ὢν φίλος καὶ ἡ μεσότης φιλία, ὁ δ' ὑπερβάλλων, εἰ μὲν οὐδενὸς ἕνεκα, ἄρεσκος, εἰ δ' ὠφελείας τῆς αὐτοῦ, κόλαξ, ὁ δ' ἐλλείπων καὶ ἐν πᾶσιν ἀηδὴς δύσερίς τις καὶ δύσκολος. εἰσὶ δὲ καὶ

---

16. δ' ἄκρα — ἐπαινετὰ] K[b] δάκρυα οὔτ' ἐπαινετὰ οὔτ' ὀρθά. ἔστι] K[b] εἰσί. 18. 19. ἕνεκεν] K[b] ἕνεκα. 22. 23. καὶ εἴρων] scrib. καὶ ὁ ἔχων εἴρων. 24. K[b] εὐτραπέλεια.

---

15 sq. μᾶλλον . . . . . μεσότητας εἶναι τὰς ἀρετὰς πιστεύσαιμεν ἂν ἐπὶ πάντων οὕτως ἔχον συνιδόντες, in capite de ἀληθείᾳ insertam illam.

19. περὶ μὲν οὖν τὸ ἀληθές: ita enim a 12 praescriptum. Est vero ipsum τὸ ἀληθὲς medium aliquod, a quo in majus vanitas τοῦ ἀλαζόνος discedit, in minus ἡ εἰρωνεία. Ergo non prorsus e consilio suo nomen imposuit Aristoteles τῷ περὶ ὅ; neque enim dicturus erat esse qui in loquendo atque agendo nimis studerent veritati.

26. ἀγροῖκός τις. Notum, in hoc adjectivo de accentu dissentiri; at haud probabile unum scriptorem sibi non constitisse. Bekkerus enim Aristotelem exhibet ἄγροικον scribentem in MM. 1193 a 13 et 16, in Eud. 1234 a 8; in Nic. 1151 b 13; item 488 b 2; at ἀγροῖκον in Nic. nostro loco et 1104 a 24; praeterea 1395 a 7 et 1408 a 32. — Particulam τὶς addi, in nomine quod per se in varias partes verti potest non est mirum. Nam, ut de solis Nicomacheis loquar, quem hic vocat ἀγροῖκον Δ 14 malebat ἄγριον dicere; contra 1104 a 24 ἀγροῖκος est qui ibidem et 1107 b 8 appellatur ἀναίσθητος; denique rursus aliud genus est hominum qui ἄγροικοι 1151 b 13 ἰσχυρογνώμονες sunt, cognati τοῖς ἀμαθέσιν.

30. εἰσὶ δὲ καὶ ἐν τοῖς πάθεσι . . . . μεσότητες. Vides jam ab initio ita institui orationem ut appareat, nolle hanc διαγραφὴν unâ mediocritate hujus generis contentam esse, ut libr. Δ solâ verecundiâ. — Sed quaeres quomodo potuerit hoc ut proprium quoddam proponi ὅτι ἐν τοῖς πάθεσι μεσότητες hae sint. Quum enim τὸ μέσον οὐ στοχαστική ἐστιν ἡ ἀρετὴ sit μέσον τὸ ἐν τοῖς πάθεσι (1109 a 23), quidni omnis virtus ethica potuerit dici μεσότης ἐν πάθεσι? cf. 1106 b 24 ἡ δ' ἀρετὴ

3 7 ἐν τοῖς πάθεσι καὶ ἐν τοῖς περὶ τὰ πάθη μεσότητες· ἡ γὰρ 1107 a 31 αἰδὼς ἀρετὴ μὲν οὐκ ἔστιν, ἐπαινεῖται δὲ καὶ ὁ αἰδήμων. καὶ γὰρ ἐν τούτοις ὁ μὲν λέγεται μέσος, ὁ δ' ὑπερβάλλων, ὡς ὁ καταπλήξ, ὁ πάντα αἰδούμενος· ὁ δ' ἐλλείπων ἢ ὁ μηδὲ ὅλως ἀναίσχυντος· ὁ δὲ μέσος αἰδήμων. νέμεσις δὲ μεσότης φθόνου καὶ ἐπιχαιρεκακίας· εἰσὶ δὲ περὶ 1108 b λύπην καὶ ἡδονὴν τὰς ἐπὶ τοῖς συμβαίνουσι τοῖς πέλας γινομένας· ὁ μὲν γὰρ νεμεσητικὸς λυπεῖται ἐπὶ τοῖς ἀναξίως εὖ πράττουσιν, ὁ δὲ φθονερὸς ὑπερβάλλων τοῦτον ἐπὶ πᾶσι λυπεῖται, ὁ δ' ἐπιχαιρέκακος τοσοῦτον ἐλλείπει τοῦ λυπεῖσθαι ὥστε καὶ χαίρειν. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων καὶ ἄλλοθι καιρὸς ἔσται· περὶ δὲ δικαιοσύνης, ἐπεὶ οὐχ ἁπλῶς

31. *πάθεσι — περὶ*] K^b *παθήμασι καὶ περί*. 35. *ὁ μηδὲ*] K^b *μηδέν*.

περὶ πάθη καὶ πράξεις ἐστίν, ἐν οἷς . . . τὸ μέσον ἐπαινεῖται καὶ κατορθοῦται· ταῦτα δ' ἄμφω τῆς ἀρετῆς. Quae dubitatio additis quidem verbis *καὶ ἐν τοῖς περὶ τὰ πάθη* (*μεσότητες*) vs 31 haud removetur. Nihilominus haud obscurum est quo spectent verba ista: animadvertas enim quomodo negando mox idem dicatur vs 32 *ἀρετὴ μὲν οὐκ ἔστιν*, cui sententiae causa adjungitur 1128 b 11 haec: *πάθει γὰρ μᾶλλον ἔοικεν ἢ ἕξει*; vel ut apud Eudemum (1234 a 25) est *ταῦτα δὲ πάντ' ἐστὶν ἐν ταῖς τῶν παθημάτων διαιρέσεσιν· ἕκαστον γὰρ αὐτῶν πάθος τί ἐστιν*; cf. 1233 b 18 *μεσότητες παθητικαί*. Hoc igitur verbis *ἐν τοῖς πάθεσι μεσότητες* dicturus est philosophus: esse quasdam *μεσότητας*, quae non sint *περὶ πάθος τι* (ut *αἱ ἕξεις* sint), sed *ἐν τοῖς πάθεσι*, et ipsae scilicet *πάθη* vocandae; eo fere praepositionis *ἐν* usu, quo recte *αἱ ἀρεταὶ* potuerint dici *μεσότητες ἐν ταῖς ἕξεσιν*.

35 — b 6. Quum *ἡ νέμεσις* tacite libro *Δ* praetermissa sit, Nicomacheorum quidem omnis de eâ doctrina his versibus inclusa est. Aliter Eudemia (v. post 1221 a 3 et a 38 — b 3 in libro *Γ* 1233 b 18 — 26) et M. M. *A* 28. Quae igitur h. l. omissa vel peccata fuerint, in Nic. sine remedio sunt. Habemus autem — ne plura congeram — in descriptione b 3 — 6 (*ὁ μὲν . . . ὁ δὲ . . . ὁ δὲ*) climacem quidem qualis rhetoricis placere possit ut elegans, sententiam vero impeditam. Quum enim *ὁ φθονερὸς* dicatur *ὑπερβάλλων τὸν νεμεσητικὸν ἐπὶ πᾶσι λυπεῖσθαι* b 4. 5, apparet *ἐπὶ πᾶσι* dici *οὐ μόνον ἐπὶ τοῖς ἀναξίως εὖ πράττουσιν, ἀλλὰ ἐπὶ τοῖς ἀξίως* (v. b 3; cf. si vis e Top. 109 b 35 — 110 a 4); at *ὁ ἐπιχαιρέκακος* nec *λυπούμενος* nec *χαίρων* ad eos pertinet qui vel *ἀξίως* vel *ἀναξίως εὖ πράττουσιν*, sed totum se refert ad *τοὺς κακῶς πράττοντας*; qua in re id vitii habet ut gaudeat si qui *ἀναξίως κακῶς πράττουσιν*. De his autem nullo modo adhuc verbum dictum est ad quod cogitatio referatur; neque in hac breviloquentiâ quidquam spei subest fore ut probabili conjecturâ oratio ita reformetur ut ipse scriptor extra culpam sit. Nisi forte haec sit excusatio quod ad finem properat.

6. 7. *καὶ ἄλλοθι καιρὸς ἔστι*: loquendi genus quod semel tantum in Nic. occurrit, ita vero et ipsum comparatum et eo apud Aristotelem

1108 b 8 λέγεται, μετὰ ταῦτα διελόμενοι περὶ ἑκατέρας ἐροῦμεν πῶς μεσότητές εἰσιν. [ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν λογικῶν ἀρετῶν.] B 7

τριῶν δὲ διαθέσεων οὐσῶν, δύο μὲν κακιῶν, τῆς μὲν 8

9. πῶς μεσότητές εἰσιν] susp. 9. 10. [ὁμοίως — ἀρετῶν] susp.

usu, ut nil obstet quominus putemus ablegari nos ad prorsus aliud ejus opus. Nec si omnem hujus capitis disputationem, exorsam 1107 a 32 ληπτέον οὖν ταῦτα ἐκ τῆς διαγραφῆς et toties monentem adumbrari tantum quae modo absolvenda sint (1107 b 14—16; b 21; 1108 a 2), contemplati erimus, verisimile videbitur, scriptorem quum in fine scriberet ἀλλὰ μὲν περὶ τούτων καὶ ἄλλοθι καιρὸς ἔσται voce περὶ τούτων rursus respexisse ad omnia quae tractata sunt, incertius de iis locuturum quam antea. Imo τούτων referentes ad ea quae ad νέμεσιν pertinent vel ad νέμεσιν et αἰδῶ non fallemur. Ita vero haud temere censebis, τὸν καιρὸν quem ἄλλοθι praevideat, in Rhetoricis adfuisse, ubi B 9 plene naturam τοῦ νεμεσᾶν explicuit ut B 6 τὸ αἰσχύνεσθαι. Qua in re verum quidem est sententias et definitionem Rhet. B 9 prolatas paullo melius concinere cum iis quae in Eudemiis de eâdem re legantur quam cum his Nicomacheorum verbis (a 35 — b 6); sed loci Nicomachei indole perspectâ jam sumus moniti, ne suspicioni inde natae plus demus quam par est.

7—9. περὶ δὲ δικαιοσύνης.... πῶς μεσότητές εἰσιν. Iustitiam, quae ultima est virtutum ethicarum, nolens negligere, rem totam ad librum E reservat. Duae enim sunt δικαιοσύναι (οὐχ ἁπλῶς b 7; περὶ ἑκατέρας b 8): altera ἡ κατὰ τὴν ὅλην ἀρετὴν τεταγμένη, τῆς ὅλης ἀρετῆς οὖσα χρῆσις πρὸς ἄλλον (1130 b 18), altera ἡ ἐν μέρει ἀρετῆς (1130 a 14), quarum differentia vix paucis verbis exponi poterat. Neque id, quo spectat haec διαγραφή, ut noscatur scil. mediocritatem esse virtutem, in justitiâ aequale et aeque simplex atque in reliquis; nam ἡ δικαιοσύνη μεσότης ἐστὶν οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον ταῖς πρότερον ἀρεταῖς 1133 b 32. Attamen haec dum scribit Aristoteles E 9, praestaturus quod etiam 1129 a 4 promiserat (σκεπτέον... ποία μεσότης ἐστὶν ἡ δικαιοσύνη), confitendum est eum τὴν ἐν μέρει ἀρετῆς solam ante oculos habere; in eâ vero justitiâ quam generalem vocare liceat eundem nusquam τὴν μεσότητα ostendisse. Ergo id quod b 8 tam diserte postulatur περὶ ἑκατέρας ἐροῦμεν πῶς μεσότητές εἰσιν, exspectationem movet, quam liber E qualis quidem nunc est e parte frustratur.

9. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν λογικῶν ἀρετῶν. Tria reputes. Primum enim causa hoc loco disputationis nulla erat, cur ad alterum genus virtutis respiceretur; deinde verba ὁμοίως δὲ καὶ tum per se tum pro consilio illo quod haec διαγραφὴ ab initio usque ad finem persequebatur ita tantum intelligi possunt ut suppleantur ἐροῦμεν πῶς μεσότητές εἰσιν in falsam sententiam; denique vox ista τῶν λογικῶν ἀρετῶν plane inaudita est et aliena ab Aristotele. Itaque haec ut spurium additamentum ejicienda esse sentio.

Cap. 8. *Quum igitur constet singulas virtutes inter bina vitia medium locum tenere, jam apparet eam hac in re oppositionis rationem in-*

B 8 καθ' ὑπερβολὴν τῆς δὲ κατ' ἔλλειψιν, μιᾶς δ' ἀρετῆς τῆς μεσότητος, πᾶσαι πάσαις ἀντίκεινταί πως· αἱ μὲν γὰρ ἄκραι καὶ τῇ μέσῃ καὶ ἀλλήλαις ἐναντίαι εἰσίν, ἡ δὲ μέσῃ ταῖς ἄκραις· ὥσπερ γὰρ τὸ ἴσον πρὸς μὲν τὸ ἔλαττον μεῖζον πρὸς δὲ τὸ μεῖζον ἔλαττον, οὕτως αἱ μέσαι 1108 b 12

---

esse, ut unumquodque unicuique ex adverso ponendum sit. Mediocritas enim ipsa, ad alterum utrum quod extremum est relata, naturam quasi contrarii extremi imitatur; nec fit temere, ut ii qui vitio alicui obnoxii sunt homines virtutis compotes contrarii vitii reos faciant, velut temerarii fortes ignaviae — 1108 b 26. *Sin gradûs oppositionis hujus reputes, non potest non alterum extremum ab altero longius abesse quam a mediocritate; imo nonnunquam inter hanc interque alterum extremum affinitas quaedam agnoscitur, inter extrema ipsa nunquam* — 1108 b 35. *Virtutes vero ipsae in medio positae non aequali semper distantiâ ab utrisque vitiis absunt, sed aliae magis oppositae sunt ei quod in eâdem re nimium est, aliae magis ei quod parum est. Cujus rei causa duplici modo afferri potest: aut enim ad ipsam rerum naturam spectantes alterum extremum affinitate quâdam propius accedere, alterum plus differre dicemus; aut profecti a nobismet ipsis reperiemus ad alterum vitium magis declinare naturam nostram: quod vero magis cavendum sit, id maxime virtuti contrarium esse* — 1109 a 19.

Per totum hoc caput ἡ ἐναντίωσις seu ἀντίθεσις τῶν ἕξεων ita tantum reputatur, ut virtutes ac vitia (ὑπερβολὴ μεσότης ἔλλειψις) ad unum idemque spectent συνεχὲς καὶ διαιρετόν (1106 a 26). Nonnullos igitur adscribam locos, ne putetur Aristoteles hanc opponendi rationem solam vidisse. Cf. Categ. 13 b 36 — 14 a 6 ἐναντίον δέ ἐστιν ἀγαθῷ μὲν ἐξ ἀνάγκης κακόν ..... κακῷ δὲ ὁτὲ μὲν ἀγαθόν ἐστιν ἐναντίον, ὁτὲ δὲ κακόν· τῇ γὰρ ἐνδείᾳ κακῷ ὄντι ἡ ὑπερβολὴ ἐναντίον κακὸν ὄν· ὁμοίως δὲ καὶ ἡ μεσότης ἐναντία ἑκατέρῳ οὖσα κ. τ. λ. Top. 113 a 5 sq. οὐ δοκεῖ δὲ φευκτὸν φευκτῷ ἐναντίον εἶναι, ἐὰν μὴ τὸ μὲν καθ' ὑπερβολήν, τὸ δὲ κατ' ἔνδειαν λεγόμενον ᾖ ..... a 10 ἐναντίον· ἀπό τε γὰρ τοῦ ἐναντίου ἤθους ἐστὶ καὶ τὸ μὲν αἱρετὸν τὸ δὲ φευκτόν. Saepe ἀρετὴ et κακία exemplum contrariorum, et ejus quidem generis τῶν ἐναντίων ὧν ἔστι τι ἀνὰ μέσον vel μεταξύ, quoniam sunt qui nec boni sint homines nec mali 1061 a 18 sq.; 1055 b 20—25. At jam vides aliter in his de eâdem re agi; nec si principalis oppositio erat inter bonum interque malum, ita facile τὸ φευκτὸν τῷ φευκτῷ μᾶλλον ἐναντίον dici poterat quam τῷ αἱρετῷ quemadmodum h. l. (1108 b 26 sq.) sententia est. Cf. τὴν ἔνστασιν 123 b 27—30 et illustrem Eudemi locum 1234 a 34 sq. „ἔστι δ' ἐναντιώτερον τοῖς ἄκροις τὸ μέσον ἢ ἐκεῖνα ἀλλήλοις“ κ. τ. λ.

16 s. οὕτως αἱ μέσαι ἕξεις πρὸς μὲν τὰς ἐλλείψεις ὑπερβάλλουσι ct. Cf. e Phys. 224 b 30 ἐκ δὲ τοῦ μεταξὺ μεταβάλλει· χρῆται γὰρ αὐτῷ ὡς ἐναντίῳ ὄντι πρὸς ἑκάτερον· ἔστι γάρ πως τὸ μεταξὺ τὰ ἄκρα; de An. 424 a 6 (ἡ αἴσθησις μεσότης) τὸ γὰρ μέσον κριτικόν· γίνεται γὰρ πρὸς ἑκάτερον αὐτῶν θάτερον τῶν ἄκρων. Ita enim nunc quidem de mediocritate agitur, tanquam τὸ μέσον nil aliud sit nisi τὸ μεταξύ. At in ethicis hoc sic tantum verum est, si extrinsecus

1108 b 17 ἕξεις πρὸς μὲν τὰς ἐλλείψεις ὑπερβάλλουσι, προς δὲ τὰς B 8
ὑπερβολὰς ἐλλείπουσιν ἔν τε τοῖς πάθεσι καὶ ταῖς πρά-
ξεσιν. ὁ γὰρ ἀνδρεῖος πρὸς μὲν τὸν δειλὸν θρασὺς φαίνε-
ται, πρὸς δὲ τὸν θρασὺν δειλός· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ σώφρων
πρὸς μὲν τὸν ἀναίσθητον ἀκόλαστος, πρὸς δὲ τὸν ἀκόλαστον
ἀναίσθητος, ὁ δ' ἐλευθέριος πρὸς μὲν τὸν ἀνελεύθερον ἄσω-
τος, πρὸς δὲ τὸν ἄσωτον ἀνελεύθερος. διὸ καὶ ἀπωθοῦνται
τὸν μέσον οἱ ἄκροι ἑκάτερος πρὸς ἑκάτερον, καὶ καλοῦσι
τὸν ἀνδρεῖον ὁ μὲν δειλὸς θρασὺν ὁ δὲ θρασὺς δειλόν, καὶ
ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀνάλογον. οὕτω δ' ἀντικειμένων ἀλλήλοις 5
τούτων, πλείων ἐναντιότης ἐστὶ τοῖς ἄκροις πρὸς ἄλληλα ἢ
πρὸς τὸ μέσον· πορρωτέρω γὰρ ταῦτα ἀφέστηκεν ἀλλήλων
ἢ τοῦ μέσου, ὥσπερ τὸ μέγα τοῦ μικροῦ καὶ τὸ μικρὸν
τοῦ μεγάλου ἢ ἄμφω τοῦ ἴσου. ἔτι πρὸς μὲν τὸ μέσον
ἐνίοις ἄκροις ὁμοιότης τις φαίνεται, ὡς τῇ θρασύτητι πρὸς

27. πλείων] ll. omnes (ut vid.) πλείστη. 30. μὲν τὸ] K^{b}M^b τόν.

quasi metiamur res atque comparemus quae emensi fuerimus. Simulatque enim fontem, ut ita loquar, indagaverimus unde singula quaeque gignuntur, τὸ οὗ ἕνεκα imprimis nosci turi, nec transitus ab altero vitio ad alterum fit per virtutem nec τὸ καλὸν cui uni studet vir fortis ἐλλεῖπόν τι erit ad amens illud voluptatis genus quo ὁ θρασὺς abripitur. V. ad 1106 b 21. 22 extr.

23. διὸ καὶ ἀπωθοῦνται τὸν μέσον οἱ ἄκροι κ. τ. λ.: ipsis scilicet vel laudem vel excusationem molientes, specie aliqua veri plane contenti. Huc spectat Platonis querela, dum τοὺς λόγους ψευδεῖς καὶ ἀλαζόνας notat, qui increscente hominum pravitate ipsius linguae usum occupant virtutemque nomine ejus ad vitia ornanda abrepto ὠθοῦσιν ἔξω φυγάδα (Rep. 560 d. e.). Minus severe Aristoteles: apud quem etiam in laudem suo loco vertitur tanquam ὅρος τοῦ εὖ μεμῖχθαι „ὅταν ἐνδέχηται λέγειν τὴν αὐτὴν πολιτείαν δημοκρατίαν καὶ ὀλιγαρχίαν" 1294 b 14.

27. πλείων ἐναντιότης ἐστὶ τοῖς ἄκροις πρὸς ἄλληλα ἢ πρὸς τὸ μέσον: neque enim nunc curat (v. supra), quod discrimen quo majus cogitari nequeat inter τὸ εὖ est et τὸ κακῶς vel inter τὸ κατορθοῦν et τὸ ἁμαρτάνειν.

30. ἔτι πρὸς μὲν τὸ μέσον ἐνίοις ἄκροις ὁμοιότης τις: quod quomodo fiat inde a vs 35 explicatur. At in eâdem re verissimo argumento contrariam sententiam efficit Eudemus 1234 a 34 ἔστιν ἐναντιώτερον τοῖς ἄκροις τὸ μέσον ἢ ἐκεῖνα ἀλλήλοις, διότι τὸ μὲν μετ' οὐδετέρου γίνεται αὐτῶν, τὰ δὲ πολλάκις μετ' ἀλλήλων. Quam rem ne Nicomachea quidem negatura fuisse, sufficiens nunc testimonium sit ipsa vox θρασύδειλος 1115 b 32.

τὴν ἀνδρείαν καὶ τῇ ἀσωτίᾳ πρὸς τὴν ἐλευθεριότητα· τοῖς δὲ ἄκροις πρὸς ἄλληλα πλείστη ἀνομοιότης. τὰ δὲ πλεῖστον ἀπέχοντα ἀλλήλων ἐναντία ὁρίζονται, ὥστε καὶ μᾶλλον ἐναντία τὰ πλεῖον ἀπέχοντα. πρὸς δὲ τὸ μέσον ἀντίκειται μᾶλλον ἐφ' ὧν μὲν ἡ ἔλλειψις ἐφ' ὧν δὲ ἡ ὑπερβολή, οἷον ἀνδρείᾳ μὲν οὐχ ἡ θρασύτης ὑπερβολὴ οὖσα, ἀλλ' ἡ δειλία ἔλλειψις οὖσα, τῇ δὲ σωφροσύνῃ οὐχ ἡ ἀναισθησία ἔνδεια οὖσα, ἀλλ' ἡ ἀκολασία ὑπερβολὴ οὖσα. διὰ δύο δ' αἰτίας τοῦτο συμβαίνει, μίαν μὲν τὴν ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος· τῷ γὰρ ἐγγύτερον εἶναι καὶ ὁμοιότερον τὸ ἕτερον ἄκρον τῷ μέσῳ, οὐ τοῦτο ἀλλὰ τοὐναντίον ἀντιτίθεμεν μᾶλλον, οἷον ἐπεὶ ὁμοιότερον εἶναι δοκεῖ τῇ ἀνδρείᾳ ἡ θρασύτης καὶ ἐγγύτερον, ἀνομοιότερον

---

34. *ἀλλήλων*] K[b] *ἀπ' ἀλλήλων.*

1. *μᾶλλον ἐφ' ὧν μὲν*] ex uno (ut vid.) K[b]; cett. var. ordine. *δὲ ἡ*] K[b] *δέ.*

---

32. *τὰ δὲ πλεῖστον ἀπέχοντα ἀλλήλων ἐναντία ὁρίζονται*: usitatus est hic *ὅρος*, velut in Categ. 6 a 17 *τὰ πλεῖστον ἀλλήλων διεστηκότα τῶν ἐν τῷ αὐτῷ γένει ἐναντία ὁρίζονται.*

4. *ἡ ἀναισθησία ἔνδεια οὖσα*: *ἔνδεια* igitur h. l. est quae rite *ἔλλειψις* vocatur. Ad quem vocis *ἐνδείας* usum prope jam accedebat 1104 a 11 *τὰ τοιαῦτα πέφυκεν ὑπὸ ἐνδείας καὶ ὑπερβολῆς φθείρεσθαι*; idem occurrit 14 a 2 s.; 113 a 7 s. (123 b 28), quos locos organi supra laudavimus. Suo contra loco *ἔνδεια* est quum dicatur *κέρδος ἐπικουρία ἐνδείας* vel *λύπη ἔνδεια τοῦ κατὰ φύσιν* vel *ἀναπλήρωσις ἐνδείας* (1163 b 4; 1173 b 7; 1118 b 18 vel 1318 b 22); nam, ut breviter loquar, *ἡ ἔνδεια* est *ἐν τῷ ἔχειν*, *ἡ δὲ ἔλλειψις πρὸς τὸ πράττειν ἢ πάσχειν.*

5. *διὰ δύο δ' αἰτίας τοῦτο συμβαίνει, μίαν μὲν τὴν ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος· τῷ γὰρ κ. τ. λ.* Quae causa prior exponitur, desumta ex ipsius rei naturâ, ob quam alterum extremum altero nonnunquam magis sit contrarium virtuti, nil amplius docet nisi rem ita habere. Etenim explicatio verbis *τῷ γὰρ* adjuncta proficiscitur quidem ab affinitate illâ alterius extremi, de qua jam 1108 b 30 sq. audivimus; hanc vero si sumseris certam esse, per se non minus certum erit quod inde colligitur. Neque enim alterum cogitari potest *ἐγγύτερον καὶ ὁμοιότερον* esse, nisi alterum sit *ποῤῥώτερον ἀνομοιότερον ἐναντιώτερον*. — Reputandum igitur, quomodo potuerit hoc ipsum Aristoteli constare, rem ita habere: nam qui revera virtutis naturam in uno illo viderit, ut sit *μεσότης* vel *μεσότης πρὸς ἡμᾶς*, vix habebit quo probabile reddat locum hujus *μεσότητος* interdum non esse mediam rem, sed propinquum alteri fini. Contra qui hoc dederit *αὐτῷ τῷ πράγματι*, tacite concesserit, notionem recti non metientibus comparantibusque gradûs vel affectuum vel actionum nasci sed suâ stare lege.

1109 a δ' ἡ δειλία, ταύτην μᾶλλον ἀντιτίθεμεν· τὰ γὰρ ἀπέχοντα πλεῖον τοῦ μέσου ἐναντιώτερα δοκεῖ εἶναι. μία μὲν οὖν αἰτία αὕτη, ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος, ἑτέρα δὲ ἐξ ἡμῶν αὐτῶν· πρὸς ἃ γὰρ αὐτοὶ μᾶλλον πεφύκαμέν πως, ταῦτα μᾶλλον ἐναντία τῷ μέσῳ φαίνεται. οἷον αὐτοὶ μᾶλλον πεφύκαμεν πρὸς τὰς ἡδονάς, διὸ εὐκατάφοροί ἐσμεν μᾶλλον πρὸς ἀκολασίαν ἢ πρὸς κοσμιότητα. ταῦτ' οὖν μᾶλλον ἐναντία λέγομεν, πρὸς ἃ ἡ ἐπίδοσις μᾶλλον γίνεται· καὶ διὰ τοῦτο ἡ ἀκολασία ὑπερβολὴ οὖσα ἐναντιωτέρα ἐστὶ τῇ σωφροσύνῃ.

---

13. πεφύκαμέν] K^b ἔχομεν. 14. φαίνεται] K^b φέρεται. 19. K^b τῆς σωφροσύνης.

---

12. ἑτέρα δὲ (αἰτία) ἐξ ἡμῶν αὐτῶν· πρὸς ἃ γὰρ κ. τ. λ. In hac re primum quaerendum quinam sint isti ἡμεῖς. Aliquantum enim differet utrum cogitetur de singulis quibusque (alii enim aliâ sumus indole) an de communi humani generis naturâ. At tota haec argumentatio ita comparata est ut spectet ad ea quae omnino sint vera: id quod satis ex exemplorum usu apparet; nam quae supra vs 2 duo afferuntur exempla τοῦ μᾶλλον ἀντικεῖσθαι, eadem nunc ita disponuntur ut alterum (ἡ ἀνδρεία vs 8 s.) τὴν αἰτίαν ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος illustret, alterum (ἡ σωφροσύνη vs 15 sq.) ad τὴν αἰτίαν τὴν ἐξ ἡμῶν αὐτῶν referatur. — Itaque sententia nunc haec est: nonnullis virtutibus alterum extremum prae altero opponi, quia recte in aestimandâ vitiorum naturâ de iis ita judicemus tanquam sint pericula nobis imminentia; periculum vero magis imminens idem majus et securitati (quae in virtute est) magis contrarium haberi; in quibus igitur rebus naturae humanae indoles ad alterum potissimum extremum declinet, in iis τὸ φυσικώτερον esse ἐναντιώτερον τῇ ἀρετῇ. In qua sententiâ iterum videas annon virtus aliud quid dicatur esse quam simpliciter mediocritas. — Sin δύο has αἰτίας, quas Aristoteles (a 5 sq. et a 12 sq.) distinxit inter se composuerimus, utraque ad eandem fere rem spectare videbitur. Quid enim? Nonne homines in id peccandi genus ad quod naturâ suâ abducuntur multo altius quasi immergentur quam fit in contrario genere? Quae igitur illuc spectans obervabitur humana pravitas etiam κατ' αὐτὸ τὸ πρᾶγμα plurimum abesse videbitur a probitate; multi enim erunt et longissime aberrabunt a justo modo in iis potissimum πρὸς ἃ ἡ ἐπίδοσις μᾶλλον γίνεται (a 17).

15. μᾶλλον πρὸς ἀκολασίαν ἢ πρὸς κοσμιότητα: rectius fuisset ἢ πρὸς ἀναισθησίαν; vitia enim cum vitiis comparantur. Sed terrebat fortasse inusitata ἀναισθησίας vox, quam cap. 7 ne adhibuit quidem, 1119 a 7 cunctanter admisit. Neque est κοσμιότης, quamquam sine dubio in bonam partem accipienda, proprium virtutis nomen.

9 ὅτι μὲν οὖν ἐστὶν ἡ ἀρετὴ ἡ ἠθικὴ μεσότης, καὶ πῶς καὶ ὅτι μεσότης δύο κακιῶν, τῆς μὲν καθ' ὑπερβολὴν τῆς δὲ κατ' ἔλλειψιν, καὶ ὅτι τοιαύτη ἐστὶ διὰ τὸ στοχαστικὴ

Cap. 9. Quae capite 8 instituebatur quaestio de modis gradibusque oppositionis inter ternas διαθέσεις ethicas accedere fere videbatur ad locum περὶ ἐναντιότητος mere logicum (velut in iis quae 1108 b 26—35 leguntur). Unde etiam probabile est, imprimis istam disputationem auctori M.M. placuisse atque ab illo cum diligentiâ et cum loquacitate quadam 1186 b 4—11—17—32 in sua translatam esse. Nec tamen in Aristotele verendum ne sinat se abstrahi de consilio suo, quod in ethicis omne ad usum vitae refertur. Atqui hac quidem in disputatione nil quod ita reprehendi possit factum esse facile ostenditur. Quae enim capite 8 λογικώτερα inesse videantur, statim insequenti capite quod fundamento nititur antecedentis ad usum doctrinae quam maxime ethicae convertitur.

Perspectâ virtutis naturâ, qualem (cap. 4—8) *descripsimus, liquet quam sit difficile quod in illâ nobis propositum est opus, ut in omnes partes justus affectuum et actionum modus sciatur et servetur* — 1109 a 30. *Qui igitur huic studio dediti esse velint, primum curent ut caveant potissimum id vitium quod maxime a virtute alienum est: ita enim si forte peccetur in alteram partem peccabitur leviore saltem lapsu* (— 1109 b 1); *deinde vero videant ut ab eo errandi genere se contineant ad quod magis (vel omnes vel ipsi) naturâ suâ pelliciuntur vel quo magis gaudent* (— 1109 b 7). *Omnino enim voluptas summum periculum; in eâ repudiandâ, quamvis blandiatur, summus labor* — 1109 b 13. *Elucebit vero ex ipsis his consiliis, viam quasi demonstrantibus, quam sit difficile accurate ea quae perfecto numero sint media observare. Cui difficultati primum quidem ita succurritur ut omnes libenter veniam demus si quis modice a recto aberraverit; sed recurrit eadem, quoniam necesse est quaeratur ubinam tandem veniae istius termini ponendi sint. At quod de his quaestionibus judicium flagitatur, ad singula quae aguntur spectat, quorum cognitio non ad generalem doctrinam sed ad sensum quendam pertinet. Acquiescendum igitur in iis quae modo commendata sunt* — 1109 b 26.

20. ὅτι μὲν οὖν .... a 23 ἱκανῶς εἴρηται. Comparentur haec cum illis quae in eandem sententiam de naturâ virtutis colligebantur 1106 b 36 — 1107 a 6. Paullo pleniora illa quam haec; ut concedendum sit, nullum hinc fructum percipi qui interpositis capitibus 6—8 debeatur, et potuisse ea quae nunc ad definitionem istam apponantur suo jure jam capite 6 adjungi. Nihilominus rite Aristoteles verba illa ὅτι μὲν οὖν .... ἱκανῶς εἴρηται hoc ipso loco idonea censuit. Fine enim quaestionis τί ἡ ἀρετή (1105 b 19) nunc facto, jam uno hoc capite id curat ne ab iis qui illam disputationem intellexerint ignoretur quanto usui scientia ista sit ad vitam recte instituendam. Revertitur igitur quodammodo ad id quod pridem cap. 3 summum videbatur (ἐπεὶ οὖν ἡ παροῦσα πραγματεία οὐ θεωρίας ἕνεκά ἐστιν ... οὐ γὰρ ἵν' εἰδῶμεν τί ἐστιν ἡ ἀρετὴ σκεπτόμεθα, ἀλλ' ἵν' ἀγαθοὶ γενώμεθα ... ἀναγκαῖόν ἐστι σκέψασθαι τὰ περὶ τὰς πράξεις πῶς πρακτέον αὐτάς 1103 b 26—30); at assumtâ interim eâ cognitione, quae primum sper-

1109 a 23 τοῦ μέσου εἶναι τοῦ ἐν τοῖς πάθεσι καὶ ταῖς πράξεσιν, ἱκανῶς εἴρηται. διὸ καὶ ἔργον ἐστὶ σπουδαῖον εἶναι· ἐν ἑκάστῳ γὰρ τὸ μέσον λαβεῖν ἔργον, οἷον κύκλου τὸ μέσον οὐ παντὸς ἀλλὰ τοῦ εἰδότος. οὕτω δὲ καὶ τὸ μὲν ὀργισθῆναι παντὸς καὶ ῥᾴδιον, καὶ τὸ δοῦναι ἀργύριον καὶ δαπανῆσαι· τὸ δὲ ᾧ ⟨δεῖ⟩ καὶ ὅσον καὶ ὅτε καὶ οὗ ἕνεκα καὶ ὥς, οὐκέτι παντὸς οὐδὲ ῥᾴδιον· διόπερ τὸ εὖ καὶ σπάνιον καὶ ἐπαινετὸν καὶ καλόν. διὸ δεῖ τὸν στοχαζόμενον τοῦ μέσου πρῶτον μὲν B 9

---

23. καὶ ταῖς] K^b καὶ ἐν ταῖς. 28. ⟨δεῖ⟩ add. conj. 29. διόπερ] ex uno (ut vid.) K^b; cett. ὅπερ ἐστί.

---

nebatur, longe aliter et multo melius. Itaque huc perventum esse e more suo clausulâ adjectâ (ὅτι μὲν οὖν ... εἴρηται) significat, haud curiosus ut in ipsam clausulam omnia congerat, quum satis certum sit fore ut legentes mox animadvertamus quo potissimum capite praecedentis disputationis nitantur sententiae proponendae.

24. διὸ καὶ ἔργον ἐστὶ σπουδαῖον εἶναι . . . . 29 διόπερ τὸ εὖ καὶ σπάνιον κ. τ. λ. Haec quidem et poterant pridem concludi et conclusa sunt 1106 b 28—35; ad q. l. v. Sententia autem satis trita est, ut vix oporteat in animum revocare aut Simonideum χαλεπὸν ἀγαθὸν ἔμμεναι in quo Plato versatur Protag. p. 339 sqq. aut Aristotelis ipsius hymnum „ἀρετὰ πολύμοχθε". Quod vero est ἔργον, idem σπάνιον esse probabile cf. Theogn. 150 ἀρετῆς δ' ὀλίγοις ἀνδράσι μοῖρ' ἕπεται; v. 1156 b 24 σπανίας δ' εἰκὸς τὰς τοιαύτας (φιλίας δι' ἀρετήν) εἶναι· ὀλίγοι γὰρ οἱ τοιοῦτοι; cf. 1187 a 4. Rarum in utramque partem quod in suo genere est perfectum: ὁ θηριώδης non minus quam ὁ θεῖος ἀνήρ 1145 a 27—30; intermedii οἱ πολλοί. Neque abhorret quod Plato etiam inverso ordine notionum „τὸ γὰρ σπάνιον τίμιον" dicit (Euthyd. 304 b).

28. τὸ δ' ᾧ καὶ ὅσον καὶ ὅτε καὶ οὗ ἕνεκα καὶ ὥς, οὐκέτι παντός. Supplenda vox τὸ δ' (v. τὸ μὲν vs 26) ὀργισθῆναι ἢ δοῦναι καὶ δαπανῆσαι, ut pergendum sit ᾧ δεῖ καὶ ὅσον ... καὶ ὥς. Necessaria haec correctura; de loco tantum, quo vox δεῖ interserenda sit, quaerere licet; vel utrum malis bis eam addi ut factum est 1106 b 21. 22. Item id videris, an velis particulae relativae ὡς permittere accentum; cf. 1142 b 28 καὶ οὗ δεῖ καὶ ὡς καὶ ὅτε. Ubi enim in enumerandis compluribus membris breviloquentiâ fit, ut in unâ particulâ vis sententiae relativae insit, videtur τὸ ἄτονον fulcro egere. Itaque καὶ ὥς scribitur, sed καὶ ὡς δεῖ (velut 1106 b 22), quamquam si de logicâ ratione cogites utrumque ὡς eâdem vi efferendum est. V. et ad 1106 a 1.

30. διὸ δεῖ τὸν στοχαζόμενον τοῦ μέσου: memineris ipsam virtutem esse στοχαστικὴν τοῦ μέσου 1106 b 28. 15. Quae vero abhinc usque ad b 7 ut in difficili opere prudentiae consilia dantur, ea tota a disputatione cap. 8 pendent, ut sine illâ nec dari potuerint neque intelligi.

B 9 ἀποχωρεῖν τοῦ μᾶλλον ἐναντίου, καθάπερ καὶ ἡ Καλυψὼ 1109 a 31 παραινεῖ

τούτου μὲν καπνοῦ καὶ κύματος ἐκτὸς ἔεργε
νῆα.

τῶν γὰρ ἄκρων τὸ μέν ἐστιν ἁμαρτωλότερον, τὸ δ' ἧττον. ἐπεὶ οὖν τοῦ μέσου τυχεῖν ἄκρως χαλεπόν, κατα τὸν δεύτερόν φασι πλοῦν τὰ ἐλάχιστα ληπτέον τῶν κακῶν· τοῦτο δ' ἔσται μάλιστα τοῦτον τὸν τρόπον ὃν λέγομεν. σκοπεῖν δὲ 1109 b

---

32. παραινεῖ] ex uno (ut vid.) K[b]; cett. παρῄνει. τούτου μὲν] K[b] τοῦ τοῦ; cett. corrupte.
1. ἔσται] K[b] ἐστὶ.

---

30. 31 (— b 1) πρῶτον μὲν ἀποχωρεῖν τοῦ μᾶλλον ἐναντίου. Quomodo alterum vitium vel extremum altero sit μᾶλλον ἐναντίον virtuti 1108 b 35 — 1109 a 19 audivimus. Erat autem illic duplex ratio τοῦ μᾶλλον ἐναντίον εἶναι: altera ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος, altera ἐξ ἡμῶν αὐτῶν (1109 a 12). Probabile igitur videbitur utramque spectari quum nunc breviter moneamur ἀποχωρεῖν ἀπὸ τοῦ μᾶλλον ἐναντίου. At mox pergentes audimus aliud consilium incipiens a verbis σκοπεῖν δὲ δεῖ b 1: quo et ipso monemur ἀποχωρεῖν vel ἀφέλκειν ἑαυτοὺς vel ἀπάγειν ἀπό τινος, nunc vero ab eo πρὸς ὃ αὐτοὶ εὐκατάφοροί ἐσμεν. Quae vox in memoriam revocabit quod modo scriptum erat εὐκατάφοροί ἐσμεν μᾶλλον πρὸς ἀκολασίαν (a 15); scimus autem illic τὴν ἀκολασίαν exemplar fuisse alterius generis τοῦ μᾶλλον ἐναντίου sc. ejus, cujus causa est ἐξ ἡμῶν αὐτῶν. Itaque eo adducemur, ut dicamus vocem τοῦ μᾶλλον ἐναντίου vs 31 immutato paullum sed sano nominum usu ad id referendam esse quod cap. 8 erat altera species, τὸ μᾶλλον ἐναντίον κατ' αὐτὸ τὸ πρᾶγμα. Quod si vs 33 dicitur ἁμαρτωλότερον, patet ἁμαρτωλὸν non esse id in quo facilius peccatur, sed id in quo si peccetur plus peccati sit: cf. a 35 τὰ ἐλάχιστα τῶν κακῶν.

31. καθάπερ καὶ ἡ Καλυψὼ παραινεῖ: at vocem istam apud Homerum (Odyss. *M* 219) Ulixis esse, Spengel ad 1386 a 20 notat.

1 (—b 7). σκοπεῖν δὲ δεῖ πρὸς ἃ καὶ αὐτοὶ εὐκατάφοροί ἐσμεν. Nova sententia; bene igitur Bekkerus in minore editione fecit, quod ante σκοπεῖν non commate, sed plene distinxit. Deinde in his verbis ad idem revocamur quod ad 1109 a 12 attigimus. Etenim si haec ita intellexerimus, ut de singulorum hominum diversâ indole agi putemus, jam dubium videbitur an modo ad 1109 a 30 sqq. recte judicatum sit. Totum enim τὸ μᾶλλον ἐναντίον, seu causa ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος repetenda est seu ἐξ ἡμῶν αὐτῶν, absolutum videbitur a 30 — b 1; ut nunc accedat aliud quid: praeterea singulis singula observanda esse, si enim forte suâ naturâ peculiari modo ad vitium quodcunque abstrahantur, non ab eo maxime cavendum iis esse quod μᾶλλον ἐναντίον sit, sed ab eo, in quo proprium sui periculum inesse perceperint. At vides, hanc interpretationem ita tantum stare posse, si liceat affirmare inde a vsu b 1 seponi prorsus quae omnibus hominibus communia fere sint,

1109 b 2 δεῖ πρὸς ἃ καὶ αὐτοὶ εὐκατάφοροί ἐσμεν· ἄλλοι γὰρ πρὸς ἄλλα πεφύκαμεν. τοῦτο δ' ἔσται γνώριμον ἐκ τῆς ἡδονῆς καὶ τῆς λύπης τῆς γινομένης περὶ ἡμᾶς. εἰς τοὐναντίον δ' ἑαυτοὺς ἀφέλκειν δεῖ· πολὺ γὰρ ἀπάγοντες τοῦ ἁμαρτάνειν εἰς τὸ μέσον ἥξομεν, ὅπερ οἱ τὰ διεστραμμένα τῶν ξύλων ὀρθοῦντες ποιοῦσιν. ἐν παντὶ δὲ μάλιστα φυλακτέον τὸ ἡδὺ καὶ τὴν ἡδονήν· οὐ γὰρ ἀδέκαστοι κρίνομεν αὐτήν. ὅπερ οὖν οἱ δημογέροντες ἔπαθον πρὸς τὴν Ἑλένην, τοῦτο δεῖ παθεῖν καὶ ἡμᾶς πρὸς τὴν ἡδονήν, καὶ ἐν πᾶσι τὴν ἐκείνων ἐπιλέγειν φωνήν· οὕτω γὰρ αὐτὴν ἀποπεμπόμενοι ἧττον ἁμαρτησόμεθα. ταῦτ' οὖν ποιοῦντες, ὡς ἐν κε- B 9

5. δ' ἑαυτοὺς] om. K^b. ἀπάγοντες] sic K^{b}M^{b}N^b; ἀπαγαγόντες Bekk.

sola proponi quae propria sint singulorum. Quod si voluisset Aristoteles, aliter loquendum erat quam factum est; nam nec vox αὐτοὶ b 2 idoneo sensu caret, si ad universum genus hominum spectes, nec verba ἄλλοι γὰρ πρὸς ἄλλα πεφύκαμεν unum id dicunt, alios homines ad alia declinare (velut ad ἀνελευθερίαν nonnullos, alios ad ἀσωτίαν), sed non minus recte eadem in eam sententiam intelligi possunt ut omnino genus humanum in alio affectuum genere potissimum τῇ ὑπερβολῇ dicatur deditum esse, in alio τῇ ἐλλείψει; ut ad eandem rem spectent de qua praecedente capite agebatur verbis πρὸς ἃ γὰρ αὐτοὶ μᾶλλον πεφύκαμέν πως κ. τ. λ. (1109 a 13). Qua in re quod b 3. 4 (cf. vs 7 sq.) jubemur imprimis ἡδονῆς καὶ λύπης τῆς γινομένης περὶ ἡμᾶς rationem habere, dubitantes non expedimur; prout enim ἡμᾶς dici senserimus aut singulos quosque aut omnino homines, aut de voluptate cui omnes obnoxii sunt aut de ea quam nosmet ipsi percipimus propriam cogitabimus. Aliter igitur hic locus comparatus est atque 1106 a 32 sqq. (ad q. l. v.): nulla enim hic est vox qua distinguatur inter communia interque peculiaria. Quae omnia eo me adducunt, ut illa seponenda esse negem, haud negaturus, haec quoque disputanti ante oculos versata esse.

7. ἐν παντὶ δὲ μάλιστα φυλακτέον τὸ ἡδύ. Ἐν παντὶ ait; multo enim latius patet usus, quem ἐκ τοῦ φυλάττειν τὸ ἡδὺ capiunt, quam ut inde γνώριμον sit πρὸς ὃ εὐκατάφοροί ἐσμεν (b 2). Vulgo enim ἡ ἀπάτη διὰ τὴν ἡδονὴν ἔοικε γίνεσθαι, nam ipsa οὐκ οὖσα ἀγαθὸν φαίνεται 1113 a 34.

11. τὴν ἐκείνων ἐπιλέγειν φωνήν i. e. τὴν τῶν δημογερόντων Il. Γ 159

ἀλλὰ καὶ ὧς, τοίη περ ἐοῦσ' ἐν νηυσὶ νεέσθω,
μηδ' ἡμῖν τεκέεσσί τ' ὀπίσσω πῆμα λίποιτο.

In his poëtae laudationibus, sed non minus in eligendis vocabulis (ut modo ἀδέκαστοι) et omnino in scribendi genere studium quoddam elegantiae in hoc capite, haud alienum illud ab hoc disputationis loco et consilio, apparere vix est quod pluribus ostendatur.

12. ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν: ita vel simillime in Rhet. est 1360 b 6 et 1391 a 13 (sed in spuriis Rhet. ad Alexandrum multo saepius),

B 9 φαλαίῳ εἰπεῖν, μάλιστα δυνησόμεθα τοῦ μέσου τυγχάνειν. 1109 b 13 χαλεπὸν δ' ἴσως τοῦτο, καὶ μάλιστ' ἐν τοῖς καθ' ἕκαστον· οὐ γὰρ ῥᾴδιον διορίσαι πῶς καὶ τίσι καὶ ἐπὶ ποίοις καὶ πόσον χρόνον ὀργιστέον· καὶ γὰρ ἡμεῖς ὁτὲ μὲν τοὺς ἐλλείποντας ἐπαινοῦμεν καὶ πράους φαμέν, ὁτὲ δὲ τοὺς χαλεπαίνοντας ἀνδρώδεις ἀποκαλοῦμεν. ἀλλ' ὁ μὲν μικρὸν τοῦ εὖ παρεκβαίνων οὐ ψέγεται, οὔτ' ἐπὶ τὸ μᾶλλον οὔτ' ἐπὶ τὸ ἧττον, ὁ δὲ πλέον· οὗτος γὰρ οὐ λανθάνει. ὁ δὲ μέχρι τίνος καὶ ἐπὶ πόσον ψεκτὸς οὐ ῥᾴδιον τῷ λόγῳ ἀφορίσαι· οὐδὲ γὰρ ἄλλο οὐδὲν τῶν αἰσθητῶν· τὰ δὲ τοιαῦτα ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα, καὶ ἐν τῇ αἰσθήσει ἡ κρίσις. τὸ μὲν ἄρα τοσοῦτο

15. πῶς] K^b L^b καὶ πῶς. 18. K^b ἀποκαλοῦντες. 23. τοσοῦτο] ex uno (ut vid.) K^b; cett. τοσοῦτον.

in Polit. 1312 b 34; item 478 b 2; 433 b 21; 216 a 8. Prope accedit hoc loquendi genus ad vocem magis Aristotelicam τύπῳ εἰπεῖν; utrumque quodammodo conjunctum legimus 1107 b 14 νῦν μὲν οὖν τύπῳ καὶ ἐπὶ κεφαλαίῳ λέγομεν. Συνάγειν τὸ κεφάλαιον 1042 a 4 exstat; cf. 1401 a 9; praeterea verbum vel simplex vel compositum reperitur 1013 b 30; 1052 a 17; 195 a 28; 1322 b 30; 1207 b 22; adverbium κεφαλαιωδῶς 988 a 18; 1415 b 8; 1419 b 32. Quo usu Trendelenburgius niti poterat, quum quondam conjiceret, veram Magnorum Moralium inscriptionem esse Ἠθικὰ κεφάλαια. Sed valde dubito annon pleraeque ejus libri partes scriptae certe sint minime κεφαλαιωδῶς.

14. *χαλεπὸν δ' ἴσως τοῦτο.* Τοῦτο, non ταῦτα ut erat b 12; cogitandum enim τὸ τυγχάνειν τοῦ μέσου (b 13). Neque nunc (— b 23) in hac re ita versatur scriptor ut antea (a 30 sqq.); illic enim docebat qua in parte opera nostra ponenda esset, ut a perversitate haud latente nos abstraheremus; nunc vero id periculum avertere conatur, ne etiam nesciamus quid in rebus gerendis perversum sit (διορίσαι b 15, ἀφορίσαι b 21, ἡ κρίσις b 23). Illic verendum, ne vires non sufficerent, hic ne oculi mentis.

16. *καὶ γὰρ ἡμεῖς.* In nostro ipsorum judicio varietatem aliquam conspicati eandem veniam reliquis dabimus, ut eos non simulac uno gradu fines, qui quidem nunc nobis fines videntur esse, egressi fuerint vituperio nostro persequamur (οὐ ψέγεται b 19).

21. *οὐ ῥᾴδιον . . . ἀφορίσαι:* difficultas enim primum paullum amota revertitur eadem (b 14 οὐ γὰρ ῥᾴδιον διορίσαι). Absolvitur quidem nunc ὁ λόγος, toto onere ad τὴν αἴσθησιν translato (b 23); sed ista certe via non minus late jam pridem b 14 sq. patebat.

23. *ἐν τῇ αἰσθήσει ἡ κρίσις.* Res de qua nunc judicium postulatur quaestio illa est modo proposita ὁ μέχρι τίνος καὶ ἐπὶ πόσον παρεκβαίνων ψεκτός ἐστιν; (b 20. 21). Ad quam ut respondeatur ministerium sensuum qui vulgo dicuntur, visûs auditûs reliquorum, nullo modo sufficere elucet. Sunt enim duo valde diversa quae in tali lite dirimendâ conjuncta adesse oportet. Alterum, quousque tandem revera

1109 b 24 δῆλον ὅτι ἡ μέση ἕξις ἐν πᾶσιν ἐπαινετή, ἀποκλίνειν δὲ B 9
25 δεῖ ὁτὲ μὲν ἐπὶ τὴν ὑπερβολὴν ὁτὲ δὲ ἐπὶ τὴν ἔλλειψιν· οὕτω γὰρ ῥᾷστα τοῦ μέσου καὶ τοῦ εὖ τευξόμεθα.

24. δῆλον] Bekk.; ll. δηλοῖ. 25. ὁτὲ — ὁτὲ] ex uno (ut vid.) K^b; cett. τοτὲ — τοτέ.

aliquis irascens progressus sit, provocatusne sit adversarii injuriâ illatâ, talia, cognosci nequit nisi ex sensuum illorum testimonio, quo privati nesciremus quid factum esset. Sed accedat alterum necesse est, ut κρίσις sit: sensus scilicet quidem recti aequi decori, quo ductus judex ajat utrum licuerit huic quidem et inter hasce res et hoc tempore facere quod fecit an prorsus illicitum fuerit. Id quod cernendo, audiendo nullo modo sciri potest. At Aristoteles passim quum primum rem aliquam suo jure ad genus τῶν καθ' ἕκαστα (vs 22) adscripsit, satis habet τὴν αἴσθησιν advocare, ne distinguens quidem quamnam dicat αἴσθησιν. Unde factum est ut saepius ad sensum quasi moralem, qui non ita multum differt ab eâ quam nos dicimus conscientiâ, satis prope accedat, sed ne semel quidem in Ethicis exposuerit, unde illum adesse dicat vel in qua animi parte natum esse vel quantum illi tribuere velit. Nimiâ enim brevitate nec sine obscuritate sunt dicta quae in hac re unum caput 12 libri Z exhibet τούτων οὖν ἔχειν δεῖ αἴσθησιν, αὕτη δ' ἐστὶ νοῦς et διὰ γὰρ τὸ ἔχειν ἐκ τῆς ἐμπειρίας ὄμμα ὁρῶσιν ὀρθῶς (1143 b 5. 13). Cf. etiam si placet ad 1098 b 3.

23 (—26). τὸ μὲν ἄρα τοσοῦτο δῆλον κ. τ. λ. Haec ejus sunt, qui omissâ illâ difficultate b 14—23 redit ad prioris hujus capitis certas sententias. —

Γ 1—8.

De hac parte Nicomacheorum vide quae breviter adnotata sunt ad initium libri *B*. Recte vero illic dictam esse universam hanc disputationem, quâ τὸ ἀκούσιον καὶ τὸ ἑκούσιον, deinde ἡ προαίρεσις et quae cum illâ conjuncta est βούλευσις, denique ἡ βούλησις pertractatur, ab Aristotele quidem ita institutam esse, ut omnis spectaret ad plenam virtutis ethicae cognitionem, satis perspicitur collato principio (primâ primi capitis periodo) cum ultimâ parte (capite octavo). Sin accuratius cupias ostendi qua tandem necessitate quasi coactus ipse scriptor voluerit videri ad novas has notiones perrexisse, plura suppetunt. Et primum quidem, ut morem scriptoris bene noscas, ad id animus advertendus, quod modo in extremo libro *B* (1109 b 18—24) de finibus quasi quibusdam τοῦ ψεκτοῦ et τοῦ ἐπαινετοῦ quaesitum est, jam vero 1109 b 31 per eandem ἐπαίνων καὶ ψόγων notionem transitus ad τὸ ἑκούσιον paratur. Qua in re talem fere sententiam latere dixeris: quod inde a 1101 b 31 (ὁ μὲν γὰρ ἔπαινος τῆς ἀρετῆς) et 1103 a 9 (τῶν ἕξεων δὲ τὰς ἐπαινετὰς ἀρετὰς λέγομεν) saepe postulavimus necessitudinis vinculum inter virtutem interque laudem, ad aliud quoddam inducit animum quod adhuc omissum est; ut enim virtus recte circumscribatur, unum genus tanquam alienum ab illâ seponendum; nam quoniam laudantur τὰ ἑκούσια sola, non pertinet virtus ad τὰ ἀκούσια. Deinde simili modo adhibitam esse sententiam tritam ὅτι ἡ ἀρετὴ περὶ

πάθη τε καὶ πράξεις 1109 b 30 (v. ad 1106 b 16) sponte apparet. Etenim si sit concedendum multa τῶν παθῶν καὶ πράξεων nolentibus adesse, virtutis vero totam operam volentium esse, priorem definitionem correcturâ egere probatum est. Denique postquam semel 1106 b 36 virtutem vocavit ἕξιν προαιρετικήν (cf. ad l. l.), desiderabatur sane aliqua disputatio, unde quid esset προαίρεσις, οἰκειότατον illud τῇ ἀρετῇ (1111 b 5), sciremus.

Ita igitur Aristoteles ipse quae primo libro Γ exponuntur satis sane firmis vinculis ad ea adligavit quae praecesserunt. Nec tamen is, qui talium rerum non plane imperitus sit, haec cognovisse satis habebit. Nihilominus enim utrumque verum esse potest, et ipsum scriptorem longe priora aestimasse quae posteriora tractavit (est enim ὁδὸς ἀπὸ τῶν ἀρχῶν, est ἐπὶ τὰς ἀρχάς 1095 a 33), et migrasse rem aliquam, quamquam ne ita quidem omni conjunctione cum ceteris careat, in eum locum quo omnino justam ad rationem non jam possit absolvi. Quid enim? Nonne Aristoteles ipse vidisse censendus est, quum τὸ ἔργον τὸ ἀνθρώπου ἴδιον 1097 b 28 sq. vellet discernere, illud quidem neque in iis esse positum quae οὔτε ἑκούσια οὔτ' ἀκούσια sint (cujus generis multa sunt v. 1135 a 33 sq.), neque in iis quae sint simpliciter ἀκούσια? An alterutrum genus pertinere putabat ad ἐνέργειαν illam animi de qua loquebatur? Itaque quae libro Γ ad illustrandam virtutis naturam adjuncta videntur, ad ipsum principium beatitatis faciunt, ut haec sine illis nequeat cogitari. Porro quum A 13 in eo esset disputatio ut discernerentur ψυχῆς μόρια, quumque ad τὸ ὀρεκτικὸν perventum esset, cujus est proprium ut possit et adversari rationi et parere: iterum prope ad eam vim animo insitam accedebatur qua fit ut nostrum non sit nisi quod sponte et voluntate nostrâ admiserimus. Si igitur quis censuerit, haec minime latuisse philosophum sed libro A tacite postpositum esse quod etiam alio loco apte adjungi posset, equidem haud obloquar. Imo quodammodo testem rem ita habere advocare licuerit Eudemum. Is enim de his notionibus eodem fere loco disputationis egit quo Nicomachea; sed quum ad eas aditurus esset, praefatus „λάβωμεν οὖν ἄλλην ἀρχὴν τῆς ἐπιούσης σκέψεως“ (1222 b 15) per totum caput B 6 id spectavit, ut cognitâ diversâ causarum naturâ doceret hominis propriam esse talem ἀρχὴν unde nascantur ἐνδεχόμενα ἐναντίως ἔχειν, ut et ipsa illa humana ἀρχὴ isti generi sit adscribenda: quae autem ita nostra sint, ea potissimum ἐφ' ἡμῖν esse, eorum nos maxime esse ἀρχὰς καὶ κυρίους. Quibus praemissis jam 1223 a 9 pergitur ἐπεὶ δ' ἥ τε ἀρετὴ καὶ ἡ κακία καὶ τὰ ἀπ' αὐτῶν ἔργα τὰ μὲν ἐπαινετὰ τὰ δὲ ψεκτά κ. τ. λ., in sententiam quae aperte ad similitudinem eorum conformata est, a quibus incipit Nic. Γ 1: τῆς ἀρετῆς δὴ περὶ πάθη τε καὶ πράξεις οὔσης καὶ ἐπὶ μὲν τοῖς ἑκουσίοις ἐπαίνων καὶ ψόγων γινομένων κ. τ. λ. Ergo nolebat Eudemus τῷ ἑκουσίῳ, τῇ προαιρέσει alium locum deposcere, nolebat etiam eum adjungendi modum rejicere qui in Nicomacheis est; nihilominus non sensit tantum, sed dixit, ei qui has quaestiones attingeret regrediendum esse ad prima principia rerum humanarum.

Sin propter haec quae modo explicuimus excusare, imo comprobare

velis viam atque rationem qua Nicomachea utuntur, est tamen aliquid quod obstet. Quum enim ab eo quod *ἑκούσιον* est ipsâ re cogente ad *τὸ προαιρεῖσθαι* et *τὸ βουλεύεσθαι* pergerent (capp. 4 et 5), necessario pro loci naturâ difficultatibus implicabantur. Nam *τὸ βουλεύεσθαι καὶ προαιρεῖσθαι* per se nullo modo *τοῦ ὀρεκτικοῦ* vel omnino *τοῦ ἀλόγου* esse dici potest, idque etiam minus quando Aristotele auctore totum ipsis finibus agendi sepositis refertur ad ea quae *πρὸς τὰ τέλη* sunt. Deliberanti quid ita conducat, quid non, motûs et affectûs animi officere posse verum est; ipsam deliberationem omnem mentis et rationis esse constat: ut unum ex multis testimonium adscribam „*τῶν φρονίμων τὸ εὖ βεβουλεῦσθαι*“ (1142 b 31) vel illud „*ἡ μὲν γὰρ (ἠθικὴ) ἀρετὴ τὸν σκοπὸν ποιεῖ ὀρθόν, ἡ δὲ φρόνησις (ἀρετὴ οὖσα τοῦ διανοητικοῦ) τὰ πρὸς τοῦτον*“ (1144 a 8). Quibus computatis jam dubitabis an haec disputatio recte nunc libro *Γ*, qui omnis ad ethicam virtutem refertur, absolvi potuerit. *Ἡ προαίρεσις* enim et quae inde apta sunt in confiniis quasi sita est, ut in eâ potissimum appareat, nec virtutem ethicam esse sine dianoëticâ virtute, nec *τὸ λόγον ἔχον* recte habere nisi munitum *ταῖς τοῦ ἀλόγου ἕξεσιν*. Hinc igitur in utramque partem lux quasi suppetebat; sin talis disputatio inter cetera alterius generis (*τοῦ ἠθικοῦ*) capita interponeretur, periculum sane adstabat ne res difficilis etiam iniquitate locorum obscuraretur. Id quod in Nicomacheis factum esse dolemus. An hoc unum (ne longus sim) sine damno aliquo accidere poterat, ut quid esset *βουλευτόν*, quid *βουλὴ* *Γ* 5 exponeretur, *ἡ εὐβουλία* autem Z 10 in quaestionem veniret?

Quodsi, ut diximus, quid sit *προαίρεσις* et *βούλευσις* plene explicari non potest, nisi ante satis exploratâ eâ ratione quae inter *τὸ ἠθικὸν* (*ὀρεκτικὸν*) et inter *τὸ διανοητικὸν* intercedit, neque ad *τὴν βούλησιν* (*Γ* 6) haec non pertinent. Nam quum sciamus (v. ad 1102 b 30) hanc cum cupidine et irâ tripartitam *ὀρέξεως* naturam explere, et ipsâ re et variis Aristotelis vocibus monemur, in hac unâ notitiâ vix posse acquiesci. Quis enim *βούλησιν* iis tribuerit quae rationis expertia sunt? Et philosophus modo ita loquitur ut *τὴν βούλησιν* mentis potius esse dicat, modo ita ut videatur eam a mentis naturâ omnino segregare. Cf. Top. 126 a 13 *πᾶσα βούλησις ἐν τῷ λογιστικῷ*; d. An. 432 b 5 *ἐν τῷ λογιστικῷ ἡ βούλησις γίνεται, καὶ ἐν τῷ ἀλόγῳ ἡ ἐπιθυμία καὶ ὁ θυμός*; at Pol. 1334 b 22 *θυμὸς καὶ βούλησις, ἔτι δὲ ἐπιθυμία καὶ γενομένοις εὐθὺς ὑπάρχει τοῖς παιδίοις, ὁ δὲ λογισμὸς καὶ ὁ νοῦς προϊοῦσιν ἐγγίνεσθαι πέφυκεν*. Quam maxime haec profecto ad ethicam scientiam spectant. At Nic. *Γ* 6, quod caput non tantum in Nic., sed omnino in libris Aristoteleis unum ipsam *τὴν βούλησιν* pro argumento sibi sumsit, ad has quaestiones undique affluentes ne acceditur quidem. V. ad 1113 a 15.

Cap. 1. 2. Quid inter ea quae per homines fiunt vere sit *ἀκούσιον* vocandum, inquiritur.

Quoniam vel laus virtutis vel mala nota in iis tantum locum habent, quae sponte facta sunt, necesse est τὸ ἀκούσιον tanquam toto genere diversum seponatur —1109 b 35.

Est autem ἀκούσιον primum quidem quod vi coactus fecerit aliquis, si vi coactum esse eum tantum dixeris qui oppressus alienâ potentiâ nil ipse ad rem gerendam contribuerit (—1110 a 4). *Discernendum enim*

Γ 1—8.

Γ 1 τῆς ἀρετῆς δὴ περὶ πάθη τε καὶ πράξεις οὔσης, καὶ ἐπὶ μὲν τοῖς ἑκουσίοις ἐπαίνων καὶ ψόγων γινομένων, ἐπὶ δὲ τοῖς ἀκουσίοις συγγνώμης, ἐνίοτε δὲ καὶ ἐλέου, τὸ ἑκούσιον καὶ ἀκούσιον ἀναγκαῖον ἴσως διορίσαι τοῖς περὶ ἀρετῆς ἐπισκοποῦσι, χρήσιμον δὲ καὶ τοῖς νομοθετοῦσι πρός τε τὰς

31. ἐπὶ—ἐπὶ] ex uno (ut vid.) K[b]; cett. ἐν—ἐν. 33. καὶ] K[b] καὶ τὸ.

est tanquam aliud genus, si quis quae ingrata ipsi sint fecerit ut aut evitet quod pejus sit aut bonum aliquod assequatur. Nam talia libenter quidem nemo admittit; nec tamen vere sunt ἀκούσια, quoniam et nostrâ ipsorum sententiâ ad ea ferimur et quod visum fuerit ipsi exsequimur (—1110 a 19). *Quapropter nec dubitamus de iis qui hujus generis aliquid peregerint judicium ferre ut aut laudemus aut vituperemus aut excusemus. Variat enim de talibus judicium neque est facile; nam componenda sunt quae facta sunt cum iis quae vel impendebant vel sperabantur; quamquam sunt inter haec tam magna ut eorum causa homini quidvis fere videatur licere, inter illa tam foeda ut nihil sit propter quod rei veniam petere possint. Plerumque vero res ita habet ut laude sit dignus qui non siverit se cogi* —1110 b 1. *Recenseatur igitur quod* a 1—4 *et* a 4—b 1 *evictum est* (—b 9). *Sin fuerit qui dicat vim afferre quae pulchra et dulcia sint, is reprobandus. Ita enim coacti erimus ad unumquodque quod agimus; neque erit discrimen inter ea quae placent interque illa quibus dolemus. Danda igitur opera, ne res externae ita facile animum perturbent, sed vis cogens ibi tantum agnoscenda ubi nihil rei gestae penes nos fuerit* —1110 b 17.

30. τῆς ἀρετῆς δὴ περὶ πάθη τε καὶ πράξεις οὔσης. Patebat hinc etiam alia via eo quo tenditur. Neque enim vere πρᾶξις est, quae a non conscio aut a privato arbitrii libertate fit: οὐ γάρ φαμεν τὸ παιδίον πράττειν οὐδὲ τὸ θηρίον 1224 a 28; τὰ θηρία πράξεως οὐ κοινωνεῖ 1139 a 20. — Ceterum notatu dignum quod ad alterum περὶ ὃ ἡ ἀρετὴ (dico affectûs) neque hic neque alias quaestio ista, utrum sponte sint annon, adplicata est.

32. συγγνώμης, ἐνίοτε δὲ καὶ ἐλέου. Quum ἡ συγγνώμη sit γνώμη κριτικὴ τοῦ ἐπιεικοῦς (1143 a 23), aequitas vero in eo sit posita ut posthabitâ si oportet generali legis regulâ in singulis ratio habeatur singularis forte rerum conditionis, apparet συγγνώμης esse ut modo mitiget judicii severitatem, modo omni culpâ absolvat. Et hoc quidem solum, si τὸ ἀκούσιον e sententiâ Aristotelis circumscribas, in id genus cadit; imo ne egeret quidem omnino συγγνώμης is cui ἀκούσιόν τι accidit, nisi recte in homine sumeretur, auctorem ipsum rerum gestarum esse, donec non esse perspectum sit. At aliter habet in altero genere ad quod hoc capite mox transitur (velut 1110 a 24). Ἔλεος contra in id quod maxime ἀκούσιον est cadit, ubicunque res gravis et molesta inde nata est. Est enim ἔλεος λύπη τις ἐπὶ φαινομένῳ κακῷ φθαρτικῷ ἢ [sic rectissime Spengel scripsit] λυπηρῷ τοῦ ἀναξίου τυγχάνειν ὃ κἂν αὐτὸς προσδοκήσειεν ἂν παθεῖν (1385 b 13).

34 s. τοῖς νομοθετοῦσι πρὸς .... τὰς κολάσεις: in τῷ διορθωτικῷ

1109 b 35 τιμὰς καὶ τὰς κολάσεις. δοκεῖ δὲ ἀκούσια εἶναι τὰ βίᾳ Γ 1
1110 a ἢ δι' ἄγνοιαν γινόμενα. βίαιον δὲ οὗ ἡ ἀρχὴ ἔξωθεν, τοιαύτη οὖσα ἐν ᾗ μηδὲν συμβάλλεται ὁ πράττων ἢ ὁ πάσχων, οἷον εἰ πνεῦμα κομίσαι ποι ἢ ἄνθρωποι κύριοι ὄντες. ὅσα δὲ διὰ φόβον μειζόνων κακῶν πράττεται ἢ διὰ 3
καλόν τι, οἷον εἰ τύραννος προστάττοι αἰσχρόν τι πρᾶξαι κύριος ὢν γονέων καὶ τέκνων, καὶ πράξαντος μὲν σῴζοιντο, μὴ πράξαντος δ' ἀποθνήσκοιεν, ἀμφισβήτησιν ἔχει πότερον ἀκούσιά ἐστιν ἢ ἑκούσια. τοιοῦτον δέ τι συμβαίνει καὶ περὶ τὰς ἐν τοῖς χειμῶσιν ἐκβολάς· ἁπλῶς μὲν γὰρ οὐδεὶς ἀποβάλλεται ἑκών, ἐπὶ σωτηρίᾳ δὲ αὑτοῦ καὶ τῶν λοιπῶν ἅπαντες οἱ νοῦν ἔχοντες. μικταὶ μὲν οὖν [εἰσὶν] αἱ τοιαῦται

6. καὶ τέκνων] om. K^b. 8. δέ τι] $K^b L^b M^b$ δὲ. 11. [εἰσίν] om. K^b.

δικαίῳ enim τὸ ἑκούσιον καὶ τὸ ἀκούσιον διαφέρει πολύ 1132 b 30. Neque ad hoc discrimen solum respiciunt leges; nam in poenis statuendis φαίνονταί τινες ὀλίγοι καὶ τῶν νομοθετῶν διορίζειν τό τε ἑκούσιον καὶ τὸ ἐκ προαιρέσεως ἕτερον ὄν 1189 b 3; cf. 1135 b 25—27; 1113 b 21 sq. 30 sq.

35. τὰ βίᾳ ἢ δι' ἄγνοιαν γινόμενα: illa quaenam sint hoc capite, haec insequenti demonstrantur.

4 sq. ἢ διὰ καλόν τι, οἷον εἰ .... a 7 ἀποθνήσκοιεν. Conjungas haec: nam labore suo propinquos salvos fecisse, sine dubio decorum est. Prioris generis διὰ φόβον μειζόνων κακῶν, si velis discernere quae variis modis miscentur inter se, exemplum sit quod modo sequitur ἐν τοῖς χειμῶσιν ἐκβολαί a 9. Communis autem utriusque generis est difficultas inde nata quod in unâ re contraria videntur conjuncta esse, ut nolens rem familiarem perdere debeas ejusdem partem abjicere aut ut volens decus tibi acquirere jubearis suscipere quod non decet. At jam vides quam diversa ita componantur. In commodis enim eorumque jacturâ singula quaeque tanti sunt quanti sunt, ut aut alia aliis addantur aut imminuatur quod jam adfuerat; neque igitur inter res dubias factâ computatione quidquam ambigitur nisi num recte futura praevideris; quod si constet, consentient sane ἅπαντες οἱ νοῦν ἔχοντες (a 11). Contra quae ad sanctitatem vitae pertinent, longe aliam naturam habent, ut nobis quidem persuasum est. Neque enim in iis computari possunt quae vel majora vel minora videantur, ut a summo decore quod exiguo dedecore paraveris satis ampla laus maneat. Nam quod ita καλὸν est, desinit ipsum inquinatum καλὸν esse, simulatque αἰσχρόν τι (quod vere turpe sit et contra fas) admissum est ut illud fiat. — Qua in re nunc hoc dico: haec si Aristoteli vel Graecis constitissent, neque omnino ita esset locutus ut in hac periodo factum est nec sine cautione proposuisset τὸν πράττοντα αἰσχρόν τι διὰ καλόν τι.

11. μικταὶ μὲν οὖν αἱ τοιαῦται πράξεις. Si suam τοῦ ἀκουσίου definitionem (v. a 1. 2) tenere voluisset Aristoteles, demonstrandum

Γ 1 πράξεις, ἐοίκασι δὲ μᾶλλον ἑκουσίοις· αἱρεταὶ γάρ εἰσι 1110 a 12 τότε ὅτε πράττονται, τὸ δὲ τέλος τῆς πράξεως κατὰ τὸν καιρόν ἐστιν. καὶ τὸ ἑκούσιον δὴ καὶ το ἀκούσιον, ὅτε πράττει, λεκτέον. πράττει δὲ ἑκών· καὶ γὰρ ἡ ἀρχὴ τοῦ κινεῖν τὰ ὀργανικὰ μέρη ἐν ταῖς τοιαύταις πράξεσιν ἐν αὐτῷ ἐστίν· ὧν δ' ἐν αὐτῷ ἡ ἀρχή, ἐπ' αὐτῷ καὶ τὸ πράττειν καὶ μή. ἑκούσια δὴ τὰ τοιαῦτα, ἁπλῶς δ' ἴσως ἀκούσια·
5 οὐδεὶς γὰρ ἂν ἕλοιτο καθ' αὑτὸ τῶν τοιούτων οὐδέν. ἐπὶ ταῖς πράξεσι δὲ ταῖς τοιαύταις ἐνίοτε καὶ ἐπαινοῦνται, ὅταν αἰσχρόν τι ἢ λυπηρὸν ὑπομένωσιν ἀντὶ μεγάλων καὶ καλῶν· ἂν δ' ἀνάπαλιν, ψέγονται· τὰ γὰρ αἴσχισθ' ὑπομεῖναι ἐπὶ μηδενὶ καλῷ ἢ μετρίῳ φαύλου. ἐπ' ἐνίοις δ' ἔπαινος μὲν οὐ γίνεται, συγγνώμη δ', ὅταν διὰ τοιαῦτα πράξῃ τις ἃ μὴ δεῖ, ἃ καὶ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ὑπερτείνει καὶ μηδεὶς ἂν ὑπομεῖναι. ἔνια δ' ἴσως οὐκ ἔστιν ἀναγκασθῆναι,

21. ἢ λυπηρὸν] K^b καὶ λυπηρόν. 24. πράξῃ] ex uno (ut vid.) K^b; cett. corrupte. 25. ἃ μὴ δεῖ] om. K^b. 26. ὑπομεῖναι] ex uno (ut vid.) K^b; cett. corrupte.

erat, timorem illum magnorum malorum vel spem acquirendi decoris a 4 sq. quodammodo vi cogente praedita esse, cui animus necessario succumberet. Sed attente perlustrantes quae vss. 7—19 scripta sunt non fugiet subesse in his aliam τοῦ ἑκουσίου καὶ τοῦ ἀκουσίου notionem, advectam ex communi linguae usu quo ἑκὼν πράττειν dicitur qui libenter facit, ut ἀκούσιον sit ὃ οὐδεὶς ἂν ἕλοιτο (a 19). An non vides aliquantum hoc ab illo differre non solum ad rationem inquirendi sed etiam ad judicii eventum? Sapienter autem Aristoteles ubicunque de hac re ipse agit vetuit quidquam ἀκούσιον vocare, quin aut ad alienam vim aut ad ignorantiam summae rei relatum fuerit: mirum enim quam multa et varia suâ sponte homines faciant, quae libenter eosdem fecisse ne adversarius quidem dixerit. — Ceterum etiam hic philosophus a vulgari judicio ad suam normam regressus est quum vs 15 scriberet καὶ γὰρ ἡ ἀρχὴ τοῦ κινεῖν τὰ ὀργανικὰ μέρη ... ἐν αὐτῷ ἐστίν: quod si sufficit ad arguendum, non jam opus erit difficili illâ quaestione num possit id quod factum est cuiquam videri αἱρετόν.

19 sq. ἐπὶ ταῖς πράξεσι δὲ τοιαύταις ἐνίοτε καὶ ἐπαινοῦνται ... ἂν δ' ἀνάπαλιν, ψέγονται cf. vs 33 s. Vulgo igitur approbatur quod modo disputando effectum est ὅτι ἐοίκασι μᾶλλον ἑκουσίοις (a 12); nam ἐπὶ τοῖς ἑκουσίοις solis ἐπαίνους καὶ ψόγους γίνεσθαι jam ab initio 1109 b 31 constabat.

24 s. ὅταν διὰ τοιαῦτα πράξῃ τις ἃ μὴ δεῖ ἃ ... μηδεὶς ἂν ὑπομεῖναι: cf. ex Simonideo illo (Bergk p. 870) vs 10 ἄνδρα δ' οὐκ ἔστι μὴ οὐ κακὸν ἔμμεναι ὃν ἀμάχανος συμφορὰ καθέλῃ. Vides sic post vs 20 et 22 tertium quoddam agnosci genus.

26. ἔνια δ' ἴσως οὐκ ἔστιν ἀναγκασθῆναι ἀλλὰ μᾶλλον ἀποθανε-

1110a 27 ἀλλὰ μᾶλλον ἀποθανετέον παθόντι τὰ δεινότατα· καὶ γὰρ τὸν Εὐριπίδου Ἀλκμαίωνα γελοῖα φαίνεται τὰ ἀναγκάσαντα μητροκτονῆσαι. ἔστι δὲ χαλεπὸν ἐνίοτε διακρῖναι ποῖον ἀντὶ ποίου αἱρετέον καὶ τί ἀντὶ τίνος ὑπομενετέον, ἔτι δὲ χαλεπώτερον ἐμμεῖναι τοῖς γνωσθεῖσιν· ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ πολύ ἐστι τὰ μὲν προσδοκώμενα λυπηρά, ἃ δ' ἀναγκάζονται αἰσχρά, ὅθεν ἔπαινοι καὶ ψόγοι γίνονται περὶ τοὺς Γ 1

27. *ἀποθανετέον*] ita K^b; cett. *ἀποθανατέον*; iid. dein *παθόντα*.

τέον κ. τ. λ. Quartum genus, eorum quae tam foeda sunt ut qui ea peccaverit nullâ timoris dolorisve vi se excusare possit. Quaeres igitur quomodo haec concinant cum praemissâ sententiâ vs 24 sq. Quid enim in hoc genere fiet de illis *ἃ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ὑπερτείνει καὶ μηδεὶς ἂν ὑπομείναι*? Tolerabuntur scilicet quamvis nequeant tolerari. Ergo in nonnullis certe rebus ea lex qua vetamur peccare etiam ex Aristotelis sententiâ tam austerâ sanctitate est ut nolit ullam vel commodorum nostrorum vel miseriarum rationem habere. Plerumque vero non Aristoteles solus sed Graeci omnino homines abhorrent ab istâ severitate: componere et computare malunt magna incommoda cum parvis quae aestimant peccatis, commiscentes et quasi ex aequo tractantes quod diversi est generis; cf. ad 1138 a 35 sq. Id quod in ipso linguae usu apparet: ipsae enim voces ita sunt comparatae ut saepe nescias ad utrum jam genus spectetur; velut *ὑπομένει αἰσχρόν τι* (vs 21 et 22) qui indignum quid patitur nullâ forte suâ culpâ, nec tamen minus is qui ipse aliquo modo adduci se sinit ad id quod per se non licebat. Unde passim fit ut legentes per aliquod tempus dubitemus quo pergatur, donec occurrente aliquâ voce haud ambiguâ (quales h. l. sunt *πράξῃ ἃ μὴ δεῖ* vs 25 et *ἔνια δ' ἴσως* vs 26) admonemur, ne velimus a sententiis scriptoris tanquam alienum prohibere quod ipse cum ceteris rebus in unum complectebatur.

28. *τὸν Εὐριπίδου Ἀλκμαίωνα*: in fabulâ nimirum *Ἀλκμαίων ὁ διὰ Ψωφῖδος* inscriptâ, cujus perpauca exstant fragmenta. Aristoteles vero ipse choro Aeschyleo adsentiebat (Eumen. 427) quaerenti *ποῦ γὰρ τοσοῦτο κέντρον ὡς μητροκτονεῖν;*

29 sq. *ἔστι δὲ χαλεπὸν ἐνίοτε διακρῖναι*: nam quum in re difficili ne diversa quidem genera rerum, ad quas in agendo spectatur (*ποῖα ἀντὶ ποίων* a 30), certis quantum fieri poterat finibus circumscripta essent, etiam plura iis qui singula quaeque reputarent (*ἐνίοτε*) permittenda erant quam oportebat.

32. *ἃ δ' ἀναγκάζονται.* Primum notes grammaticam rationem accusativi *ἅ*; deinde vocem *ἀναγκάζειν* (ut vs 28 et b 1) quam longe differat a notione *τοῦ βιαίου ὃ βιάζει*, unde haec disputatio primum profecta est. Audis enim non tantum ea sola esse *βίαια ἃ ἀναγκάζει ἔξω ὄντα* (b 10), sed *ἀναγκασθῆναι* dici etiam qui nullâ necessitate admotâ et permissâ eligendi facultate vel adducuntur vel abripiuntur aliquâ causâ urgente quae videatur majoris momenti esse.

33. *ὅθεν ἔπαινοι καὶ ψόγοι γίνονται*, siquidem res ita habet qualis

Γ 1 § ἀναγκασθέντας ἢ μή. τα δὴ ποῖα φατέον βίαια; ἢ ἁπλῶς 1110 b 1 μέν, ὁπότ' ἂν ἡ αἰτία ἐν τοῖς ἐκτὸς ᾖ καὶ ὁ πράττων μηδὲν συμβάλληται· ἃ δὲ καθ' αὑτὰ μὲν ἀκούσιά ἐστι, νῦν δὲ καὶ ἀντὶ τῶνδε αἱρετά, καὶ ἡ ἀρχὴ ἐν τῷ πράττοντι, καθ' αὑτὰ μὲν ἀκούσιά ἐστι, νῦν δὲ καὶ ἀντὶ τῶνδε ἑκούσια. μᾶλλον δ' ἔοικεν ἑκουσίοις· αἱ γὰρ πράξεις ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα, ταῦτα δ' ἑκούσια. ποῖα δ' ἀντὶ ποίων αἱρετέον, οὐ ῥᾴδιον ἀποδοῦναι· πολλαὶ γὰρ διαφοραί εἰσιν ἐν τοῖς καθ' § ἕκαστα. εἰ δέ τις τὰ ἡδέα καὶ τὰ καλὰ φαίη βίαια

---

2. τοῖς ἐκτὸς] K^b τῶι ἐκτός. 9. τὰ ἡδέα καὶ τὰ καλὰ] e K^b; cett. var.

---

modo (ὡς ἐπὶ τὸ πολύ a 31) descripta est. Quanto enim plus indoli, concupiscenti commoda malaque formidanti, concedebatur, eo minus in animo erat rarae eorum laudi obtrectare qui forte ipsi nollent indulgentiâ illâ uti.

1. τὰ δὴ ποῖα φατέον βίαια; .... ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα b 9. Diligenter et accurate colliguntur (δὴ b 1) quae adhuc per hoc caput de duobus generibus (quae βίαια sint a 1—4; quae praeter haec non satis recte ἀκούσια putentur a 4—b 1) demonstrata sunt: nil additur, nil mutatur. At absolutâ hac re inde a verbis εἰ δέ τις τὰ ἡδέα b 9 adjunguntur de altero genere nonnulla, unde nunc tandem apparet qua affinitate utrumque genus inter se conjunctum sit. Scilicet sunt qui τὰ ἀκούσια illa ita vere ἀκούσια esse velint, ut βίαια esse dicantur. V. ad a 11.

9. τὰ ἡδέα καὶ τὰ καλὰ .. βίαια. Quamquam non dubitavi de universâ ratione hujus sententiae et earum quae sequuntur (—b 15) modo aliquid pro certo affirmare, tamen inde progredi ad singula quaeque similiter interpretanda equidem non audeam. Paucis enim verbis ad tot et tantas res se refert Aristoteles, ut queri possis quod ita properaverit, properantem in singulis quibusque vocibus detinere non possis. Ut unum afferam; vides illi quasi eodem tempore cum diverso hominum genere rem esse. Qui enim dicant etiam τὰ καλὰ βίαια esse (b 9), non poterunt iidem τῶν καλῶν αἰτιᾶσθαι ἑαυτούς (b 14. 15). Sin ita velimus nos extricare ut dicamus, dicere illos pro levitate suâ b 9 τὰ καλὰ formosa potissimum corpora, quorum desiderio capti sint, at b 15 philosophum advocare sua καλά: obstat quod ita b 11 non verum esset τούτων γὰρ χάριν πάντες πάντα πράττουσιν: in qua sententiâ ne haereas, cf. 1104 b 30 τριῶν γὰρ ὄντων εἰς τὰς αἱρέσεις .... καλοῦ, συμφέροντος ἡδέος, et 1155 b 19 δόξειε δ' ἂν χρήσιμον (vel συμφέρον) εἶναι δι' οὗ γίνεται ἀγαθόν τι ἢ ἡδονή, ὥστε φιλητὰ (et αἱρετὰ) ἂν εἴη τἀγαθόν τε καὶ τὸ ἡδὺ ὡς τέλη. Nec minus certum, secundam harum sententiarum (καὶ οἱ μὲν βίᾳ sc. πράττοντες ... μεθ' ἡδονῆς b 11—13), quae per se plenum continet syllogismum omissâ conclusione „ἕτερα οὖν τὰ βίᾳ ἢ ἀκούσια καὶ τὰ διὰ τὸ ἡδὺ ἢ τὸ καλόν", parum aptam esse ad id genus omne de quo

1110 b εἶναι· ἀναγκάζειν γὰρ ἔξω ὄντα. πάντα ἂν εἴη οὕτω βίαια· τούτων γὰρ χάριν πάντες πάντα πράττουσιν. καὶ οἱ μὲν βίᾳ καὶ ἄκοντες λυπηρῶς, οἱ δὲ διὰ τὸ ἡδὺ καὶ καλὸν μεθ' ἡδονῆς· γελοῖον δὴ τὸ αἰτιᾶσθαι τὰ ἐκτός, ἀλλὰ μὴ αὑτὸν εὐθηράτον ὄντα ὑπὸ τῶν τοιούτων, καὶ τῶν μὲν καλῶν ἑαυτόν, τῶν δ' αἰσχρῶν τὰ ἡδέα. ἔοικε δὴ τὸ βίαιον εἶναι οὗ ἔξωθεν ἡ ἀρχή, μηδὲν συμβαλλομένου τοῦ βιασθέντος.

τὸ δὲ δι' ἄγνοιαν οὐχ ἑκούσιον μὲν ἅπαν ἐστίν, ἀκούσιον δὲ τὸ ἐπίλυπον καὶ ἐν μεταμελείᾳ· ὁ γὰρ δι' ἄγνοιαν

10 Kb ἀναγκάζει. ὄντα Kb Lb Mb ὄντα. 13. γελοῖον δὴ] KbNbOb γελοῖον δὲ 16 Kb Lb ἐπίλυπον

a 4—b 1 agitatur: nam quicunque in illo occupati sunt seu διὰ φόβον seu διὰ καλόν τι πράττοντες multum sane abeunt ut agant μεθ' ἡδονῆς b 12 — quae quum ita sint, satis habeas observare, Aristotelem in his minus diligentem fuisse, ad principalem hujus loci sententiam plus semel in proximis capitibus recurrendum esse praevidens v. 1111 a 27—b 3; 1113 b 6—14; 1114 a 31—b 25.

15—17. ἔοικε δὴ τὸ βίαιον ... τοῦ βιασθέντος: v. a 1 sq. Videtur igitur sibi Aristoteles per totum caput etiam a 4—b 1, ubi vox quidem τοῦ βιαίου non legitur, ea tractasse quae ad unum τὸ βίαιον pertinerent.

Est vero τοῦ ἀκουσίου etiam aliud genus id quod per ignorantiam fit: in quo primum ea condicio videnda, ut eum qui horum aliquid commiserit post cognita re pigeat commisisse (—1110 b 24). *Deinde inscii multa faciunt quae non per ignorantiam facta esse dicenda sunt, quoniam originem duxerunt ab alio: velut temulenti, iracundi unde nata sit et ipsa mentis obscuratio* (—b 27). *Denique qui malo consilio fecerunt, ignorasse quidem quodammodo quid convenerit dicendi sunt, at per ignorantiam peccatum esse ita tantum ajemus, si quem eorum aliquid quae in ipsa re gerenda necessaria sunt latuerit* (—1111 a 2). *Haec quot et qualia sint diligenter enumerantur, ut appareat denique tum quam multarum rerum ignoratione fieri possit ut τὸ ἀκούσιον adsit, tum quibus finibus idem genus omne sit circumscribendum* (—1111 a 21).

Triplici ratione caveri dixeris hoc capite, ne admittant homines ignorantiam tanquam causam τοῦ ἀκουσίου praepostere. Quarum cautelarum prima est 1110 b 18—24.

18. ἀκούσιον δὲ τὸ ἐπίλυπον καὶ ἐν μεταμελείᾳ: v. b 12 οἱ ἄκοντες λυπηρῶς. Quodsi quis gauderet ea re quam inscius effecit, suam quasi gaudio illo faceret quae, dum fiebat, propter ignorantiam non erat ejus. Verissimum hoc, ut liceat interrogare quidni tale quid monuerit Aristoteles etiam ad priorem sententiam „ἀκούσιον τὸ βίᾳ“ (cap. 1).

πράξας ὁτιοῦν, μηδὲν δὲ δυσχεραίνων ἐπὶ τῇ πράξει, ἑκὼν μὲν οὐ πέπραχεν, ὅ γε μὴ ᾔδει. οὐδ' αὖ ἄκων, μὴ λυπούμενός γε. τοῦ δὴ δι' ἄγνοιαν ὁ μὲν ἐν μεταμελείᾳ ἄκων δοκεῖ, ὁ δὲ μὴ μεταμελόμενος, ἐπεὶ ἕτερος ἔστω, οὐχ ἑκών· ἐπεὶ γὰρ διαφέρει, βέλτιον ὄνομα ἔχειν ἴδιον. ἕτερον δ' ἔοικε καὶ τὸ δι' ἄγνοιαν πράττειν τοῦ ἀγνοοῦντα ποιεῖν· ὁ γὰρ μεθύων ἢ ὀργιζόμενος οὐ δοκεῖ δι' ἄγνοιαν πράττειν, ἀλλὰ διά τι τῶν εἰρημένων, οὐκ εἰδὼς δὲ ἀλλ' ἀγνοῶν. ἀγνοεῖ μὲν οὖν πᾶς ὁ μοχθηρὸς ἃ δεῖ πράττειν καὶ ὧν

20. μηδὲν δὲ] K^b μηδέν τι. 23. K^b μεταμελώμενος. 25. K^b ἀγνοοῦντας, id. rc. ἀγνοούντως. 26. K^b πράσσειν.

20 s. ἑκὼν μὲν οὐ .... οὐδ' αὖ ἄκων: res aliae, sed idem genus est de quo 1135 a 33 verba sunt, πολλὰ γὰρ ..... καὶ πράττομεν καὶ πάσχομεν ὧν οὐθὲν οὐθ' ἑκούσιον οὔτ' ἀκούσιόν ἐστιν, οἷον τὸ γηρᾶν ἢ ἀποθνήσκειν (u. v.). Breviter haec, si quando commemorantur, in Ethicis adumbrantur potius quam explicantur.

24—27. altera cautela: qua quidem non prospicitur an post commissâ re homo doleat, sed respicitur unde factum sit ut nesciverit. Quodsi quis animi sui affectibus eam vim permiserit vel libidinoso vitae genere eo perductus fuerit ut occoecatus quasi non videat quae cerni poterant, tanquam causam peccandi ne ignorantiam suam, sed affectûs illos atque libidines accuset. Prudenter enim jam ab initio b 18 genus id quod τῷ ἀκουσίῳ accensetur praepositione διὰ c. acc. adhibitâ τὸ δι' ἄγνοιαν appellatum est. Cf. ad 1113 b 24 et sqq.

27. διά τι τῶν εἰρημένων: velut διὰ μέθην, δι' ὀργήν (b 26), ὧν κύριοί ἐσμεν 1113 b 32.

28—1111 a 2. tertia cautela: omnino neque is error, quo homines in finem studio revera indignum operam suam convertunt, nescientes scilicet quid vere appetendum sit, ad hanc de qua agitur ignorantiam attinet; sed is solus, quo propositum suum qualecunque est exsequentes de rebus singulis huc spectantibus ita decipiuntur ut aliud evadat atque ipsi cogitaverunt. — Tertiam hanc exceptionem esse diximus, quamvis concedendum sit, ipsum scriptorem neque ab initio b 28 (ἀγνοεῖ μὲν οὖν πᾶς κ. τ. λ.) ita locutum esse ut appareret, videri sibi illum nunc novum quoddam genus adjicere, neque in extremo capite 1111 a 19—21 (τοῦ δὴ κατὰ τὴν τοιαύτην ἄγνοιαν ἀκουσίου λεγομένου ἔτι δεῖ κ. τ. λ.) ad plura respexisse quam duo. Nihilominus ad rem diversa esse quae nos ut secundum tertiumque recenseamus, perpaucis verbis demonstrari potest. Qui enim διὰ μέθην ἢ δι' ὀργὴν peccant (b 26 sq. in altero genere), plerumque haud τῇ καθόλου ἀγνοίᾳ (b 32) tenentur, ad quam seponendam inde a b 28 disputatur, sed maxime τῇ καθ' ἕκαστα ἀγνοίᾳ (b 33). Ignorantes vero quid faciant aut obliti cum quibus hominibus sibi res sit aut quaenam vel arma vel instrumenta manibus gerant, tamen excusare τὸ δι' ἄγνοιαν non possunt. Nec facile sibi quisquam persuaserit, Aristotelem haec quae in exemplis

εἶναι (ἀναγκάζειν γὰρ ἔξω ὄντα), πάντα ἂν εἴη οὕτω Γ 1
βίαια· τούτων γὰρ χάριν πάντα πάντες πράττουσιν. καὶ οἱ μὲν βίᾳ καὶ ἄκοντες λυπηρῶς, οἱ δὲ διὰ τὸ ἡδὺ καὶ καλὸν μεθ' ἡδονῆς. γελοῖον δὴ τὸ αἰτιᾶσθαι τὰ ἐκτός, ἀλλὰ μὴ αὑτὸν εὐθήρατον ὄντα ὑπὸ τῶν τοιούτων, καὶ τῶν μὲν καλῶν ἑαυτόν, τῶν δ' αἰσχρῶν τὰ ἡδέα. ἔοικε δὴ τὸ βίαιον εἶναι οὗ ἔξωθεν ἡ ἀρχή, μηδὲν συμβαλλομένου τοῦ βιασθέντος.

τὸ δὲ δι' ἄγνοιαν οὐχ ἑκούσιον μὲν ἅπαν ἐστίν, ἀκού- 2
σιον δὲ τὸ ἐπίλυπον καὶ ἐν μεταμελείᾳ· ὁ γὰρ δι' ἄγνοιαν

---

10. K^b ἀναγκάζει. οὕτω] $K^b L^b M^b$ αὐτῷ. 13. γελοῖον δὴ] $K^b N^b O^b$ γελοῖον δέ. 19. $K^b L^b$ ἐπίλοιπον.

---

a 4—b 1 agebatur: nam quicunque in illo occupati sunt seu **διὰ φόβον** seu διὰ καλόν τι πράττοντες multum sane absunt ut agant **μεθ' ἡδονῆς** (b 13). — Quae quum ita sint, satis habeas observare, Aristotelem in his minus diligentem fuisse, ad principalem hujus loci sententiam plus semel in proximis capitibus recurrendum esse praevidens v. 1111 a 27—b 3; 1113 b 6—14; 1114 a 31—b 25.

15—17. ἔοικε δὴ τὸ βίαιον ... τοῦ βιασθέντος: v. a 1 sq. Videbatur igitur sibi Aristoteles per totum caput (etiam a 4—b 1, ubi vox quidem τοῦ βιαίου non legitur) ea tractasse quae ad unum **τὸ βίαιον** pertinerent.

Est vero τοῦ ἀκουσίου etiam aliud genus id quod per ignorantiam fit: in quo primum ea conditio addenda, ut eum qui horum aliquid commiserit post cognitâ re pigeat commissi —1110 b 24. *Deinde inscii multa faciunt quae non per ignorantiam facta esse dicenda sunt, quoniam originem ducunt ex alio fonte velut temulentiâ, iracundiâ unde nata sit et ipsa mentis obscuratio* (—b 27). *Denique qui malo consilio fecerunt, ignorasse quidem quodammodo quid conduceret dicendi sunt, at per ignorantiam peccatum esse ita tantum ajemus, si quem eorum aliquid quae in ipsâ re gerendâ necessaria sunt latuerit* (—1111 a 2). *Haec quot et qualia sint diligenter enumerantur, ut appareat denique tum quam multarum rerum ignoratione fieri possit ut τὸ ἀκούσιον adsit, tum quibus finibus idem genus omne sit circumscribendum* —1111 a 21.

Triplici ratione caveri dixeris hoc capite, ne admittant homines ignorantiam tanquam causam τοῦ ἀκουσίου praepostere. Quarum cautelarum prima est 1110 b 18—24.

18. ἀκούσιον δὲ τὸ ἐπίλυπον καὶ ἐν μεταμελείᾳ: v. b 12 οἱ ἄκοντες λυπηρῶς. Quodsi quis gauderet eâ re quam inscius effecit, suam quasi gaudio illo faceret quae, dum fiebat, propter ignorantiam non erat ejus. Verissimum hoc, ut liceat interrogare quidni tale quid monuerit Aristoteles etiam ad priorem sententiam „**ἀκούσιον τὸ βίᾳ**" (cap. 1).

§ πράξας ὁτιοῦν, μηδὲν δὲ δυσχεραίνων ἐπὶ τῇ πράξει, ἑκὼν μὲν οὐ πέπραχεν, ὅ γε μὴ ᾔδει. οὐδ' αὖ ἄκων, μὴ λυπούμενός γε. τοῦ δὴ δι' ἄγνοιαν ὁ μὲν ἐν μεταμελείᾳ ἄκων δοκεῖ, ὁ δὲ μὴ μεταμελόμενος, ἐπεὶ ἕτερος ἔστω, οὐχ ἑκών·
§ ἐπεὶ γὰρ διαφέρει, βέλτιον ὄνομα ἔχειν ἴδιον. ἕτερον δ' ἔοικε καὶ τὸ δι' ἄγνοιαν πράττειν τοῦ ἀγνοοῦντα ποιεῖν· ὁ γὰρ μεθύων ἢ ὀργιζόμενος οὐ δοκεῖ δι' ἄγνοιαν πράττειν, ἀλλὰ διά τι τῶν εἰρημένων, οὐκ εἰδὼς δὲ ἀλλ' ἀγνοῶν.
§ ἀγνοεῖ μὲν οὖν πᾶς ὁ μοχθηρὸς ἃ δεῖ πράττειν καὶ ὧν

20. *μηδὲν δὲ*] K^b *μηδέν τι*. 23. K^b *μεταμελώμενος*. 25. K^b *ἀγνοοῦντας*, id. rc. *ἀγνοούντως*. 26. K^b *πράσσειν*.

20 s. *ἑκὼν μὲν οὐ .... οὐδ' αὖ ἄκων*: res aliae, sed idem genus est de quo 1135 a 33 verba sunt, *πολλὰ γὰρ ..... καὶ πράττομεν καὶ πάσχομεν ὧν οὐθὲν οὐθ' ἑκούσιον οὔτ' ἀκούσιόν ἐστιν, οἷον τὸ γηρᾶν ἢ ἀποθνήσκειν* (u. v.). Breviter haec, si quando commemorantur, in Ethicis adumbrantur potius quam explicantur.

24—27. altera cautela: qua quidem non prospicitur an post commissâ re homo doleat, sed respicitur unde factum sit ut nesciverit. Quodsi quis animi sui affectibus eam vim permiserit vel libidinoso vitae genere eo perductus fuerit ut occoecatus quasi non videat quae cerni poterant, tanquam causam peccandi ne ignorantiam suam, sed affectûs illos atque libidines accuset. Prudenter enim jam ab initio b 18 genus id quod *τῷ ἀκουσίῳ* accensetur praepositione *διά* c. acc. adhibitâ *τὸ δι' ἄγνοιαν* appellatum est. Cf. ad 1113 b 24 et sqq.

27. *διά τι τῶν εἰρημένων*: velut *διὰ μέθην, δι' ὀργήν* (b 26), *ὧν κύριοί ἐσμεν* 1113 b 32.

28—1111 a 2. tertia cautela: omnino neque is error, quo homines in finem studio revera indignum operam suam convertunt, nescientes scilicet quid vere appetendum sit, ad hanc de qua agitur ignorantiam attinet; sed is solus, quo propositum suum qualecunque est exsequentes de rebus singulis huc spectantibus ita decipiuntur ut aliud evadat atque ipsi cogitaverunt. — Tertiam hanc exceptionem esse diximus, quamvis concedendum sit, ipsum scriptorem neque ab initio b 28 (*ἀγνοεῖ μὲν οὖν πᾶς κ. τ. λ.*) ita locutum esse ut appareret, videri sibi illum nunc novum quoddam genus adjicere, neque in extremo capite 1111 a 19—21 (*τοῦ δὴ κατὰ τὴν τοιαύτην ἄγνοιαν ἀκουσίου λεγομένου ἔτι δεῖ κ. τ. λ.*) ad plura respexisse quam duo. Nihilominus ad rem diversa esse quae nos ut secundum tertiumque recenseamus, perpaucis verbis demonstrari potest. Qui enim *διὰ μέθην ἢ δι' ὀργὴν* peccant (b 26 sq. in altero genere), plerumque haud *τῇ καθόλου ἀγνοίᾳ* (b 32) tenentur, ad quam seponendam inde a b 28 disputatur, sed maxime *τῇ καθ' ἕκαστα ἀγνοίᾳ* (b 33). Ignorantes vero quid faciant aut obliti cum quibus hominibus sibi res sit aut quaenam vel arma vel instrumenta manibus gerant, tamen excusare *τὸ δι' ἄγνοιαν* non possunt. Nec facile sibi quisquam persuaserit, Aristotelem haec quae in exemplis

1110 b 29 ἀφεκτέον, καὶ διὰ τὴν τοιαύτην ἁμαρτίαν ἄδικοι καὶ ὅλως Γ 2 κακοὶ γίνονται. τὸ δ' ἀκούσιον βούλεται λέγεσθαι οὐκ εἴ τις ἀγνοεῖ τὸ συμφέρον· οὐ γὰρ ἡ ἐν τῇ προαιρέσει ἄγνοια αἰτία τοῦ ἀκουσίου ἀλλὰ τῆς μοχθηρίας, οὐδ' ἡ καθόλου (ψέγονται γὰρ διά γε ταύτην), ἀλλ' ἡ καθ' ἕκαστα, ἐν

31. K[b] τὰ συμφέροντα.

---

ab ipso prudenter delectis tam luculenter discernantur ipsum non reputasse.

28. ἀγνοεῖ μὲν οὖν πᾶς ὁ μοχθηρὸς ἃ δεῖ πράττειν: haec ejus esse videntur qui a singulis quibusdam rebus ad universum genus pergit. Id quod ita quidem h. l. recte habet, quoniam τὸ μεθύειν illud vel τὸ ὀργίζεσθαι b 26 pertinet ad μοχθηρίαν τινά; quae et ipsa cum ignoratione aliqua veri conjuncta est (ἀγνοῶν b 27). Cavendum vero, ne hanc inter utramque sententiam rationem ad reliqua quoque pervenire censeamus: quod enim additur ἃ δεῖ πράττειν καὶ ὧν ἀφεκτέον (ἀγνοεῖ) diversum est a prioribus. Neque enim hoc proprium est peccatorum quae ex iracundiâ vel e temulentiâ originem ducunt, ut quod voluerit homo contra leges sit; imo persaepe quod sibi proposuerat acerbiore notâ notandum non erat; sed adversarium repulsurus amicum necavit forte, impotens sui et caligine quasi involutus. Quod idem praeterea quodammodo etiam ἀγνοεῖ ἃ δεῖ πράττειν, verum quidem: dedecet enim temulentum esse et iracundum; at aliud hoc esse genus ignorantiae quis non videt? — Ceterum in hoc judicio πᾶς ὁ μοχθηρὸς praetermissum esse τὸν ἀκρατῆ, monuisse sufficiet.

31. εἴ τις ἀγνοεῖ τὸ συμφέρον i. e. quid vere conducat; id quod haud differt ab eo ὃ δεῖ (vs 28). — Ἡ ἐν τῇ προαιρέσει ἄγνοια sc. ἡ τοῦ τέλους: quae enim praeterea sciri oportet ut possit aliquis προαιρεῖσθαι (nam ἡ προαίρεσις τῶν πρὸς τὸ τέλος ἐστὶ μᾶλλον 1111 b 27), nunc negligi apparet. Porro ista finium ignoratio ita tantum dici potest τῆς μοχθηρίας sc. αἰτία (b 32; cf. b 29 διὰ τοιαύτην ἁμαρτίαν ... κακοὶ γίνονται), si jam fines vocentur in quibus diversa natura summorum generum, eorum quae sancta sunt et eorum quae prava sunt, sit expressa. Recte enim etiam aliâ ratione nostrum finem inter agendum dicimus eum, qui ut fieret singulae quaeque res gestae institutae erant. Qua in re si quis erraverit ita ut aliud sibi proposuerit, aliud effecerit, inscium illum fuisse dicemus τοῦ τέλους vel (ut ipse scribit Aristoteles 1111 a 5. 19) τοῦ ἕνεκα τίνος, et deceptum ἀγνοίᾳ τινὶ ἐν τῇ προαιρέσει, sed longe alio modo. Neque enim talia spectant ad perversum hominis animum, sed ad ipsum excusandum quoniam vere ἄκων peccavit. Haec ne laterent, provisum est verbis b 32. 33 οὐδ' ἡ καθόλου (ἄγνοια) ... ἀλλ' ἡ καθ' ἕκαστα: quae ut adderentur jam vides quam fuerit necesse. Etenim si illa ἄγνοια ἡ ἐν τῇ προαιρέσει ἡ καθόλου admissa esset in τὸ δι' ἄγνοιαν, jam iis qui sentiunt ὅτι οὐδεὶς ἑκὼν πονηρός (1113 b 14 s.) omnia paterent, libertasque arbitrii humani ut in vitiis ita etiam in virtute (v. cap. 7) jacebat.

Γ 2 οἷς καὶ περὶ ἃ ἡ πρᾶξις· ἐν τούτοις γὰρ καὶ ἔλεος καὶ συγγνώμη· ὁ γὰρ τούτων τι ἀγνοῶν ἀκουσίως πράττει. 1111 a

3 ἴσως οὖν οὐ χεῖρον διορίσαι αὐτά, τίνα καὶ πόσα ἐστί, τίς τε δὴ καὶ τί καὶ περὶ τί ἢ ἐν τίνι πράττει· ἐνίοτε δὲ καὶ τίνι, οἷον ὀργάνῳ, καὶ ἕνεκα τίνος, οἷον σωτηρίας, καὶ πῶς, οἷον ἠρέμα ἢ σφόδρα. ἅπαντα μὲν οὖν ταῦτα οὐδεὶς ἂν ἀγνοήσειε μὴ μαινόμενος, δῆλον δ' ὡς οὐδὲ τὸν πράττοντα· πῶς γὰρ ἑαυτόν γε; ὃ δὲ πράττει, ἀγνοήσειεν ἄν τις, οἷον

---

2. K[b] ἀκουσίω. 4. καὶ περὶ] K[b] περὶ. 8. K[b] ὁ δὲ ἑαυτόν γε πράττει (corr. ὃ δι' —).

---

1. *ἐν τούτοις (ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα) γὰρ καὶ ἔλεος καὶ συγγνώμη:* cf. 1109 b 32; probabile igitur in iisdem locum habere *τὸ ἀκούσιον* (*γὰρ* vs 2).

3—15. Quum placuisset *διορίσαι αὐτὰ* (a 3) i. e. *τὰ καθ' ἕκαστα ἐν οἷς καὶ περὶ ἃ ἡ πρᾶξις*, majore quam ullo alio loco factum est diligentiâ adhibitâ primum septem eorum quasi categoriae enumerantur vs 3—5, deinde eadem exemplis illustrantur — vs 15. Nihilominus si affluente istâ copiâ rerum recte voluerimus uti, facile acciderit ut parum opinemur accepisse; restare enim haud pauca in quibus haereamus. Nam in septem illis generibus et desiderabuntur nonnulla (velut *τὸ πρὸς τίνας*, quoniam gravissimum et hoc est ut sciamus, cum quibus hominibus res sit; v. Meropes exemplum vs 11. 12) et ambigetur in aliis quomodo diversa sint (quaerentibus enim annon *τὸ περὶ τί* et *τὸ ἐν τίνι πράττει* eodem fere spectent, haud succurritur). In exemplis vero alia generum illorum vel re vel addito nomine satis distincta sunt (expressa *τὸ τίς* vs 7 sq., *τὸ τί* vs 8 sq.; addas *τὸ τίνι οἷον ὀργάνῳ* vs 12. 13, *τὸ πῶς οἷον ἠρέμα ἢ σφόδρα* vs 14. 15); at alia neglecta esse videntur; imo ne id quidem pro certo asseverari potest, in quibus tandem exemplis Aristoteles ipsa illa genera voluerit perspicua esse quorum dignitatem ceteris anteponit: v. vs 18. 19 *κυριώτατα ... ἐν οἷς ἡ πρᾶξις καὶ οὗ ἕνεκα.* — Qua in re ne plus aequo scriptorem, quippe qui fere nunquam talia omnibus numeris perfecta ediderit, accuses, reputanda sane est ipsarum rerum natura, vetans singula quaeque quae in unam actionem concurrunt quasi distinctis inter se categoriarum finibus circumscribere. Annon qui aliud instrumentum arripuit atque putaverat necessario aliud efficiet atque cogitaverat? Ignorans igitur *τὸ τίνι*, ignorabit etiam *τὸ τί*. Ut liceat dubitare, annon philosophus ipse differenti naturae primi generis etiam plus dederit quam par erat, quum diceret, *τὸ τίς πράττει* eximendum esse quoniam nequiret ignorari (*πῶς γὰρ ἑαυτόν γε* vs 8). Exemplum enim sit Merope: quae dum filium necans putabat hostem occidere, ignorabat certe quid faceret. At qui eandem dixerit nescivisse, quis evocaretur ad caedem, et ipse recte judicabit. Putabat enim se hostem, erat mater. Id quod ideo moneo ut appareat, easdem res gestas diversis generibus adscribi posse.

1111 a 9 λέγοντές φασιν ἐκπεσεῖν αὐτούς, ἢ οὐκ εἰδέναι ὅτι ἀπόῤῥητα Γ 2 ἦν, ὥσπερ Αἰσχύλος τὰ μυστικά, ἢ δεῖξαι βουλόμενος ἀφεῖναι, ὡς ὁ τὸν καταπέλτην. οἰηθείη δ' ἄν τις καὶ τὸν υἱὸν πολέμιον εἶναι ὥσπερ ἡ Μερόπη, καὶ ἐσφαιρῶσθαι τὸ λελογχωμένον δόρυ, ἢ τὸν λίθον κίσσηριν εἶναι· καὶ ἐπὶ σωτηρίᾳ παίσας ἀποκτεῖναι ἄν· καὶ δεῖξαι βουλόμενος ὥσπερ οἱ ἀκροχειριζόμενοι, πατάξειεν ἄν. περὶ πάντα δὴ ταῦτα τῆς ἀγνοίας οὔσης [ἐν οἷς ἡ πρᾶξις], ὁ τούτων τι ἀγνοήσας ἄκων δοκεῖ πεπραχέναι, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς κυριωτάτοις· κυριώτατα δ' εἶναι δοκεῖ ἐν οἷς ἡ πρᾶξις καὶ

9. λέγοντές] fort. λέγοντάς. ἐκπεσεῖν] K[b] ἐκπέμπειν. αὐτούς] Bekk. c. ll. αὐτούς. 10. ἢ δεῖξαι] K[b] δεῖξαι. 13. κίσσηριν] K[b]N[b] κίσιριν. 15. K[b] πατάξαιεν. 16. [ἐν οἷς ἡ πρᾶξις] susp. mihi. 16—18. ὁ τούτων — ἡ πρᾶξις] om. K[b].

9. ἐκπεσεῖν lib. opt. ἐκπέμπειν. Verba difficilia οἷον λέγοντές φασιν ἐκπεσεῖν αὐτούς. Convertas *cujus generis aliquid afferentes dicunt (i. e. ad quod genus spectat quod dicunt nonnunquam) excidisse sibi invitis verbum, quod locuti sunt.* Ἐκπίπτει με alienum a graecae linguae indole non dixerit qui meminerit legi ἐκβαίνειν, ἐξελθεῖν χώραν. Sed maluisses forsitan λέγοντας; vix dubitabis quin sit corrigendum αὐτούς.

14. καὶ δεῖξαι βουλόμενος ... πατάξειεν ἄν. Aperte vehementius quam volebat feriendo violavit: peccavit igitur τῷ πῶς, quale vs 5. 6 descriptum est. Sed eadem plane est ratio ejus exempli quod praecedit καὶ ἐπὶ σωτηρίᾳ παίσας ἀποκτεῖναι ἄν: qui enim id unum agit ne ipse laedatur, satis habet fracto adversarii impetu vel sublatâ nocendi facultate. Itaque ne videaris tibi, inductus voce ἐπὶ σωτηρίᾳ (cf. vs 5 καὶ ἕνεκα τίνος οἷον σωτηρίας), in his percipere exemplum ignorati finis.

16. (πάντα .. ταῦτα ..) ἐν οἷς ἡ πρᾶξις. Haud necessaria sane ad sententiam verba haec ἐν οἷς ἡ πρᾶξις. Accedere dixeris, ut sic vox ἐν οἷς ad omnia promiscue relata sit, quum eâdem voce tum vs 4 (ἐν τίνι πράττει) tum vs 18 (ἐν οἷς ἡ πρᾶξις) certum quoddam genus quod a ceteris discernendum sit indicetur. Attamen ne deletis quidem istis verbis vs 16 duplicem ejusdem vocis usum hinc amoveris, quum etiam 1110 b 33 s. de universo genere τῶν καθ' ἕκαστα sit ἐν οἷς καὶ περὶ ἃ ἡ πρᾶξις et similiter 1111 a 24. Omnino enim haud exigua profecto pars ejus laudis, quae Aristotelico scribendi generi debetur, e conciso quodam quum particularum tum praepositionum et pronominum usu nascitur: at concedendum est, non raro vocularum illarum virtuti quasi ab eodem plus mandari quam vel ipsae tuto possint ferre vel laturae sint nisi curiosâ aliquâ diligentiâ tractatae qualis ab Aristotelis quidem dictione alienior est.

18. κυριώτατα ... ἐν οἷς ἡ πρᾶξις καὶ οὗ ἕνεκα. *Τὰ ἐν οἷς* majoris momenti esse dicenda quam nonnulla alia velut τὸ τί πράττει vix

Γ 2 οὗ ἕνεκα. τοῦ δὴ κατὰ τὴν τοιαύτην ἄγνοιαν ἀκουσίου λεγομένου ἔτι δεῖ τὴν πρᾶξιν λυπηρὰν εἶναι καὶ ἐν μεταμελείᾳ.

3 ὄντος δ' ἀκουσίου τοῦ βίᾳ καὶ δι' ἄγνοιαν, τὸ ἑκούσιον δόξειεν ἂν εἶναι οὗ ἡ ἀρχὴ ἐν αὐτῷ εἰδότι τὰ καθ' ἕκαστα ἐν οἷς ἡ πρᾶξις. ἴσως γὰρ οὐ καλῶς λέγεται ἀκού-

---

ratione evinci potuerit; sed eminent ideo inter reliqua quoniam omnium facillime accidit ut eorum aliquid ignoretur. *Τὸ οὗ ἕνεκα* contra ad ipsum hominem qui rem gerebat plurimum valet: *ὁρίζεται γὰρ ἕκαστον τῷ τέλει* 1115 b 22. Nescit vero *τὸ οὗ ἕνεκα* qui quod fecit *οὐ τούτου ἕνεκα ᾠήθη (πράττειν), ἀλλὰ συνέβη οὐχ οὗ ἕνεκα ᾠήθη, οἷον οὐχ ἵνα τρώσῃ ἀλλ' ἵνα κεντήσῃ* (1135 b 14 sq.). Inest igitur in iis quae isto modo contingunt similitudo quaedam *τῶν ἀπὸ τύχης* qualia in Physicis (*Α* 5. 6) descripta sunt.

20. *λυπηρὰν .. καὶ ἐν μεταμελείᾳ*: cognito scilicet errore jam non placet quod ab initio forte placuerat. Quaenam igitur *λύπη* dicatur, additâ voce *μεταμελείας* explicatur: utrumque unum, ut 1110 b 19 *τὸ ἐπίλυπον καὶ ἐν μεταμελείᾳ*. Illuc enim nunc respicitur; alterum, de quo 1110 b 24—27 agebatur, in hac clausulâ neglectum esse, ad 1110 b 28 sq. monuimus.

Cap. 3. *In unam notionem conjunctis quae capp. 1 et 2 de verâ τοῦ ἀκουσίου naturâ disputata sunt, jam constabit quaedam τοῦ ἑκουσίου definitio* — 1111 a 24. *Falli enim qui τῷ ἀκουσίῳ velit adscribere quaecunque per θυμὸν vel per ἐπιθυμίαν fiunt, quinque rationibus demonstratur. Nam ita τὸ ἑκούσιον omne alienum esset ab animalibus ceteris et ab infantibus* (—a 26); *sequeretur porro etiam ea ἀκούσια esse quae ab affectibus profecta bene habent, quum animo moveri suo loco lege honestatis jubeamur tamen* (—a 31); *confunderetur deinde quod diversissimum est, quoniam laeti perpetramus quod concupivimus, tristes quod inviti facimus* (—a 33); *neque esset cur non eodem jure ἀκούσια diceremus quae mentis errore peccantur: utraque vitanda, humana utraque* (—b 1); *denique quomodo ἀκούσια quae inde nata sunt, unde plerumque homines ad agendum impelluntur?* —1111 b 3.

22—24. *τὸ ἑκούσιον δόξειεν ἂν ... ἐν οἷς ἡ πρᾶξις*. Quum proxima ad id redeant, ut rursus genus aliquod negetur *τοῦ ἀκουσίου* esse, quumque insequenti capite ad alia pergatur, in totâ hac disputatione una haec verba affirmando describunt quid tandem sit *τὸ ἑκούσιον*. Qua in re apertum est alterâ notione (*οὗ ἡ ἀρχὴ ἐν αὐτῷ*) respici ad cap. 1 quo *τὸ βίᾳ* contrario generi addicebatur, alterâ (*εἰδότι τὰ καθ' ἕκαστα*) ad cap. 2. Nihilominus istam breviloquentiam nimiam esse dixerim; nam ita quidem *τὸ ἑκούσιον* haud undique recte iis finibus circumdatur de quibus jam convenerat: neque enim *τὰ διὰ μέθην ἢ ὀργὴν* recepta sunt, in quibus *τὸ εἰδέναι τὰ καθ' ἕκαστα* non est, *τὸ ἑκούσιον* est (1110 b 24 sq., v. supra), neque universum illud genus eorum excipitur quae *οὔθ' ἑκούσια οὔτ' ἀκούσια* sunt (v. ad 1110 b 20). Taceam alia. Nam si id nunc egisset Aristoteles ut plene notio *τοῦ ἑκουσίου* proponeretur, profecto non eam vocem neglexisset quae ipsi

σια εἶναι τὰ διὰ θυμὸν ἢ δι' ἐπιθυμίαν. πρῶτον μὲν γὰρ Γ 3 οὐδὲν ἔτι τῶν ἄλλων ζώων ἑκουσίως πράξει, οὐδ' οἱ παῖδες. εἶτα πότερον οὐδὲν ἑκουσίως πράττομεν τῶν δι' ἐπιθυμίαν ἢ θυμόν, ἢ τὰ καλὰ μὲν ἑκουσίως τὰ δ' αἰσχρὰ ἀκουσίως; ἢ γελοῖον ἑνός γε αἰτίου ὄντος; ἄτοπον δὲ ἴσως τὸ ἀκούσια φάναι ὧν δεῖ ὀρέγεσθαι. δεῖ δὲ καὶ ὀργίζεσθαι ἐπί τισι καὶ ἐπιθυμεῖν τινῶν, οἷον ὑγιείας καὶ μαθήσεως.

---

25. ἢ δι'] $K^b O^b$ ἤ. 26. ἔτι τῶν] K^b τῶν. 28. ἢ τὰ] ex uno (ut vid.) K^b; cett. καὶ τά. 29. ἴσως τὸ] K^b ἴσως.

---

plerumque maxime placebat. Velut libr. Z (1135 a 23) ad hanc disputationem se referens scribit **λέγω δ' ἑκούσιον μέν, ὥσπερ καὶ πρότερον εἴρηται, ὃ ἄν τις τῶν ἐφ' αὐτῷ ὄντων εἰδὼς καὶ μὴ ἀγνοῶν πράττῃ κ. τ. λ.**, et omnino τὸ ἐφ' ἡμῖν vel τὸ ἐπ' αὐτῷ (τῷ πράττοντι) haud sine causa usitatissimum in hac re (v. 1111 b 30 ἡ προαίρεσις περὶ τὰ ἐφ' ἡμῖν et 1112 a 30 βουλευόμεθα δὲ περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν πρακτῶν). Quas voces idem fere valere atque illam qua nunc utitur οὗ ἡ ἀρχὴ ἐν αὐτῷ, verum quidem est (cf. 1110 a 17 ὧν δ' ἐν αὐτῷ ἡ ἀρχή, ἐπ' αὐτῷ καὶ τὸ πράττειν καὶ μή et similiter 1113 b 20. 21); sed utrâ praepositione res ipsa de qua agitur melius cautiusque circumscribatur quis est quin videat. Eorum enim quae ad τὴν θρεπτικὴν ἢ αὐξητικὴν φύσιν pertinent sine dubio in nobis causa est insita (ἐν ἡμῖν ἡ ἀρχή), at eadem seu ἐφ' ἡμῖν seu ἑκούσια esse et negandum est et negatur.

24 sq. ἴσως γὰρ οὐ καλῶς λέγεται. Hoc enim si recte diceretur, stare non posset quae modo proponebatur definitio τοῦ ἑκουσίου (γὰρ vs 24). Dicitur vero a multis quod huc spectat: τὸν ἔρωτα πολλοὶ ἀκούσιον τιθέασι καὶ θυμοὺς ἐνίους Eud. 1225 a 20. Neque in hoc libro nova haec res. Qui enim censuerit, τὰ ἡδέα βίαια εἶναι (1110 b 9), idem τὰ δι' ἐπιθυμίαν ἀκούσια facit; et qui in eo qui per iram egit τὸ δι' ἄγνοιαν agnoscere velit (1110 b 26), item ἀκούσια dixerit τὰ διὰ θυμόν; ut haud sit mirum in argumentis quae nunc adduntur recurrere nonnulla quae similiter pag. 1110 b jam legimus.

27—31. Aut universum genus erit τοῦ ἀκουσίου (πότερον vs 27), at obstat quod ea certe ἃ δεῖ nequeunt putari ἀκούσια (ἄτοπον δὲ vs 29 s.); aut id tantum quod male fit (ἢ vs 28), at ridicula ista in unâ re judiciorum inconstantia (ἢ γελοῖον vs 29). Sin neutrum verum est, jacet tota sententia. Argumentis igitur quasi per chiasmum transpositis bipartitus syllogismus rite absolvitur.

29. ἢ γελοῖον: v. illud γελοῖον δὴ 1110 b 13.

29. ἄτοπον δὲ ἴσως. Quam his subesse apparet sententiam, esse τὸ ἑκούσιον ubicunque τὸ δεῖ locum habeat, ejus amplior usus in Ethicis factus non est. Id quod non minus cadit in illud argumentum quo vs b 1 nititur: ἀκούσια non posse censeri quaecunque vere humana sint.

Γ 3 δοκεῖ δὲ τὰ μὲν ἀκούσια λυπηρὰ εἶναι, τὰ δὲ κατ' ἐπιθυ- 1111 a 32
μίαν ἡδέα. ἔτι δὲ τί διαφέρει τῷ ἀκούσια εἶναι τὰ κατὰ
λογισμὸν ἢ θυμὸν ἁμαρτηθέντα; φευκτὰ μὲν γὰρ ἄμφω,
δοκεῖ δὲ οὐχ ἧττον ἀνθρωπικὰ εἶναι τὰ ἄλογα πάθη. αἱ 1111 b
δὲ πράξεις τοῦ ἀνθρώπου ἀπὸ θυμοῦ καὶ ἐπιθυμίας. ἄτοπον
δὴ τὸ τιθέναι ἀκούσια ταῦτα.

---

32. δοκεῖ δὲ] K^b δοκεῖ δὲ καί.
1. 2. ἄλογα — ἄτοπον] K^b ἄλογα ὥστε καὶ αἱ πράξεις τοῦ ἀνθρώπου ἄτοπον.

---

32. τὰ μὲν ἀκούσια λυπηρά cf. v. 1110 b 11 καὶ οἱ μὲν . . . ἄκοντες λυπηρῶς κ. τ. λ. (1188 a 2; 1223 a 30). Recte enim hac de re Aristoteli videbatur vel Theognis sensisse (Bergk vs 472) vel Euenus (Bergk fragm. 8; p. 475) scribens πᾶν γὰρ ἀναγκαῖον χρῆμ' ἀνιηρὸν ἔφυ; v. 1015 a 29; 1223 a 29; 1370 a 10.

33 sq. Voce ἁμαρτηθέντα vs 34 monemur, iterum contra eos potissimum disputari, qui ridiculo errore (v. a 29) avent laudem rerum bene gestarum sibi ipsis tribuere, declinare a se dedecus pravitatis.

1. τὰ ἄλογα πάθη: nam si verum est, affectûs animi spectare ad τὸ ὀρεκτικόν, inter tria vero illa quae τοῦ ὀρεκτικοῦ sunt (ἐπιθυμίαν, θυμόν, βούλησιν v. ad 1102 b 30; 1105 b 23) unam τὴν βούλησιν per se necessario quodam vinculo cum mente et ratione conjunctam esse, apparet nomen hoc τῶν ἀλόγων παθῶν recte locum ἐπιθυμίας καὶ θυμοῦ obtinere ad quae inde a vs a 24 omnia referantur. Quamquam et haec ipsa ἄλογα ita tantum vocanda sunt ut et possint et debeant parere rationi (Α 13).

2. αἱ πράξεις . . . ἀπὸ θυμοῦ καὶ ἐπιθυμίας. Dummodo ne vis praepositionis ἀπὸ, ad originem et quasi fontem rerum spectantis, negligatur, vere est haec sententia Aristotelis; imo magis vera quam quod alibi (velut 1139 a 31) legitur πράξεως μὲν οὖν ἀρχὴ προαίρεσις. Προαίρεσις enim nulla ἄνευ ὀρέξεως; at multa agunt homines, in quibus vel propter ipsorum affectuum vehementiam ἡ προαίρεσις nil valuit. In alteram vero partem recte et hoc monebitur, philosophum πράξεως nomen eo habuisse honore ut nollet eam iis animalibus tribuere quorum animae, quoniam vel propter naturam generis vel propter aetatis imbecillitatem non habent illum λόγον τὸν ἕνεκά τινος (1139 a 32) nec προαίρεσιν ullam, solâ θυμοῦ καὶ ἐπιθυμίας vi impelluntur. Ut enim passim velut modo a 26 τὰ ἄλλα ζῷα καὶ οἱ παῖδες dicantur πράττειν (multa enim usu sermonis ita firmata vel inopiâ quadam vocabulorum injuncta ut nequeant evitari): pro sententiâ stat ὅτι τὰ θηρία πράξεως οὐ κοινωνεῖ (1139 a 20) vel 1224 a 28 οὐ γάρ φαμεν τὸ παιδίον πράττειν οὐδὲ τὸ θηρίον.

Unum ut in fine hujus disputationis addiderim. Quemadmodum enim inde a Α 12 compluribus locis vidimus gravissimas notiones ethicas vel illustrari vel circumscribi ita ut quaeratur an laudi et vituperationi in iis locus sit (velut in definitione virtutis 1103 a 9, in describendâ affectuum naturâ 1105 b 32): sic etiam τὸ ἑκούσιον ab initio

διωρισμένων δὲ τοῦ τε ἑκουσίου καὶ τοῦ ἀκουσίου, περὶ Γ 4
προαιρέσεως ἕπεται διελθεῖν· οἰκειότατον γὰρ εἶναι δοκεῖ

1109 b 31 ea re maxime discerni dicebatur quod ἐπὶ τοῖς ἑκουσίοις μὲν ἔπαινοι καὶ ψόγοι γίγνονται, in contrario genere secus. Haud igitur frustra eo loco quo pervenimus quaeretur utrum haec sententia etiam nunc constet postquam cap. 3 audivimus καὶ τὰ ἄλλα ζῷα ἑκουσίως πράττειν καὶ τοὺς παῖδας (1111 a 26), an fieri nequeat ut bestiolae laude dignae putentur. Qua in re non dubium quidem videbitur utram in partem Aristotelis judicium pergat; sed facit ad recte cognoscendum hoc disputandi genus ut notetur, inchoari nonnulla et advocata aliquamdiu in usum summae rei converti, deinde deseri nondum absoluta.

Cap. 4. 5. 6. Προαίρεσις, βούλευσις (βουλή), βούλησις. De consilio scriptoris quo ductus haec capita tertii hujus libri partem esse voluerit, nonnulla quae quidem necessaria videbantur supra ad initium libri Γ adnotavimus u. v. Atque in his quoque quam diligenter curaverit ut eluceat referre se universam istam disputationem ad virtutis ethicae cognoscendam naturam, nosce e verbis insigni loco dispositis 1111 b 5 et 1113 b 5 (οἰκειότατον γὰρ εἶναι δοκεῖ τῇ ἀρετῇ ab initio, αἱ δὲ τῶν ἀρετῶν ἐνέργειαι περὶ ταῦτα in ipso fine). Illud vero, cur ab iis quae proxime antecedunt (τὸ ἑκούσιον dico et τὸ ἀκούσιον) pergendum fuerit ad novas hasce notiones, expressis verbis indicatum non est, quamvis et de affinitate et de differentiâ utriusque rei proponatur quod satis sit.

In ipsis autem capitibus 4—6 ita res agitur ut haud male dixeris omnia ut ad summam rei relata esse ad unam προαίρεσιν. De qua quidem ab initio ita disputatur ut primum 1111 b 4 — 1112 a 13 vel discamus quid non sit vel cernamus, quomodo a generibus non alienis quidem sed diversis distinguenda suisque finibus recte sit circumscribenda; deinde 1112 a 13 — 1113 a 14 audiamus quid sit, id quod omne positum est in bene intellectâ naturâ τοῦ βουλεύεσθαι. Neque enim ἡ βουλή seu ἡ βούλευσις aliud est quam quod necessario praecedit τὴν προαίρεσιν, et tota ad hanc unam spectat.

Ordine deinceps pergendum fuerit ad τὴν προαίρεσιν quoniam ad virtutem illa et ad mores quam plurimum valet — 1111 b 6. *Et primum quidem differre ab eâ τὸ ἑκούσιον ita ut hoc latius pateat, duobus evincitur argumentis* (— b 10). *Deinde neque idem illam esse quod ἐπιθυμία et θυμὸς arguitur inde quod et ad ea pertinent affectûs quae προαιρέσεως expertia sunt* (— b 13), *et in iis qui utroque genere impelluntur facile observatur tum ipsâ re diversa esse tum alterum alteri nonnunquam adversari* (— b 15—16—18—19). *Inter προαίρεσιν porro et inter βούλησιν quamvis affinem id discriminis esse, ut βούλησις etiam ad ea tendat quae aut omnino nequeunt fieri* (— b 23) *aut certe nullo modo penes eum sunt qui animo movetur* (— b 26), *et ut illa non in iis rebus occupata sit per quas ad finem aliquem propositum perveniri possit sed ipsum maxime finem amplectatur* (— b 29): *at ἡ προαίρεσις secus, quippe quae sic potissimum recte describatur ut ad τὰ ἐφ' ἡμῖν referatur* (— b 30). *Denique τῆς δόξης longe aliud genus esse septem probatur rationibus, quarum duae quidem omnino τὴν δόξαν demonstrant et plurimarum rerum esse in quibus nullo modo προαιρέσεως locus sit et di-*

Γ 4 τῇ ἀρετῇ καὶ μᾶλλον τὰ ἤθη κρίνειν τῶν πράξεων. ἡ 1111 b προαίρεσις δὴ ἑκούσιον μὲν φαίνεται, οὐ ταὐτὸν δέ, ἀλλ' ἐπὶ πλέον τὸ ἑκούσιον· τοῦ μὲν γὰρ ἑκουσίου καὶ παῖδες καὶ τἆλλα ζῷα κοινωνεῖ, προαιρέσεως δ' οὔ, καὶ τὰ ἐξαίφνης ἑκούσια μὲν λέγομεν, κατὰ προαίρεσιν δ' οὔ. οἱ δὲ λέγοντες αὐτὴν ἐπιθυμίαν ἢ θυμὸν ἢ βούλησιν ἤ τινα δόξαν οὐκ ἐοίκασιν ὀρθῶς λέγειν. οὐ γὰρ κοινὸν ἡ προαίρεσις καὶ τῶν ἀλόγων, ἐπιθυμία δὲ καὶ θυμός. καὶ ὁ ἀκρατὴς ἐπιθυ-

---

6. K^b τῶν πράξεων κρίνειν. 7. προαίρεσις δὴ] ex uno (ut vid.) K^b; cett. προαίρεσις δὲ. 8. K^b πλεῖον. 10. οἱ δὲ] K^b οἱ δή. 12. καὶ τῶν] K^b τῶν. 13. K^b ἀκροατής.

---

versum ab illa sectari finem, unam veritatem (— b 33 — b 34); *deinceps quinque adduntur argumenta ut eluceat ne certum quidem genus aliquod* δόξης *cum illâ eandem habere naturam* (— 1112 a 3 — 5 — 7 — 8 — 11). *Neque enim id nunc quaeritur, num res diversae vinculo quodam necessario inter se copulentur, sed ipsae diversaene sint an eaedem* — 1112 a 13. — Cf. Eud. Γ 10; MM. Α 17.

5. 6. οἰκειότατον . . . τῇ ἀρετῇ καὶ μᾶλλον . . . τῶν πράξεων. Alterum jam constat v. ad 1106 b 36; alterum ad quaestionem saepius motam pertinens nunc novum est. Sententiam vero eandem imprimis apud Eudemum legimus: ἐκ τῆς προαιρέσεως κρίνομεν ποῖός τις (1228 a 2) et πάντας ἐπαινοῦμεν καὶ ψέγομεν εἰς τὴν προαίρεσιν βλέποντες μᾶλλον ἢ εἰς τὰ ἔργα (1228 a 11); e Nic. v. 1163 a 22 τῆς ἀρετῆς καὶ τοῦ ἤθους ἐν τῇ προαιρέσει τὸ κύριον (cf. 1366 a 15). Nihilominus nonnulla etiam in contrariam partem disputari possunt, ut in ipso ultimo libro Nic. tanquam de re dubiâ scripserit·ἀμφισβητεῖται δὲ πότερον κυριώτερον τῆς ἀρετῆς ἡ προαίρεσις ἢ αἱ πράξεις ὡς ἐν ἀμφοῖν οὔσης 1178 a 34 s.

8. ἀλλ' ἐπὶ πλέον τὸ ἑκούσιον: hoc idem est quod aliis verbis iteratur 1112 a 14 ἑκούσιον μὲν δὴ φαίνεται, τὸ δ' ἑκούσιον οὐ πᾶν προαιρετόν. Quum enim multa essent distinguenda, maxime id curabat ne inter τὸ ἑκούσιον (cap. 1 — 3) interque τὸ προαιρετὸν (cap. 4 sq.) res ambigua penderet.

9. καὶ τὰ ἐξαίφνης . . . κατὰ προαίρεσιν δ' οὔ: cf. 1226 b 3 ἐξαίφνης προαιρεῖται μὲν οὐθείς, δοκεῖ δὲ πράττειν καὶ βούλονται (item 1224 a 8 s.). Comparetur vero etiam locus 1117 a 17—22 monens non alio loco melius probari ipsam viri fortis virtutem quam ἐν τοῖς ἐξαίφνης vel ἐν τοῖς αἰφνιδίοις φόβοις. Neque enim fugit philosophum, quamvis arcte conjunctam esse vellet ἕξιν ἠθικὴν et προαίρεσιν (b 5. 6), inesse in hac aliquid quod ab illâ abhorreat: ut quodam modo ipsius fere verbis dici possit ἧττον ἀφ' ἕξεως ὃ μᾶλλον ἐκ λογισμοῦ καὶ λόγου (τις προέλοιτο) 1117 a 21.

11. ἐπιθυμίαν ἢ θυμὸν ἢ βούλησιν: quae tria si negentur, negatur universa ἡ ὄρεξις v. ad 1102 b 30.

13—15: denuo ut Α 13 in simili re advocantur ἀκρατεῖς et ἐγκρα-

μῶν μὲν πράττει, προαιρούμενος δ' οὔ· ὁ ἐγκρατὴς δ' ἀνά- Γ 4
παλιν προαιρούμενος μέν, ἐπιθυμῶν δ' οὔ. καὶ προαιρέσει μὲν ἐπιθυμία ἐναντιοῦται, ἐπιθυμίᾳ δ' ἐπιθυμία οὔ· καὶ ἡ μὲν ἐπιθυμία ἡδέος καὶ ἐπιλύπου, ἡ προαίρεσις δ' οὔτε λυπηροῦ οὔθ' ἡδέος. θυμὸς δ' ἔτι ἧττον· ἥκιστα γὰρ τὰ διὰ θυμὸν κατὰ προαίρεσιν εἶναι δοκεῖ. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ βούλησίς

---

14. ὁ ἐγκρ.] K^b καὶ ὁ ἐγκρ. 16. K^b ἐπιθυμία δὲ ἐπιθυμίαι οὔ.

τεῖς, in quibus diversi animorum motûs digito quasi monstrari possunt quoniam inimica apud eos facta sunt quae per se diversa tantum sunt. Qua de re adnotavimus illic (ad 1102 b 13 et b 21) quod et hic sufficiet.

15. *προαιρέσει μὲν ἐπιθυμία ἐναντιοῦται, ἐπιθυμίᾳ δ' ἐπιθυμία οὔ*: illud idem est quod modo b 13 sq. exemplis temperantiae atque intemperantiae probatum est; hoc non omni dubitationi exemtum. Quum enim constet esse *ὧν δεῖ ἐπιθυμεῖν οἷον μαθήσεως* (1111 a 31) vel esse *ἐπιθυμίας τῶν καλῶν ἐπαινετάς* (1175 b 28), haud temere interrogabitur num dicat Aristoteles eum qui talia cupiat eundem omnino non admittere cupidinem inferioris generis qua impediatur *μάθησις* et *τὸ καλόν*, an neget uno eodemque tempore in varias partes moveri animum cupidine. At utrumque nec verum est neque opinio ejus qui tam bene homines observavit ut etiam viderit *τοὺς τραγηματίζοντας ἐν τοῖς θεάτροις τότε μάλιστα τοῦτο δρᾶν ὅταν φαῦλοι οἱ ἀγωνίζοντες ὦσιν* (1175 b 12). Imo quod in tali dicto erratum est aliunde ortum esse censeo. Nam quum necesse sit scriptores tum ipsos in usum suae doctrinae notiones vimque vocabulorum circumscribere tum iis uti quae communis linguae usus suppeditet, facile ac saepe fit vel insciis ipsis vel conniventibus, ut relabantur quasi in id quod usitatum est. Id quod hic factum est in voce *ἐπιθυμίας*, quae vulgo ad vulgare cupiditatum genus refertur; quo facto ipsa quidem sententia *ὅτι ἐπιθυμία οὐκ ἐναντιοῦται ἐπιθυμίᾳ* forte placebit, nec tamen ita jam incolumis est demonstrationis auctoritas.

17. *ἐπιθυμία ἡδέος καὶ ἐπιλύπου, ἡ προαίρεσις δ' οὔτε λυπηροῦ οὔθ' ἡδέος.* *Ὁ ἐπιθυμῶν* quodcunque cupit, seu res ipsa decora et bona est seu turpis, per necessitatem quandam humanae naturae sibi sub specie vel nomine jucundi proponit (*καὶ γὰρ τὸ καλὸν καὶ τὸ συμφέρον ἡδὺ φαίνεται* 1105 a 1); *ὁ προαιρούμενος* etiamsi forte ad nimias improbasque voluptates tendat (v. 1150 a 19 s. ib. 24) finem suum bonum fingit; nam *ἡ βούλησις* a qua petitur finis ille ad unum *τὸ ἀγαθὸν* spectat v. cap. 6. Ita si haec interpreteris, verissima sunt; nec quidquam isto modo ad supplendam sententiam adcitum esse dixeris quin sit aperte Aristotelicum.

18. *θυμὸς δ' ἔτι ἧττον* sc. *προαίρεσίς ἐστιν*: in illo enim propter *θερμότητα καὶ ταχυτῆτα τῆς φύσεως* qua est (v. 1149 a 30) late patent repente ac inconsulto facta (vs 9); utque vacat omni *ἐπιβουλῇ* (v. 1149 b 14 sq.), ita etiam *προαίρεσιν* multo minus admittit quam cupido.

Γ 4 γε, καίπερ σύνεγγυς φαινόμενον· προαίρεσις μὲν γὰρ οὐκ ἔστι τῶν ἀδυνάτων, καὶ εἴ τις φαίη προαιρεῖσθαι, δοκοίη ἂν ἠλίθιος εἶναι· βούλησις δ' ἐστὶ τῶν ἀδυνάτων, οἷον ἀθανασίας. καὶ ἡ μὲν βούλησίς ἐστι καὶ περὶ τὰ μηδαμῶς δι' αὑτοῦ πραχθέντα ἄν, οἷον ὑποκριτήν τινα νικᾶν ἢ ἀθλητήν· προαιρεῖται δὲ τὰ τοιαῦτα οὐδείς, ἀλλ' ὅσα οἴεται γενέσθαι ἂν δι' αὑτοῦ. ἔτι δ' ἡ μὲν βούλησις τοῦ τέλους ἐστὶ μᾶλλον, ἡ δὲ προαίρεσις τῶν πρὸς τὸ τέλος, οἷον ὑγιαίνειν βουλόμεθα, προαιρούμεθα δὲ δι' ὧν ὑγιανοῦμεν, καὶ εὐδαιμονεῖν βουλόμεθα μὲν καὶ φαμέν, προαιρούμεθα δὲ λέγειν οὐχ ἁρμόζει· ὅλως

28. K[b] ὑγιαίνομεν.

22. βούλησις δ' ἐστὶ τῶν ἀδυνάτων: item MM. 1189 a 5 s. Non male Eudemia βούλονται ἔνια τῶν ἀδυνάτων *εἰδότες* sc. ὅτι ἀδύνατα 1225 b 33 s. Ceterum apparet, priora duo quibus βούλησις et προαίρεσις discernantur (b 20—23; b 23—26) in unum coire; nam τὰ ἀδύνατα in genere sunt τῶν μὴ δι' αὑτοῦ πραχθέντων ἄν (b 23. 24). Et quae ita statuitur differentia, simpliciter τὴν βούλησιν (aeque ac supra vs 8 τὸ ἑκούσιον) vult esse ἐπὶ πλέον τῆς προαιρέσεως: id quod diserte docet Eudemus (1226 b 18) βουλόμεθα ἃ καὶ προαιρούμεθα, οὐ μέντοι γε ἃ βουλόμεθα πάντα καὶ προαιρούμεθα.

29. καὶ φαμέν sc. ὅτι *βουλόμεθα* εὐδαιμονεῖν: multum enim tribuit Aristoteles judicio illi quod in ipso linguae usu latet. Tertium hoc quo differunt βούλησις atque προαίρεσις (et quae ad eam spectat βούλευσις), ut illa τοῦ τέλους sit, haec τῶν πρὸς τὸ τέλος, saepe proponitur, modo modestius (μᾶλλον b 26) modo praefractius (velut Eud. 1226 a 7 οὐθεὶς τέλος οὐθὲν προαιρεῖται, ἀλλὰ τὰ πρὸς τὸ τέλος: cf. 1226 b 9 s. et 1227 a 5 s.); satis sit e Nic. adscribere 1113 a 12—15 et 1112 b 11. 12. Qua in re monuerim, quod ita de *προαιρέσεως* notione affirmetur, non idem pertinere ad *αἵρεσιν* quippe quae quam maxime ipsorum finium esse dicatur (velut 1104 b 30 s.; 1113 a 18. b 1).

29. ὅλως γὰρ ἔοικε ἡ προαίρεσις περὶ τὰ ἐφ' ἡμῖν εἶναι: itaque primum quidem non est beatitatis quoniam illa sine quodam fortunae favore esse nequit (v. quae praemisimus ad Α 10. 11). Deinde vero mirabitur forte aliquis, quod his verbis ὅλως γὰρ omissâ illâ differentiâ de qua nunc agebatur (b 26 sq.) revertatur scriptor ad priores duas (v. ad b 22): aperte enim eum, qui τὸ ἐφ' ἡμῖν postulet, praecludere τὸ ἀδύνατον καὶ μηδαμῶς δι' αὑτοῦ πραχθὲν ἄν, non praecludere τὰ τέλη. Attamen reputandum annon prudenter omnia in unum colligens scripserit ὅλως γάρ: quum sensisset ipsa τὰ τέλη aut nunquam aut raro mortalibus tam propinqua esse et facilia ut manu quasi arripi possint, omnemque nostram operam consumi in praeparandis congerendisque iis rebus per quas ad fines perveniri posse videatur. — De notione τοῦ ἐφ' ἡμῖν, pariter ad τὸ ἑκούσιον atque ad προαίρεσιν pertinente (in hanc enim partem unum genus est utrumque cf. 1113 b 4. 5), v. ad 1111 a 22—24.

γὰρ ἔοικεν ἡ προαίρεσις περὶ τὰ ἐφ᾽ ἡμῖν εἶναι. οὐδὲ δὴ Γ 4 § δόξα ἂν εἴη· ἡ μὲν γὰρ δόξα δοκεῖ περὶ πάντα εἶναι, καὶ οὐδὲν ἧττον περὶ τὰ ἀΐδια καὶ τὰ ἀδύνατα ἢ τὰ ἐφ᾽ ἡμῖν· καὶ τῷ ψευδεῖ καὶ ἀληθεῖ διαιρεῖται, οὐ τῷ κακῷ καὶ ἀγαθῷ. ἡ δὲ προαίρεσις τούτοις μᾶλλον. ὅλως μὲν οὖν
1112 a δόξῃ ταὐτὸν ἴσως οὐδὲ λέγει οὐδείς. ἀλλ᾽ οὐδὲ τινί· τῷ γὰρ προαιρεῖσθαι τἀγαθὰ ἢ τὰ κακὰ ποιοί τινές ἐσμεν, τῷ δὲ δοξάζειν οὔ. καὶ προαιρούμεθα μὲν λαβεῖν ἢ φυγεῖν ἤ τι τῶν τοιούτων. δοξάζομεν δὲ τί ἐστιν ἢ τίνι συμφέρει ἢ πῶς·

30. ἐφ᾽ ἡμῖν] K^b ἐφ᾽ ἡμᾶς.
1. δόξῃ] K^b δόξει. ἀλλ᾽ οὐδὲ] K^b ἄλλωι δέ. οὐδὲ τινί] Bekk. οὐδέ τινι. 3. ἤ τι] K^b τι. 4. τί ἐστιν] K^b ὅτι ἐστιν. ἢ πῶς] fort. ἢ πῶς ἔσται vel ἔχει.

30 s. οὐδὲ δὴ δόξα. Constitutis finibus inter προαίρεσιν interque singulas formas τοῦ ὀρεκτικοῦ (v. ad b 11), jam cavetur ne τὸ προαιρετικὸν adscribatur τῷ δοξαστικῷ vel mere διανοητικῷ; utrinque enim diversum est, quum revera mixtam quodammodo ex utroque genere naturam habeat. Fit autem transitus (οὐδὲ δή) ita, ut primum eadem notio ad novam argumentationem adhibeatur quae in proxime antecedente usui fuerat: τὸ ἐφ᾽ ἡμῖν ad quod προαίρεσις omnis refertur (b 30 et 32).

34. ὅλως μὲν οὖν δόξῃ ταὐτὸν οὐδὲ λέγει οὐδείς. Quum jam ab initio b 11 eam tantum opinionem refellendam esse vidisset qua δόξα τις diceretur esse ἡ προαίρεσις, jam revocat se scriptor ne plura impugnet quam necesse est. Qua in re observes, istam correcturam cadere quidem in primum argumentum quod proposuit (b 31 — ἢ τὰ ἐφ᾽ ἡμῖν b 33), non cadere in secundum (καὶ τῷ ψευδεῖ . . . τούτοις μᾶλλον b 33. 34); nam si omnino ἡ δόξα nec bona nec mala est, ne τὶς quidem idem esse potest quod προαίρεσις. Utroque igitur genere argumentorum non prorsus accurate diviso, haud mirum est, quod suo loco denuo affertur idem. An ad sententiam quintum argumentum (καὶ ἡ μὲν προαίρεσις . . . τῷ ὡς ἀληθῶς 1112 a 5—7) a secundo illo differt?

4. δοξάζομεν δὲ τί ἐστιν: haec enim est θεωρητικὴ διάνοια, quum ἡ πρακτικὴ διάνοια videat potius τίνι συμφέρει ἢ πῶς. Sed haec quoque, quamvis necessaria ad προαίρεσιν sit, valde ab eâ diversa est, quoniam ipsa per se omni appetitus motu caret (οὔτε διώκει οὔτε φεύγει). Teneantur haec eo magis quum Z 2, ubi imprimis de his rebus disputatur, sint quae obscurare magis quam explicare veram rationem videantur. — At etiam ad aliud hic animus advertendus. Quum enim a 4 scribatur ἢ πῶς, necesse est fere intelligas ἢ πῶς συμφέρει. Et sunt sane multae quaestiones ad quas ὁ δοξάζων possit spectare. Sin constat pro brevitate horum verborum commemoranda fuisse quae summa sunt, equidem dixerim Aristotelem scripsisse tertio loco ἢ πῶς ἔσται vel γενήσεται: id enim reliquum postquam excogitavit aliquis quid conducat. Cf. (ne longus sim) 1112 b 15—21. Etenim hoc ipsum

Γ 4 λαβεῖν δ' ἢ φυγεῖν οὐ πάνυ δοξάζομεν. καὶ ἡ μὲν προ- 1112 a αίρεσις ἐπαινεῖται τῷ εἶναι οὗ δεῖ μᾶλλον ἢ τῷ ὀρθῶς, ἡ δὲ δόξα τῷ ὡς ἀληθῶς. καὶ προαιρούμεθα μὲν ἃ μάλιστα ἴσμεν ἀγαθὰ ὄντα, δοξάζομεν δὲ ἃ οὐ πάνυ ἴσμεν. δοκοῦσί τε οὐχ οἱ αὐτοὶ προαιρεῖσθαί τε ἄριστα καὶ δοξάζειν, ἀλλ' ἔνιοι δοξάζειν μὲν ἄμεινον, διὰ κακίαν δ' αἱρεῖσθαι οὐχ ἃ δεῖ. εἰ δὲ προγίνεται δόξα τῆς προαιρέσεως ἢ παρακολου-

5. K^b δοξάζομεν δέ· καί. 8. ἴσμεν] K^b μὲν ἴσμεν. 8. 9. K^b δοκοῦσι δέ.

omnium et maxime et saepissime quaeritur ἐν τοῖς ἐνδεχομένοις ἄλλως ἔχειν; δόξα vero, quamquam est etiam περὶ τὰ ἀΐδια (1111 b 32), tamen generi isti τῶν ἐνδεχομένων tantopere studet ut nonnunquam τὸ δοξαστικὸν ad id solum referatur v. 1140 b 25—27.

6. ἡ προαίρεσις ἐπαινεῖται τῷ εἶναι οὗ δεῖ μᾶλλον ἢ τῷ ὀρθῶς: particulam ἢ non 'quam' interpretaberis sed 'aut'. Et ita quidem quum τῇ προαιρέσει οὔσῃ τῶν πρὸς τὰ τέλη (1111 b 27) duo sint proposita, alteram laudem ad alterum rerum genus pertinere dices. In finibus enim id potissimum curandum ut sint quales esse ipsos oportet (ἃ δεῖ vel ἀγαθά 1111 b 34); in iis vero, quae illorum causa parantur, ut recte sint inventa et accomodata (ὀρθῶς). Nam quamquam late patet τὸ ὀρθόν (ipsa enim veritas est δόξης ὀρθότης 1142 b 11), tamen natura ejus ibi maxime perspicua est, ubi praefixo aliquo fine quaeratur an lineae a certo quodam initio ad illum productae bene descriptae sint.

7. 8. καὶ προαιρούμεθα .... ἃ οὐ πάνυ ἴσμεν. Parum in sexto hoc argumento ponderis: ἔνιοι γὰρ τῶν δοξαζόντων οὐ διστάζουσιν, ἀλλ' οἴονται ἀκριβῶς εἰδέναι 1146 b 24—27. Poterit igitur nihilominus ἡ προαίρεσις esse δόξα τις.

10. ἔνιοι isti, si quidem recta eorum sententia ad eadem pertinet, quae male eligunt, iterum (v. ad 1111 b 13—15) sunt οἱ ἀκρατεῖς. Hi enim non tantum in aliis rebus sagacissimi saepe sunt, sed etiam in rebus gerendis δεινοί (1152 a 10).

11. εἰ δὲ προγίνεται δόξα τ. πρ. ἢ παρακολουθεῖ, οὐδὲν διαφέρει i. e. nil nunc ad rem. Manifestum hoc; utrum vero magis placuerit Aristoteli, paulo incertius. Quodsi legas 1226 b 9 ἐκ δόξης βουλευτικῆς ἐστὶν ἡ προαίρεσις, videatur censuisse τὴν δόξαν praecedere (id enim est προγίνεσθαι; velut 1165 b 35 ἡ προγεγενημένη φιλία 'amicitia quae ante fuerat'; 1393 a 28 πράγματα προγεγενημένα; 53 a 40 ὁ προγεγενημένος συλλογισμὸς 'qui modo propositus fuit'; 1070 a 21 τὰ μὲν οὖν κινοῦντα αἴτια ὡς προγεγενημένα ὄντα). Sin memineris plerumque particulâ ἢ adjungi quod praeferendum sit, in contrariam sententiam declinabis. At ἀκολουθεῖ, παρακολουθεῖ non tantum quod alterâ re nascitur ut posterius illâ sit, sed omnino quodcunque cum naturâ ejus ita conjunctum est ut abesse nequeat. V. 1225 b 23 ἀμφότερα (δόξα τε καὶ ὄρεξις) φαίνεται παρακολουθοῦντα (τῇ προαιρέσει). Addito igitur membro ἢ παρακολουθεῖ non ad posterius tempus ablegat δόξαν,

1112 a 12 θεῖ, οὐδὲν διαφέρει· οὐ τοῦτο γὰρ σκοποῦμεν, ἀλλ' εἰ ταὐτόν Γ 4 ἐστι δόξῃ τινί. τί οὖν ἢ ποῖόν τί ἐστιν, ἐπειδὴ τῶν εἰρημένων οὐθέν; ἑκούσιον μὲν δὴ φαίνεται· τὸ δ' ἑκούσιον οὐ πᾶν

---

12. K[b] οὐ ταῦτα γάρ.

---

sed negat omnino de temporum discrimine (ut voce προγίνεται factum erat) nunc agendum esse.

Quaerentibus jam, quid tandem sit προαίρεσις et τὸ προαιρετόν, magis placebit responsum προαιρετὸν esse τὸ προβεβουλευμένον —1112 a 17. *Quod si verum est, primum oportebit inquirere quid sit βουλευτόν. Neque enim in rebus aeternis* (— a 23) *iisve quae immutabili legi parentes eodem semper modo moventur* (— a 26), *neque in iis quae sine ullâ lege contingunt casuve fiunt* (— a 27) *consilio humano locus est. Rerum vero humanarum (hae enim solae restant) etiam sunt seponendae quae omnino reputantium potestati exemtae sunt. Ut cuique sit βουλευτὸν τὸ δι' αὐτοῦ (seu ἐπ' αὐτῷ) πρακτόν* — a 34. *Nec tamen hoc genus omne promiscue in deliberationem venit; quum enim multa sint, quae e constitutâ regulâ performantur, deliberamus de iis tantum, in quibus dubitationi locus est, minus in scientiis quam in artibus, omnino ubi est quaedam via ac ratio probabilis, plerumque illa idonea sed non semper undique certa* (— b 9). *In quibus si qua fit ut nostro judicio diffidamus, alios advocamus ad consulendum* — 1112 b 11. *Haec igitur quum sint τὰ βουλευτά, secundo loco videndum, quid et quomodo agamus in deliberando. Neque enim de ipso fine quo tendamus quaerimus, sed deliberatio omnis in eo versatur ut cognoscamus quanam ratione effici possit quod propositum est, pluribusque rationibus oblatis quanam facillime et optime. Deinde vero quomodo facultate illâ utendum sit reputatur atque quae ad eam rursus sunt necessaria num praesto sint vel quonam pacto comparari possint, donec ad id perveniatur unde rei gerendae initium possit fieri* (— b 20). *Nam similiter in his agimus ac in solvendo problemate mathematices, ut quod ultimum quaerendo reperiatur, prima sit causa vel cognoscendae rei vel perpetrandae* (— b 24). *Qua viâ pergentibus si quid occurrit quod nequeat fieri ab incepto desistendum est; sin expedire omnia seu ipsi seu per amicos possumus, perpensis rebus necessariis, rationibus agendi, auxiliis eo rem perducimus ut ipsi auctores fiamus rerum ad propositum finem spectantium. De his enim erat deliberatio; quae ne nunquam finiatur, sensuum judicio relinquendum est, quodcunque tuto illis permittitur* — 1113 a 2. *Quod vero ita deliberando efficitur, idem est προαιρετόν, illudque in animo nostro, ad quod res perducitur ut ipsi auctores simus, τὸ προαιρούμενον est; ut jam constet quomodo ἡ προαίρεσις sit definienda: ὄρεξις βουλευτικὴ τῶν ἐφ' ἡμῖν* — 1113 a 14.

Apparebit ex hoc argumento, postulari omnem περὶ τοῦ βουλεύεσθαι disputationem propter προαίρεσιν (1112 a 13—17), absolvi duabus partibus ut et res noscantur de quibus deliberatur (1112 a 18 — b 11) et ratio ad quam deliberatio instituatur (1112 b 11 — 1113 a 2), reduci ad προαίρεσιν (1113 a 2—14).

14. ἑκούσιον μὲν δὴ φαίνεται v. ad 1111 b 8; et persistit Aristo-

4 προαιρετόν. ἀλλ' ἆρά γε τὸ προβεβουλευμένον; ἡ γὰρ προαίρεσις μετὰ λόγου καὶ διανοίας. ὑποσημαίνειν δ' ἔοικε καὶ τοὔνομα ὡς ὂν πρὸ ἑτέρων αἱρετόν.

5 βουλεύονται δὲ πότερα περὶ πάντων, καὶ πᾶν βουλευτόν ἐστιν, ἢ περὶ ἐνίων οὐκ ἔστι βουλή; λεκτέον δ' ἴσως βουλευτὸν οὐχ ὑπὲρ οὗ ἄν τις βουλεύσαιτο ἠλίθιος ἢ μαινόμενος, ἀλλ' ὑπὲρ ὧν ὁ νοῦν ἔχων. περὶ δὲ τῶν ἀιδίων οὐδεὶς βου-

18. K[b]N[b] πότερον. 21. K[b] περὶ τῶν δέ.

teles in hac utriusque generis affinitate affirmandâ, dum in definitione, ad quam perventurus est, τὴν προαίρεσιν dicit τῶν ἐφ' ἡμῖν esse (1113 a 10 s.; cf. ad 1111 a 22—24). At de reliquis quoque capitis 4 partibus iniquius censeret, qui nil inde disci putaret nisi quid non sit προαίρεσις (ἐπειδὴ τῶν εἰρημένων οὐθέν vs 13). Ex eâdem enim definitione perspicitur, esse illam ὄρεξιν quamquam necesse fuerat a tribus ὀρέξεως generibus discerneretur, nec minus necessario in eâ inesse δόξαν, sine qua profecto βουλευτικὴ ὄρεξις et βουλευτὸν ἀφωρισμένον ἤδη (1113 a 2 s.) cogitari non potest. V. ad 1111 b 30.

15. τὸ προβεβουλευμένον. Ipsa ista vox in hac quidem disputatione non recurrit, ut liceat quaerere, utrum προβεβουλευμένον dicatur nunc quod 1113 a 4 τὸ ἐκ τῆς βουλῆς προκριθέν (ideo enim addi 1112 a 17 ὡς ὂν πρὸ ἑτέρων αἱρετόν), an quod ante fuerit deliberatum (quo sane usus linguae fert atque in his libris οἱ προβουλευσάμενοι 1135 b 10, ὁ προβουλεύσας ib. 20). Neque enim jam ut in primo initio satis stabilia singula sunt, tentata magis quam absoluta. An argumento ei quod additur ἡ γὰρ προαίρεσις μετὰ λόγου καὶ διανοίας ita multum tribuas? Multa profecto μετὰ λόγου καὶ διανοίας sunt, et ἕξεις et πράξεις et ἐπιστῆμαι, quae et per se diversi generis sunt nec necessario cum tali meditatione conjuncta.

20. ὑπὲρ οὗ βουλεύσαιτ' ἄν ... ἀλλ' ὑπὲρ ὧν a 21. Apparet hic ὑπὲρ c. gen. simpliciter in locum praepositionis περὶ c. gen. successisse quae modo vs 18. 19 legebatur. Cujus usus exempla in Nic. praeterea 1096 b 30; 1172 a 26 inveniuntur (nam εἴρηται ὑπὲρ αὐτῶν 1155 b 15 in loco suspecto est); in reliquis Aristotelis libris atque in Eudemiis aut nulla aut certe haud plura. Id quod ideo adnotandum videtur, quoniam Magnorum Moralium scriptor, dum multo saepius ὑπὲρ hoc quam περὶ exhibet, etiam isto indicio, tanto certiore quanto magis exiguum est, diversum a summo magistro loquendi genus prodit. (Cf. Programm des Gymnasiums zu Oldenburg 1858 p. 5.)

21—34. Quae in his negando et affirmando de genere τῶν βουλευτῶν efficiuntur, ea haud quidem nova sunt. Ipsam enim τὴν προαίρεσιν jam audivimus nec spectare ad τὰ ἀΐδια καὶ τὰ ἀδύνατα (1111 b 32. 21) neque omnino ad τὰ μηδαμῶς δι' αὐτοῦ πραχθέντα ἄν (1111 b 23), universam referri ad ea ὅσα οἴεται γενέσθαι ἂν δι' αὐτοῦ vel τὰ ἐφ' ἡμῖν (1111 b 25. 30). Sed placuit Aristoteli haec, omnium rerum quae sunt omniumque causarum generibus dispositis et enumeratis, syllogisticâ quâdam demonstratione (ταῦτα δὲ καὶ ἔστι λοιπά vs 31)

1112 a 22 λεύεται, οἷον περὶ τοῦ κόσμου ἢ τῆς διαμέτρου καὶ τῆς πλευρᾶς, ὅτι ἀσύμμετροι. ἀλλ' οὐδὲ περὶ τῶν ἐν κινήσει, ἀεὶ δὲ κατὰ ταὐτὰ γινομένων, εἴτ' ἐξ ἀνάγκης εἴτε καὶ φύσει ἢ διά τινα αἰτίαν ἄλλην, οἷον τροπῶν καὶ ἀνατολῶν. οὐδὲ περὶ τῶν ἄλλοτε ἄλλως, οἷον αὐχμῶν καὶ ὄμβρων. οὐδὲ περὶ τῶν ἀπὸ τύχης, οἷον θησαυροῦ εὑρέσεως. ἀλλ' οὐδὲ περὶ τῶν ἀνθρωπίνων πάντων, οἷον πῶς ἂν Σκύθαι ἄριστα πολιτεύοιντο οὐδεὶς Λακεδαιμονίων βουλεύεται. οὐ γὰρ γένοιτ' ἂν τούτων οὐθὲν δι' ἡμῶν. βουλευόμεθα δὲ περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν πρακτῶν· ταῦτα δὲ καὶ ἔστι λοιπά. αἴτια γὰρ δοκοῦσιν εἶναι φύσις καὶ ἀνάγκη καὶ τύχη, ἔτι δὲ νοῦς καὶ πᾶν τὸ δι' ἀνθρώπου. τῶν δ' ἀνθρώπων ἕκαστοι Γ

23. K[b] σύμμετροι, rc. ἀσύμμετρα. 24. εἴτε καὶ] ex K[b]; cett. εἴτε. 25. ἢ διά] K[b] διά. 28. ἀνθρωπίνων] K[b]; Bekk. c. cett. ἀνθρωπικῶν. 29. K[b] πολιτεύοντο. 30. οὐθὲν δι' ἡμῶν] K[b]; cett. (ut vid.) omnes var. 31. ἐφ' ἡμῖν] K[b] ἐν ἡμῖν. αἴτια] K[b]M[b] αἰτίαι.

certiora nunc reddere. Quodsi talis locus legentibus obviam fiat, multum sane ad noscendam universam hanc philosophiam interest ut exscribatur et cum similibus diligenter componatur, at in hac qua interpretantes occupati sumus operâ satis est intellexisse, rite ad id quod demonstrandum erat perduci argumentationem. Neque igitur nunc in his quaestiones movebimus, quae in tantâ verborum brevitate, totam rerum naturam perlustrantium, non possunt non affluere: velut utrum τὰ ἀΐδια (vs 21) dicens oblitus sit adjicere 'καὶ ἀκίνητα', an revera τῶν ἐν κινήσει, ἀεὶ δὲ κατὰ ταὐτὰ γινομένων (vs 23 s.) nihil voluerit aeternum esse etiamsi ἐξ ἀνάγκης semper idem sit (vs 25)? vel quaenam excogitari possit in eodem genere alia causa (ἢ διά τινα αἰτίαν ἄλλην vs 25) praeter ἀνάγκην et φύσιν? vel qui factum sit, ut ad quatuor illa causarum genera vs 32. 33 non adjecerit τὴν θείαν μοῖραν (1099 b 10) seu τὸ δαιμόνιον (453 b 33)? Sufficiat adnotare, saepius Aristotelem, ubi breviter loquatur, quatuor illa genera discernere, ut apud Eud. *B* 6 (ad quod caput jam in initio hujus libri *Γ* respiciendum erat) factum est, iis ὅσων αὐτοὶ αἴτιοί ἐσμεν oppositis τοῖς ἐξ ἀνάγκης ἢ τύχης ἢ φύσεως 1223 a 11. 12.

28. Σκύθαι. Eorum quae nil ad nos pertinent quoniam procul absunt, saepius exempla sunt Indorum res, velut 116 a 38 κἂν ἐν Ἰνδοῖς ὦσι; item h. l. apud Eudemum 1226 a 29 et in M. M. 1189 a 20 πολλάκις διανοούμεθα ὑπὲρ τῶν ἐν Ἰνδοῖς, ἀλλ' οὔτι καὶ προαιρούμεθα. — Ceterum eidem rei, ad quam haec verba ἀλλ' οὐδὲ περὶ τῶν ἀνθρωπίνων πάντων vs 28. 29 spectant, iterum providetur vs 33. 34 τῶν δ' ἀνθρώπων ἕκαστοι . . . πρακτῶν, ne quis dum ea dicit quae penes nos sunt nos dicat genus humanum sed se ipsum.

33. καὶ πᾶν τὸ δι' ἀνθρώπου. In hoc genus omne (nam 'ὅσα πράττουσιν', ut Rhetorica loquuntur, sane jure ad τὸ δι' ἀνθρώπου

Γ 5 § βουλεύονται περὶ τῶν δι' αὐτῶν πρακτῶν. καὶ περὶ μὲν τὰς 1112 a 34
ἀκριβεῖς καὶ αὐτάρκεις τῶν ἐπιστημῶν οὐκ ἔστι βουλή, οἷον 1112 b
περὶ γραμμάτων (οὐ γὰρ διστάζομεν πῶς γραπτέον)· ἀλλ' ὅσα γίνεται δι' ἡμῶν, μὴ ὡσαύτως δ' ἀεί, περὶ τούτων βουλευόμεθα, οἷον περὶ τῶν κατὰ ἰατρικὴν καὶ χρηματιστικήν, καὶ περὶ κυβερνητικὴν μᾶλλον ἢ γυμναστικήν, ὅσῳ ἧττον διηκρίβωται. καὶ ἔτι περὶ τῶν λοιπῶν ὁμοίως, μᾶλλον δὲ καὶ περὶ τὰς τέχνας ἢ τὰς ἐπιστήμας· μᾶλλον γὰρ περὶ αὐτὰς διστάζομεν. τὸ βουλεύεσθαι δὲ ἐν τοῖς ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, ἀδήλοις δὲ πῶς ἀποβήσεται, καὶ ἐν οἷς ἀδιόριστον.

8. αὐτὰς] K^b ταύτας. 9. ἀδιόριστον] fort. τὸ ἀδιόριστον.

---

adscribi potuerint) si paullo aliter inquiratur, multa discernenda sunt. V. 1368 b 32 — 1369 a 7, ubi diligenter demonstratur propter septem causas fieri quae ab hominibus fiant διὰ τύχην, διὰ φύσιν, διὰ βίαν, δι' ἔθος, διὰ λογισμόν, διὰ θυμόν, δι' ἐπιθυμίαν, quarum priores tres non sint δι' αὐτούς, quatuor posteriores δι' αὐτούς. Neglexit haec nunc Aristoteles, prudenter scribens πᾶν τὸ δι' ἀνθρώπου, non quia in hac περὶ τοῦ βουλευτοῦ quaestione nullius erant momenti, sed quia longum videbatur singula quaeque pro variâ eorum ratione perpendere. Nec tamen prorsus ab his aliena quae 1112 a 34 — b 9 adjiciuntur.

8. 9. τὸ βουλεύεσθαι δὲ ἐν τοῖς ὡς ἐπὶ τὸ πολύ . . . . ἀδιόριστον. Hac quidem sententiâ rite in unum colliguntur quae inde a vs a 34 effecta sunt. Ut enim aliquid τῶν δι' αὐτῶν πρακτῶν (a 34) deliberationi locum det, duo oportet accedere: ne sit res certa et dubitationi omnino exemta (cf. διστάζειν b 2 et 8) neu ita incerta, ut ne probabilis quidem conjectura fieri possit. Utrumque quodammodo in unâ voce τὰ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ inest; de quo genere rerum v. quae ad 1094 b 21 adnotavi. Ubicunque enim pleraque ad regulam aliquam conformantur, sunt necessario quae secus fiant: itaque ἐνδέχεται καὶ ἄλλως ἔχειν ἢ ἀποβῆναι. Huc etiam quod ultimum additur καὶ ἐν οἷς ἀδιόριστον spectat: qua in voce ne desideres τί, poterit sane cogitari (ἀδιόριστόν) ἐστι πῶς ἀποβήσεται; sed scriptum fuisse suspicor τὸ ἀδιόριστον. — Non male M M. 1189 b 24 ἐν οἷς ἀόριστόν ἐστι τὸ ὡς δεῖ. Nicomachea enim legens 'ἀδήλοις πῶς ἀποβήσεται' κ. τ. λ., facile tecum ambigas: an haec sit deliberatio illa, unde ethica virtus pendere dicatur? Nam honeste quidem egisse haud temere eum putari qui non quaesiverit quid forte eventurum sit, contentum dummodo ipse integre et sancte egerit. Sed animadvertendum, omnino in his ita disputari, ut ethica ratio fere negligatur. Quum enim inde a vs b 1 ἡ βουλὴ referatur ad artes magis quam ad scientias (b 6. 7), apertum est, quamquam ex usu Aristotelis (v. ad 1094 a 7) τὰς ἐπιστήμας certis finibus circumscribere difficile sit, ethicam hanc doctrinam inter istas τέχνας quibus primae partes tribuuntur non esse; nec minus apertum, exempla scientiarum proponentem (b 2 — 4) scriptorem τὸ ἠθικὸν ne digito quidem tetigisse.

1112b συμβούλους δὲ παραλαμβάνομεν εἰς τὰ μεγάλα, ἀπιστοῦντες ἡμῖν αὐτοῖς ὡς οὐχ ἱκανοῖς διαγνῶναι. Γ 5 βουλευόμεθα δὲ οὐ περὶ τῶν τελῶν ἀλλὰ περὶ τῶν πρὸς τὰ τέλη. οὔτε γὰρ ἰατρὸς βουλεύεται εἰ ὑγιάσει, οὔτε ῥήτωρ εἰ πείσει, οὔτε πολιτικὸς εἰ εὐνομίαν ποιήσει, οὐδὲ τῶν λοιπῶν οὐδεὶς περὶ τοῦ τέλους· ἀλλὰ θέμενοι τέλος τι, πῶς καὶ διὰ τίνων ἔσται σκοποῦσι, καὶ διὰ πλειόνων μὲν φαινομένου γίνεσθαι διὰ τίνος ῥᾷστα καὶ κάλλιστα ἐπισκοποῦσι, δι' ἑνὸς δὲ ἐπιτελουμένου πῶς διὰ τούτου ἔσται κἀκεῖνο διὰ τίνος, ἕως ἂν ἔλθωσιν ἐπὶ τὸ πρῶτον αἴτιον, ὃ ἐν τῇ εὑρέσει ἔσχατόν

15. τέλος τι, πῶς] K^b τὸ τέλος τὸ πῶς.

11 sq. βουλευόμεθα δ' οὐ περὶ τῶν τελῶν κ. τ. λ. Memoriâ hic tenenda sunt quae modo monuimus. Verius enim hoc in artibus, velut medici, oratoris (b 13), quarum ipso quasi nomine de fine (τί τὸ τέλος;) jam actum est, quam in iis quae ad universam vitam bene ordinandam spectant. Etenim ut ipsius philosophi vestigia premamus, quomodo erit judicandum de illo, cui forte factum est χαλεπὸν διακρῖναι ποῖον ἀντὶ ποίου αἱρετέον, quoniam et timet instantem dolorem nec libens admissurus est quod nefas sit (1110 a 29—33)? Annon ambiget deliberabitque, utrum dolor sibi fugiendus an honestas amplectenda sit? Aut igitur duplex genus βουλῆς est, de fine altera, altera qualem h. l. (b 15 sq.) depingit; aut illa quidem meditatio quae ad τὰ τέλη pertinet, quamquam et ipsam in κρίσιν aliquam vel αἵρεσιν intendi audivimus, alio nomine indenda erit et a προαιρέσεως genere seponenda. Silentio vero eandem obruere, haud licuerit; nam utrumque negari non poterit et esse eam et facere ad mores hominum. Neque enim in exemplis quibus nititur Aristoteles (b 13 s.) omnino verum est quod dicit. Fuerunt profecto viri politici, quibus haud ita pro certo constabat, utrum mallent εὐνομίαν comparare civitati an sibi potentiam: atqui ista de fine quaestio est.

17. δι' ἑνὸς δ' ἐπιτελουμένου. Quae hinc adduntur (πῶς διὰ τούτου . . . πρῶτον αἴτιον b 18. 19) apparet non propria esse ejus rerum conditionis, qua per unum tantum ad propositum perveniri possit, sed non minus necessaria ubi ab initio plures viae patere visae sint (διὰ πλειόνων b 16). Nec tamen quicquam mutandum. Cadere enim quae dicantur non magis in illud ἓν quod primo adspectu praesto erat, quam in illud quod quaerendo inter plura tanquam optimum et facillimum (ῥᾷστα καὶ κάλλιστα b 17) delectum sit, ipsâ re docemur.

19. ἐπὶ τὸ πρῶτον αἴτιον. Quod ita ultimum reperitur, primum principium est rei gerendae quo tanquam ansâ manui se praebente opus est unde reliqua moveantur, donec id ipsum efficiatur cujus causa omnino opera et meditandi et perpetrandi assumta est, τὸ τέλος. Itaque quoniam causarum genera diversis nominibus describere Aristoteles solet, istud πρῶτον αἴτιον proprio nomine αἴτιον est ὅθεν ἡ κι-

ἐστιν· ὁ γὰρ βουλευόμενος ἔοικε ζητεῖν καὶ ἀναλύειν τὸν εἰρημένον τρόπον ὥσπερ διάγραμμα. φαίνεται δ' ἡ μὲν ζήτησις οὐ πᾶσα εἶναι βούλευσις, οἷον αἱ μαθηματικαί, ἡ δὲ βούλευσις πᾶσα ζήτησις, καὶ τὸ ἔσχατον ἐν τῇ ἀναλύσει πρῶτον εἶναι ἐν τῇ γενέσει. κἂν μὲν ἀδυνάτῳ ἐντύχωσιν, ἀφίστανται, οἷον εἰ χρημάτων δεῖ, ταῦτα δὲ μὴ οἷόν τε πορισθῆναι· ἐὰν δὲ δυνατὸν φαίνηται, ἐγχειροῦσι πράττειν. δυνατὰ δὲ ἃ δι' ἡμῶν γένοιτ' ἄν· τὰ γὰρ διὰ τῶν φίλων δι' ἡμῶν πως ἐστίν· ἡ γὰρ ἀρχὴ ἐν ἡμῖν. ζητεῖται δὲ ὁτὲ μὲν τὰ ὄργανα, ὁτὲ δὲ ἡ χρεία αὐτῶν· ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ὁτὲ μὲν δι' οὗ, ὁτὲ δὲ πῶς

---

20. 21. K[b] τὸν αὐτὸν τρόπον. 25. ἀφίστανται] K[b] ἀφιστᾶναι.

νησις vel, ut vs 24 vocatur, ἀφ' οὗ ἡ γένεσις, a quo plurimum distat quod superioris quasi ordinis principium est ὡς οὗ ἕνεκα. In unâ enim re duo motûs sunt, descendens alter, alter ad finem menti propositum ascendens; quorum hunc dicit unum, τὸ πρῶτον αἴτιον scribens. Quam ad sententiam verissime et eleganter similitudinem mathematici adhibet, in diagrammate (vs 21) occupati. Is enim veritatis incognitae demonstrationem ita tentat, ut ad figuram de qua agitur angulos adstruat lineasve producat, quibus additis primum aditus ad nota et certa axiomata patefiat, deinde conjunctis inter se axiomatîs transitus firmetur ad probandam novam sententiam. Ansam igitur cognoscendi quaerens eodem modo quasi ad remota pergit, per quae menti ad suum propositum regredi liceat, ut in rebus gerendis ad illud πρῶτον αἴτιον deliberando descendebatur, unde considerata actio ad exsequendum consilium proficisci posset. Vide quae de inventione diagrammatos (in Metaphysicis enim εὑρίσκειν διάγραμμα dicit, in Nic. vs 20 ἀναλύειν) perspicue disputantur 1051 a 21—29. Ipsius vero βουλεύσεως naturam eamque rationem quae inter βούλευσιν et πρᾶξιν intercedat saepius in libris Aristotelicis depictam reperias, nec tamen melius quam hic factum est. Quapropter sufficiat, duas breves voces adscribere, summam rei in unum complectentes: τῶν γενέσεων καὶ κινήσεων .... ἡ μὲν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς καὶ τοῦ εἴδους νόησις, ἡ δ' ἀπὸ τοῦ τελευταίου τῆς νοήσεως ποίησις 1032 b 15—17; τῆς μὲν οὖν νοήσεως ἀρχὴ τὸ τέλος, τῆς δὲ πράξεως (sc. ἀρχὴ) ἡ τῆς νοήσεως τελευτή 1227 b 32. 33.

30. ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς κ. τ. λ. Inde ab his verbis impeditur sermo: haeretur in nonnullis quid dicatur, nec si videamur nobis sententiam aliquam enucleasse satis apparet quinam inde fructus in hanc disputationem percipiatur; ut si plura quae sequuntur usque ad 1113 a 2 intercidissent vix quicquam desideraturus esses. Dixeris fere (saepe enim et simili quodam modo tales loci apud Aristotelem occurrunt), solitum fuisse philosophum priores potissimum capitum partes diligentius elaborare, in fine vero passim nonnulla breviter adnotare quae aut sibi ipsi in aliud tempus accuratius disponenda relinqueret aut discipulorum usui et mutuo sermoni permitteret. — Sed ut singula recenseantur, vide primum quaenam tandem b 30 dicantur τὰ λοιπά.

1112 b 31 ἢ διὰ τίνος. ἔοικε δή, καθάπερ εἴρηται, ἄνθρωπος εἶναι ἀρχὴ τῶν πράξεων· ἡ δὲ βουλὴ περὶ τῶν αὐτῷ πρακτῶν, αἱ δὲ πράξεις ἄλλων ἕνεκα. οὐκ ἂν οὖν εἴη βουλευτὸν τὸ τέλος ἀλλὰ τὰ πρὸς τὰ τέλη. οὐδὲ δὴ τὰ καθ' ἕκαστα, Γ

33. οὐκ ἂν οὖν] K^b οὐ γὰρ ἄν.

Utrum ea in quibus amicorum auxilio (b 27 s.) locus non est? At paene ineptum esset. An ea, in quibus forte τὰ ὄργανα καὶ ἡ χρεία αὐτῶν (b 29) jamjam constant? At videtur dum ζητεῖται δι' οὗ et διὰ τίνος (b 30 s.) eadem illa quaestio nondum absoluta esse. Neque enim erat cur instrumenta quae proprie dicuntur prae ceteris rebus sola commemorarentur, neque Aristotelem quidem legens vocem illam vs 29 ita intellexeras, quippe quem scires etiam servum ὄργανον (ἔμψυχον) vocasse atque manum hominis; quidni etiam amicum suo loco vel pecuniam? Sin voce τοῖς λοιποῖς non ad aliud genus rerum spectari putes sed ad ea quae procedente deliberatione post prima eorumve causâ praeterea comparanda esse apparuerit, nonne idem satis ac multo melius jam vss 18 sq. (πῶς διὰ τούτου κἀκεῖνο διὰ τίνος, ἕως ἂν ἔλθωσιν ...) explicatum est?

31. ἢ διὰ τίνος: quae antecedunt duo (δι' οὗ et πῶς vs 30) et vs 15—18 et vs 29 item discernebantur: qui enim τὴν χρείαν τῶν ὀργάνων (b 29) quaerit, ad τὸ πῶς spectat. Videndum igitur, quid tertium addatur διὰ τίνος. Quod si componatur cum voce δι' οὗ, eo forte adducemur, ut conjiciamus Aristotelem pro suo pronominum usu (v. ad 1111 a 16) nonnunquam formâ interrogativâ significare personas, formam relativam ad res referre, ut illa sit masculini haec neutrius generis. Qua in re certissimum quidem est, persaepe pronomina interrogativa secus usitari (velut in hoc capite b 15. 17. 18 vel supra 1111 a 4. 5); at sunt loci, qui repudiatâ tali conjecturâ omnino intelligi nequeant.

31. 32. ἔοικε δή, καθάπερ εἴρηται, ἄνθρωπος εἶναι ἀρχὴ τῶν πράξεων. Qui scripserit, αἴτιον praeter cetera esse πᾶν τὸ δι' ἀνθρώπου (a 31—33), idem sane haud infitiabitur, hominem esse ἀρχὴν τῶν πράξεων: nihilominus utraque vox non idem εἰρημένον est, et rectius istud καθάπερ εἴρηται haberet, ubi praecessisset disputatio qualis Eud. *B* 6 legitur (πρὸς δὲ τούτοις ὅ γ' ἄνθρωπος καὶ πράξεών τινών ἐστιν ἀρχὴ μόνον τῶν ζῴων 1222 b 18 s.) Accedit ut ista sententia hoc quidem loco parum ad rem faciat; quae enim duae sententiae (ἡ δὲ βουλὴ b 32 et αἱ δὲ πράξεις b 33) necessariae sunt ad id quo tenditur (ὅτι βουλευτὸν τὸ πρὸς τὸ τέλος), eae illâ tanquam fundamento non egent.

33. αἱ δὲ πράξεις ἄλλων ἕνεκα: at profecto haud omnes; nam inter τὰς ἐνεργείας quas inde ab initio (1094 a 3 sq.) audivimus τέλη esse, sine dubio sunt αἱ κατ' ἀρετὴν ἐνέργειαι quae quidem et ipsae πράξεις sunt.

34. οὐδὲ δὴ τὰ καθ' ἕκαστα sc. βουλευτά ἐστιν. Apparet istud δὴ non ad ea provocare quae modo dicta sunt, sed ad id quod consensu omnium constet Nec male factum est ut caveatur, ne deliberandi nullus videatur finis esse (εἰς ἄπειρον ἥξει 1113 a 2); sunt enim

οἷον εἰ ἄρτος τοῦτο ἢ πέπεπται ὡς δεῖ· αἰσθήσεως γὰρ 1113 a 1
ταῦτα. εἰ δὲ ἀεὶ βουλεύσεται, εἰς ἄπειρον ἥξει. βουλευτὸν δὲ καὶ προαιρετὸν τὸ αὐτό, πλὴν ἀφωρισμένον ἤδη τὸ προαιρετόν· τὸ γὰρ ἐκ τῆς βουλῆς προκριθὲν προαιρετόν ἐστιν. παύεται γὰρ ἕκαστος ζητῶν πῶς πράξει, ὅταν εἰς αὑτὸν ἀναγάγῃ τὴν ἀρχήν, καὶ αὑτοῦ εἰς τὸ ἡγούμενον· τοῦτο γὰρ τὸ προαιρούμενον. δῆλον δὲ τοῦτο καὶ ἐκ τῶν ἀρχαίων πολιτειῶν, ἃς Ὅμηρος ἐμιμεῖτο· οἱ γὰρ βασι-

1. K^b corr. ἢ πέψεως δεῖ. 2. K^b βουλεύεται. 4. προκριθὲν] K^b κριθὲν. 6. K^b καὶ αὐτὸ εἰς.

multi qui tempus consumant quaerendo πῶς δὲ διὰ τούτου καὶ ἐκεῖνο διὰ τίνος (b 18), dum manus operi admovendae erant fortunaeque et ipsorum virtuti committenda quae praevideri nequeunt. Verum enimvero exempla quibus Aristoteles istam sententiam illustravit (οἷον εἰ ἄρτος τοῦτο ἢ πέπεπται ὡς δεῖ 1113 a 1) ad longe aliud genus pertinent, omnino illud alienum ab hac deliberatione. In istis enim quaestionibus de rebus quaeritur quae sunt, sintne qualesve sint; a qua meditatione, quam recte dixeris theoreticam esse, multum abest ὁ βουλευόμενος quippe qui ad ea spectet quae fieri vel debeant vel possint. Confer, si placet, medicum illum in MM. 1208 a 23—30; is enim dum cogitur ut ad αἴσθησιν se referat non deliberat secum neque alteri consulit quid faciendum sit, sed docet imperitum ut noscat quid sit febris.

2. βουλευτὸν δὲ καὶ προαιρετὸν τὸ αὐτό. Quum jam satis constet (1112 a 18—1113 a 2) quid sit βουλευτόν, pergitur ad eam notionem cujus causa 1112 a 15 quaestio omnino ad τὸ βουλεύεσθαι traducta est. Sunt vero duo, si verum dicere velis, quae ad deliberandum accedere oporteat, ut προαίρεσις inde nascatur: alterum ut deliberatio sibi videatur absoluta esse, alterum ut assentiatur consilio reperto; fieri enim potest, ut nolit aliquis ea ratione agendi uti quam ipse mente excogitavit. Utrumque in unum Aristoteles complexus est quum scriberet πλὴν ἀφωρισμένον ἤδη τὸ προαιρετόν vs 3, τὸ ἐκ τῆς βουλῆς προκριθέν vs 4, ἀναγαγὼν τὴν ἀρχὴν εἰς αὑτὸν καὶ αὑτοῦ τὸ ἡγούμενον vs 6. Dixeris τὸ ἀνάγειν τὴν ἀρχὴν εἰς αὑτὸν esse illam εὕρεσιν τοῦ πρώτου αἰτίου 1112 b 19 qua mens quidem deliberans opus suum perficit; at ἀνάγειν τὴν ἀρχὴν εἰς αὑτοῦ τὸ ἡγούμενον eum, qui prudenter excogitata ad eam animi vim penes quam imperium quasi est ferat, ut et rata sint et ministerio omnium facultatum perpetrentur. Ad hoc enim quod ultimum commemoravi simile illud spectat, quo vs 7—9 laudato Homero res illustratur. Neque enim aliud quid inde apparet quam τὸ προαιρούμενον esse τὸ ἡγούμενον (a 7); quamquam etiam alterum, quod fere plus ad rem facit, eodem exemplo optime ostendi poterat, discrimen dico inter τὸ βουλευτὸν et inter τὸ προαιρετόν. Annon in concilio βουλευομένων primae partes a poëta forte Ulixi dantur, reges vero προαιρούμενοι Agamemnon maxime et Menelaus?

1113 a 9 λεῖς ἃ προέλοιντο ἀνήγγελλον τῷ δήμῳ. ὄντος δὲ τοῦ Γ προαιρετοῦ βουλευτοῦ ὀρεκτοῦ τῶν ἐφ' ἡμῖν, καὶ ἡ προαίρεσις ἂν εἴη βουλευτικὴ ὄρεξις τῶν ἐφ' ἡμῖν· ἐκ τοῦ βουλεύσασθαι γὰρ κρίναντες ὀρεγόμεθα κατὰ τὴν βούλευσιν. ἡ μὲν οὖν προαίρεσις τύπῳ εἰρήσθω, καὶ περὶ ποῖά ἐστι, καὶ ὅτι τῶν πρὸς τὰ τέλη.

ἡ δὲ βούλησις ὅτι μὲν τοῦ τέλους ἐστὶν εἴρηται, δοκεῖ 6

9. KᵇMᵇ ἃ προείλοντο. 10. τῶν] KᵇMᵇ ἐκ τῶν.

9—12. ὄντος δὲ τοῦ προαιρετοῦ ... ὀρεγόμεθα κατὰ τὴν βούλευσιν. Insolitâ diligentiâ ter philosophus eandem notionem definit: primo adjectivum verbale proponens (τὸ προαιρετὸν; ut τὸ βουλευτὸν 1112 a 18 sq. fuerat unde exorsus erat), deinde substantivum (τὴν προαίρεσιν), denique verbum (τὸ προαιρεῖσθαι enim vs 11. 12 ipsum describitur, quamvis vox absit). Quae tres definitiones quum omnino bene sibi respondent, tum in eo concinunt quod principalem locum τῷ ὀρεκτικῷ tribuunt, cui reliqua subjiciuntur (v. ὀρεκτοῦ vs 10, ὄρεξις vs 11, ὀρεγόμεθα vs 12). Unde satis constat, vidisse Aristotelem aliud genus esse προαιρέσεως, aliud βουλεύσεως a qua profecto aliena est ἡ ὄρεξις. Deinde in tertiâ definitione animadvertendum, videri philosopho hac in re ita conjungi ὄρεξιν et βούλευσιν ut illa pareat, haec imperet (ὀρεγόμεθα κατὰ τὴν βούλευσιν vs 12). Qua in re ne fugiat, ab alterâ parte contrariam sententiam non minus veram esse. Deliberatio enim omnis propter τέλος τι (1112 b 15) suscepta fini isti inservit; cujus finis ut cum Aristotele προαίρεσιν esse negemus, at τῇ ὀρέξει propositum eundem esse certissimum est. Res igitur ita habebit, ut mens deliberans accipiat finem κατὰ τὴν ὄρεξιν; efficiat suâ meditatione ut via ad eum pateat; quo facto recipit ἡ ὄρεξις (προαίρεσις) quod illa paravit curatque ut agatur κατὰ τὴν βούλευσιν, siquidem fructum inde percipere velit. Et possunt haec elici e disputatione Aristotelicâ, sed latent.

Cap. 6. *Τὴν βούλησιν, quam jam constat a προαιρέσει eo differre, quod ad ipsum finem spectet, alii ejus esse dicunt quod sit bonum, alii ejus quod bonum videatur* (—1113 a 16). *Quorum illi non habebunt quid respondeant colligenti, ergo non esse βουλητὸν quod permulti velut pravi homines velint; his omnino inanis evadet notio, quandoquidem unaquaeque et maxime contraria diversis hominibus videntur* (—a 22). *At ambigua ista difficultas ita est evitanda ut dicatur vere βουλητὸν quod est bonum, at esse singulis quod iisdem videatur; in unum autem quod verum est et quod videatur convenire apud eos qui boni sint. Apud hos igitur inquirendum, si sciri placeat quid in his rebus verum sit, quemadmodum etiam quid revera sanum, dulce, calidum sit a sano tantum corpore, non ab aegroto sentitur. Ergo rerum certa cognitio refertur ad homines recte habentes noscendos; ut vero in summa rei plerique fallantur per voluptatem fit, quae specie boni decipit* —1113 b 2.

15. ἡ δὲ βούλησις ὅτι μὲν τοῦ τέλους ἐστὶν εἴρηται v. 1111 b 26 sq. ἔτι δ' ἡ μὲν βούλησις τοῦ τέλους ἐστὶ μᾶλλον, ἡ δὲ προαίρεσις τῶν πρὸς

6 δὲ τοῖς μὲν ἀγαθοῦ εἶναι, τοῖς δὲ τοῦ φαινομένου ἀγαθοῦ. 1113 a 16 συμβαίνει δὲ τοῖς μὲν τὸ βουλητὸν τἀγαθὸν λέγουσι μὴ εἶναι βουλητὸν ὃ βούλεται ὁ μὴ ὀρθῶς αἱρούμενος (εἰ γὰρ ἔσται βουλητόν, καὶ ἀγαθόν· ἦν δ', εἰ οὕτως ἔτυχε, κακόν), τοῖς δ' αὖ τὸ φαινόμενον ἀγαθὸν τὸ βουλητὸν λέγουσι μὴ εἶναι φύσει βουλητόν, ἀλλ' ἑκάστῳ τὸ δοκοῦν· ἄλλο δ'
5 ἄλλῳ φαίνεται, καὶ εἰ οὕτως ἔτυχε, τἀναντία. εἰ δὲ δὴ ταῦτα μὴ ἀρέσκει, ἆρα φατέον ἁπλῶς μὲν καὶ κατ' ἀλήθειαν βουλητὸν εἶναι τἀγαθόν, ἑκάστῳ δὲ τὸ φαινόμενον; τῷ μὲν οὖν σπουδαίῳ τὸ κατ' ἀλήθειαν εἶναι, τῷ δὲ φαύλῳ

---

20. τὸ βουλητὸν] ex uno (ut vid.) N^b; βουλητὸν K^b et rell. 21. ἄλλο δ' ἄλλῳ] ex uno (ut vid.) K^b; cett. var.

τὸ τέλος. Quid vero reliqua ὀρέξεως genera (v. ad 1111 b 11)? imprimis ἡ ἐπιθυμία, quam et ipsam τοῦ τέλους quodammodo esse negari nequit; nam est τῆς ἡδονῆς, hanc vero plerisque esse τέλος βουλητόν, videri bonum, jamjam audiemus (a 33—b 2). At universam hanc de finibus quaestionem, ad quam non tantum ipsum deliberationis atque προαιρέσεως principium (θέμενοι τέλος τι 1112 b 15) refertur, sed in qua omnino ethicorum cognitio totaque de virtute doctrina tanquam in cardine vertitur, ita et tam breviter Aristoteles absolvit, ut frustra sit morari in iis quae omissa esse videantur. V. quae ad Γ 1—8 praemisimus.

23. ἆρα φατέον ἁπλῶς μὲν καὶ κατ' ἀλήθειαν εἶναι βουλητὸν τἀγαθόν. Particulâ interrogativâ (ἆρα), ut persaepe illo ἦ quod interrogantis est, infertur ea sententia quae rata est. Quod vero ita proponitur nec si rem spectes dubitationem movebit (dummodo enim sciamus quid sit τἀγαθόν, habemus in his sufficientem judicandi normam) et loquendi genus Aristoteli usitatum exhibet. Cf. 1072 a 27 ἐπιθυμητὸν τὸ φαινόμενον καλόν, βουλητὸν δὲ πρῶτον τὸ ὂν καλόν (quod in Nic. ἁπλῶς καὶ κατ' ἀλήθειαν est, idem in Metaph. πρῶτον dicitur); 1227 a 21. 28 παρὰ φύσιν καὶ [κατὰ] διαστροφὴν sc. ἐστὶ τέλος οὐ τὸ ἀγαθόν, ἀλλὰ τὸ φαινόμενον ἀγαθόν .... ὁμοίως δὲ καὶ ἡ βούλησις φύσει μὲν τοῦ ἀγαθοῦ ἐστί, παρὰ φύσιν δὲ καὶ [κατὰ] διαστροφὴν καὶ τοῦ κακοῦ; 1235 b 25 τὸ ὀρεκτὸν καὶ βουλητὸν ἢ τὸ ἀγαθὸν ἢ τὸ φαινόμενον ἀγαθόν· διὸ καὶ τὸ ἡδὺ ὀρεκτόν, φαινόμενον γὰρ ἀγαθόν; 1136 b 7 βούλεται οὐθεὶς ὃ μὴ οἴεται εἶναι σπουδαῖον; 1155 b 24 (δοκεῖ) εἶναι ἁπλῶς μὲν τἀγαθὸν φιλητόν, ἑκάστῳ δὲ τὸ ἑκάστῳ. Denique legas MM., ubi 1208 b 39 in eandem sententiam, sed novo vocabulorum usu legitur βουλητὸν μὲν τὸ ἁπλῶς ἀγαθόν, βουλητέον δὲ τὸ ἑκάστῳ ἀγαθόν (cf. 1209 a 1. 2).

25. τῷ μὲν οὖν σπουδαίῳ (sc. φατέον βουλητὸν) εἶναι τὸ κατ' ἀλήθειαν sc. βουλητόν, quod idem τἀγαθὸν esse vs 23. 24 didicimus. Utile hoc praeceptum ad confirmandos eorum animos qui quum cognoverint, ad nihil non ferri hominum voluntates, vereantur ne quod mente forte tanquam finis omnibus propositus recte effictum sit re sit

1113 a 26 τὸ τυχόν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν σωμάτων τοῖς μὲν εὖ διακειμένοις ὑγιεινά ἐστι τὰ κατ' ἀλήθειαν τοιαῦτα ὄντα, τοῖς δ' ἐπινόσοις ἕτερα. ὁμοίως δὲ καὶ πικρὰ καὶ γλυκέα καὶ θερμὰ καὶ βαρέα καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστα. ὁ σπουδαῖος γὰρ ἕκαστα κρίνει ὀρθῶς, καὶ ἐν ἑκάστοις τἀληθὲς αὐτῷ φαίνεται· καθ' ἑκάστην γὰρ ἕξιν ἴδιά ἐστι καλὰ καὶ ἡδέα. καὶ διαφέρει πλεῖστον ἴσως ὁ σπουδαῖος τῷ τἀληθὲς ἐν ἑκάστοις Γ 6

29. post ἕκαστα Bekk. colon. 29. 30. K^b τὸν σπουδαῖον γὰρ ἕκαστα κρίνειν. 32. K^b τὸ σπουδαῖον et 33. ὢν] K^b ὄν; ὢν ex uno (ut vid.) O^b. τοῖς πολλοῖς] K^b ἐν τοῖς πολλοῖς.

sine ullâ vi et auctoritate. Esse enim genus hominum, in quo stet atque valeat; sin sint permulti, qui idem vel despiciant vel ignorent, non magis id mirum esse, quam quod corporibus aegrotis rectus rerum sensus desit. Consentanea haec; at quaeritur, num haec sit summa rei de qua nunc agatur, imo annon ipse Aristoteles, ista quum scriberet, aliud quid et majus sibi demonstrando absolvisse visus sit: v. ad vs 33.

29. *βαρέα*, si placet, interpretari possis *δύσπεπτα*; ita enim constat passim hanc vocem et contrariam (v. 1141 b 18—20 *τὰ κοῦφα εὔπεπτα κρέα ... τὰ ὀρνίθεια κοῦφα*) legi. Dixeris enim quamquam interdum aegroti re levi tanquam gravi onere premantur, tamen pondus grave et ab unoquoque sentiri nec si de pondere ambigant, litem ad sanum hominem referri sed ad trutinam. Id quod in iis vocibus quibus tantummodo describimus quomodo sensus nostri afficiantur (*πικρά, γλυκέα* vs 28) prorsus aliter habet, atque etiam in discrimine *θερμῶν* (vs 29) a frigidis aliquantum secus.

31. *καθ' ἑκάστην γὰρ ἕξιν ἴδιά ἐστι καλὰ καὶ ἡδέα.* Memorabilis hic locus est ideo, quia inde elucet ne *τοῦ καλοῦ* quidem nomen exemisse Aristotelem quominus variae humanarum rerum indolis particeps esset, neque eâ sanctitate illud munivisse ut nollet *καλὸν* vocare nisi quod esset *καλόν*. Agnoscit enim in illo eandem *τοῦ πρός τι* naturam, quae in genere *τῶν ἀγαθῶν* atque *τῶν ἡδέων* efficit, ut nonnulla sint *οὐχ ἡδέα ἀλλὰ τούτοις καὶ οὕτω διακειμένοις* (*ἡδέα*) 1176 a 21; 1173 b 20—25, vel ut *τὰ ἁπλῶς ἀγαθὰ* sint *τινὶ δ' οὐκ ἀεὶ ἀγαθά* 1129 b 3. Unde rectius forsitan intelliges quid voce illâ dicatur, „*τούτων* (i. e. *τῶν ἡδέων καὶ τῶν καλῶν*) *γὰρ χάριν πάντες πάντα πράττουσιν*" 1110 b 11.

32. ... *ὁ σπουδαῖος τῷ τἀληθὲς ἐν ἑκάστοις ὁρᾶν.* Post vs 25 (*τῷ σπουδαίῳ βουλητὸν τὸ κατ' ἀλήθειαν*) et vs 30 (*ἐν ἑκάστοις τἀληθὲς αὐτῷ φαίνεται*) tertia haec additur vox veritatem in virtute inesse affirmans, ita tamen ut jamjam propius ad eam sententiam accedatur, qua non modo verum quoddam cum virtute conjunctum esse dicitur, sed etiam aliqua veri cognitio: id quod differre apparet. Haud igitur praetermittendum, non plus Aristotelem edixisse quam *ὁρᾶν τὸν σπουδαῖον τἀληθές*. Quocum bene convenit, quod alias hac in re *ὄμμα τι τῆς ψυχῆς* (1144 a 30) vel *ὄψιν* (1114 b 7; 1144 b 11 s.) non

6 ὁρᾶν, ὥσπερ κανὼν καὶ μέτρον αὐτῶν ὤν. τοῖς πολλοῖς 1113 a 33
δὲ ἡ ἀπάτη διὰ τὴν ἡδονὴν ἔοικε γίνεσθαι· οὐ γὰρ οὖσα
ἀγαθὸν φαίνεται. αἱροῦνται οὖν τὸ ἡδὺ ὡς ἀγαθόν, τὴν δὲ 1113 b
λύπην ὡς κακὸν φεύγουσιν.

7 Ὄντος δὴ βουλητοῦ μὲν τοῦ τέλους, βουλευτῶν δὲ καὶ

---

mentis cognitionem, sed quasi ejus αἴσθησιν desiderat tanquam necessariam ut virtus vere sit. Neque id discedit, quod virtus ipsa dicitur τὸν σκοπὸν (vel τὸ τέλος) ὀρθὸν ποιεῖν 1144 a 8; scopum enim oculis discernere (σκοπεῖν), ut reliqua ex illo recte instituantur, satis est. Haec vero summa est de rebus ethicis sentiendi facultas, unde reliqua omnia apta sunt; de qua plene disputare hoc quidem loco necessarium profecto non erat; quamquam omnino quamnam illius naturam esse vel in quanam animi humani parte ponere illam voluerit, philosophus vix adumbravit, nusquam explicuit.

33. ὥσπερ κανὼν καὶ μέτρον αὐτῶν (i. e. ἑκάστων) ὤν. Cf. 1176 a 15—19 (εἰ δὲ τοῦτο καλῶς λέγεται ... καὶ ἔστιν ἑκάστου μέτρον ἡ ἀρετὴ καὶ ὁ ἀγαθὸς ᾗ τοιοῦτος κ. τ. λ.) ad q. l. v. Est enim haec sententia trita Aristoteli maximeque probata; neque in ipsâ quidquam inest, in quo haereas; quod enim in rebus humanis bonum atque rectum est, non minus (ut verba modo e libro K laudata bene indicant) in viro bono, dummodo bonus est, perspicitur quam cognitâ virtutis naturâ. At vide, quid nunc in hac disputatione agatur. Quaeri de virtute ethicâ scimus; virtus magis etiam quam ad τὰ ἑκούσια (cap. 4 in.) relata est ad τὰ προαιρετά; quae quomodo instruenda sint ad finem aliquem propositum, proxime audivimus; restat ut discamus quinam sit iste finis virtuti scilicet propositus (τὸ βουλητόν cap. 6). Respondetur: eum qui emetiri cupiat, virum bonum adeat: ibi certam mensuram reperiet. Τί τὸ τῆς ἀρετῆς τέλος; Ὃ ἔχει ὁ τὴν ἀρετὴν ἔχων. Itaque si ita vox illa ὅτι ὁ σπουδαῖος μέτρον adhibeatur, circulo aliquo peracto ad idem recurrit quaestio. Id quod tum h. l. tum in nonnullis aliis locis, ubi item de capite harum rerum quaeratur, factum esse eo minus negabitur, quo quis diligentius disputationi Aristotelicae operam dederit.

34. οὐ γὰρ οὖσα (ἡ ἡδονὴ) ἀγαθὸν φαίνεται. Memineris de vili multitudine (τοῖς πολλοῖς vs 33) sermonem esse; cui quae tanquam deliciae placent, non meliora sunt quam ipsi sunt; nam ποιεῖ τὴν ἡδονὴν ἑκάστοις τὸ κατὰ τὴν φύσιν οἰκεῖον (1342 a 25). Quamquam enim καὶ τὰ καλὰ (addideris τὰ ἀγαθὰ) ἴδιά ἐστι καθ' ἑκάστην ἕξιν (vs 31), tamen seu voluptatis seu plurimorum hominum natura ea est, ut error atque pravitas proficisci soleat a perversâ delectamentorum cupidine; cf. (id enim nunc sufficiet) quod 1104 b 34—1105 a 3 legimus.

Cap. 7. Postquam demonstratum est, virtutem referri ad τὰ ἑκούσια, non spectare ad τὰ ἀκούσια (cap. 1—3), deinde eandem in iis potissimum versari, de quibus ad finem a nobismet ipsis propositum (cap. 6) habitâ deliberatione ipsi statuerimus (cap. 4. 5): jam eo vertitur disputatio ut quaeratur: ipsa vero virtus et quae illi contraria sunt vitia sintne ἑκούσια seu inter τὰ ἐφ' ἡμῖν numeranda? Ita enim

1113 b 4 προαιρετῶν τῶν πρὸς τὸ τέλος, αἱ περὶ ταῦτα πράξεις Γ 7
5 κατὰ προαίρεσιν ἂν εἶεν καὶ ἑκούσιοι. αἱ δὲ τῶν ἀρετῶν

---

5. ἂν εἶεν] $K^b N^b$ εἶεν ἄν.

---

ipsi scriptori singula haec capita sese excipere visa esse, e primis cap. 7 sententiis (1113 b 3—7) satis intelligitur. Apparet autem, quaestione istâ propositâ non tam novam rem tractari, sed iterum eandem. Nam si forte hac disputatione effectum fuerit, virtutem non esse penes ipsos homines, necessario sequetur, etiam illam liberi arbitrii speciem, quae antea in gerendis rebus atque in deliberando captabatur, inanem esse speciem. Id quod maxime cadet in τὴν βούλησιν, quo magis illa, si quidem ad rei naturam spectetur, summum quasi et principalem locum tenet. Neque ipsum Aristotelem, quamvis aliis nominibus utentem, hoc fugisse, ultimâ cap. 7 parte (1114 a 31 sqq.) evincetur.

Quum jam constet ea quae per virtutem agantur penes ipsos homines esse, ultro sequetur etiam eorum quae male perpetrentur eosdem auctores esse; nec minus ipsa virtus ipsaque pravitas penes nosmet ipsos esse dicenda erit, quoniam bonos vel malos esse nil aliud est nisi bene maleve agere (—1113 b 14). *His enim obloqui ei tantum licebit qui prius ostenderit, actiones humanas ab aliis principiis proficisci quam quae in ipso animo sint* (—b 21). *At recorderis universam legum curam; quae dum notant puniuntque aut laude prosequuntur et ne eos quidem absolvunt qui ignorantiam excusant, unumquemque non tantum rerum gestarum sed etiam habitûs mentis rationem reddere jubent scilicet censentes, ista in unius hominis potestate esse* (—1114 a 3). *Haec vero sententia inanis esset, si ea excusatio admittenda esset qua dicunt, se non potuisse aliter agere quoniam ipsi sint quales sint. Neque est dubium quin suo agendi modo haud nolentes effecerint, ut in istum animi statum pervenerint. Id quod aliis verbis eodem recurrit unde profecti sumus: penes ipsos esse, ut sint boni aut mali; non ita quidem, ut quolibet temporis momento liceat ex altero habitu in alterum transire, sed ita ut ab initio universa res in ipsorum arbitrio posita sit* (— 1114 a 21). *Annon etiam corporis quidam habitûs atque morbi, quos quidem suâ culpâ in se traxerint, ex eâdem judicandi lege ab omnibus notantur, censurâ nempe ad primam malorum originem respiciente?* —1104 a 31. *Sin fuerint qui dicant: at in unoquoque quae agat inde apta esse quidnam eidem videatur bonum esse, istam vero opinionem non adesse cuiquam e decreto arbitrii, sed praefinitam quasi pro indole qua sit ipse, respondendum ita quidem universam rem ad naturae quoddam donum referri nec posse quemquam recte eorum quae male egerit accusari, sed eâdem sententiâ non minus virtutem et bene facta negari* ἑκούσια *esse* (—1114 b 16). *Itaque ut his de rebus in diversas partes disputare liceat, hoc sane constat quamlibet rationem improbandam esse qua non aeque de pravitate ac de virtute censeatur, et donec sentiant, virtutis laudem nostram esse nosque ipsos facere ad id, ut bene habeamus atque recte de fine rerum agendarum statuamus, item concedendum esse sponte suâ homines malos esse* —1114 b 25.

7 ἐνέργειαι περὶ ταῦτα. ἐφ' ἡμῖν δὴ καὶ ἡ ἀρετή, ὁμοίως 1113 b
δὲ καὶ ἡ κακία. ἐν οἷς γὰρ ἐφ' ἡμῖν τὸ πράττειν, καὶ
τὸ μὴ πράττειν, καὶ ἐν οἷς τὸ μή, καὶ τὸ ναί· ὥστ' εἰ τὸ
πράττειν καλὸν ὂν ἐφ' ἡμῖν ἐστί, καὶ τὸ μὴ πράττειν ἐφ' ἡμῖν
ἔσται αἰσχρὸν ὄν, καὶ εἰ τὸ μὴ πράττειν καλὸν ὂν ἐφ' ἡμῖν,
καὶ τὸ πράττειν αἰσχρὸν ὂν ἐφ' ἡμῖν. εἰ δ' ἐφ' ἡμῖν τὰ
καλὰ πράττειν καὶ τὰ αἰσχρά, ὁμοίως δὲ καὶ τὸ μὴ πράτ-
τειν, τοῦτο δ' ἦν τὸ ἀγαθοῖς καὶ κακοῖς εἶναι, ἐφ' ἡμῖν ἄρα
8 τὸ ἐπιεικέσι καὶ φαύλοις εἶναι. τὸ δὲ λέγειν ὡς οὐδεὶς ἑκὼν

---

6. ἐφ' ἡμῖν δὴ] Bekk. c. ll. ἐφ' ἡμῖν δέ. 10. 11. αἰσχρὸν — ἐφ' ἡμῖν] om. K^b.

---

6. ἐφ' ἡμῖν δὴ καὶ ἡ ἀρετή, ὁμοίως δὲ καὶ ἡ κακία. Insequenti argumentatione ἐν οἷς γὰρ vs 7 — φαύλοις εἶναι vs 14 duo vides ostendi: alterum, plane eodem modo de rebus male actis atque de bene actis censendum esse (— vs 11), qua in sententiâ omnium maxime totum hoc caput usque ad finem (ὁμοίως γάρ 1114 b 25) persistit; alterum, de habitu quaestionem non jam dubiam esse, simulac de naturâ actionum constet, id quod paucis verbis (τοῦτο δ' ἦν τὸ ἀγαθοῖς καὶ κακοῖς εἶναι vs 13) absolvitur. Ergo duorum membrorum, quae b 6 praemittuntur, posteriori nunc quidem plus operae datur; quo vero vs 11 prius fulcitur, idem vs 5 jam antecessit (αἱ δὲ τῶν ἀρετῶν ἐνέργειαι i. e. αἱ πράξεις περὶ ταῦτα i. e. περὶ ταῦτα ἃ ἑκούσιά ἐστιν). Quae si revera harum sententiarum ratio est, concedes b 6 unice ἐφ' ἡμῖν δὴ (pro δὲ) recte habere.

7. ἐν οἷς γὰρ ἐφ' ἡμῖν τὸ πράττειν καὶ τὸ μὴ πράττειν et quae adduntur in eandem sententiam disputantur qua bene 1110 b 13—15 censebatur γελοῖον ... τῶν μὲν καλῶν ἑαυτόν, τῶν δὲ αἰσχρῶν τὰ ἡδέα (αἰτιᾶσθαι).

13. τοῦτο (sc. τὸ πράττειν τὰ καλὰ καὶ τὰ αἰσχρὰ) δ' ἦν τὸ ἀγαθοῖς καὶ κακοῖς εἶναι: v. 1112 a 1 τῷ γὰρ προαιρεῖσθαι τἀγαθὰ ἢ τὰ κακὰ ποιοί τινές ἐσμεν. Ita quidem haec περὶ τῶν ἕξεων quaestio recte absolvi non potest, quoniam alia ad arbitrium humanum est habitûs ratio, alia singularum actionum. Sed suo jure nunc paullo celerius dimittit Aristoteles quod mox ipso hoc capite undique perpensurus est. V. ad 1114 a 3.

14. οὐδεὶς ἑκὼν πονηρὸς οὐδ' ἄκων μάκαρ. In hoc trimetro, quem Bergk (Poët. lyr. p. 1076) fortasse Solonis esse sentit, nullo quidem negotio inconstantiam aliquam sententiae, τὸν μάκαρα τῷ πονηρῷ opponentis, detegit Aristoteles (vs 15 sq.). Quod vero unum nunc ad rem facit, in altero membro recte proponebatur, τὴν πονηρίαν ἀκούσιον εἶναι. Cum hac enim opinione potissimum per omne hoc caput res est, neque erat illa poëtae cujusdam, sed quum maxime vulgata Graecis hominibus tum a Socrate atque Platone in formam doctrinae redacta. Putandus igitur est potissimum spectare ad hos. De Socrate enim dubium quidem an vera MM. tradiderint quum scribant 1187 a 7

πονηρὸς οὐδ' ἄκων μάκαρ, ἔοικε τὸ μὲν ψευδεῖ τὸ δ' ἀληθεῖ· μακάριος μὲν γὰρ οὐδεὶς ἄκων, ἡ δὲ μοχθηρία ἑκούσιον. ἢ τοῖς γε νῦν εἰρημένοις ἀμφισβητητέον, καὶ τὸν ἄνθρωπον οὐ φατέον ἀρχὴν εἶναι οὐδὲ γεννητὴν τῶν πράξεων ὥσπερ καὶ τέκνων. εἰ δὲ ταῦτα φαίνεται καὶ μὴ ἔχομεν εἰς ἄλλας ἀρχὰς ἀναγαγεῖν παρὰ τὰς ἐν ἡμῖν, ὧν καὶ αἱ ἀρχαὶ ἐν ἡμῖν, καὶ αὐτὰ ἐφ' ἡμῖν καὶ ἑκούσια. τούτοις Γ 7

15. μάκαρ] ll. (ut vid.) omnes μακάριος. 17. τοῖς γε] K^b τοῖς τε. 20. ἐν ἡμῖν] K^bO^b; Bekk. c. cett. ἐφ' ἡμῖν.

Σωκράτης ἔφη, οὐκ ἐφ' ἡμῖν γενέσθαι τὸ σπουδαίους εἶναι ἢ φαύλους (vix enim credideris illum ita locutum esse); sed satis certum, vera esse quae ib. 8 de eodem adduntur εἰ γάρ τις, φησίν, ἐρωτήσειεν ὁντιναοῦν πότερον ἂν βούλοιτο δίκαιος εἶναι ἢ ἄδικος, οὐθεὶς ἂν ἕλοιτο τὴν ἀδικίαν; vel 1200 b 25 Σωκράτης ὁ πρεσβύτης ... οὐκ ἔφη ἀκρασίαν εἶναι λέγων ὅτι οὐθεὶς εἰδὼς τὰ κακὰ ὅτι κακά εἰσιν ἕλοιτ' ἄν. Apud Platonem autem memineris legi οὐδεὶς βούλεται τὰ κακά (Meno 78 a) vel οὐδεὶς ἑκὼν ἐξαμαρτάνει (Protag. 345 c), similia velut Gorg. 510 a. Ab his sententiis non multum quidem discedere videntur voces quaedam Aristotelis velut quae 1110 b 28 erat ἀγνοεῖ πᾶς ὁ μοχθηρὸς ἃ δεῖ πράττειν καὶ ὧν ἀφεκτέον et 1136 b 7 (u. v.) βούλεται οὐθεὶς ὃ μὴ οἴεται εἶναι σπουδαῖον; sed id ejus proprium est, quod nusquam tam longe aberravit neque ab animi humani naturâ recte cognoscendâ ut vellet omnem virtutem scientiam aliquam esse (huc enim redibat Socraticorum doctrina), neque a rerum humanarum experientiâ ut ἀκρασίαν, in qua quaestiones istae quasi in lucem erumpunt, omnino esse negaret.

17. ἢ τοῖς γε νῦν εἰρημένοις ἀμφισβητητέον. Breviter ut saepe, ἤ: *quod (sc. ὅτι ἡ μοχθηρία ἑκούσιον vs 16) cui non placuerit, eum necesse erit etiam aliis sententiis, quae nobis quidem jam constabant, probabilem doctrinam opponere.* Τὰ νῦν εἰρημένα praesertim dici videantur verba 1112 b 31 ἔοικε δὴ ... ἄνθρωπος εἶναι ἀρχὴ τῶν πράξεων ad q. l. v. Illud quidem quod sequitur γεννητὴν τῶν πράξεων ὥσπερ καὶ τέκνων vs 18 nova certe vox in Nic. est. Neque enim praemissa est (id quod jam supra adnotandum esse videbatur) talis disputatio qualem Eudemia *B* 6 exhibent, ubi verba sunt εἰσὶ δὲ πᾶσαι μὲν αἱ οὐσίαι κατὰ φύσιν τινὲς ἀρχαί, διὸ καὶ ἑκάστη πολλὰ δύναται τοιαῦτα γεννᾶν, οἷον ἄνθρωπος ἀνθρώπους ... πρὸς δὲ τούτοις ὅ γε ἄνθρωπος καὶ πράξεών τινών ἐστιν ἀρχὴ μόνον τῶν ζῴων 1222 b 15—20. Qua in re quodammodo offendisse dixeris etiam auctorem MM. quum hoc loco disputationis inserendam putaret demonstrationem aliquam (1187 a 29—b 20), qua imitaretur illud Eudemiorum caput praemissum, iterum atque iterum docens ὅτι γεννητικὴ πᾶσα φύσις, homo vero καὶ τῶν πράξεων γεννητικός 1187 a 30—32; b 5 s. 9.

21. καὶ αὐτὰ ἐφ' ἡμῖν καὶ ἑκούσια. Satisfecit sibi Aristoteles postquam actiones penes hominem esse probavit, αὐτὰ enim τῶν πράξεων (vs 18) loco esse apparet. Itaque nunc quoque (v. ad b 13) id

7 δ' ἔοικε μαρτυρεῖσθαι καὶ ἰδίᾳ ὑφ' ἑκάστων καὶ ὑπ' αὐτῶν 1113 b 22 τῶν νομοθετῶν· κολάζουσι γὰρ καὶ τιμωροῦνται τοὺς δρῶντας μοχθηρά, ὅσοι μὴ βίᾳ ἢ δι' ἄγνοιαν ἧς μὴ αὐτοὶ αἴτιοι, τοὺς δὲ τὰ καλὰ πράττοντας τιμῶσιν, ὡς τοὺς μὲν προτρέψοντες τοὺς δὲ κωλύσοντες. καίτοι ὅσα μήτ' ἐφ' ἡμῖν ἐστὶ μήθ' ἑκούσια, οὐδεὶς προτρέπεται πράττειν, ὡς οὐδὲν πρὸ ἔργου ὂν τὸ πεισθῆναι μὴ θερμαίνεσθαι ἢ ἀλγεῖν ἢ πεινῆν ἢ ἄλλ' ὁτιοῦν τῶν τοιούτων· οὐθὲν γὰρ ἧττον πεισόμεθα αὐτά. καὶ γὰρ ἐπ' αὐτῷ τῷ ἀγνοεῖν κολάζουσιν, ἐὰν αἴτιος

---

23. τοὺς δρῶντας] K^b δρῶντας. 24. ἧς] K^b ᾗ. 29. K^b O^b ἢ ὁτιοῦν ἄλλο.

---

quidem certum esse sumit, habitûs rationem eandem esse quae actionum sit. Quid enim? Etiam eo quod sequitur argumento (*τούτοις δ' ἔοικε μαρτυρεῖσθαι* b 21 sqq.) haud aliter res geritur. Nam publicam quasi auctoritatem advocans non dicit nec poterat dicere, virtuti a legibus praemia proponi, pravitatem puniri, sed *κολάζεσθαι τοὺς δρῶντας μοχθηρά, τιμᾶσθαι τοὺς πράττοντας τὰ καλὰ* (vs 23. 25): quae igitur inde patet sententia item ad bene aut male facta spectat, non ad habitum.

24. *ὅσοι μὴ βίᾳ ἢ δι' ἄγνοιαν ἧς μὴ αὐτοὶ αἴτιοι*: bene igitur ipsae leges naturam *τοῦ ἀκουσίου* cognitam habent v. 1109 b 35 *δοκεῖ δὲ ἀκούσια εἶναι τὰ βίᾳ ἢ δι' ἄγνοιαν γινόμενα.* Quod enim additur *ἧς μὴ αὐτοὶ αἴτιοι* non male quidem adjectum, nec tamen necessarium iis qui cum Aristotele in voce *δι' ἄγνοιαν* praepositionem *διὰ* ita intelligi volebant, ut ad ipsam ignorantiam exclusâ aliâ causâ res referenda esset v. ad 1110 b 24—27. At aliud quid, in quo *τὸ δι' ἄγνοιαν* quidem agnoscendum esset, tamen cap. 3 excipiebatur ne esset *ἀκούσιον*, *τὸ μὴ ἐπίλυπον* dico *μηδ' ἐν ἐπιμελείᾳ* (1110 b 18. 19). Sed vides, ad istam exceptionem hic non potuisse respici. Utrum enim doleat animo aliquis propter ea quae ignarus commisit an gaudeat, coram in republica non quaeritur.

27. *προτρέπεται* medium et transitive ut 1172 b 6; 1179 b 7. 10; 1180 a 7; consensum enim omnium probaturus est *ὡς οὐδὲν πρὸ ἔργου ὄν.*

29. *οὐθὲν γὰρ ἧττον πεισόμεθα αὐτά*: contra ipsam enim naturam nil valet *τὸ πεισθῆναι* (vs 28) nec magis *τὸ ἐθισθῆναι*; nam *οὐθὲν τῶν φύσει ὄντων ἄλλως ἐθίζεται* 1103 a 19.

30—1114 a 3. Jam exponitur quid modo dictum sit *ἄγνοια ἧς αὐτοὶ αἴτιοι* b 24; in eandem prorsus sententiam, qua 1110 b 24—27 censebatur *ὅτι ἕτερον τὸ δι' ἄγνοιαν πράττειν τοῦ ἀγνοοῦντα ποιεῖν*, sed paullo plenius. Additur enim etiam hoc, non uno sed duplici modo ita peccatum esse: tum facinore illo ipso quod commissum sit tum negligentiâ eâ vel impotentiâ animi quibus factum sit ut natura

1113 b 31 εἶναι δοκῇ τῆς ἀγνοίας, οἷον τοῖς μεθύουσι διπλᾶ τὰ ἐπι- Γ 7
τίμια· ἡ γὰρ ἀρχὴ ἐν αὐτῷ· κύριος γὰρ τοῦ μὴ μεθυ-
σθῆναι, τοῦτο δ' αἴτιον τῆς ἀγνοίας. καὶ τοὺς ἀγνοοῦντάς τι
τῶν ἐν τοῖς νόμοις, ἃ δεῖ ἐπίστασθαι καὶ μὴ χαλεπά ἐστι,
1114 a κολάζουσιν. ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις, ὅσα δι' ἀμέ-
λειαν ἀγνοεῖν δοκοῦσιν, ὡς ἐπ' αὐτοῖς ὂν τὸ μὴ ἀγνοεῖν·
τοῦ γὰρ ἐπιμεληθῆναι κύριοι. ἀλλ' ἴσως τοιοῦτός ἐστιν ὥστε

---

illius facinoris nesciretur; v. *καὶ ἐπ' αὐτῷ τῷ ἀγνοεῖν* b 30 et *διπλᾶ τὰ ἐπιτίμια* b 31. Quamquam dubitare licet et annon istâ quidem severitate justa ratio laedatur, et num revera omnino Graecorum leges (*κολάζουσι* b 30 et 1114 a 1 non definito subjecto) tam severae fuerint. In Politicis certe 1274 b 19 Pittaco tribuuntur soli *διπλᾶ* ista (*νόμος δ' ἴδιος αὐτοῦ τὸ τοὺς μεθύοντας ἂν τυπτήσωσι πλείω ζημίαν ἀποτίνειν τῶν νηφόντων*) nec male additur in hoc decreto illum non quod aequum esset spectasse, sed *πρὸς τὸ συμφέρον* ib. 22. Qua in re eo minus refert, si forte tibi cum aliis illud Politicorum caput (*B* 12) spurium esse videatur, quum etiam Rhetorica scribant Pittacum *μείζους ζημίας νομοθετῆσαι ἐάν τις μεθύων ἁμαρτάνῃ* (1402 b 9—12). Ceterum apparet potuisse Nicomacheorum disputationem in his minus curiosam esse: utique enim quod demonstrandum erat (quaeri scilicet coram judice an ignorantia quam reus aliquis excuset culpâ vacet), satis est demonstratum.

3. *ἀλλ' ἴσως τοιοῦτός ἐστιν ὥστε μὴ ἐπιμεληθῆναι.* Quum hucusque res ita acta sit (v. ad 1113 b 21), tanquam satis sit *τὸ ἐφ' ἡμῖν* in actione hominum ostendi, quoniam inde ultro idem sequatur de habitu: aliâ nunc ratione eadem quaestio tentatur. Is enim cujus gratia verba *ἀλλ' ἴσως τοιοῦτός ἐστιν* admittuntur, hoc dicturus erat, inverso ordine ab habitu proficiscendum, inde ad actiones pergendum esse; ita vero habitum non videri *ἐφ' ἡμῖν* esse, ergo neque actiones. Cui quidem sententiae primum hoc opponit ipsa argumentandi ratio qualis inde a 1113 b 21 expressa est: at coram civitatum legibus istas argutias non admitti. Deinde autem (*ἀλλὰ* 1114 a 4) suam Aristoteles doctrinam explicat, qua quidem actiones ab habitu aptas esse non negatur, sed ipse habitus ab iis, quae prius seu bene seu male acta sint, originem ducere censetur. Gignunt igitur actiones habitum, habitus actiones: sin ascenderis ad primum initium, actiones quasdam invenies ubi jam habitus nullus fuerit. Quae, quam bene congruant cum illâ sententiâ *οὐ μικρὸν οὖν διαφέρει τὸ οὕτως ἢ οὕτως εὐθὺς ἐκ νέων ἐθίζεσθαι, ἀλλὰ πάμπολυ, μᾶλλον δὲ τὸ πᾶν* (1103 b 23 s.), manifestum est; iste enim *ἐκ νέων ἐθισμὸς* primas illas quas dixi actiones tales fingit quales esse debent ut inde rectus habitus nascatur. Verum si in hac potissimum sententiarum ratione Aristotelis mentem percipi persuasum habeas, simul intelliges, quam multa illi obstent quominus hanc in qua nunc occupatus est quaestionem *περὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν* ad finem exoptatum perducat; quanto enim plus datur *τῷ ἐκ νέων ἐθισμῷ*, tanto plus conceditur in homine alieno arbitrio, scilicet *τοῦ ἐθίζοντος*.

Γ 7 μὴ ἐπιμεληθῆναι. ἀλλὰ τοῦ τοιούτους γενέσθαι αὐτοὶ αἴτιοι 1114 a 4 ζῶντες ἀνειμένως, καὶ τοῦ ἀδίκους ἢ ἀκολάστους εἶναι, οἱ μὲν κακουργοῦντες, οἱ δὲ ἐν πότοις καὶ τοῖς τοιούτοις διάγοντες· αἱ γὰρ περὶ ἕκαστα ἐνέργειαι τοιούτους ποιοῦσιν. τοῦτο δὲ δῆλον ἐκ τῶν μελετώντων πρὸς ἡντινοῦν ἀγωνίαν ἢ πρᾶξιν· διατελοῦσι γὰρ ἐνεργοῦντες. τὸ μὲν οὖν ἀγνοεῖν ὅτι ἐκ τοῦ ἐνεργεῖν περὶ ἕκαστα αἱ ἕξεις γίνονται, κομιδῇ ἀναισθήτου. ἔτι δ' ἄλογον τὸν ἀδικοῦντα μὴ βούλεσθαι ἄδικον εἶναι ἢ τὸν ἀκολασταίνοντα ἀκόλαστον. εἰ δὲ μὴ ἀγνοῶν τις πράττει ἐξ ὧν ἔσται ἄδικος, ἑκὼν ἄδικος ἂν εἴη, οὐ μὴν ἐάν γε βούληται, ἄδικος ὢν παύσεται καὶ ἔσται δίκαιος· οὐδὲ γὰρ ὁ νοσῶν ὑγιής· καὶ εἰ οὕτως ἔτυχεν, ἑκὼν νοσεῖ, ἀκρατῶς βιοτεύων καὶ ἀπειθῶν τοῖς ἰατροῖς. τότε μὲν οὖν ἐξῆν αὐτῷ

4. τοιούτους] $K^b N^b$ τοιοῦτον; scrib. τοιοῦτοι et vs 5 ἄδικοι ἢ ἀκόλαστοι. 15. ὑγιής. καὶ εἰ] scrib. ὑγιής, εἰ καὶ (εἰ οὕτως ἔτυχεν). 16. ἐξῆν] K^b ἐξόν.

4. ἀλλὰ τοῦ τοιούτους γενέσθαι αὐτοὶ αἴτιοι . . . καὶ τοῦ ἀδίκους ἢ ἀκολάστους εἶναι: quidni τοῦ τοιοῦτοι γενέσθαι etc.?

5. ἀνειμένως ζῆν non minus hic pravam ὑπερβολὴν indicat quam ἔλλειψιν, secus ac 1105 b 27 σφοδρῶς ἢ ἀνειμένως ad q. l. v. Nam qui sine contentione virium (διατεταμένως 1166 b 28) genio indulget, adstantibus variis affectuum generibus, modo in hanc, modo in illam partem abripitur.

10 κομιδῇ ἀναισθήτου. Ἀναίσθητος nunc is est qui mente captus est ut nil fere intelligat, at 1107 b 8 ἀναίσθητος, oppositus τῷ σώφρονι, is erat qui sensu caret eo quo omnes jucundas res a tristibus discernunt.

11. ἔτι δ' ἄλογον. Utrumque igitur consentaneum est, eos qui male egerint neque ignorasse quo hac agendi ratione perventuri essent nec noluisse eo pervenire quo haud inscii pergebant (a 7—10; a 11—12). Unde patet, ἑκούσιον εἶναι τὴν μοχθηρίαν 1113 b 16; vel ut vs 12 sq. (εἰ δὲ . . . . ἂν εἴη) concluditur, ἑκόντα τὸν ἀδικοῦντα εἶναι ἄδικον. Q. e. d.

13. οὐ μὴν ἐάν γε βούληται: plene ante haec verba interpungendum. Quae enim hinc usque ad vs 21 leguntur, ad unam sententiam spectant gravissimam, qua bene cognitâ intelligitur quid in errore illo, habitum animi penes nos esse negante, insit veri.

14. οὐδὲ γὰρ ὁ νοσῶν ὑγιής. Hoc nimirum, aegrotum non fieri sanum simulac ipsi placuerit, valde probabile. Imo absurdum tale dictum, nisi illico peculiare quoddam morborum genus dici significetur, in quo uno vel valet aliquid vel valuit ab initio voluntas hominis. Scribendum igitur οὐδὲ γὰρ ὁ νοσῶν ὑγιής, εἰ καὶ (εἰ οὕτως ἔτυχεν) ἑκὼν νοσεῖ, ἀκρατῶς βιοτεύων κ. τ. λ.

16. τότε i. e. donec tempus erat, vel ἐξ ἀρχῆς (vs 20).

1114 a 17 μὴ νοσεῖν, προεμένῳ δ' οὐκέτι, ὥσπερ οὐδ' ἀφέντι λίθον ἔτι Γ 7
αὐτὸν δυνατὸν ἀναλαβεῖν· ἀλλ' ὅμως ἐπ' αὐτῷ τὸ βαλεῖν καὶ ῥῖψαι· ἡ γὰρ ἀρχὴ ἐπ' αὐτῷ. οὕτω δὲ καὶ τῷ ἀδίκῳ καὶ τῷ ἀκολάστῳ ἐξ ἀρχῆς μὲν ἐξῆν τοιούτοις μὴ γενέσθαι, διὸ ἑκόντες εἰσίν· γενομένοις δ' οὐκέτι ἔξεστι μὴ εἶναι. οὐ μό- 5
νον δ' αἱ τῆς ψυχῆς κακίαι ἑκούσιοί εἰσιν, ἀλλ' ἐνίοις καὶ αἱ τοῦ σώματος, οἷς καὶ ἐπιτιμῶμεν· τοῖς μὲν γὰρ διὰ φύσιν αἰσχροῖς οὐδεὶς ἐπιτιμᾷ, τοῖς δὲ δι' ἀγυμνασίαν καὶ ἀμέλειαν. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ ἀσθένειαν καὶ πήρωσιν· οὐθεὶς γὰρ ἂν ὀνειδίσειε τυφλῷ φύσει ἢ ἐκ νόσου ἢ ἐκ πληγῆς,

---

21. ἔξεστι] K^b M^b O^b ἐστι. 24. K^b ἀγυμναστίαν.

---

17 προεμένῳ δ' οὐκέτι. Cogitandum προεμένῳ τὸ τότε ἐν ᾧ ἐξῆν (vs 16), ut Polybius expresso objecto προΐεσθαι τοὺς καιροὺς dixit. Sed in usu hujus verbi apud Aristotelem satis usitati atque in varias partes conversi (quem quidem usum explicare nunc longum est) vix unum exemplum inveneris quod huic loco simile sit.

20. ἐξ ἀρχῆς μὲν ἐξῆν: eodem spectat quod cap. 8 dicitur τῶν δὲ ἕξεων (κύριοί ἐσμεν) τῆς ἀρχῆς 1114 b 32. Et hanc quidem in difficili ista quaestione, de qua haud pauca dialectice disputat, eam sententiam esse credas in qua maxime ipse Aristoteles persistendum esse putaverit.

21 sq. οὐ μόνον δ' αἱ τῆς ψυχῆς κακίαι ἑκούσιοί εἰσιν, κ. τ. λ. Tanquam novum in his proponi videtur quod novum non sit; quum enim subtilius quam verius dicerentur morbi esse κακίαι τοῦ σώματος, morbos quosdam atque corporum κακίας ἐφ' ἡμῖν (καὶ ἑκούσια) εἶναι jamjam vs 14—16 audivimus. At haec verba, quae cum iis quae usque ad vs 31 (ἐφ' ἡμῖν ἂν εἴεν) sequuntur in unum syllogismum comprehendas, aliud sibi proponunt. Quamquam enim quid dicant, quid valeant, vario modo dubitari potest, tamen id confidenter de summâ rei affirmaveris, novâ demonstratione, in qua terminus medius sit τὸ ἐπιτιμώμενον, per similitudinem rerum in corpore apparentium probari idem quod antea ὅτι αἱ (τῆς ψυχῆς) κακίαι ἑκούσιοι. Quam in sententiam conclusio fit vs 28 (τῶν δὴ περὶ τὸ σῶμα cet.) — vs 31 in hunc modum: in corporis malo habitu constat vituperari cujus causa penes nos sit; ergo omnino is habitus penes nos erit qui vituperatur (ἀντιστρέφει γάρ); αἱ δὲ τῆς ψυχῆς κακίαι ἐπιτιμῶνται, ἐφ' ἡμῖν οὖν εἰσιν. Q. e. d. — Itaque vis hujus argumentationis, quantacunque est, in eo vinculo est posita, quo res ethicas cum laude et vituperatione conjunctas esse saepe comperimus; v. annotationem, quam initio hujus libri Γ praemisimus. Modo pro vocibus ψέγειν, ψόγος nunc magis placuit ἐπιτιμῆσαι dicere, quod verbum praeter hunc locum semel tantum in Nic. occurrit (1168 a 29). Neque auctori M M., qui imitando hasce Nicomacheorum sententias 1187 a 19—29 agnoscit, videbatur esse cur ab usitato genere loquendi discederetur; ψόγον enim et ψέγειν scribit.

Γ 7 ἀλλὰ μᾶλλον ἐλεῆσαι· τῷ δ' ἐξ οἰνοφλυγίας ἢ ἄλλης 1114 a 27
ἀκολασίας πᾶς ἂν ἐπιτιμήσαι. τῶν δὴ περὶ τὸ σῶμα κα-
κιῶν αἱ ἐφ' ἡμῖν ἐπιτιμῶνται, αἱ δὲ μὴ ἐφ' ἡμῖν οὔ. εἰ
δ' οὕτω, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων αἱ ἐπιτιμώμεναι τῶν κακιῶν
5 ἐφ' ἡμῖν ἂν εἶεν. εἰ δέ τις λέγοι ὅτι πάντες ἐφίενται τοῦ
φαινομένου ἀγαθοῦ, τῆς δὲ φαντασίας οὐ κύριοι, ἀλλ' ὁποῖός
ποθ' ἕκαστός ἐστι, τοιοῦτο καὶ τὸ τέλος φαίνεται αὐτῷ· εἰ 1114 b
μὲν οὖν ἕκαστος ἑαυτῷ τῆς ἕξεώς ἐστί πως αἴτιος, καὶ τῆς
φαντασίας ἔσται πως αὐτὸς αἴτιος· εἰ δὲ μή, οὐθεὶς αὐτῷ

---

31. *εἰ δέ τις λέγοι .... b 1 φαίνεται αὐτῷ.* Hic quaerendi vel docendi modus, ad quem respondere Aristoteles conatur in apodosi *εἰ μὲν οὖν* b 1 sq., non diversus quidem est ab illo propter quem a 3 sibi ipse quasi objiciebat *ἀλλ' ἴσως τοιοῦτός ἐστιν ὥστε μὴ ἐπιμεληθῆναι* (u. v.). Sed ab utraque parte nunc altius descenditur illuc, ubi velut fons est aut erroris aut veritatis cognoscendae.

1. *εἰ μὲν οὖν . . . b 3 καὶ τῆς φαντασίας ἔσται πως αὐτὸς αἴτιος.* Duas respondendi rationes tentari apparet, quarum prior his verbis absolvitur, altera a voce *εἰ δὲ μὴ* incipit (b 3). Priore vero ea quidem cognatio, quam adversarius inter *τὴν ἕξιν* et *τὴν φαντασίαν* postulaverat, non negatur esse: neque enim poterat negari ab eo qui ipse modo scripserat *ἐν ἑκάστοις τἀληθὲς τῷ σπουδαίῳ φαίνεται* (1113 a 30). Sed nititur refutatio eâ sententiâ quae post effecta est *ὅτι ἕκαστος ἑαυτῷ τῆς ἕξεώς πως αὐτὸς αἴτιος*, scilicet suo vivendi atque agendi more (a 4—10) et, si non quolibet temporis momento, at a primo initio (a 19 sq.). Ita igitur *καὶ τῆς φαντασίας ἔσται πως αὐτὸς αἴτιος* (b 3). At regrediamur, sicut jubemur, mente ad illud primum initium; ibi enim ea quidem *ἕξις*, quam homo agendo ipse faciat, nulla erit; sed *φαντασίαν* aliquam, qua actiones suas dirigat, necessario habebit nec minus seu naturâ seu quocunque modo *ποιός τις* (a 32) erit. Ergo illius quidem *φαντασίας*, quae principalis est, non est aequa ratio ac habitûs; nec temere factum est, ut Aristoteles quasi non contentus isto decreto b 2. 3 contrariam viam (*εἰ δὲ μὴ* b 3 sq.) tentaverit.

3 sq. *εἰ δὲ μή* sc. *οὕτως ἔχει*: frustra enim accuratius scire cupiverimus, utrum Aristoteles praecedentis argumentationis propositionem majorem (*ὅτι τῆς ἕξεώς πως αὐτοὶ αἴτιοι*) an ipsius syllogismi quo ad conclusionem (*ὅτι τῆς φαντασίας πως αὐτοὶ αἴτιοι*) perventum est, sanitatem hac voce *εἰ δὲ μή* dubitationi alicui obnoxiam esse concesserit. — Ea vero quae sequuntur (*οὐθεὶς αὐτῷ αἴτιος τοῦ κακὰ ποιεῖν κ.τ.λ.*) tantum abesse apparet, ut refellant hunc adversarium ut simpliciter exponant quid ille dicturus sit; idque eo modo, ut nonnunquam (eodem enim tenore pergitur usque ad verba *ἡ τελεία καὶ ἀληθινὴ ἂν εἴη εὐφυΐα* vs 12) dubites, annon ipsum Aristotelem audias loquentem, non alium. Nam quod nunc legitur vs 4 *ἀλλὰ* (sc. *ἕκαστος*) *δι' ἄγνοιαν τοῦ τέλους ταῦτα πράττει* proxime accedit ad sententiam illam *ἀγνοεῖ μὲν οὖν πᾶς ὁ μοχθηρὸς ἃ δεῖ πράττειν καὶ ὧν ἀφεκτέον* (i. e. *τὸ τέλος*) *καὶ διὰ τὴν τοιαύτην ἁμαρτίαν ἄδικοι καὶ ὅλως κακοὶ γίνονται*

1114 b 4 αἴτιος τοῦ κακὰ ποιεῖν, ἀλλὰ δι' ἄγνοιαν τοῦ τέλους ταῦτα πράττει, διὰ τούτων οἰόμενος αὐτῷ τὸ ἄριστον ἔσεσθαι. ἡ δὲ τοῦ τέλους ἔφεσις οὐκ αὐθαίρετος, ἀλλὰ φῦναι δεῖ ὥσπερ ὄψιν ἔχοντα, ᾗ κρινεῖ καλῶς καὶ τὸ κατ' ἀλήθειαν ἀγαθὸν αἱρήσεται. καὶ ἔστιν εὐφυὴς ᾧ τοῦτο καλῶς πέφυκεν· τὸ γὰρ μέγιστον καὶ κάλλιστον, καὶ ὃ παρ' ἑτέρου μὴ οἷόν τε λαβεῖν μηδὲ μαθεῖν, ἀλλ' οἷον ἔφυ, τοιοῦτον ἕξει, καὶ τὸ εὖ καὶ τὸ καλῶς τοῦτο πεφυκέναι ἡ τελεία καὶ ἀληθινὴ Γ

---

4. $K^b L^b M^b$ τοῦ κακοποιεῖν. 9. καὶ ὃ] K^b εἰ. 9. 10. οἷόν τε] K^b οἴονται.

1110 b 28 sq. Quae autem vs 6—12 praedicatur εὐφυΐα, eam Nicomachea eodem quidem nomine, sicut factum est in Eudemiis, non proponunt. Eudemia enim insigni loco *H* 14 (cf. MM. *B* 8) εὐφυΐαν ὀρέξεως καὶ ἐπιθυμίας illam θείαν εὐτυχίαν esse volunt, quam a fortuitâ et vulgari felicitate discernunt v. 1247 b 39 et 1248 b 3 s. Sed ipsam rem etiam a Nicomacheis agnosci, unicuique probabitur qui e *Z* 13 memor fuerit τῆς φυσικῆς ἀρετῆς vel ex illo capite unius vocis (1144 b 34) οὐ γὰρ ὁ αὐτὸς εὐφυέστατος πρὸς ἁπάσας (sc. τὰς φυσικὰς ἀρετάς ib. 36). Imo qui 1179 b 8 habere dicuntur ἦθος εὐγενὲς et 1179 b 22 s. esse ὡς ἀληθῶς εὐτυχεῖς, prorsus iidem sunt qui hic vocantur εὐφυεῖς. Cf. etiam εὐφυΐαν quam breviter Rhetorica commemorant 1362 b 24. Ad hoc igitur vel naturae vel dei donum, quod esse in nonnullis multumque in rebus ethicis valere non negavit Aristoteles, verbis εἰ δὲ μὴ b 3—12 universa res refertur; ut harum sententiarum rationem tuto ita circumscripseris, neque alienam opinionem tanquam falsam exponi neque eam doctrinam tradi, quam ipse scriptor ut certam et suam commendare voluerit, quamquam erat in ipsius sententiâ quod huc cogitationem ferret.

7. τὸ κατ' ἀλήθειαν ἀγαθὸν seu βουλευτόν (cap. 6): quod quidem a viro bono cerni antea constabat; jam vero de eo quaeritur, qui nondum factus est vir bonus.

9. τὸ γὰρ μέγιστον καὶ κάλλιστον: hoc est Eudemo, paene modum Aristotelici generis docendi excedenti, τὸ ἐν ἡμῖν θεῖον, κρεῖττον illud τοῦ νοῦ καὶ βουλεύσεως 1248 a 27 et 32.

9 s. ὃ παρ' ἑτέρου sc. ἐθίζοντος ἢ διδάσκοντος, μὴ οἷόν τε λαβεῖν μηδὲ μαθεῖν. Esse tale quid in animo et oportere adsit ut vera virtus fiat, etiam Aristoteli constat, qui sub finem operis (*K* 10) et profitetur parum τοὺς λόγους valere πρὸς τὸ ποιῆσαι ἐπιεικεῖς 1179 b 4—10 et satis indicat quam bene intellexerit, nec τὴν ὀρθὴν ἀγωγὴν apud omnes omnia posse efficere. — Ceterum apparet summam rei, de qua agitur, ne pendere quidem ab hac quaestione utrum facultas illa cernendi ope humanâ ab alio ad alios propagari possit necne. Ut enim possit, nonne is qui eam non acceperit recte arguet seu fortunam seu alios homines, se ipsum excusabit ὅτι οὐχ ἑαυτῷ αἴτιος τοῦ κακὰ ποιεῖν (b 3. 4)?

7 ἂν εἴη εὐφυΐα. εἰ δὴ ταῦτ' ἐστὶν ἀληθῆ, τί μᾶλλον ἡ 1114 b 12
ἀρετὴ τῆς κακίας ἔσται ἑκούσιον; ἀμφοῖν γὰρ ὁμοίως, τῷ
ἀγαθῷ καὶ τῷ κακῷ, τὸ τέλος φύσει ἢ ὁπωσδήποτε φαί-
νεται καὶ κεῖται, τὰ δὲ λοιπὰ πρὸς τοῦτ' ἀναφέροντες
8 πράττουσιν ὁπωσδήποτε. εἴτε δὴ τὸ τέλος μὴ φύσει ἑκάστῳ
φαίνεται οἱονδήποτε, ἀλλά τι καὶ παρ' αὐτόν ἐστιν, εἴτε
τὸ μὲν τέλος φυσικόν, τῷ δὲ τὰ λοιπὰ πράττειν ἑκουσίως
τὸν σπουδαῖον ἡ ἀρετὴ ἑκούσιόν ἐστιν, οὐθὲν ἧττον καὶ ἡ
κακία ἑκούσιον ἂν εἴη· ὁμοίως γὰρ καὶ τῷ κακῷ ὑπάρχει
τὸ δι' αὐτὸν ἐν ταῖς πράξεσι καὶ εἰ μὴ ἐν τῷ τέλει. εἰ
οὖν, ὥσπερ λέγεται, ἑκούσιοί εἰσιν αἱ ἀρεταί (καὶ γὰρ τῶν

---

15. πρὸς τοῦτ'] ll. (ut vid.) omnes πρὸς ταῦτ'. 16. K^b πράττομεν. 17. παρ' αὐτὸν] ex uno (ut vid.) K^b; cett. παρ' αὐτῷ. 21. καὶ εἰ — τέλει] K^b καὶ τῷ τελείῳ. 22. 23. K^b καὶ τῶν αἰτίων ἕξεων.

---

12. εἰ δὴ ταῦτ' ἐστὶν ἀληθῆ. Ταῦτα i. e. ea doctrina quae inde a vs b 3 (εἰ δὲ μή) explicata est. Cui quae Aristoteles opponi vult usque ad verba ὁμοίως γάρ (b 25) omnia ita comparata sunt ut demonstretur, istam doctrinam a pravitate, quae sic quidem culpâ liberetur, necessario pertinere ad virtutem. V. ad 1113 b 6. 7. Ergo si quis fuerit qui haud dubitet docere ὅτι οὐθεὶς ἑαυτῷ αἴτιος οὐδὲ τοῦ ἀγαθὰ ποιεῖν (v. b 3. 4), contra eum vis argumentorum quae sequuntur aut nulla aut exigua erit.

16. εἴτε δὴ τὸ τέλος . . . . b 21 καὶ εἰ μὴ ἐν τῷ τέλει. Fundamentum quo in hac periodo, postquam antecedente sententiâ τὸ ὁμοίως (b 13) probatum est (δή), demonstratio nititur in verbis ἡ ἀρετὴ ἑκούσιόν ἐστιν b 19 inest. „Quod si verum est, haud quidem omnia ita liquent, ut controversiis de ipsâ virtutis naturâ nullus relinquatur locus (εἴτε — εἴτε b 16. 17), at de principali sententiâ ὅτι ἡ κακία ἀκούσιος actum est.“ Εἰ δὴ ἡ ἀρετὴ ἑκούσιόν ἐστιν, εἴτε τῷ τὸ τέλος μὴ φύσει φαίνεσθαι ἀλλά τι καὶ παρ' αὐτὸν εἶναι, εἴτε τῷ τὸ μὲν τέλος φυσικὸν εἶναι τὰ δὲ λοιπὰ ἑκουσίως τὸν σπουδαῖον πράττειν, οὐθὲν ἧττον καὶ ἡ κακία ἑκούσιον ἂν εἴη. Sic enim minus quidem eleganti, sed rectâ constructione idem diceretur. — Sin de sententiâ quaeras, prius εἴτε b 16 ne tentatâ quidem refutatione eorum quae modo b 3 — 12 dicta sunt ad illud εἰ μὲν οὖν b 1 sq. reverti vides; posterius vero εἴτε b 17 ita disputat, tanquam possit virtus humana libero animi arbitrio vindicari, etiamsi majore e parte vera videantur quae inde a voce εἰ δὲ μή b 3 proposita sunt; ut forsitan τὸ τέλος quidem seu τὸ βουλητὸν naturae necessitati cuidam permittatur, βούλευσις vero et προαίρεσις ipsius animi merito adscribatur: haec enim sunt „λοιπά“ b 18.

22. ὥσπερ λέγεται. Brevius ac paullo confidentius vs 21 — 25 ab eâdem propositione ad eandem conclusionem quas modo b 16 — 21 legimus pergitur. Quod enim nunc de virtute dicitur (καὶ γὰρ τῶν ἕξεων . . . . τιθέμεθα vs 22 — 24), ne ejus quidem sententiae, quae in verbis

ἕξεων συναίτιοί πως αὐτοί ἐσμεν, καὶ τῷ ποιοί τινες εἶναι Γ 7
τὸ τέλος τοιόνδε τιθέμεθα), καὶ αἱ κακίαι ἑκούσιοι ἂν εἶεν·
ὁμοίως γάρ.

Κοινῇ μὲν οὖν περὶ τῶν ἀρετῶν εἴρηται ἡμῖν τό τε 8
γένος τύπῳ, ὅτι μεσότητές εἰσιν, καὶ ὅτι ἕξεις, ὑφ' ὧν τε
γίνονται [καὶ] ὅτι τούτων πρακτικαὶ καθ' αὑτάς, καὶ ὅτι

---

24. Kᵇ *ἑκούσιαι.* 26. *ἡμῖν*] Kᵇ *ἡ μὲν.* *τό τε*] Kᵇ *τὸ.* 27. *ὅτι — ἕξεις*] Kᵇ *ὅτι μεσότης καὶ ἕξις*, et sim. Oᵇ. 28. [*καὶ*] *ὅτι — καθ' αὑτάς*] KᵇOᵇ *ὅτι τούτων πρακτικαὶ καὶ καθ' αὑτάς.*

---

proxime praecedentibus *εἴτε τὸ μὲν τέλος φυσικόν, τῷ δὲ τὰ λοιπὰ ἑκουσίως πράττειν* b 17—19 haud improbabatur, ratione habitâ dictum est; totumque cum illis concinit quae jam b 1 erant *εἰ μὲν οὖν ἕκαστος ἑαυτῷ τῆς ἕξεώς ἐστί πως αἴτιος, καὶ τῆς φαντασίας (ἢ τὸ τέλος τοιόνδε τίθεται) ἔσται πως αὐτὸς αἴτιος.* Scilicet quasi aut nunquam audita esset illa opinio a 31 — b 12 aut explosa. Audacius hoc; ideoque forte factum, ut ab altera parte cautius ageret Aristoteles, *ὥσπερ λέγεται* scribens; qua voce se non ita auctorem horum verborum faciebat ac si scripsisset *ὥσπερ εἴρηται* vel *ὥσπερ λέγομεν*; v. ad 1114 b 3 sq. adnot. extr.

Cap. 8. Iam de universâ virtutis ethicae naturâ satis actum esse ratus, breviter Aristoteles recenset capita disputationis quam inde ab initio libri *B* hucusque instituit — 1114 b 30. Et quum mens adhuc in ultimâ quam tractavit quaestione quodammodo defixa sit, ad illam pauca adjicit unde sententia sua melius intelligatur — 1115 a 3.

26. *κοινῇ μὲν οὖν περὶ τῶν ἀρετῶν* sc. *τῶν ἠθικῶν.* Bene enim se memorem esse, omnia quae ll. *B* et *Γ* disputentur ad alterum tantum virtutum genus spectare, post 1106 b 16 (*λέγω δὲ τὴν ἠθικήν*) et 1109 a 20 (*ὅτι μὲν οὖν ἐστὶν ἡ ἀρετὴ ἡ ἠθικὴ μεσότης*) non jam necesse esse videbatur Aristoteli ut diceret. Alterum vero genus *τῶν διανοητικῶν* postquam 1103 a 4 — 17 distinxit et seposuit, ne semel quidem hucusque commemoravit (1108 b 9 u. v.).

27. *ὅτι μεσότητές εἰσιν*: hoc *B* 5 effici vidimus, insequentibus capitibus firmari et explicari. Quod proxime subjungitur *ὅτι ἕξεις*, ad *B* 4 respicit; deinde *ὑφ' ὧν τε γίνονται καὶ ὅτι τούτων πρακτικαὶ καθ' αὑτάς*, ad *B* 1 — 3. Primis vero libri *B* capitibus qui meminerit quâ viâ disputatio incedat, dubitabit annon aut deletâ aut transpositâ particulâ *καὶ* scribendum sit *ὑφ' ὧν τε γίνονται ὅτι τούτων (καὶ) πρακτικαὶ καθ' αὑτάς.* Quae conjectura duorum librorum apud Bekkerum (Kᵇ et Oᵇ), illud *καὶ* omittentium auctoritate firmatur.

28. *καὶ ὅτι ἐφ' ἡμῖν καὶ ἑκούσιοι* (*αἱ ἀρεταί*): id ipsum quidem uno capite *Γ* 7 pertractatum est; sed ut ad hanc quaestionem perveniri posset, non temere dixeris praemittenda fuisse quaecunque *Γ* 1—6 (*περὶ ἑκουσίου καὶ ἀκουσίου* c. 1—3, *περὶ βουλεύσεως καὶ προαιρέσεως* c. 4 et 5, *περὶ βουλήσεως* c. 6) legimus. — Haud male igitur vs 27—29 (*ὅτι μεσότητες . . . . ἑκούσιοι*) quam brevissime fieri poterat capita disputationis universae *B* 1 — *Γ* 7 perlustrata esse censeas; ut mireris,

Γ 8 ἐφ' ἡμῖν καὶ ἑκούσιοι [καὶ οὕτως ὡς ἂν ὁ ὀρθὸς λόγος 1114 b 29
προστάξῃ]. οὐχ ὁμοίως δὲ αἱ πράξεις ἑκούσιοί εἰσι καὶ αἱ 30
ἕξεις· τῶν μὲν γὰρ πράξεων ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους
κύριοί ἐσμεν, εἰδότες τὰ καθ' ἕκαστα, τῶν ἕξεων δὲ τῆς

---

29. 30. [καὶ οὕτως — προστάξῃ] vid. del. 30. οὐχ] K[b] οὐχί.

---

quid insuper addi potuerit. Quod vero additur καὶ οὕτως ὡς ἂν ὁ ὀρθὸς λόγος προστάξῃ vs 29. 30 sane et ipsum mirum videtur. Primum enim ad οὕτως cogitatione advocandum erit πρακτικαὶ e vs 28, id quod vix ferri potest; at deinde tantum abest, ut in libris *B Γ* insignis quaedam opera posita sit in ista quaestione, quaenam sit ratio inter ethicam virtutem et inter τὸν ὀρθὸν λόγον, ut omnino bis tantum illius λόγου mentio magis sit facta quam naturae ejus munerisve descriptio: 1103 b 31 enim erat τὸ μὲν οὖν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον πράττειν κοινὸν καὶ ὑποκείσθω, ῥηθήσεται δ' ὕστερον περὶ αὐτοῦ, καὶ τί ἐστιν ὁ ὀρθὸς λόγος καὶ πῶς ἔχει πρὸς τὰς ἄλλας ἀρετάς et 1106 b 36 ἔστιν ἄρα ἡ ἀρετὴ ἕξις προαιρετική . . . . ὡρισμένη λόγῳ καὶ ὡς ἂν ὁ φρόνιμος ὁρίσειε (ad q. l. v.). Videndum igitur, utrum his dictis tantum tribuisse Aristoteles censendus sit ut quasi extra ordinem in principalem locum novam fere hanc sententiam (neque enim προστάττειν τὸν λόγον omnino adhuc legimus) evocaret, an credamus potius, addita haec a lectore quodam esse qui opportunitate talis loci illectus ipse subjunxerit quod in universâ doctrinâ magni momenti esse sciret. V. etiam proxima.

30. οὐχ ὁμοίως δὲ αἱ πράξεις ἑκούσιοί εἰσι καὶ αἱ ἕξεις. Apparet longe aptius haec adjungi, si praecedentia verba (καὶ οὕτως . . . προστάξῃ) ejecta fuerint; excipiunt enim ita vocem καὶ ὅτι ἐφ' ἡμῖν καὶ ἑκούσιοι. Nam hac emissâ veritus Aristoteles ne plus dixisse videretur quam vel rerum ratio vel capitis 7 disputatio permitteret, nonnulla subjungenda censuit (— 1115 a 3) quibus sententiam suam intra justos fines revocaret. Qua in re ad ea regressus est quae 1114 a 13—21 legebantur, ibi enim jam audivimus ὅτι ἐξ ἀρχῆς μὲν ἐξῆν τοιούτοις μὴ γενέσθαι, . . . γενομένοις δ' οὐκέτι ἔξεστι μὴ εἶναι; sed quaedam ad rem melius illustrandam nunc accedunt. Propria enim habitûs ratio oppositis actionibus describitur: perspicuo quidem discrimine; quamquam id minus caute factum est, ut diceretur τῶν μὲν πράξεων ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τοῦ τέλους κύριοί ἐσμεν (b 31); admissâ enim actionum in partes divisione non jam verum est, omnia penes nos esse; quî enim poterit qui male inceperit bene pergere? — Praeterea refert observare, in his controversiam quae ultima cap. 7 (1114 a 31 sq.) mota est prorsus jam negligi. Nam quae illic erat dubitatio an finis propositi ipsi auctores simus, eam aequo modo ad habitum atque ad actiones pertinere constat (εἰ δὲ μή, οὐθεὶς ἑαυτῷ αἴτιος τοῦ κακὰ ποιεῖν b 3). Magis igitur magisque elucet (v. ad b 16 et b 22), nolle Aristotelem mirabili illâ vel tristi sententiâ, quam silentio praeterire par non erat, at refellere difficile, jam amplius impediri quominus tractationem rerum ethicarum ratione institutâ, tanquam τῶν ἐφ' ἡμῖν ὄντων, conficiat.

1115 a 1 ἀρχῆς, καθ' ἕκαστα δὲ ἡ πρόσθεσις οὐ γνώριμος, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἀῤῥωστιῶν· ἀλλ' ὅτι ἐφ' ἡμῖν ἦν οὕτως ἢ μὴ οὕτω χρήσασθαι διὰ τοῦτο ἑκούσιοι. Γ

Γ 9 — E extr.

Ἀναλαβόντες δὴ περὶ ἑκάστης εἴπωμεν τίνες εἰσὶ καὶ περὶ ποῖα καὶ πῶς· ἅμα δ' ἔσται δῆλον καὶ πόσαι εἰσίν. 9

3. χρήσασθαι] $K^b O^b$ χρῆσθαι. 4. post ἑκάστης Bekk. comma.

1. καθ' ἕκαστα (i. e. τὰ μετὰ τὴν ἀρχήν) ἡ πρόσθεσις οὐ γνώριμος. Πρόσθεσις dicitur habitûs quasi incrementum; qua in re usitatius ἐπίδοσις. Quodsi ne sciri quidem potest, quomodo habitus semel initio facto increscat, apparet reliqua in eo voluntatis arbitrio subtracta esse: „ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἀρρωστιῶν" cf. τὸν νοσοῦντα 1114 a 14 sq.

2. ἀλλ' ὅτι ἐφ' ἡμῖν ἦν i. e. ἀπ' ἀρχῆς. Ita ad οὕτως ἢ μὴ οὕτω χρήσασθαι maxime cogitabis „ταῖς δυνάμεσι" quae tum quidem nondum in formam habitûs abierant (cf. B 4). Sin de iis meditandum videatur, quae post fiunt, nunc sane eo non spectat Aristoteles; sed quoniam singulas actiones et ab habitu aptas esse et liberas esse vult, ex ejus sententiâ dicetur quum hominem in agendo χρήσασθαι τῇ ἕξει, tum patere etiam ad istam χρῆσιν aliquod, quamvis circumscriptum spatium quo ut libet ac diverso modo, vel in bonam vel in malam partem uti possit. Ergo etiam μετὰ τὴν ἀρχὴν ipsum habitum non prorsus voluntatis humanae potestati exemtum esse, ut aegrotus quoque, quamquam haud sanus futurus sit dummodo voluerit, tamen facere multa possit quibus morbi vim effringat. Nec tamen philosophus in his libris usquam ad istas sententias explicandas descendit.

De universâ ethicâ virtute actum est A 13 — Γ 8 (vid. ad A 13). Iam igitur Aristoteles pergit ad singulas quasque illas pertractandas, eodem paene numero eodemque ordine quo B 7 (u. v.) eas tanquam mediocritates recensuit. Etenim quoniam τὸ ἀνθρώπινον ἀγαθὸν ψυχῆς ἐνέργεια κατ' ἀρετήν, εἰ δὲ πλείους αἱ ἀρεταί, κατὰ τὴν ἀρίστην καὶ τελειοτάτην (1098 a 16), ob id ipsum necesse est singulae virtutes quotquot sunt probe noscantur ut componi inter se possint.

Scribendum autem in unâ quae transitum parat sententiâ 1115 a 4. 5 ἀναλαβόντες δὴ περὶ ἑκάστης εἴπωμεν deleto commate ante εἴπωμεν. Ἑκάστης sc. ἀρετῆς, quod a verbis κοινῇ μὲν οὖν περὶ τῶν ἀρετῶν 1114 b 26 repetendum est; tenaces enim memoriâ Graeci sunt, ut ratio sententiarum semel indicata ne interpositis quidem pluribus vocibus (1114 b 30 — 1115 a 3) obscurata videatur.

5. ἅμα δ' ἔσται δῆλον καὶ πόσαι εἰσίν: sunt vero, si τὴν αἰδῶ (cui accedit B 7 ἡ νέμεσις) e numero verarum virtutum exceperis, et in his libris et B 7 undecim. Quodsi Aristotelem, ut par erat, animo etiam ad id spectasse ut numerus virtutum integer plenusque esset ex his verbis satis certum est, eo magis quaeretur quonam tandem modo ipse sibi cavisse visus sit, ne male quid omitteretur. An hac quidem de re omnium consensu satis constare putabat? seve ipsum confidebat

9 *καὶ πρῶτον περὶ ἀνδρείας. ὅτι μὲν οὖν μεσότης ἐστὶ περὶ φόβους καὶ θάῤῥη, ἤδη καὶ πρότερον εἴρηται. φοβούμεθα δὲ δῆλον ὅτι τὰ φοβερά, ταῦτα δ' ἐστὶν ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν* 1115 a

7. *καὶ πρότερον εἴρηται*] K^{b}O^b *φανερὸν γεγένηται*. 8. *ὡς ἁπλῶς*] K^{b}M^{b}O^b *ἁπλῶς*.

---

res humanas vitamque bonorum satis observasse, ut errandi periculum procul esset? Etenim eâ viâ ac ratione quae praesto erat eum non esse usum apparet ut profectus a suâ virtutis definitione *ὅτι περὶ πάθη καὶ πράξεις μεσότης* aut omnia *παθῶν*, quae in animo sunt, aut omnia *πράξεων*, quibus opera danda est, genera ante oculos poneret atque ita quaestionem *πόσαι εἰσὶν* absolutâ quaestione *περὶ ποῖα* tutius quasi aggrederetur. Qua de re v. ad 1107 a 33.

1) Γ 9—12 (1115 a 6 — 1117 b 22) *περὶ ἀνδρείας*.

Ἀνδρείαν Bekkerus ubique scribit in Nic.; *ἀνδρίαν* ubique in Pol., fere semper in M M. (at 1187 a 10 et 1206 a 33 *ἀνδρεία* est) atque in physicis scriptis (ubi semel occurrit *ἀνδρεία* 648 a 10); at in Eudemiis paene toties *ἀνδρία* quoties *ἀνδρεία* legitur. De re cf. (ne Platonis Menonem et Lachetem adlegem) Eud. Γ 1 et M M. Α 20. In Nic. autem de iis, quae ad hanc virtutem pertinent, quatuor potissimum capitibus agitur; ut primum 1115 a 6 — b 24 circumscribatur, ad quasnam res fortitudo ipsa spectet et quaenam in illis sit ejus ratio, deinde 1115 b 24 — 1116 a 9 vitia quae ex diversis partibus isti virtuti opposita sunt adumbrentur; tertio loco 1116 a 10 — 1117 a 28 reversus ad virum fortem philosophus ostendit, esse quinque agendi habendive modos qui similitudinem aliquam virtutis exhibeant, at a verâ ejus naturâ vel aliquantum vel toto coelo differant; denique cap. 12 (1117 a 29 — b 22) id maxime spectatur ut quid sit fortitudini cum dolore et cum gaudio recte noscatur: cui quidem quaestioni accenseantur quae post, comparatâ in hanc partem ignaviâ cum intemperantiâ, 1119 a 21—33 leguntur.

a) 1115 a 6 — b 24. In hujus capitis priore parte — b 6 id quaeritur *περὶ τί ἡ ἀνδρεία*; De qua quidem re ita agitur, ut demonstretur *τίνα τὰ φοβερὰ περὶ ἃ ἡ ἀνδρεία* (a 24).

7. *περὶ φόβους καὶ θάῤῥη ἤδη καὶ πρότερον εἴρηται* v. 1107 a 33. Quum igitur in proximis de metu et de iis quae metum movent disputetur, non item fit in altero animi affectu et in iis quae ad illum attinent. Etenim quoniam Aristoteli constat *ὅτι περὶ θάῤῥη καὶ φόβους ἡ ἀνδρεία οὖσα οὐχ ὁμοίως περὶ ἄμφω ἐστίν, ἀλλὰ μᾶλλον περὶ τὰ φοβερά* (1117 a 29—32), satis habet nunc aut ita loqui tanquam *τὸ θαῤῥεῖν* seu *τὸ εὐθαρσῶς ἔχειν* prorsus idem sit quod *τὸ μὴ φοβεῖσθαι* (1115 a 21. 23), aut ita ut significet neminem saltem false de alterâ re judicaturum esse dummodo alterius rei naturam recte perspexerit (*ὁμοίως δὲ καὶ τὰ θαῤῥαλέα* 1115 b 10 et fere iisdem verbis ib. 16 et 18).

8. 9. *ταῦτα* (i. e. *φοβερὰ*) *δ' ἐστὶν ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν τὰ κακά· διὸ καὶ τὸν φόβον ὁρίζονται προσδοκίαν κακοῦ*, ut Plato (Laches 198 b) *δέος προσδοκία μέλλοντος κακοῦ*. Itaque licebit *θάῤῥος* dicere *προσδοκίαν ἀγαθοῦ*. At sic quidem una fortitudo spectare videretur ad

1115 a 9 κακά· διὸ καὶ τὸν φόβον ὁρίζονται προσδοκίαν κακοῦ. Γ 9 φοβούμεθα μὲν οὖν πάντα τὰ κακά, οἷον ἀδοξίαν πενίαν νόσον ἀφιλίαν θάνατον, ἀλλ' οὐ περὶ πάντα δοκεῖ ὁ ἀνδρεῖος εἶναι· ἔνια γὰρ καὶ δεῖ φοβεῖσθαι καὶ καλόν, τὸ δὲ μὴ αἰσχρόν, οἷον ἀδοξίαν· ὁ μὲν γὰρ φοβούμενος ἐπιεικὴς καὶ αἰδήμων· ὁ δὲ μὴ φοβούμενος ἀναίσχυντος. λέγεται δὲ ὑπό τινων ἀνδρεῖος κατὰ μεταφοράν· ἔχει γάρ τι ὅμοιον τῷ ἀνδρείῳ· ἄφοβος γάρ τις καὶ ὁ ἀνδρεῖος. πενίαν δ' ἴσως οὐ δεῖ φοβεῖσθαι οὐδὲ νόσον, οὐδ' ὅλως ὅσα

10. μὲν οὖν] ex uno (ut vid.) K^b; cett. aut οὖν aut καὶ οὖν.

cuncta malarum bonarumque rerum genera i. e. ad omnia; ergo necesse erit angustioribus finibus quod primo in universum propositum est circumscribatur: id quod in proximis ita fit, ut jam demonstrari dixeris ὅτι ἡ ἀνδρεία περὶ φόβους (καὶ θάῤῥη), οὐ πάντας δέ. Qua in re Eudemia nec temere nec omnino contra ipsius Aristotelis sententiam (quam quidem aliis ex locis bene cognitam habemus) paullo diversâ viâ in eundem finem pergunt. V. 1229 a 39 ἐπὶ μόναις ταῖς τοιαύταις φαινομέναις ἔσεσθαι λύπαις φόβος γίνεται ὅσων ἡ φύσις ἀναιρετικὴ τοῦ ζῆν et ib. a 33 sq. ὅλως μὲν οὖν φοβερὰ λέγεται τὰ ποιητικὰ φόβου· τοιαῦτα δ' ἐστὶν ὅσα φαίνεται ποιητικὰ λύπης φθαρτικῆς κ. τ. λ. Cf. 1382 a 21 sq. ἔστω δὴ φόβος λύπη τις (de qua v. quid paullo ante 1382 a 9—12 monitum sit) ἢ ταραχὴ ἐκ φαντασίας μέλλοντος κακοῦ φθαρτικοῦ ἢ λυπηροῦ· οὐ γὰρ πάντα τὰ κακὰ φοβοῦνται. Cum his qui Nicomacheorum locum composuerit, differentiam aliquam non viae et rationis disputandi tantum, sed etiam sententiae ipse percipiet.

12. ἔνια γὰρ καὶ δεῖ φοβεῖσθαι καὶ καλόν. Nicomachea igitur, quum non placeat timorem ad certa tantum malorum genera referri, at fortitudinem in certis tantum rerum metum moventium generibus agnoscunt (οὐ περὶ πάντα sc. κακὰ καὶ φοβερὰ ὁ ἀνδρεῖος a 11). Qua in re quae prima excipiunt ἃ δεῖ φοβεῖσθαι καὶ καλόν, necessario excipiebantur quum de virtute aliqua agatur; imo toto hoc genere per unam ἀδοξίαν (a 10. 13) illustrato ne satis quidem apparet, quot et quantarum rerum jacturae in his praecaveatur. Annon τὰ μάλιστα κακὰ ἥκιστα αἰσθητά, ἀδικία καὶ ἀφροσύνη (1382 a 10)? Neque enim τὰ ἀπὸ κακίας (vs 17. 18) solum, sed ipsa quoque ἡ κακία timenda est, siquidem πάντα τὰ κακὰ φοβερά (vs 8—10). V. ad 1116 b 23.

17. πενίαν δ' ἴσως οὐ δεῖ φοβεῖσθαι. Amoto genere malorum, quod non timuisse nefas est, jam ita proceditur, ut etiam contrarii generis singula quaeque mala seponantur, donec una mors vs 26 reliqua sit. Quo ut perveniretur, ipsam quidem fortitudinis naturam, quoniam virtus est (v. ad vs 12), advocare non licebat, sed aderat linguae usus, quo fortis non dicitur qui in difficili vel miserâ rerum conditione honeste versatur sed qui in periculis; aderat necessitas quaedam e ratione disputationis propositae nata, vetans illa τὸν ἐλευθέριον

Γ 9 μὴ ἀπο κακίας μηδὲ δι' αὐτόν. ἀλλ' οὐδ' ὁ περὶ ταῦτα 1115 a 18 ἄφοβος ἀνδρεῖος. λέγομεν δὲ καὶ τοῦτον καθ' ὁμοιότητα· ἔνιοι γὰρ ἐν τοῖς πολεμικοῖς κινδύνοις δειλοὶ ὄντες ἐλευθέριοί εἰσι καὶ πρὸς χρημάτων ἀποβολὴν εὐθαρσῶς ἔχουσιν. οὐδὲ δὴ εἴ τις ὕβριν περὶ παῖδας καὶ γυναῖκα φοβεῖται ἢ φθόνον ἤ τι τῶν τοιούτων, δειλός ἐστιν· οὐδ' εἰ θαῤῥεῖ μέλλων μαστιγοῦσθαι, ἀνδρεῖος. περὶ ποῖα οὖν τῶν φοβερῶν ὁ ἀνδρεῖος; ἢ περὶ τὰ μέγιστα; οὐθεὶς γὰρ ὑπομενετικώτερος

---

20. 21. K^b M^b ἐλεύθεροί. 22. K^b γυναῖκας. 24. οὖν] K^b O^b γ' οὖν.

---

cum viro forti (a 20 s.), τὸν μὴ ἠλίθιον μηδ' ἀνδραποδώδη (1126 a 5. 8) cum ignavo confundi (a 22—24). — Interpretaberis autem illud οὐ δεῖ φοβεῖσθαι vs 17 (est enim ambiguum, quamquam in Ethicis non invenies Aristotelem tam subtiliter discernentem) „non jubemur honestatis nomine metum admittere“, neque vero „vetamur justâ honestatis lege timere“; illud enim unum accurata oppositionis ratio postulat (cf. vs 12 ἔνια καὶ δεῖ φοβεῖσθαι), hoc a mente philosophi omnino fere alienum esse affirmare ausus sit qui harum rerum pleniorem cognitionem habet.

22. οὐδὲ δὴ εἴ τις ὕβριν . . . . a 24 μέλλων μαστιγοῦσθαι, ἀνδρεῖος. In his talia spectantur, in quibus is qui metu careat facile in contemtum inciderit. Nihilominus de eodem genere de quo antea (v. ad vs 17) agi satis certum est: neque enim jam e memoriâ excidisse dixeris, quae modo vs 17 (οὐδ' ὅλως cet.) judicandi norma proposita est, nec dubium esse potest quin ὕβρις ista et τὸ μαστιγοῦσθαι ita dicatur ut μὴ ἀπὸ κακίας μηδὲ δι' αὐτὸν sit: ergo οὐ δεῖ φοβεῖσθαι. Scilicet aliud est non curare aliquam rem, aliud non metuere.

24 sq. Quum tandem in eo sit, ut sepositis diversis malorum generibus de eo genere, ad quod unum fortitudo spectet, statuatur, per duas notiones ad propositum finem pervenitur: oportet enim τὸν κίνδυνον (vel τὸ κακὸν vel τὸ φοβερὸν) in quo illa cernitur, et magnitudine cetera superare (τὰ μέγιστα a 25, φοβερώτατον a 26, ἐν μεγίστῳ a 30) et ita esse comparatum ut pulcherrimum sit non trepidasse (ἐν καλλίστῳ a 31, ὁ καλὸς a 33). Qua in re quaeretur, num duae illae notiones (de tertiâ enim, quae b 4 subjungitur, ἐν οἷς ἐστιν ἀλκή, v. infra) eae sint, quae conjunctae in idem tendant; dixeris enim, pulchri naturam, quum nemini non aliquantum placeat, minuere terrorem. Licebit igitur dubitare utrum revera Aristoteles hac cogitandi necessitate ad finem exoptatum perlatus sit, annon potius ratione rei publicae gerendae habitâ ab initio sibi persuaserit, principem inter virtutes non posse non ad res bellicas maxime referri. Profecto enim quum vs 31. 32 gaudeat quod cum suâ doctrina solemnis mos civitatum concinat, haud negaturus est, a legibus quidem bellicam fortitudinem non ideo coli quia illa in majoribus atque pulchrioribus periculis spectetur quam reliqua virtus, sed quia primum videatur, quod primum reipublicae conducat (μάλιστα ἀναγκαῖον πρὸς τὸ κοινῇ συμφέρον).

1115 a 26 τῶν δεινῶν. φοβερώτατον δ' ὁ θάνατος· πέρας γάρ, καὶ Γ 9 οὐδὲν ἔτι τῷ τεθνεῶτι δοκεῖ οὔτ' ἀγαθὸν οὔτε κακὸν εἶναι. δόξειε δ' ἂν οὐδὲ περὶ θάνατον τὸν ἐν παντὶ ὁ ἀνδρεῖος εἶναι, οἷον εἰ ἐν θαλάττῃ ἢ ἐν νόσοις. ἐν τίσιν οὖν; ἢ ἐν τοῖς καλλίστοις; τοιοῦτοι δὲ οἱ ἐν πολέμῳ· ἐν μεγίστῳ γὰρ καὶ καλλίστῳ κινδύνῳ. ὁμόλογοι δὲ τούτοις εἰσὶ καὶ αἱ τιμαὶ αἱ ἐν ταῖς πόλεσι καὶ παρὰ τοῖς μονάρχοις. κυρίως δὴ λέγοιτ' ἂν ἀνδρεῖος ὁ περὶ τὸν καλὸν θάνατον ἀδεής, καὶ ὅσα θάνατον ἐπιφέρει ὑπόγυια ὄντα· τοιαῦτα δὲ μάλιστα τὰ κατὰ πόλεμον. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐν θαλάττῃ
1115 b καὶ ἐν νόσοις ἀδεὴς ὁ ἀνδρεῖος, οὐχ οὕτω δὲ ὡς οἱ θαλάττιοι· οἱ μὲν γὰρ ἀπεγνώκασι τὴν σωτηρίαν καὶ τὸν θάνατον τὸν τοιοῦτον δυσχεραίνουσιν· οἱ δὲ εὐέλπιδές εἰσι παρὰ τὴν ἐμπειρίαν. ἅμα δὲ καὶ ἀνδρίζονται ἐν οἷς ἐστὶν ἀλκὴ

---

26. K^b φοβερώτερον. 27. ἔτι τῷ] K^b ἐν τῷ. 29. K^{b}O^b οἷον ἐν θαλάττῃ ἢ νόσοις. 32. αἱ ἐν] K^{b}L^{b}M^b ἐν.

---

27. *οὐδὲν ἔτι τῷ τεθνεῶτι δοκεῖ οὔτ' ἀγαθὸν οὔτε κακὸν εἶναι.* Diverse pro locorum diversitate, sed in eandem sententiam haec dicta sunt atque ea quae *A* 11 (v. ad 1101 a 34) audivimus, ubi videbatur *λίαν ἄφιλον καὶ ταῖς δόξαις ἐναντίον τὸ μηδοτιοῦν συμβάλλεσθαι* (*πρὸς τὸν τεθνεῶτα*) *τὰς τῶν ἀπογόνων τύχας καὶ τῶν φίλων ἁπάντων* 1101 a 22.

35. *οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐν θαλάττῃ*: ubi nimirum forte periculum imminet etiam majus et horribilius quam in pugnâ, vel videtur certe tale *τοῖς ἀπεγνωκόσι τὴν σωτηρίαν καὶ τὸν θάνατον τὸν τοιοῦτον δυσχεραίνουσι* (b 2. 3); sed jam deest decus (v. ad vs 24).

3. *οἱ δὲ* sc. *θαλάττιοι εὐέλπιδες παρὰ τὴν ἐμπειρίαν*: adnumerandi igitur alteri generi eorum, qui e disputatione cap. 11 similitudinem aliquam verae virtutis prae se ferunt (1116 b 3—23).

4. *ἀνδρίζονται ἐν οἷς ἐστὶν ἀλκὴ ἢ καλὸν τὸ ἀποθανεῖν*: hoc quidem satis constat (inde a verbis *ἢ ἐν τοῖς καλλίστοις* a 29), at illud novum. An ita utrumque idem esse dicemus, quia homines antiqui aevi omnino decorem non agnoverint nisi quoad homini vigenti aliquis virium suarum usus permissus esset; quo plane sublato vel viribus fractis, foedum adspectum vitantes, ne vidisse illos quidem, recte in eo quoque qui jam nil possit nisi pati ac tolerare virtutem quaeri virtutisque decus. Sed hoc utcunque se habet, oportebat certe singula quaeque quae de fortitudine proponerentur ad praemissam ejus descriptionem referri; itaque quum timor et adesse possit et abesse, sive *ἀλκῆς* locus est datus sive non est datus, hoc quidem non ad *τὸ μὴ φοβεῖσθαι* sed ad *τὸ θαῤῥεῖν* spectare putaveris; ut etiam ob hanc quaestionem aegre feras quod de naturâ *τοῦ θαῤῥεῖν* dicere paene neglexit philosops (v. ad a 7). Ita enim forte ab initio constitisset,

Γ 9 ἢ καλὸν τὸ ἀποθανεῖν· ἐν ταῖς τοιαύταις δὲ φθοραῖς οὐθέτερον ὑπάρχει.

Τὸ δὲ φοβερὸν οὐ πᾶσι μὲν τὸ αὐτό, λέγομεν δέ τι καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον. τοῦτο μὲν οὖν παντὶ φοβερὸν τῷ γε νοῦν ἔχοντι, τὰ δὲ κατ' ἄνθρωπον διαφέρει μεγέθει καὶ τῷ μᾶλλον καὶ ἧττον· ὁμοίως δὲ καὶ τὰ θαῤῥαλέα. ὁ δὲ ἀνδρεῖος ἀνέκπληκτος ὡς ἄνθρωπος. φοβήσεται μὲν οὖν καὶ

---

8. τῷ γε] $K^b N^b O^b$ τῷ.

---

non sufficere ut eorum quoque mentio aliquando fieret qui τὸν θυμὸν ἐπὶ τὴν ἀνδρείαν ἐπιφέρουσιν (1116 b 23 sqq.), sed ipsam fortitudinem ad id genus virtutum pertinere, quae sint περὶ θυμόν. Annon ὁ θυμὸς ea vis animi est, qua surgit quasi ad depellendas res adversas atque ad suam vel libertatem vel dignitatem vel naturam tuendam? At cf. quae jam pridem ad 1105 b 23 monita sunt.

Cap. 10 — 1115 b 24. 7. τὸ δὲ φοβερὸν οὐ πᾶσι μὲν τὸ αὐτό. Postquam constat περὶ ποῖα τῶν φοβερῶν ὁ ἀνδρεῖος (a 24), videlicet περὶ τὸν καλὸν θάνατον, μάλιστα τὸν κατὰ πόλεμον (a 33. 35), reliquum est, ut ostendatur qualem se in hac re praebeat vir fortis. Quamvis enim ea quae usque ad b 24 dicuntur tum ob rei naturam tum ob brevitatem scriptoris accuratius singula perpendenti tam multas quaestiones moveant, ut satius putem interpretantem passim breviter adscribere quae diligenter omnibus reputatis effecerim, quam ipsam disceptationem hinc.illinc impeditam plene explicare: tamen ad hoc omnia tanquam ad communem finem referri haud ambiguum est. Neque enim b 7 sq. eo spectatur, ut praeter reliqua genera eorum quae metum movent (cap. 9) nova quaedam (velut τὰ ὑπὲρ ἄνθρωπον) proponantur, sed peculiarem animi habitum qui in viro forti est descripturus primum monet Aristoteles, esse in his aliquam pro rerum diversitate sentiendi quoque diversitatem non a singulorum habitu, sed a naturâ humanâ natam. Hanc igitur etiam in forti homine valentem observabimus, ut non prorsus verum sit quod ille a 16. 19. 33. b 1 simpliciter ἄφοβος seu ἀδεὴς vocatus est. Sunt vero, si haec ex Aristotelis sententiâ explicanda sint, tres potissimum gradus: unus quasi infra hominem (cf. illum θηριώδη δειλίαν δειλόν, κἂν ψοφήσῃ μῦς 1149 a 8; cf. 1150 a 11 s.); alter ὑπὲρ ἄνθρωπον, quem nihilominus, ut priorem in effeminato forte, ita hunc in feroci aliquo barbaro (b 27. 28) invenies; at in medio communi hominum mensurae accomodatus gradus, in quo plerumque versati morum et indolis differentiam produnt.

11. φοβήσεται μὲν οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα sc. τὰ κατ' ἄνθρωπον b 9. Cum his enim res est, ad haec virtus refertur; quae infra sunt vel supra (v. praecedentem ann.) si Aristotelem audias, aut ad θηριότητα ableganda sunt aut ad ἡρωϊκόν τι καὶ θεῖον: haec enim *H* 1 discimus. — Ergo quum vir fortis dicatur φοβεῖσθαι μὲν τὰ κατ' ἄνθρωπον φοβερά, ὑπομένειν δέ (unde apparet verba ὑπομένων καὶ φοβούμενος b 18 item interpretanda esse „sustinens illa quamquam haud vacans metu"), primum apparet, ἄφοβον vel ἀδεῆ illum ne in his quidem ita

1115 b 12 τὰ τοιαῦτα, ὡς δεῖ δὲ καὶ ὡς ὁ λόγος ὑπομενεῖ, τοῦ καλοῦ Γ 10
ἕνεκα· τοῦτο γὰρ τέλος τῆς ἀρετῆς. ἔστι δὲ μᾶλλον καὶ ἧττον ταῦτα φοβεῖσθαι, καὶ ἔτι τὰ μὴ φοβερὰ ὡς τοιαῦτα φοβεῖσθαι. γίνεται δὲ τῶν ἁμαρτιῶν ἡ μὲν ὅτι οὐ δεῖ, ἡ

13. K^b τέλος ταῖς ἀρεταῖς.

vocatum esse (v. supra) ut expers sit affectus istius, sed ita ut motui quem ipse persentiat non cedat. Oportebit igitur quaeri an voluerit Aristoteles et quo modo voluerit virum fortem distinctum esse ab eo qui ἐγκρατὴς φόβου tantum est. Quod ne dicas, quoniam hic profecto ne attingitur quidem, a mente scriptoris alienum esse, satis sit unam exscribere vocem e Topicis: ἀνδρεῖος μὲν γὰρ ... ὁ ἀπαθὴς λέγεται· ἐγκρατὴς δὲ ὁ πάσχων καὶ μὴ ἀγόμενος. ἴσως μὲν οὖν ἀκολουθεῖ δύναμις (τῷ ἀνδρείῳ) τοιαύτη ὥστ' εἰ πάθοι μὴ ἄγεσθαι ἀλλὰ κρατεῖν· οὐ μὴν τοῦτό γέ ἐστιν ἀνδρείῳ .. εἶναι, ἀλλὰ τὸ ὅλως μὴ πάσχειν ὑπὸ τῶν τοιούτων μηδέν (125 b 20—27). Quibus in verbis si nonnulla in discernendo justum modum excedere videantur, licebat id in Topicis, at ipsam quaestionem cum reliquâ philosophi doctrinâ consentientem bene ita proponi concedes. Nec tamen in Eudemiis (v. 1230 a 24 δεῖ μένειν φοβουμένους) multoque minus in M M. ad hanc rem aut plura aut alia afferuntur, quam quae etiam e Nic. peti possint.

12. ὡς δεῖ δὲ καὶ ὡς ὁ λόγος ὑπομενεῖ τοῦ καλοῦ ἕνεκα. Addas, ut et eae voces quibus lex honestatis describitur pleniore ordine adsint, et appareat pertinere illas non minus ad ipsum timoris affectum quam ad animi constantiam illi oppositam, verba κατ' ἀξίαν γὰρ καὶ ὡς ἂν ὁ λόγος πάσχει καὶ πράττει ὁ ἀνδρεῖος (vs 19). Qua in re notandum, finem quo virtus omnia referat nunc primum in his libris ita describi ut τὸ καλὸν advocetur (τοῦ καλοῦ ἕνεκα); id quod deinceps saepe fit tum in fortitudine tum in universâ virtute, velut 1116 a 11. 12; 1117 a 8; 1178 b 13; 1120 a 23. 24; 1122 b 6; in Eud. 1229 a 8; 1230 a 27; in M M. 1190 a 28 et 33. Atque similiter est in voce κατ' ἀξίαν (b 19), quae post quidem plus semel notabili loco usurpatur, ante hoc caput nunquam (neque enim laudabis quod alienum est 1100 a 25 βίου τοῦ κατ' ἀξίαν). Qua in re hoc saltem constat, Aristotelem dum varie loquatur non diversa dicere nec novâ quadam voce adhibitâ priorem doctrinam immutaturum fuisse; confidit enim ad unam notionem omnia spectare, ut παρ' ἀξίαν sit quod παρὰ τὸ δέον est vel τὸ ὀρθῶς (1122 b 28. 29), utque decori opera detur ubicunque ratio valet (ὁ δὲ λόγος τὸ καλὸν αἱρεῖσθαι κελεύει 1229 a 2). Sed sumuntur haec tacite, nec paene affirmantur, nedum demonstrantur. Cf. quae ad 1106 b 21 et ad 1104 a 11 monita sunt.

13. ἔστι δὲ μᾶλλον καὶ ἧττον ταῦτα φοβεῖσθαι κ. τ. λ. Quum modo concessum sit (vs 11), nec virum fortem in his metu liberum esse, cavendum est ne virtus in affectu quidem animi nil proprium habere censeatur. Quam in sententiam significatur, nihilominus multum illam differre quum et multa sint in quibus prorsus timorem ex animo ejecerit et omnino vim timoris imminuat frangatque. Ἄφοβος γάρ τις ὁ ἀνδρεῖος (a 16).

δὲ ὅτι οὐχ ὡς δεῖ, ἡ δὲ ὅτι οὐχ ὅτε, ἤ τι τῶν τοιούτων· ὁμοίως 1115b 16 δὲ καὶ περὶ τὰ θαῤῥαλέα. ὁ μὲν οὖν ἃ δεῖ καὶ οὗ ἕνεκα ὑπομένων καὶ φοβούμενος, καὶ ὡς δεῖ καὶ ὅτε, ὁμοίως δὲ καὶ θαῤῥῶν, ἀνδρεῖος· κατ' ἀξίαν γάρ, καὶ ὡς ἂν ὁ λόγος, πάσχει καὶ πράττει ὁ ἀνδρεῖος. [*τέλος δὲ πάσης ἐνεργείας ἐστὶ τὸ κατὰ τὴν ἕξιν. καὶ τῷ ἀνδρείῳ δὲ ἡ ἀνδρεία καλόν. τοιοῦτον δὲ καὶ τὸ τέλος· ὁρίζεται γὰρ ἕκαστον τῷ τέλει. καλοῦ δὴ ἕνεκα ὁ ἀνδρεῖος ὑπομένει καὶ πράττει τὰ κατὰ

20. K^b πάσχῃ καὶ πράττῃ. 20—24. [*τέλος — ἀνδρείαν*] locus susp.
23. καλοῦ δὴ] K^{b}L^{b}M^b καλοῦ δὲ. τὰ κατὰ] K^b κατὰ.

19. κατ' ἀξίαν γὰρ κ. τ. λ. Quoniam ubicunque ἀξία est duae res inter se componuntur quarum ratio utrâque aestimatâ et ad alterius aestimationem relatâ et recte computari potest et secus, apparet hic talem rationem inter magnitudinem malorum, quae veremur, posci et inter magnitudinem motûs animi, quo illa timemus. Nec tamen ita ἡ ἀξία dicitur ut ille dicebat qui mandavit μὴ φοβεῖσθε ἀπὸ τῶν ἀποκτεννόντων τὸ σῶμα, φοβήθητε δὲ μᾶλλον τὸν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ (Matth. 10, 28), jubens magis quam cetera omnia timere ea ἃ δεῖ φοβεῖσθαι (v. ad a 12). Aristoteles enim non ita agit, ut praesenti alicui timori aliud metûs genus opponat quod sanctius sit, sed ipsum praesentem timorem, reputatâ ejus mali unde ortus est naturâ, perpensâ temporum rerumque de quibus agitur ratione ad justum quendam modum recessurum esse putat, ut nisi forte ὑπὲρ ἄνθρωπον sit honestatis legi pareat.

20—24: locus undique impeditus. Demonstratur, quod vs 12 per se certum videbatur, τοῦ καλοῦ ἕνεκα fortem virum facere quae facit. Ut vero haec demonstratio recte procederet, ita fere scribendum erat: τέλος δὲ πάσης ἐνεργείας ἐστὶ τὸ κατὰ τὴν ἕξιν· καὶ τῷ ἀνδρείῳ δή· ἡ δὲ ἀνδρεία καλόν. τοιοῦτον δὴ καὶ τὸ τέλος καὶ ἡ ἐνέργεια· ὁρίζεται γὰρ ἕκαστον τῷ τέλει. καλοῦ δὴ ἕνεκα ὁ ἀνδρεῖος ὑπομένει καὶ πράττει τὰ κατὰ τὴν ἀνδρείαν. Quibus in sententiis vides illud „καὶ ἡ ἐνέργεια· ὁρίζεται γὰρ ἕκαστον τῷ τέλει“ superadditum esse; neque enim ad ipsam conclusionem efficiendam necessarium est. In ceteris id quidem non ita mirum, τὸ (τὰ) κατὰ τὴν ἕξιν (ἀνδρείαν) b 21 fere idem esse quod ἡ ἕξις, b 23 s. fere idem quod ἡ ἐνέργεια; permittit enim utrumque praepositionis κατὰ natura, locorumque ratio ambiguitatem arcebat. Quid vero de propositione majore censebitur unde b 20 proficiscitur sermo? Contrarium potius dicere Aristotelem solitum esse constat ὅτι τέλος πάσης ἕξεως ἡ ἐνέργεια. Quod autem nunc in oppositam partem dicitur (πάσης ἐνεργείας τέλος τὸ κατὰ τὴν ἕξιν) ita maxime verum erit, si de singulis actionibus cogitetur; eae enim quum per se plerumque multo minus dignitatis et laudis habere videntur quam habitus, tum saepe meliorem commendationem non reperient quam quod ad habitum, communem fontem multarum actionum, conservandum firmandum augendum necessariae sunt. Et hoc quidem in

τὴν ἀνδρείαν.*] — τῶν δ' ὑπερβαλλόντων ὁ μὲν τῇ ἀφοβίᾳ Γ 1 § ἀνώμυμος (εἴρηται δ' ἡμῖν ἐν τοῖς πρότερον ὅτι πολλά ἐστιν ἀνώνυμα), εἴη δ' ἂν τις μαινόμενος ἢ ἀνάλγητος, εἰ μηθὲν φοβοῖτο, μήτε σεισμὸν μήτε τὰ κύματα, καθάπερ φασὶ τοὺς Κελτούς. ὁ δὲ τῷ θαῤῥεῖν ὑπερβάλλων περὶ τὰ

27. K[b] μήτε κύματα.

fortitudine potissimum observari consentaneum est, quippe in qua fortiter acta saepe ita doloribus vel mortis terroribus (οὐδὲν ἔτι τῷ τεθνεῶτι δοκεῖ οὔτ' ἀγαθὸν οὔτε κακὸν εἶναι: a 27) obsessa sint, ut in mediâ re non tantum τὸ ἡδὺ obliteretur (v. infra cap. 12), sed etiam τὸ καλὸν tanquam ipsi agenti propositum evanescat, nisi illud praesens et certum in suo ipsius habitu teneri censeat.

b) 1115 b 24—1116 a 9. Descriptâ fortitudinis naturâ pergitur ad vitia illi opposita. Atqui quum prior pars disputationis de fortitudine (1115 a 6—b 6), qua τὸ περὶ τί ἡ ἀνδρεία quaerebatur, eodem jure ad contrarios quoscunque habitûs pertineret (περὶ ταὐτὰ μὲν οὖν ἐστὶν ὅ τε δειλὸς καὶ ὁ θρασὺς καὶ ὁ ἀνδρεῖος 1116 a 4), unum in singulis vitiis ostendendum restabat id quod de virtute b 6—24 explicatum est. Qua in re accidit quidem, nec plane fortuito accidit, ut nomen mediocritatis non adhiberetur; sed quum ultro sciamus primoque initio (a 6) audiverimus, fortitudinem quoque mediocritatem videri, jam binas ὑπερβολὰς et ἐλλείψεις postulabimus; nam quoniam vir fortis in duabus rebus (περὶ θάῤῥη καὶ φόβους) mediocris est, duplici modo in utrâque peccari poterit.

24. τῶν δ' ὑπερβαλλόντων ὁ μὲν τῇ ἀφοβίᾳ cf. vs 28 ὁ δὲ τῷ θαῤῥεῖν ὑπερβάλλων et vs 34 ὁ δὲ τῷ φοβεῖσθαι ὑπερβάλλων. Ὑπερβολὰς igitur tres fecit Aristoteles, quum duae necessariae sint; quam enim primam vocat, ea ἔλλειψις potius dicenda erit simulac nomen ad metûs affectum relatum fuerit. At obstabat scilicet ipsius rei veritas vel furibundi Galli adspectus quasi, quominus parum illum animo commotum esse diceret. Et ipsum virum fortem, dum ἄφοβον ἀδεῆ ἀνέκπληκτον ὡς ἄνθρωπον (a 16. 19. 33; b 1. 11) vocamus, admirantes profecto non tanquam prope ad ἔλλειψίν τινα accedentem ante oculos habemus.

25. εἴρηται δ' ἡμῖν ἐν τοῖς πρότερον: 1107 b 1. 2.

26. μαινόμενος v. b 7 παντὶ φοβερὸν τῷ γε νοῦν ἔχοντι: at illic τὰ ὑπὲρ ἄνθρωπον spectabantur, ad quae quidem proprie non pertinet virtus humana. In ceteris vero utique licebit dubitare an Aristoteles ipse, si quis non timuerit potius quam mediocriter timuerit, hoc fortitudinis nomine vituperaturus fuerit. — Ἀνάλγητος 1221 a 16 est ὁ ἐλλείπων περὶ ὀργήν; 1231 a 33 ὁ ἐλλείπων τῷ χαίρειν καὶ λυπεῖσθαι; v. ἀναλγησίαν 1100 b 32. Quum timor sit λύπη τις, ἄλγος autem αἴσθησις λύπης, ista appellatio ex adverso quasi posita est τῷ ἀναισθήτῳ qui peccat contra σωφροσύνην.

28. καθάπερ φασὶ τοὺς Κελτούς: cf. 1229 b 28 πρὸς τὰ κύματα ὅπλα ἀπαντῶσι λαβόντες; cf., si vis, Stob. Floril. VII, 40. Hunc Gal-

10 φοβερὰ θρασύς. δοκεῖ δὲ καὶ ἀλαζὼν εἶναι ὁ θρασὺς καὶ προσποιητικὸς ἀνδρείας. ὡς οὖν ἐκεῖνος περὶ τὰ φοβερὰ ἔχει, οὕτως οὗτος βούλεται φαίνεσθαι· ἐν οἷς οὖν δύναται, μιμεῖται. διὸ καὶ εἰσὶν οἱ πολλοὶ αὐτῶν θρασύδειλοι· ἐν τούτοις γὰρ θρασυνόμενοι τὰ φοβερὰ οὐχ ὑπομένουσιν. ὁ δὲ τῷ φοβεῖσθαι ὑπερβάλλων δειλός· καὶ γὰρ ἃ μὴ δεῖ, καὶ ὡς οὐ δεῖ, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα ἀκολουθεῖ αὐτῷ. ἐλλείπει δὲ καὶ τῷ θαῤῥεῖν· ἀλλ' ἐν ταῖς λύπαις ὑπερβάλλων μᾶλλον καταφανής ἐστιν. δύσελπις δή τις ὁ δειλός· πάντα γὰρ φοβεῖται. ὁ δὲ ἀνδρεῖος ἐναντίως· τὸ γὰρ θαῤῥεῖν εὐέλπιδος. περὶ ταὐτὰ μὲν οὖν ἐστὶν ὅ τε δειλὸς καὶ ὁ θρασὺς καὶ ὁ ἀνδρεῖος, διαφόρως δ' ἔχουσι πρὸς

31. οὗτος] om. K[b].

lorum et omnino barbarorum, qui in septentrionem versus habitant, furorem mirantes unâ voce Plato (Rep. IV, 435 e), Aristoteles praeter hunc locum (1327 b 23 sq.; 909 b 9—15; 910 a 28—38 sq.), Eudemus l. l. ad τὸν θυμὸν potius seu τὸ θυμοειδὲς vel etiam ad ebrietatem quandam τοῦ θαῤῥεῖν referunt, quam ad ἀναλγησίαν.

29—33. Οἱ θρασεῖς, quales quidem hic depinguntur, vanam speciem virtutis sectantes (ἀλαζόνες i. e. μείζω τῶν ὑπαρχόντων προσποιούμενοι 1127 b 9), imo plerumque contrario vitio ignaviae obnoxii (θρασύδειλοι), multum sane absunt ut revera virum fortem superent τῷ θαῤῥεῖν. Memineris ὁμοιότερον τῇ ἀνδρείᾳ ἡ θρασύτης καὶ ἐγγύτερον (1109 a 8 s.); dixeris ad hoc quoque quadrare quod de alio genere constat οὐ πάνυ γίνονται (οἱ ὡς ἀληθῶς ὑπερβάλλοντες τῷ θαῤῥεῖν) 1107 b 7; nisi forte omnino videatur in fortitudine quidem minus bene mediocritas tanquam virtutis natura comprobata esse.

34. ὁ δὲ τῷ φοβεῖσθαι ὑπερβάλλων δειλός — idemque ἐλλείπει καὶ τῷ θαῤῥεῖν 1116 a 1. Postquam igitur quod in metuendo parum, in laetando coram periculis nimium est in duas et diversas indoles partitum est, contraria jam peccata (ὑπερβολὴ ἐν φόβοις et ἔλλειψις περὶ θάῤῥη) in unum habitum conjunguntur. Et consentaneum hoc in vitio quod fere unum fortitudinem impedit. Illa enim, si de metu quaeratur, quod fieri potest prope ad ἀφοβίαν accedit, laetum vero et impigrum animum nunquam paene demittit: quod igitur in utramque partem contrarium est item conjunctum in ignaviâ reperietur. Neque haec inter se absona: ἐν ταῖς λύπαις (i. e. ἐν φόβοις) ὑπερβάλλων μᾶλλον καταφανὴς sc. ὁ δειλός 1116 a 1; atque περὶ θάῤῥη καὶ φόβους οὖσα ἡ ἀνδρεία ... μᾶλλον περὶ τὰ φοβερά (ἐστιν) 1117 a 29.

2. δύσελπις δή ... a 4 τὸ δὲ θαρρεῖν εὐέλπιδος. Videtur quidem Aristoteles in his unum saltem afferre, unde propria natura τοῦ θαῤῥεῖν perspiciatur. Sin particularum rationem (δὴ vs 2, bis γὰρ vs 3) animadverteris, concedes etiam nunc τὸ θαρρεῖν, quamvis illius proprium sit spem laetam habere, tamen ad τὸ μὴ φοβεῖσθαι ita adjungi, ut paene nomine tantum diversum sit. V. ad 1115 a 7.

1116 a 6 *αὐτά· οἱ μὲν γὰρ ὑπερβάλλουσι καὶ ἐλλείπουσιν, ὁ δὲ μέ-* Γ 10
σως ἔχει καὶ ὡς δεῖ· καὶ οἱ μὲν θρασεῖς προπετεῖς, καὶ βουλόμενοι πρὸ τῶν κινδύνων ἐν αὐτοῖς δ' ἀφίστανται· οἱ δ' ἀνδρεῖοι ἐν τοῖς ἔργοις ὀξεῖς, πρότερον δ' ἡσύχιοι. καθάπερ οὖν εἴρηται, ἡ ἀνδρεία μεσότης ἐστὶ περὶ 11
θαῤῥαλέα καὶ φοβερά, ἐν οἷς εἴρηται, καὶ ὅτι καλὸν αἱρεῖται καὶ ὑπομένει, ἢ ὅτι αἰσχρὸν τὸ μή. τὸ δ' ἀποθνήσκειν φεύγοντα πενίαν ἢ ἔρωτα ἤ τι λυπηρὸν οὐκ ἀνδρείου, ἀλλὰ

12. ἢ ὅτι] K^b ὅτι.

8. *βουλόμενοι πρὸ τῶν κινδύνων*: in hoc *βουλόμενοι* absolute dicto non haerendum; ea enim est hujus verbi natura ut suo loco cum vi quadam dictus *ὁ βουλόμενος* esse possit qui alacri animo ad opus accedit. — Ceterum denuo *τὸν θρασὺν* notans eum describit Aristoteles qui exsultat donec periculum remotius est, demittit animum ubi strenui et impigri viri opera flagitatur: num istum simpliciter *ὑπερβάλλειν τῷ θαῤῥεῖν* dicemus?

c) 1116 a 10—1117 a 28. Descriptâ primum ipsâ fortitudine (—1115 b 24), adumbratis deinde iis vitiis quae illi ex adverso utrinque opposità sunt (—1116 a 9), jam ita de hac virtute agitur, ut ab eâ similia quaedam discernantur, quae quidem Aristoteles ipse quinque esse vult (1116 a 17) unoque nomine *δοκούσας* vocat *ἀνδρείας* (1117 a 28). Quum enim omnis virtus *περὶ πάθη καὶ πράξεις* sit, agendi quidem rationem qualis a virtute proficiscitur etiam aliae causae progignunt, eventûs similitudine ad tempus certe fontis quasi diversitatem oculis subtrahente. Quod quum in unamquamque virtutem (imo in omnem habitum) cadat, in unâ fortitudine exempli causa diligentius ab Aristotele explicitum esse dixerim, ut profiteretur, se summam universae rei ethicae voluisse in iis positam esse, quibus intus animus agitatur.

11. *ἐν οἷς εἴρηται*: in quibusnam enim rebus *τὰ θαῤῥαλέα καὶ τὰ φοβερὰ* spectarentur, ad quae fortitudo pertineret, toto cap. 9 exposuit. Alterum („*καὶ ὅτι καλὸν αἱρεῖται καὶ ὑπομένει*") posteriori illius de fortitudine disputationis parti debetur, quam 1115 b 7—24 distinguebamus. Et in hoc quidem omnia quae sequuntur uno nituntur; nam qui deinde secernuntur *δοκοῦντες ἀνδρεῖοι* in agendo quidem cuncti plerumque mediocritatem illam vs 10 produnt, suntque inter eos qui etiam in affectu animi (*ἐν τῷ φοβεῖσθαι καὶ θαῤῥεῖν*) justum modum tenere dicendi sint; at in eâ re ad unum omnes a viro vere forti differunt, quod finem illi propositum (*τὸ οὗ ἕνεκα, τὸ καλόν*) aut ignorant aut spernunt.

13. *ἀλλὰ μᾶλλον δειλοῦ*: *ignavi magis quam fortis viri;* nam si proprie loquamur, neque ignavia haec erit, quippe quae in iisdem rebus spectetur in quibus fortitudo (*περὶ ταὐτὰ* a 4); paupertatem vero, talia non metuere, non est fortem esse (*ἀλλ' οὐδ' ὁ περὶ ταῦτα ἄφοβος ἀνδρεῖος* 1115 a 18). Quapropter mox ignaviae substituitur *μαλακία* vs 14, de qua infra *H* 8 plura audiemus. Sed ad hanc sive ignaviam

Γ 11 μᾶλλον δειλοῦ· μαλακία γὰρ τὸ φεύγειν τὰ ἐπίπονα, καὶ 1116 a 14
5 οὐχ ὅτι καλὸν ὑπομένει, ἀλλὰ φεύγων κακόν. Ἔστι μὲν οὖν ἡ ἀνδρεία τοιοῦτόν τι, λέγονται δὲ καὶ ἕτεραι κατὰ πέντε τρόπους, πρῶτον μὲν ἡ πολιτική· μάλιστα γὰρ ἔοικεν· δοκοῦσι γὰρ ὑπομένειν τοὺς κινδύνους οἱ πολῖται διὰ τὰ ἐκ τῶν νόμων ἐπιτίμια καὶ τὰ ὀνείδη καὶ διὰ τὰς τιμάς. καὶ διὰ τοῦτο ἀνδρειότατοι δοκοῦσιν εἶναι παρ' οἷς οἱ δειλοὶ ἄτιμοι καὶ οἱ ἀνδρεῖοι ἔντιμοι. τοιούτους δὲ καὶ Ὅμηρος ποιεῖ, οἷον τὸν Διομήδην καὶ τὸν Ἕκτορα·

Πουλυδάμας μοι πρῶτος ἐλεγχείην ἀναθήσει.

καὶ Διομήδης,

Ἕκτωρ γάρ ποτε φήσει ἐνὶ Τρώεσσ' ἀγορεύων
„Τυδείδης ὑπ' ἐμεῖο“.

23. K[b] ἀναθήσῃ.

sive mollitiem alterum solum pertinet: τὸ φεύγειν dico (a 13. 14). Quid igitur de altero dicendum, quod in tali fugâ eligitur mors, τὸ φοβερώτατον πάντων (1115 a 26)?

15. καὶ οὐχ ὅτι καλὸν ὑπομένει: sc. ὁ ἀποθνήσκων φεύγων πενίαν, quod subjectum paullo liberius depromitur e voce τὸ ἀποθνήσκειν vs 12 ad quam priora referebantur.

16 s. ἕτεραι κατὰ πέντε τρόπους, πρῶτον μὲν ἡ πολιτική. De primâ hac usque ad —a 29 agitur; sequuntur quos vocaveris ἀνδρείους δι' ἀνάγκην —b 3, δι' ἐμπειρίαν —b 23, ὑπὸ θυμοῦ —1117 a 9, δι' ἐλπίδα ἢ εὐελπιστίαν —1117 a 22, δι' ἄγνοιαν —1117 a 27. Itaque pro quinque formis quas promiserat sex dedit Aristoteles, aut secundam primae, aut sextam quintae (neque enim operae pretium est, de istâ quaestione longum esse) ita adjungens, ut duas unam numeraret. Item Eudemus 1229 a 11—31 exhibet εἴδη ἀνδρείας πέντε, λεγόμενα καθ' ὁμοιότητα· τὰ αὐτὰ γὰρ ὑπομένουσιν, ἀλλ' οὐ διὰ τὰ αὐτά, suppressâ illâ formâ quam in Nic. secundam reperimus. Qua in re Eudemum imitantur MM. 1190 b 21—1191 a 17, id sibi proprium sumentia ut ordinem singulorum permutent, ineptius praefata σκεπτέον ἂν εἴη, ἐπειδὴ κατὰ πολλά εἰσιν οἱ ἀνδρεῖοι, ὁ ποῖος ἀνδρεῖος (1190 b 21). Hoc vero magis notabile quod Eudemia ut hic ἡ πολιτικὴ ἀνδρεία a verâ fortitudine discernitur sub finem operis omnino ἕξιν quandam πολιτικὴν (1248. b 37 sq.) verae virtuti (τῇ καλοκἀγαθίᾳ) opponunt, similia operantem, diversa sectantem (v. ad 1116 a 10 sqq.). Cui sententiae profecto Aristoteles haud oblocutus esset.

17. μάλιστα γὰρ ἔοικεν i. e. ὡμοίωται γὰρ αὕτη μάλιστα τῇ πρότερον εἰρημένῃ (a 27) ideoque (γὰρ) primum obtineat locum.

21. τοιούτους (i. e. *ob hanc causam fortes*) δὲ καὶ Ὅμηρος ποιεῖ: neque enim Hector Polydamantem objurgaturum (a 23; v. Il. XXII, 100) nec Diomedes Hectorem gloriaturum (a 25; v. Il. VIII, 148) ita timuisset, nisi utrique constitisset, legitime ignaviam notari (a 18 sq.).

1116 a 27 *ὡμοίωται δ' αὕτη μάλιστα τῇ πρότερον εἰρημένῃ, ὅτι δι' ἀρετὴν γίνεται (δι' αἰδῶ γὰρ) καὶ διὰ καλοῦ ὄρεξιν (τιμῆς γὰρ) καὶ φυγὴν ὀνείδους, αἰσχροῦ ὄντος. τάξαι δ' ἂν τις καὶ τοὺς ὑπὸ τῶν ἀρχόντων ἀναγκαζομένους εἰς ταὐτό· χείρους δ', ὅσῳ οὐ δι' αἰδῶ ἀλλὰ διὰ φόβον αὐτὸ δρῶσι, καὶ φεύγοντες οὐ τὸ αἰσχρὸν ἀλλὰ τὸ λυπηρόν· ἀναγκάζουσι γὰρ οἱ κύριοι, ὥσπερ ὁ Ἕκτωρ*

ὃν δέ κ' ἐγὼν ἀπάνευθε μάχης πτώσσοντα νοήσω,
οὔ οἱ ἄρκιον ἐσσεῖται φυγέειν κύνας.

28. Bekk. *γίνεται· δι' αἰδῶ γὰρ καί.* 31. *ὅσῳ* $K^b O^b$ *ὅσοι.* 35. K^b *ἄρκιον ἐσεῖται.*

28. *ὅτι δι' ἀρετὴν (δι' αἰδῶ γάρ) καὶ διὰ καλοῦ ὄρεξιν (τιμῆς γάρ)*: sic enim distinguendum: atque nisi pigeret ter eodem modo loqui, pergi poterat *καὶ αἰσχροῦ φυγὴν (ὀνείδους γάρ)*. — Ad sententiam sunt quae dubitationem admittant: ad illud enim „*δι' αἰδῶ γάρ*" respondeatur „at *ἡ αἰδὼς ἀρετὴ μὲν οὐκ ἔστιν* (1108 a 32)": ad alterum „*τιμῆς γάρ*" non esse honorem vere *καλόν*, imo *μέγιστον τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν* (1123 b 20), nil ultra, et *ἐπιπολαιότερον* (1095 b 24) quam qui recte possit vitae tanquam finis proponi. Sed pro hujus loci naturâ quum et tractetur *πολιτική τις ἕξις* (vs 17) et satis sit similitudinem vel affinitatem aliquam (*τὸ ὡμοιῶσθαι* vs 27) ostendisse, non ita mirum est, ad vulgarem civium sermonem quodammodo descendi.

29 (—b 3). *τάξαι δ' ἄν τις καὶ τοὺς ὑπὸ τῶν ἀρχόντων ἀναγκαζομένους εἰς ταὐτό.* Id quidem simile ac antea („*εἰς ταὐτό*") quod ista quoque fortitudo publico quodam jure lege et per magistratus (*ὑπὸ τῶν ἀρχόντων*) impingitur. Sin ad homines ipsos spectatur, plane profecto alii sunt qui coacti et ita quidem coacti rem gerunt atque illi quos pudor retinet. Quamquam observasse fas est, etiam primo genere (a 17—29) Aristotelem diversa in unum complecti: aliter enim affecti sunt quibus poenae aut praemia ante oculos versantur, aliter ii in quibus publica per leges educatio id effecit ut cogitantes secum erubescant.

32 *φεύγοντες . . . τὸ λυπηρόν*: itaque animo quidem fere eodem sunt quo is qui primo initio, generibus nondum discretis, proponebatur *φεύγων τὸ κακόν* vs 15; nec multum different infra *οἱ ὑπ' ἀλγηδόνος ἐξελαυνόμενοι* b 34 (v. ad quartum genus).

33 sq. *ὥσπερ ὁ Ἕκτωρ.* Hectoris minantis voces similes quidem in nostrâ Iliade leguntur II. 391—393, XV. 348 sq. nec tamen eadem. Confer quod 1285 a 10—14 Homerus dicitur Agamemnona facere dicentem

ὃν δέ κ' ἐγὼν ἀπάνευθε μάχης —
οὔ οἱ ἄρκιον ἐσσεῖται φυγέειν κύνας ἠδ' οἰωνούς·
πὰρ γὰρ ἐμοὶ θάνατος.

Qua de re quum in diversa ut probabile erat virorum doctorum sententiae abeant, mihi quidem utrumque certum videtur et errasse non-

11 καὶ οἱ προτάττοντες, κἂν ἀναχωρῶσι τύπτοντες τὸ αὐτὸ 1116 a 36
δρῶσι, καὶ οἱ πρὸ τῶν τάφρων καὶ τῶν τοιούτων παρατάτ- 1116 b
τοντες· πάντες γὰρ ἀναγκάζουσιν. δεῖ δ' οὐ δι' ἀνάγκην ἀνδρεῖον εἶναι, ἀλλ' ὅτι καλόν. δοκεῖ δὲ καὶ ἡ ἐμπειρία ἡ περὶ ἕκαστα ἀνδρεία τις εἶναι· ὅθεν καὶ ὁ Σωκράτης ᾠήθη

---

36. Bekk. c. ll. προστάττοντες — v. adnot.
4. ἀνδρεία τις] $K^b N^b O^b$ ἀνδρεία.

---

nunquam Aristotelem in nominibus laudandis nec fieri potuisse ut memoriâ lapsus tale dictum quale verbis πὰρ γὰρ ἐμοὶ θάνατος continetur aut ex suo adderet aut ab alio poëtâ ad alium transferret.

36. καὶ οἱ προστάττοντες (Bekk.): velis supplere hanc vocem ἄλλους sc. ἀναγκάσοντας, sed est προστάττειν in re militari tam vulgato et tam diverso usu ut per se tale quid significare nullo modo queat. Bergk quidem (Poët. lyr. p. 319) commemoraturus id, quod in proximis verbis (καὶ οἱ πρὸ τῶν τάφρων ... παρατάττοντες b 1) dicatur, auctore Eustratio ex Tyrtaeo in bello Messeniaco factum esse constare, nullo addito verbo scribit προτάττοντες: at ita in primâ acie positos esse illos quibus dux non satis confideret sciremus quidem, sed multo magis necesse ut adderetur secundam aciem jussam fuisse vim iis inferre si cederent; neque enim hoc adjunctis verbis κἂν ἀναχωρῶσι τύπτοντες, quae ipsa luce non egent, recte exprimitur. Sententiam igitur, in qua obscuri nil esse decebat, corruptelâ, fortasse levi, deformatam esse censeam.

2. οὐ δι' ἀνάγκην, quae quidem ex parte saltem prope ad illam βίαν accedit Γ 1; ut quod a nolentibus gestum esse dicendum sit, profecto ad virtutem nil pertineat.

3 (—23). δοκεῖ δὲ καὶ ἡ ἐμπειρία ... ἀνδρεία τις εἶναι. Hanc breviter et bene, oppositam τῇ πολιτικῇ a 17, Eudemus vocat 1229 a 14 στρατιωτικὴν ἀνδρείαν; cf. 1116 b 6 οἱ στρατιῶται; b 15. 18. Quae quum nullâ re aliâ nitatur quam peritiâ, non solum κατ' ἐμπειρίαν, ἐξ ἐμπειρίας, sed etiam ipsa esse ἐμπειρία dici potest.

4. ὅθεν καὶ Σωκράτης ᾠήθη ἐπιστήμην εἶναι τὴν ἀνδρείαν. Quum notum sit, passim Aristotelem vituperare Socratem, quod omnino virtutes ἐπιστήμας, φρονήσεις, λόγους fecerit (v. ad 1144 b 17), facilis et probabilis videtur haec de fortitudine sententia. Atque si verba ita interpretemur: Socratem demonstraturum hanc quoque virtutem scientiam esse inde esse profectum („ὅθεν ᾠήθη“) ut moneret peritos rei bellicae fortiores solere esse: nec relatum erit quod non cum Socratico disputandi genere bene conveniat, nec judicatum inique. Attamen qui in his rebus aliud et majus quid spectat quam ut excogitetur in quo acquiesci possit, negabit puto Aristotelem, quum in Ethicis primum et isto quidem loco hisque verbis doctrinam Socraticam attingat, hoc dixisse; imo haud obscure adversarium argui censebit, quod eam fortitudinem descripserit quae nomine suo non sit digna, στρατιωτικὴν fere; quam enim appellet ἐπιστήμην esse ἐμπειρίαν. Testis etiam Eudemus 1229 a 14 scribens δευτέρα ἡ στρατιωτική· αὕτη δὲ δι' ἐμπειρίαν καὶ τὸ εἰδέναι, οὐχ ὥσπερ Σωκράτης ἔφη, τὰ δεινά, ἀλλὰ [Bekk.

[illegible] Γ 11

[illegible] τῆς [illegible] ἔχου- [illegible] ἐγώ- [illegible]

[illegible] μόνω [illegible]

[illegible] quandoquidem [illegible] quasi eam [illegible] satis bene circumscripserit. [illegible] MM 1190 [illegible] statuendum [illegible] genere permulta [illegible] argumenta subjungere. [illegible] Platonem est, [illegible] Interdum [illegible] velut [illegible] ad rem [illegible] Aristoteles hic [illegible] peritus (ἄπειρος) [illegible] eam, quae virtus sit, [illegible] aestimanda. [illegible] bene novimus, [illegible] Memor. IV. 6. 10 et 11) de- [illegible] Quae vox quamquam [illegible] tamen vide quam [illegible] διὰ τὸ εἰδέναι τὰ δεινά.

[illegible] δὲ ἄλλοι καὶ ἐν ἄλλοις: vide τοὺς [illegible] 1115 b 1. 3. Sed in re bellicâ (vs 6) [illegible] fortes sive secundum veram virtutem sive ad [illegible] aliquam illius.

7 πολλὰ κενὰ τοῦ πολέμου proverbii loco est, utque fit in proverbiis [illegible] usum admittit; cf. Cic. ad Att. V. 20, 3 scis enim dici quaedam κενά. dici item τὰ κενὰ τοῦ πολέμου.

9 [illegible]: duo enim sunt quibus ceteros facile superant: alterum quod inter res vulgo terrorem injicientes sciunt (συνορᾶν b 7) multas esse quae neminem laedant; alterum quod in reliquis, unde revera

Γ 11 λιστα ἰσχύοντες καὶ τὰ σώματα ἄριστα ἔχοντες. οἱ στρατιῶται δὲ δειλοὶ γίνονται, ὅταν ὑπερτείνῃ ὁ κίνδυνος καὶ λείπωνται τοῖς πλήθεσι καὶ ταῖς παρασκευαῖς· πρῶτοι γὰρ φεύγουσι, τὰ δὲ πολιτικὰ μένοντα ἀποθνήσκει, ὅπερ κἀπὶ τῷ Ἑρμαίῳ συνέβη. τοῖς μὲν γὰρ αἰσχρὸν τὸ φεύγειν καὶ ὁ θάνατος τῆς τοιαύτης σωτηρίας αἱρετώτερος· οἱ δὲ καὶ ἐξ ἀρχῆς ἐκινδύνευον ὡς κρείττους ὄντες, γνόντες δὲ φεύγουσι, τὸν θάνατον μᾶλλον τοῦ αἰσχροῦ φοβούμενοι· ὁ
5 δ' ἀνδρεῖος οὐ τοιοῦτος. καὶ τὸν θυμὸν δ' ἐπὶ τὴν ἀνδρείαν

---

19. margo L[b] et 2024 τόπος ἐστὶ τὸ ἕρμαιον ἐν κορωνείαι τῆς βοιωτίας.

---

periculum imminet, facultatem majorem (δύνασθαι) habent vel ad vincendos alios vel ad tutandos ipsos.

15. οἱ στρατιῶται δὲ δειλοὶ γίνονται, ὅταν κ. τ. λ. Penes casum igitur est ut appareat istam mercenariorum virtutem nullam esse; in ignaviam enim si fors tulerit convertitur. Quod vero harum rerum exemplum proponitur e proelio ἐπὶ τῷ Ἑρμαίῳ commisso (b 18 sq.), celebratum illâ aetate nimirum, id mihi quidem ignotum esse confiteor.

21. γνόντες δὲ sc. τὴν ἀλήθειαν, ὅτι οὐκ εἰσὶ κρείττους. Neque igitur istorum animus differt ab utroque virtutis genere, quod ultimo loco commemoratur. Εὐέλπιδες ἦσαν διὰ τὸ πολλάκις καὶ πολλοὺς νενικηκέναι (1117 a 9. 10) καὶ διὰ τὸ οἴεσθαι κρείττους εἶναι (ib. 13) iidemque ἀγνοοῦντες μὲν ἀνδρεῖοι, γνόντες δὲ ὅτι ἕτερον τὸ ἀληθὲς δειλοί (ib. 22—26).

23. ὁ δ' ἀνδρεῖος οὐ τοιοῦτος: omnium enim maxime magisque quam mortem timet quod turpe sit vs 22, sancto metu vincens eum qui naturae insitus est. Hinc si profectus esset Aristoteles, aliam fortitudinis imaginem proposuisset. V. ad 1115 a 12 et b 19.

23 (—1117 a 9). καὶ τὸν θυμὸν δ' ἐπὶ τὴν ἀνδρείαν ἐπιφέρουσιν. Tertia haec vel quarta virtutis species, qua fortes videntur qui inflati sunt θυμῷ. In quâ explicandâ ne saepius ad singula dicta idem iteretur, praemittere lubet (v. ad 1115 b 4) Aristotelem dum hic verissime multa ad hanc animi vim referat, agere ita tanquam sit notissimum et quaenam sit τοῦ θυμοῦ natura et quam varie homines commoveat; neque esse alium locum, quo plenius hanc rem tractaverit. Itaque primum ne videatur omnis θυμοῦ motus ira esse, quacum componitur quidem ὁ θυμὸς quum alias tum hic (οἱ ἄνθρωποι δὴ ὀργιζόμενοι 1117 a 6). Neque enim, nisi in verbis ludere velimus, heroas Homericos (1116 b 27—29), quum pugnandi vincendique cupidos viderimus, iratos fuisse dicemus. Deinde plerumque (ἐπὶ τοὺς τρώσαντας φερόμενοι 1116 b 25; τὰ θηρία διὰ λύπην· διὰ γὰρ τὸ πληγῆναι b 32; ὑπ' ἀλγηδόνος b 34; 1117 a 3) ita loquitur, quasi omnino ὁ θυμὸς non moveatur nisi in eo qui prius laesus vel alienâ vi coactus fuerit. Et est profecto verum, adesse semper vel subesse animo commoto dolorem quendam, scilicet ni sibi ipse succurrat; at hoc aliud doloris genus. Neque ipse sane Aristoteles dicturus erat, feras non datâ in latebras

ἐπιφέρουσιν· ἀνδρεῖοι γὰρ εἶναι δοκοῦσι καὶ οἱ διὰ θυμὸν Γ ὥσπερ τὰ θηρία ἐπὶ τοὺς τρώσαντας φερόμενοι, ὅτι καὶ οἱ ἀνδρεῖοι θυμοειδεῖς· ἰτητικώτατον γὰρ ὁ θυμὸς πρὸς τοὺς κινδύνους· ὅθεν καὶ Ὅμηρος „σθένος ἔμβαλε θυμῷ" καὶ „μένος καὶ θυμὸν ἔγειρε" καὶ „δριμὺ δ' ἀνὰ ῥῖνας μένος" καὶ „ἔζεσεν αἷμα". πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα ἔοικε σημαίνειν τὴν τοῦ θυμοῦ ἔγερσιν καὶ ὁρμήν. οἱ μὲν οὖν ἀνδρεῖοι διὰ τὸ καλὸν πράττουσιν, ὁ δὲ θυμὸς συνεργεῖ αὐτοῖς· τὰ

---

24. ἐπιφέρουσιν] K^b φέρουσιν. 25. $K^b L^b M^b$ φερόμενα.

---

fugâ saevientes (b 33 ἐν ὕλῃ ἢ ἐν ἕλει) prodere θυμόν, leonem ultro aggredientem non prodere. Sed sagaciter et vere monet, tantum abesse hanc animi vim ut per se ad virtutem pertineat, ut etiam in ignavis percipiatur, quos quidem necessitas quaedam impediverit quominus ignaviae suae pareant. Haud enim inconsulto fit, ut ad istam fortitudinem ἀνδρεῖοι esse dicantur etiam διὰ τὸ φοβεῖσθαι (b 32): nam revera pericula spernunt atque non timent, quia timore correpti sunt. Nihilominus satis constat, esse θυμοῦ ἔγερσιν καὶ ὁρμήν (b 30), at in metu dejectionem animi; ut ex hac contraria illa nasci possit. Annon idem hoc jamjam in illo genere fortitudinis apparebat quod secundo loco (a 29—b 3) adumbratum est? ne eos commemorem qui summo desiderii dolore cruciati (φεύγοντες ... ἔρωτα a 13) atque impatientes moriendi dolorem sibi ipsi infligunt. Διὰ θυμὸν hi quoque omnes perpetrant quae fortiter acta esse videntur; nec sunt alia hominum genera, sed alia ratio easdem res describendi est.

26. ἰτητικώτατον ὁ θυμὸς πρὸς τοὺς κινδύνους: cf. quem Plato vocat ἴτην Protag. 349 e. Superlativo vero non gradûs differentia sed id quod proprium est naturae significatur. *Ipsa illa animi vis qua impelluntur ut periculis obviam eant, est θυμός.* Possis, ut utrumque dimicandi genus quo opus est spectetur, ad ἰτητικὸς cum Eudemo (1229 a 28) addere καὶ ἀήττητος. V. Pl. Rep. 375 ἄμαχόν τε καὶ ἀνίκητον θυμός, οὗ παρόντος ψυχὴ πᾶσα πρὸς πάντα ἄφοβός τε καὶ ἀήττητος."

31. ὁ δὲ θυμὸς συνεργεῖ αὐτοῖς i. e. iis qui vere fortes sunt. Nec male factum quod hoc de uno isto genere adjicitur quamquam neque Eudemus false de omnibus „πρὸς τὰς παρακελεύσεις τὰς ἐν τοῖς κινδύνοις χρήσιμα ταῦτα πάντα" 1229 a 31. Nam longe aliter fortitudo cum θυμοῦ naturâ conjuncta est quam vel cum pudore vel cum bonâ spe. Item rectius Aristoteles omnia ad unum θυμὸν refert in hoc genere quam Eudemus universe ad πάθος ἀλόγιστον οἷον ἔρωτα ἢ θυμόν (ib. 21). Ipse enim ὁ θυμὸς ubicunque excitatus est oppresso timore ad pericula strenue subeunda impellit; at pleraeque animi affectiones quae ab illo diversae sunt ita tantum idem efficiunt, si forte prius suo motu etiam τὸν θυμὸν permoverint; sin aliter acciderit, non minus retinet atque revocat ὁ ἔρως in re ancipiti timidosque potius reddit.

Γ 11 θηρία δὲ διὰ λύπην· διὰ γὰρ τὸ πληγῆναι ἢ φοβεῖσθαι, 1116 b 32 ἐπεὶ ἐάν γε ἐν ὕλῃ ἢ ἐν ἕλει ᾖ, οὐ προσέρχονται. οὐ δή ἐστιν ἀνδρεία διὰ τὸ ὑπ' ἀλγηδόνος καὶ θυμοῦ ἐξελαυνόμενα πρὸς τὸν κίνδυνον ὁρμᾶν, οὐθὲν τῶν δεινῶν προορῶντα, ἐπεὶ οὕτω γε κἂν οἱ ὄνοι ἀνδρεῖοι εἶεν πεινῶντες· τυπτόμενοι γὰρ οὐκ ἀφίστανται τῆς νομῆς· καὶ οἱ μοιχοὶ δὲ διὰ τὴν ἐπι- 1117 a θυμίαν τολμηρὰ πολλὰ δρῶσιν. οὐ δή ἐστιν ἀνδρεία τὰ δι' ἀλγηδόνος ἢ θυμοῦ ἐξελαυνόμενα πρὸς τὸν κίνδυνον. φυσικωτάτη δ' ἔοικεν ἡ διὰ τὸν θυμὸν εἶναι, καὶ προσλαβοῦσα προαίρεσιν καὶ τὸ οὗ ἕνεκα ἀνδρεία εἶναι. καὶ οἱ

32. ἢ] $K^bN^bO^b$ ἢ διὰ τό. 36. κἂν] $K^bL^bM^b$ καί.
2. 3. οὐ δή — κίνδυνον] om. K^bO^b.

32. τὰ θηρία δὲ διὰ λύπην: siquidem dolor iste excitaverit animum nec forte fregerit. Unum vero discrimen ob quod aliena ab iis fortitudo est in voce διὰ τὸ καλόν (vs 31) positum est; ut enim sint μαιφόνα, gestientia stragem edere (cf. 1177 b 10 s.), nihilo magis virtutis nomine ornabuntur, quamquam δι' ἡδονὴν πράττοντα.

33. οὐ δή ἐστιν ἀνδρεία sc. τὰ θηρία quamvis vulgo ita vocentur v. Pl. Lach. 197 a. Cujus rei causam alio loco (1338 b 30) his verbis Aristoteles de bestiis loquens describit ὅτι οὐθὲν αὐτῶν ἀγωνίσαιτο ἂν οὐθένα καλὸν κίνδυνον. — Ceterum eandem hanc vocem οὐ δή ἐστιν ἀνδρεία .... πρὸς τὸν κίνδυνον ὁρμᾶν (b 35) paene totidem verbis iteratam vides 1117 a 2. 3; modo nunc quidem ad sola animalia relatam, post interjectâ adulterorum mentione (1117 a 1) ita immutatam ut etiam homines (τὰ ἐξελαυνόμενα subjecti loco) amplecti possit.

35. οὐθὲν τῶν δεινῶν προορῶντα: hoc novum accedit nec post 1117 a 3 repetitum neque ad rem necessarium. Nam etiamsi omnia providissent, tamen virtutis essent expertia dummodo nonnisi ὑπ' ἀλγηδόνος καὶ θυμοῦ (vs 34) mota sunt. At quod contrarium est τὸ προορᾶν in iis qui opponuntur, virtutis compotibus, nequit deesse. Neque enim τὸ διὰ τὸ καλόν (a 31) vel ἡ προαίρεσις καὶ τὸ οὗ ἕνεκα (1117 a 5) locum habet nisi in videntibus ac providentibus.

4. ἡ διὰ τὸν θυμὸν sc. ἀνδρεία δοκοῦσά γε. Haec φυσικωτάτη dicitur scilicet quoniam rectâ viâ ad fortitudinem natura τοῦ θυμοῦ ascendit quasi, vel (id quod Aristoteles quidem nusquam adhuc dixit) quoniam ἡ ἀνδρεία θυμοῦ ἕξις seu περὶ θυμὸν est. Itaque multum quidem in hac naturali, ut ita dicam, audaciâ desideratur ut sit virtus (nam ὁ προσλαβὼν προαίρεσιν καὶ τὸ οὗ ἕνεκα vs 5 adsumsit quod non habuerat totum honestatis opus), sed facilius nonnunquam est re ipsâ non reluctante inducere quod defuerit, ut pareat τὸ πειθαρχικόν (1102 b 31), quam mutare quod forte minus quidem differre videatur, at alienâ quadam vel fallaci ope in suam speciem conformatum sit (velut ἡ στρατιωτικὴ ἀνδρεία).

5. καὶ οἱ ἄνθρωποι δὴ ... Particulis (καὶ ... δὴ) proditur, Aristotelis mentem adhuc (v. ad 1116 b 33) in bestiarum similitudine, quam

1117 a ἄνθρωποι δὴ ὀργιζόμενοι μὲν ἀλγοῦσι, τιμωρούμενοι δ' ἥδονται· οἱ δὲ διὰ ταῦτα μαχόμενοι μάχιμοι μέν, οὐκ ἀνδρεῖοι δέ· οὐ γὰρ διὰ τὸ καλὸν οὐδ' ὡς ὁ λόγος, ἀλλὰ διὰ τὸ πάθος· παραπλήσιον δ' ἔχουσί τι. οὐδὲ δὴ εὐέλ- Γ 8
πιδες ὄντες ἀνδρεῖοι· διὰ γὰρ τὸ πολλάκις καὶ πολλοὺς νενικηκέναι θαῤῥοῦσιν ἐν τοῖς κινδύνοις. παρόμοιοι δέ, ὅτι ἄμφω θαῤῥαλέοι· ἀλλ' οἱ μὲν ἀνδρεῖοι διὰ τὰ προειρημένα θαῤῥαλέοι, οἱ δὲ διὰ τὸ οἴεσθαι κρείττους εἶναι καὶ μηθὲν ἀντιπαθεῖν. (τοιοῦτον δὲ ποιοῦσι καὶ αἱ μεθυσκόμενοι· εὐέλπιδες γὰρ γίνονται.) ὅταν δὲ αὐτοῖς μὴ συμβῇ τοιαῦτα, φεύγουσιν· ἀνδρείου δ' ἦν τὰ φοβερὰ ἀνθρώπῳ ὄντα καὶ φαινόμενα ὑπομένειν, ὅτι καλὸν καὶ αἰσχρὸν τὸ μή. διὸ καὶ ἀνδρειοτέρου δοκεῖ εἶναι τὸ ἐν τοῖς αἰφνιδίοις φόβοις

7. μαχόμενοι] om. K^b, al. 9. K^b διὰ πάθος. 11. ἐν τοῖς] K^b μὲν τοῖς. 12. K^b πρότερον εἰρημένα. 13. κρείττους] K^bO^b κράτιστοι. 15. K^b συμβῇ τὰ τοιαῦτα. 16. καὶ] K^b καὶ μή.

jam 1116 b 25 ad φυσικωτάτην hanc advocaverat, versatum fuisse. Iam enim ea quae de illis monuerat, ad homines quoque transfert. Qua in re quod rursus ita loquitur tanquam simpliciter universus ὁ θυμὸς sit ἐπιθυμία τῆς ἐκ τιμωρίας ἡδονῆς, φεύγουσα τὴν ἐν ὀργῇ λύπην anceps quidem sed consentaneum prioribus; cf. ad 1116 b 23 sq.

9. οὐδὲ δὴ οἱ εὐέλπιδες ὄντες ἀνδρεῖοι (—a 22) Quartus vel quintus τρόπος; quem quidem a verâ virtute differre ex eodem argument (οὐδὲ δὴ) elucet, quo ἡ διὰ θυμὸν a 8. 9 convicta est. Spes enim ist laeta eventûs fausti πάθος est, cui nil est cum ratione ad honestate omnia referente. Vides autem nasci illam, quamquam nec Aristotele fugit, fiduciam hominibus etiam propter plane alias causas, velut μέθης vs 14, adesse, potissimum iis qui multa et similia experti fueri vs 10 s.: ἐξ ἐμπειρίας στρατιωτικῆς fere (v. ad 1116 b 21).

14. τοιοῦτον δὲ ποιοῦσι (imo πάσχουσι) καὶ οἱ μεθυσκόμενοι: qu vide annon iidem τοῖς ἀγνοοῦσιν (a 23) adscribi possint; ὁ γὰρ με θύων ... δοκεῖ πράττειν ... οὐκ εἰδὼς ἀλλ' ἀγνοῶν 1110 b 26 s.

18. ἐν τοῖς αἰφνιδίοις φόβοις in quibus ne tantum quidem quasi spatii datur ut ipsum in animum suum spem laetam, qua confidere solebant, revocare possint. Ceterum non ab re meminisse quod 1111 b 9 legimus καὶ τὰ ἐξαίφνης ἑκούσια μὲν λέγομεν, κατὰ προαίρεσιν δ' οὔ, ad q. l. v. Sunt igitur actiones, in quibus nulla βουλή, nulla προαίρεσις τῶν πρὸς τὸ τέλος est, at in quibus nihilominus praestantia virtutis magis elucet quam in reliquis (ἀνδρειοτέρου a 18; ἀπὸ ἕξεως μᾶλλον a 20); nimirum ita, ut quum sublatâ omni deliberatione hostilis affectuum impetus protinus ipsam hominis voluntatem petat, impetu illo fracto probetur quanta sit voluntatis (τῆς βουλήσεως Γ 6), in uno honestatis fine defixae, vis et constantia. Ergo invito Aristotele fit, si quando doctrina ejus potiorem partem ethicae virtutis in iis ponere

11 ἄφοβον καὶ ἀτάραχον εἶναι ἢ ἐν τοῖς προδήλοις· ἀπὸ 1117 a 19 ἕξεως γὰρ μᾶλλον, ἢ καὶ ὅτι ἧττον ἐκ παρασκευῆς· τὰ προφανῆ μὲν γὰρ κἂν ἐκ λογισμοῦ καὶ λόγου τις προέλοιτο, 5 τὰ δ' ἐξαίφνης κατὰ τὴν ἕξιν. ἀνδρεῖοι δὲ φαίνονται καὶ οἱ ἀγνοοῦντες, καὶ εἰσὶν οὐ πόῤῥω τῶν εὐελπίδων, χείρους δ' ὅσῳ ἀξίωμα οὐδὲν ἔχουσιν, ἐκεῖνοι δέ. διὸ καὶ μένουσί τινα χρόνον· οἱ δ' ἠπατημένοι, ἐὰν γνῶσιν ὅτι ἕτερον ἢ ὑποπτεύσωσι, φεύγουσιν· ὅπερ οἱ Ἀργεῖοι ἔπαθον περιπεσόντες τοῖς Λάκωσιν ὡς Σικυωνίοις. οἵ τε δὴ ἀνδρεῖοι εἴρηνται ποῖοί τινες, καὶ οἱ δοκοῦντες ἀνδρεῖοι. 6

12 περὶ θάῤῥη δὲ καὶ φόβους ἡ ἀνδρεία οὖσα οὐχ ὁμοίως

20. ἢ καὶ ὅτι] K[b]O[b] ἢ ὅτι. 25. 26. K[b]M[b] ὑποπτεύουσιν (L[b] ὑποπτεύσουσι).

videatur quae ad mentem ad rationem ad deliberationem ad prudentiam aliquam spectant.

20. ἢ καὶ ὅτι ἧττον ἐκ παρασκευῆς: hoc enim post ἀπὸ ἕξεως γὰρ μᾶλλον altera causa, ob quam ita judicetur (δοκεῖ a 18).

21. κἂν ἐκ λόγου καὶ λογισμοῦ: cum contemptu quodam dictum. Probabile enim est eum qui multus est in omnibus rebus curiose perpendendis et computandis magis circumspicere quid tutissimum sit quam quid sit honestissimum; nam in augustâ pulchri naturâ vix est quod non tali sollertiâ obscuretur potius quam recte aestimetur. Itaque qui sic quidem ἐκ λόγου καὶ λογισμοῦ rem gesserit, etiamsi strenue gesserit suspectus erit ad utilitatem et securitatem spectasse, neque ut a virtute fit primas officio dedisse (οὐ τοῦ καλοῦ ἕνεκα). — Verissima haec; eoque diligentius enotanda, quum raro Aristoteles ita λόγον καὶ λογισμὸν vocaverit.

22 (— a 27). ἀνδρεῖοι δὲ φαίνονται καὶ οἱ ἀγνοοῦντες. Ultimum genus; quod quam prope accedat ad id quod modo descriptum est et ipse scriptor sensit (οὐ πόῤῥω τῶν εὐελπίδων a 23) et jam monuimus ad vs 14. Vult autem Aristoteles εὐέλπιδας vocari qui spem laetam perpetuam quasi secum portant ut aliquam sane causam esse probabile sit cur sibi ipsis confidant (v. διὰ τὸ πολλάκις καὶ πολλοὺς νενικηκέναι a 10; ἀξίωμά τι ἔχουσιν a 24); sin quis rem potius in qua versatur quam se ipsum temere talem esse opinetur, ut gravius periculum procul videatur esse, et ipse profecto jam εὔελπις erit, sed causam istius temeritatis verissime ignorationem rerum, unde ipsa illa spes fallax nata sit, dicemus. At inde etiam hoc patebit eos qui ita fortiter rem gesserint, non solum ἀγνοοῦντας, sed δι' ἄγνοιαν egisse (Γ 2), ut ne τὸ ἑκούσιον quidem apud eos sit, nedum ullum virtutis genus.

25. ὅταν γνῶσιν ὅτι ἕτερον ἢ ὑποπτεύσωσι: „si forte intellexerint rem aliter habere fuerintve suspicati“: ista enim fiducia vel suspicione obortâ jacet.

d) 1117 a 29—b 22. Reditur ad verae fortitudinis rationem naturamque exponendam, ut hoc capite quodammodo suppleatur quod

περὶ ἄμφω ἐστίν, ἀλλὰ μᾶλλον περὶ τα φοβερά· ὁ γὰρ Γ 1 ἐν τούτοις ἀτάραχος καὶ περὶ ταῦθ' ὡς δεῖ ἔχων ἀνδρεῖος μᾶλλον ἢ ὁ περὶ τὰ θαῤῥαλέα. τῷ δὴ τὰ λυπηρὰ ὑπομένειν, ὡς εἴρηται, ἀνδρεῖοι λέγονται. διὸ καὶ ἐπίλυπον ἡ ἀνδρεία, καὶ δικαίως ἐπαινεῖται· χαλεπώτερον γὰρ τὰ λυπηρὰ ὑπομένειν ἢ τῶν ἡδέων ἀπέχεσθαι. οὐ μὴν ἀλλὰ

———————

primo hujus disputationis capite (1115 a 6—b 24) adumbratum est. Qua in re ut recte cognoscatur quemadmodum Aristoteles singulas partes doctrinae suae disponere solitus sit, ad id animus advertatur, nil nunc addi quod minus bene intelligeretur, si non prius imago quinque illorum τρόπων (1116 a 10—1117 a 28) demonstrata esset.

30. *μᾶλλον περὶ τὰ φοβερά* (*ἡ ἀνδρεία*): ex hac sententiâ jam ab initio (v. ad 1115 a 7) disputatio instituta est. Ceterum hoc fortitudini cum compluribus virtutibus commune est, ut quum ad binas vel affectiones vel agendi rationes referantur non eodem modo ad utrasque spectent; velut *ἡ σωφροσύνη ἧττον περὶ τὰς λύπας* 1117 b 26, *ἡ ἐλευθεριότης μᾶλλον ἐν δόσει χρημάτων* 1119 b 25 s. Atque ubique satis visum est, rem ita esse affirmare.

33. *ὡς εἴρηται* v. 1115 b 11 s. (nam *λυπηρὰ* esse quae metum injiciant, per se certum).

33. *διὸ καὶ ἐπίλυπον ἡ ἀνδρεία*: de hac enim sententiâ potissimum hoc capite agendum videbatur. Res vero ipsa duplici modo ita se habet: primum enim quum non prorsus metus a fortitudine ejiciatur (ad 1115 b 11), is qui restat *λύπην* quandam secum habet; deinde, etiamsi metus nullus esset, aliud doloris genus in tolerandis malis adest. Tertium denique genus *λύπης*, quod in omni *θυμοῦ* (et *ὀργῆς*) motu subest, impellens illud potius fortem animum quam retinens (v. ad 1116 b 23 sq.), ad hoc *ἐπίλυπον* non facit.

34. *δικαίως ἐπαινεῖται· χαλεπώτερον γὰρ* ... Utrum difficilius sit (*ἡδέων ἀπέχεσθαι* an *ὑπομένειν λυπηρά*), dubitari potest: saltem *χαλεπώτερον ἡδονῇ μάχεσθαι ἢ θυμῷ* 1105 a 7; at graviore casu hoc fit.

35 sq. *οὐ μὴν ἀλλὰ δόξειεν εἶναι* ... *ἡδύ κ. τ. λ.* Duo quae contraria videntur esse copulanda erant: alterum in quo summa hujus virtutis laus posita est (*τὸ ἐπίλυπον καὶ χαλεπόν* a 33. 34), alterum (*τὸ ἡδύ*), sine quo nec sua sponte agere vir fortis dicendus esset (nam *ἡδονὴ πᾶσι τοῖς ὑπὸ τὴν αἵρεσιν παρακολουθεῖ* 1104 b 35) neque esset omnino *ἕξις ἀνδρείας* (cf. 1104 b 3 sq. *σημεῖον δὲ δεῖ ποιεῖσθαι τῶν ἕξεων τὴν ἐπιγινομένην ἡδονὴν ἢ λύπην τοῖς ἔργοις· ὁ μὲν γὰρ* .... *ὑπομένων τὰ δεινὰ καὶ χαίρων ἢ μὴ λυπούμενός γε ἀνδρεῖος, ὁ δὲ λυπούμενος δειλός*). Illud tanquam hujus virtutis proprium pluribus, advocato ludorum gymnicorum exemplo (b 2 sq.), exponitur ut ne molestiarum numerus (b 5) atque vis (b 10—13) ignoretur; hoc breviter ad unum *τὸ τέλος* relatum (b 1. 3. 16) exiguum esse et paene latere dicitur (b 6. 2) neque ipsum quid et ubi sit definitur; illud *τέλος* autem, in quo solo appositum est, *τὸ ἐν πολέμῳ καλὸν* esse audimus (b 14), nil ultra.

δόξειεν ἂν εἶναι τὸ κατὰ τὴν ἀνδρείαν τέλος ἡδύ, ὑπὸ τῶν 1117 b κύκλῳ δ' ἀφανίζεσθαι, οἷον κἂν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσι γίνεται· τοῖς γὰρ πύκταις τὸ μὲν τέλος ἡδύ, οὗ ἕνεκα, ὁ στέφανος καὶ αἱ τιμαί, τὸ δὲ τύπτεσθαι ἀλγεινόν, εἴπερ σάρκινοι, καὶ λυπηρόν, καὶ πᾶς ὁ πόνος· διὰ δὲ τὸ πολλὰ ταῦτ' εἶναι, μικρὸν ὂν τὸ οὗ ἕνεκα οὐδὲν ἡδὺ φαίνεται ἔχειν. εἰ δὴ τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ περὶ τὴν ἀνδρείαν, ὁ μὲν θάνατος καὶ τὰ τραύματα λυπηρὰ τῷ ἀνδρείῳ καὶ ἄκοντι ἔσται, ὑπομένει δὲ αὐτά, ὅτι καλὸν ἢ ὅτι αἰσχρὸν τὸ μή. καὶ ὅσῳ ἂν μᾶλλον τὴν ἀρετὴν ἔχῃ πᾶσαν καὶ εὐδαιμονέστερος ᾖ, μᾶλλον ἐπὶ τῷ θανάτῳ λυπηθήσεται· τῷ τοιούτῳ

2. 3. γίνεται] K^b γίνεσθαι. 4. K^b καὶ τιμαί. 7. εἰ δὴ] K^b εἰ δὲ δὴ (L^{b}M^b εἰ δὲ). K^b καὶ περὶ. 9. ἢ ὅτι] K^b ὅτι. 11. λυπηθήσεται] ex uno (ut vid.) K^b; cett. aut λυπεῖται aut λύπη ἔσται.

1. ὑπὸ τῶν κύκλῳ δ' ἀφανίζεσθαι (δοκεῖ τὸ τέλος ἡδὺ ὄν): sunt autem τὰ κύκλῳ, quae simili modo in Rhetoricis saepius vocantur, fere „externa rem cingentia et fere orbem conficientia“ (v. Spengel ad 1367 b 29).

3. τὸ τέλος ... ὁ στέφανος καὶ αἱ τιμαί: quae quidem praemia non possunt contingere nisi — favente scilicet fortunâ — in extremo fine molestiarum quas per totum exercitationis tempus et sub ipso certamine tulerint, ut ante finem nil quod placeret habuisse dicendi sint nisi forte blandam futurae victoriae spem. At haec ita quidem a re gymnicâ ad virtutem transferri non posse apparet, quippe quae tum πολιτικὴ potius ἀνδρεία quam vera esset si coronis et honoribus alliceretur (v. 1116 a 17—19), tum opus id haberet propositum quo universo quidem suum ipsius τέλος perderetur. Mors enim subeunda viro vere forti non invito et praeter spem ut fere ceteris accidit, sed est illi pars, imo caput earum rerum, in quibus versatur (v. b 7; 11—13; 1115 a 26 s.); itaque quoniam ad id potissimum intentus est ut quandocunque oporteat et velit et possit vitam spernere, nullum ei esset τέλος ἡδύ, si id unum esset quod ipsâ morte praeciditur. Quam in partem si Aristoteles sententiam suam explicasset, fortasse ad ea quae 1115 b 20 sq. dixit recurrisset ὅτι τέλος πάσης ἐνεργείας ἐστὶ τὸ κατὰ τὴν ἕξιν; neque alia deerant quae consentanea essent. At de tali quaestione verba facere alienum ab interpretis munere videtur.

8. λυπηρὰ τῷ ἀνδρείῳ καὶ ἄκοντι cf. Eud. 1223 a 32 εἴ τι λυπηρόν, βίαιον, καὶ εἰ βίαιον, λυπηρόν (quodcunque vero βίαιον, idem ἀκούσιον esse scimus). Ceterum nil impedit quominus in mediis his doloribus vir fortis etiam gaudeat vel certe sibi sit conscius, se dolore illo suscepto tristitiam sibi quidem multo molestiorem (ὅτι αἰσχρὸν τὸ μή b 9) evitasse; quemadmodum autem δοκεῖ καὶ τὸ μεῖον κακὸν ἀγαθόν πως εἶναι (1129 b 8), videbitur etiam quod minus triste sit quodammodo dulce.

11. τῷ τοιούτῳ μάλιστα ζῆν ἄξιον: scilicet talem vivere qualis est,

περὶ ἄμφω ἐστίν, ἀλλὰ μᾶλλον περὶ τα φοβερά· ὁ γὰρ Γ ἐν τούτοις ἀτάραχος καὶ περὶ ταῦθ' ὡς δεῖ ἔχων ἀνδρεῖος μᾶλλον ἢ ὁ περὶ τὰ θαῤῥαλέα. τῷ δὴ τὰ λυπηρὰ ὑπομένειν, ὡς εἴρηται, ἀνδρεῖοι λέγονται. διὸ καὶ ἐπίλυπον ἡ ἀνδρεία, καὶ δικαίως ἐπαινεῖται· χαλεπώτερον γὰρ τὰ λυπηρὰ ὑπομένειν ἢ τῶν ἡδέων ἀπέχεσθαι. οὐ μὴν ἀλλὰ

---

primo hujus disputationis capite (1115 a 6—b 24) adumbratum est. Qua in re ut recte cognoscatur quemadmodum Aristoteles singulas partes doctrinae suae disponere solitus sit, ad id animus advertatur, nil nunc addi quod minus bene intelligeretur, si non prius imago quinque illorum τρόπων (1116 a 10—1117 a 28) demonstrata esset.

30. μᾶλλον περὶ τὰ φοβερά (ἡ ἀνδρεία): ex hac sententiâ jam ab initio (v. ad 1115 a 7) disputatio instituta est. Ceterum hoc fortitudini cum compluribus virtutibus commune est, ut quum ad binas vel affectiones vel agendi rationes referantur non eodem modo ad utrasque spectent; velut ἡ σωφροσύνη ἧττον περὶ τὰς λύπας 1117 b 26, ἡ ἐλευθεριότης μᾶλλον ἐν δόσει χρημάτων 1119 b 25 s. Atque ubique satis visum est, rem ita esse affirmare.

33. ὡς εἴρηται v. 1115 b 11 s. (nam λυπηρὰ esse quae metum injiciant, per se certum).

33. διὸ καὶ ἐπίλυπον ἡ ἀνδρεία: de hac enim sententiâ potissimum hoc capite agendum videbatur. Res vero ipsa duplici modo ita se habet: primum enim quum non prorsus metus a fortitudine ejiciatur (ad 1115 b 11), is qui restat λύπην quandam secum habet; deinde, etiamsi metus nullus esset, aliud doloris genus in tolerandis malis adest. Tertium denique genus λύπης, quod in omni θυμοῦ (et ὀργῆς) motu subest, impellens illud potius fortem animum quam retinens (v. ad 1116 b 23 sq.), ad hoc ἐπίλυπον non facit.

34. δικαίως ἐπαινεῖται· χαλεπώτερον γὰρ ... Utrum difficilius sit (ἡδέων ἀπέχεσθαι an ὑπομένειν λυπηρά), dubitari potest: saltem χαλεπώτερον ἡδονῇ μάχεσθαι ἢ θυμῷ 1105 a 7; at graviore casu hoc fit.

35 sq. οὐ μὴν ἀλλὰ δόξειεν εἶναι ... ἡδύ κ. τ. λ. Duo quae contraria videntur esse copulanda erant: alterum in quo summa hujus virtutis laus posita est (τὸ ἐπίλυπον καὶ χαλεπόν a 33. 34), alterum (τὸ ἡδύ), sine quo nec sua sponte agere vir fortis dicendus esset (nam ἡδονὴ πᾶσι τοῖς ὑπὸ τὴν αἵρεσιν παρακολουθεῖ 1104 b 35) neque esse omnino ἕξις ἀνδρείας (cf. 1104 b 3 sq. σημεῖον δὲ δεῖ ποιεῖσθαι τῶν ἕξεων τὴν ἐπιγινομένην ἡδονὴν ἢ λύπην τοῖς ἔργοις· ὁ μὲν γὰρ .... ὑπομένων τὰ δεινὰ καὶ χαίρων ἢ μὴ λυπούμενός γε ἀνδρεῖος, ὁ δὲ λυπούμενος δειλός). Illud tanquam hujus virtutis proprium pluribus, advocato ludorum gymnicorum exemplo (b 2 sq.), exponitur ut ne molestiarum numerus (b 5) atque vis (b 10—13) ignoretur; hoc breviter ad unum τὸ τέλος relatum (b 1. 3. 16) exiguum esse et paene latere dicitur (b 6. 2) neque ipsum quid et ubi sit definitur; illud τέλος autem, in quo solo appositum est, τὸ ἐν πολέμῳ καλὸν esse audimus (b 14), nil ultra.

Γ 12 δόξειεν ἂν εἶναι τὸ κατὰ τὴν ἀνδρείαν τέλος ἡδύ, ὑπὸ τῶν 1117 b κύκλῳ δ' ἀφανίζεσθαι, οἷον κἂν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσι γίνεται· τοῖς γὰρ πύκταις τὸ μὲν τέλος ἡδύ, οὗ ἕνεκα, ὁ στέφανος καὶ αἱ τιμαί, τὸ δὲ τύπτεσθαι ἀλγεινόν, εἴπερ σάρκινοι, καὶ λυπηρόν, καὶ πᾶς ὁ πόνος· διὰ δὲ τὸ πολλὰ ταῦτ' εἶναι, μικρὸν ὂν τὸ οὗ ἕνεκα οὐδὲν ἡδὺ φαίνεται ἔχειν. εἰ δὴ τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ περὶ τὴν ἀνδρείαν, ὁ μὲν θάνατος καὶ τὰ τραύματα λυπηρὰ τῷ ἀνδρείῳ καὶ ἄκοντι ἔσται, ὑπομένει δὲ αὐτά, ὅτι καλὸν ἢ ὅτι αἰσχρὸν τὸ μή. καὶ ὅσῳ ἂν μᾶλλον τὴν ἀρετὴν ἔχῃ πᾶσαν καὶ εὐδαιμονέστερος ᾖ, μᾶλλον ἐπὶ τῷ θανάτῳ λυπηθήσεται· τῷ τοιούτῳ

2. 3. γίνεται] K^b γίνεσθαι. 4. K^b καὶ τιμαί. 7. εἰ δὴ] K^b εἰ δὲ δὴ (L^b M^b εἰ δὲ). K^b καὶ περὶ. 9. ἢ ὅτι] K^b ὅτι. 11. λυπηθήσεται] ex uno (ut vid.) K^b; cett. aut λυπεῖται aut λύπη ἔσται.

1. ὑπὸ τῶν κύκλῳ δ' ἀφανίζεσθαι (δοκεῖ τὸ τέλος ἡδὺ ὄν): sunt autem τὰ κύκλῳ, quae simili modo in Rhetoricis saepius vocantur, fere „externa rem cingentia et fere orbem conficientia" (v. Spengel ad 1367 b 29).

3. τὸ τέλος ... ὁ στέφανος καὶ αἱ τιμαί: quae quidem praemia non possunt contingere nisi — favente scilicet fortunâ — in extremo fine molestiarum quas per totum exercitationis tempus et sub ipso certamine tulerint, ut ante finem nil quod placeret habuisse dicendi sint nisi forte blandam futurae victoriae spem. At haec ita quidem a re gymnicâ ad virtutem transferri non posse apparet, quippe quae tum πολιτικὴ potius ἀνδρεία quam vera esset si coronis et honoribus alliceretur (v. 1116 a 17—19), tum opus id haberet propositum quo universo quidem suum ipsius τέλος perderetur. Mors enim subeunda viro vere forti non invito et praeter spem ut fere ceteris accidit, sed est illi pars, imo caput earum rerum, in quibus versatur (v. b 7; 11—13; 1115 a 26 s.); itaque quoniam ad id potissimum intentus est ut quandocunque oporteat et velit et possit vitam spernere, nullum ei esset τέλος ἡδύ, si id unum esset quod ipsâ morte praeciditur. Quam in partem si Aristoteles sententiam suam explicasset, fortasse ad ea quae 1115 b 20 sq. dixit recurrisset ὅτι τέλος πάσης ἐνεργείας ἐστὶ τὸ κατὰ τὴν ἕξιν; neque alia deerant quae consentanea essent. At de tali quaestione verba facere alienum ab interpretis munere videtur.

8. λυπηρὰ τῷ ἀνδρείῳ καὶ ἄκοντι cf. Eud. 1223 a 32 εἴ τι λυπηρόν, βίαιον, καὶ εἰ βίαιον, λυπηρόν (quodcunque vero βίαιον, idem ἀκούσιον esse scimus). Ceterum nil impedit quominus in mediis his doloribus vir fortis etiam gaudeat vel certe sibi sit conscius, se dolore illo suscepto tristitiam sibi quidem multo molestiorem (ὅτι αἰσχρὸν τὸ μή b 9) evitasse; quemadmodum autem δοκεῖ καὶ τὸ μεῖον κακὸν ἀγαθόν πως εἶναι (1129 b 8), videbitur etiam quod minus triste sit quodammodo dulce.

11. τῷ τοιούτῳ μάλιστα ζῆν ἄξιον: scilicet talem vivere qualis est,

γὰρ μάλιστα ζῆν ἄξιον, καὶ οὗτος μεγίστων ἀγαθῶν ἀποστερεῖται εἰδώς· λυπηρὸν δὲ τοῦτο. ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ἀνδρεῖος, ἴσως δὲ καὶ μᾶλλον, ὅτι τὸ ἐν τῷ πολέμῳ καλὸν ἀντ' ἐκείνων αἱρεῖται. οὐ δὴ ἐν ἁπάσαις ταῖς ἀρεταῖς τὸ ἡδέως Γ

13. τοῦτο] K[b] τούτωι.

beatum propter virtutem (b 10). Nam si ζῆν dicas idem quod superstitem esse, vera erit contraria vox: cf. (ne plura adscribam) 1124 b 8 ὁ μεγαλόψυχος ἀφειδὴς τοῦ βίου ὡς οὐκ ἄξιον ὂν πάντως ζῆν; atque 1169 a 23 (ὁ σπουδαῖος) μᾶλλον ἕλοιτ' ἂν βιῶσαι καλῶς ἐνιαυτὸν ἢ πόλλ' ἔτη τυχόντως.

13. ἀλλ' οὐθὲν ἧττον ἀνδρεῖος, ἴσως δὲ καὶ μᾶλλον sc. ὁ μάλιστα τὴν ἀρετὴν ἔχων πᾶσαν (b 10). Idem enim ille omnium paratissimus est, ut jubente virtute vitae quamvis carae ac dulci praeferat honestatem (τὸ ἐν πολέμῳ καλόν b 14). Unde apparet — id enim agitur — proprium fortitudinis esse τὸ ἐπίλυπον (a 33): etenim in quibus jactura vitae gravissimum est (μᾶλλον λυπηθήσεται b 11) iidem fortissimi. — De hac interpretatione qui dubitet, videat sententiam oppositam quae sequitur (στρατιώτας δ' οὐδὲν ἴσως κωλύει b 17): videtur enim in militibus res alia esse, quoniam inter illos in periclitando excellunt qui minimi faciunt vitam suam miseram; at isti mercenarii sunt, non viri fortes, ipsiusque virtutis expertes similitudine quadam ejus judicantes ita decipiunt.

15. οὐ δὴ ἐν ἁπάσαις ταῖς ἀρεταῖς ... b 16 ἐφάπτεται: de tot[illegible] genere virtutum jampridem Aristoteles statuerat ὅτι φύσει ἡδέα α[illegible] κατ' ἀρετὴν πράξεις, ὥστε καὶ τούτοις (τοῖς φιλοκάλοις) εἰσὶν ἡδεῖαι [illegible] καὶ καθ' αὑτάς 1099 a 13 sq. V. ad 1099 a 11—17; ad 1117 a 35 sq[illegible] Cui sententiae quum hujus capitis disputatio, docens τὰς κατ' ἀνδρεία[illegible] πράξεις ἐπιλύπους εἶναι, quodammodo opposita videretur, jam et lege[illegible] illam et hanc exceptionem in unum complecti placuit. Qua in re hau[illegible] temere voce οὐκ ἐν ἁπάσαις ταῖς ἀρεταῖς non ad unam fortitudine[illegible] se restrinxit: ita enim si disseratur, neque οἱ σώφρονες ἡδέως ἐνεργ[illegible] σουσι dum voluptatem naturae humanae blandientem procul esse v[illegible] lunt, neque alii multi parum profecisse videbuntur dummodo vere [illegible] suo honestatis officio possint dicere „οὐ λυπηρὰ συνήθη γινόμεν[illegible] (1179 b 35). At ab alterâ parte legi quam diximus satis verbis [illegible] ἐφ' ὅσον τοῦ τέλους ἐφάπτεται sc. τὸ ἐνεργεῖν κατὰ τὰς ἀρετάς [illegible] curritur. Nil enim obstat, ne haec ita intelligamus, patere quasi [illegible] cuique actioni, etiamsi cum summâ molestiâ conjuncta sit, aditum [illegible] τὸ τέλος; neque est cur alio loco vel nomine τὸ ἡδὺ flagitemus, se[illegible] ἐπιγινόμενον τέλος seu ἐνέργεια τελεία ἢ ἀνεμπόδιστος vocatur ἡ ἡδονή. — Videtur autem Aristoteles de hac re minus distincte locutus esse, quia dubitabat in eodem homine eâdem horâ et dolorem (velut vulnerato corpore) et laetitiam animi praesentem facere. Omnino enim verum esse putaverit, quod 1154 b 13 in aliâ quaestione affirmat „ἐξελαύνει ἡδονὴ λύπην (addas καὶ λύπη ἡδονήν) ἥ τ' ἐναντία καὶ ἡ τυχοῦσα ἐὰν ᾖ ἰσχυρά.“ Cf. 1166 b 22 εἰ δὲ μὴ οἷόν τε ἅμα λυπεῖσθαι καὶ ἥδεσθαι —.

Γ 12 ἐνεργεῖν ὑπάρχει, πλὴν ἐφ' ὅσον τοῦ τέλους ἐφάπτεται. 1117 b 16 στρατιώτας δ' οὐδὲν ἴσως κωλύει μὴ τοὺς τοιούτους κρατίστους εἶναι, ἀλλὰ τοὺς ἧττον μὲν ἀνδρείους, ἄλλο δ' ἀγαθὸν μηδὲν ἔχοντας· ἕτοιμοι γὰρ οὗτοι πρὸς τοὺς κινδύνους, καὶ τὸν βίον πρὸς μικρὰ κέρδη καταλλάττονται. περὶ μὲν οὖν ἀνδρείας ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω· τί δ' ἐστίν, οὐ χαλεπὸν τύπῳ γε περιλαβεῖν ἐκ τῶν εἰρημένων.

13 μετὰ δὲ ταύτην περὶ σωφροσύνης λέγωμεν· [δοκοῦσι

23. 24. [δοκοῦσι — αἱ ἀρεταί (K^b ἀρεταί)] susp.

17. στρατιώτας δ' οὐδὲν ἴσως κωλύει κ. τ. λ. V. ad b 13. Redit enim sermo, omissâ eâ quaestione quam b 15. 16 tanquam casu oblatam perstrinxerat tantum, ad imaginem viri fortis absolvendam: id quod nunc quidem fit opposito mercenariorum exemplo.

2) Γ 13—15 (1117 b 23 — 1119 b 18) περὶ σωφροσύνης.

V. Eud. Γ 2; MM. Α 22; inter Platonis libros imprimis Charmidem. Pertractat autem Aristoteles hoc argumentum ita ut primum sicut in fortitudine fecit, quum constet temperantiam maxime ad voluptates referri, diligenter inquirat περὶ τίνας τῶν ἡδονῶν (καὶ λυπῶν) ἡ σωφροσύνη 1117 b 24 — 1118 b 27; deinde postquam breviter monuit, quomodo omnino ad haec homo vel bene vel male affectus moveatur animo agatque (— 1118 b 33), ortus ab intemperantiâ vitiorum in hoc genere atque virtutis rationem exponàt 1119 a 1 — 20; denique et rei ipsius illustrandae et quasi hortandi causâ nonnulla adjiciat unde apparet, sponte homines ad istas potissimum res male gerendas deferri atque ab ipsâ suâ naturâ, nisi disciplinâ contineatur, in pravitatem abduci 1119 a 21 — b 18.

Universa igitur disputatio simillime disposita est ac prior quae de fortitudine erat; at id proprium habet, quod demonstratio tripartita fere ubique (jam inde a 1117 b 32 sq.) aut refertur ad alterum vitium aut inde proficiscitur, ut dubitari possit annon rectius inscribatur περὶ ἀκολασίας quam περὶ σωφροσύνης. Est enim haec quidem virtus in iis potius perspicua quae evitat supprimitque quam in iis quae gignit et in medio propônit.

23. δοκοῦσι γὰρ τῶν ἀλόγων μερῶν αὗται εἶναι αἱ ἀρεταί: sc. ἀνδρεία τε καὶ σωφροσύνη, ideoque (γὰρ) decet ordine illas se excipere (μετὰ ταύτην). At minus facilis sententia quae pro argumento est. Τοῦ ἀλόγου nimirum τῆς ψυχῆς, μετέχοντος δέ πως λόγου omnes ethicae virtutes esse dictae sunt Α 13; nec fieri potest ut vox τὰ ἄλογα μέρη, quamquam haud usitata Aristoteli, aliud vel plus dicat quam seu τὸ ἄλογον seu ἡ ἄλογος ψυχῆς φύσις (1102 b 13). Quomodo igitur idem hoc (τὸ εἶναι τῶν ἀλόγων μερῶν) duarum virtutum ethicarum proprium fuerit? Longe enim id aliud est ac illud quod constat, eos potissimum animi motûs in quibus fortitudo et temperantia versetur (τὸν θυμὸν et τὴν ἐπιθυμίαν τῶν δι' ἁφῆς ἡδονῶν) communes nobis

1117 b 24 γὰρ τῶν ἀλόγων μερῶν αὗται εἶναι αἱ ἀρεταί.] ὅτι μὲν Γ 13 οὖν μεσότης ἐστὶ περὶ ἡδονὰς ἡ σωφροσύνη, εἴρηται ἡμῖν· ἧττον γὰρ καὶ οὐχ ὁμοίως ἐστὶ περὶ τὰς λύπας· ἐν τοῖς αὐτοῖς δὲ καὶ ἡ ἀκολασία φαίνεται. περὶ ποίας οὖν τῶν ἡδονῶν, νῦν ἀφορίσωμεν. διῃρήσθωσαν δὲ αἱ ψυχικαὶ καὶ § αἱ σωματικαί, οἷον φιλοτιμία φιλομάθεια· ἑκάτερος γὰρ τούτων χαίρει, οὗ φιλητικός ἐστιν, οὐθὲν πάσχοντος τοῦ σώματος, ἀλλὰ μᾶλλον τῆς διανοίας· οἱ δὲ περὶ τὰς τοιαύ-

26. K^b O^b ὁμοίως περὶ τὰς λύπας ἐστίν. 28. 29. K^b O^b καὶ αἱ σωματικαὶ καὶ αἱ ψυχικαί. 29. K^b φιλομαθία.

esse cum animalibus expertibus rationis; cf. 1116 b 25—33; 1118 a 16—25. Ne multa: verba δοκοῦσι γὰρ . . . αἱ ἀρεταί, quoniam sententiam fere novam nec certam inducunt, idque eo loco, quo argumento haud opus erat (neque enim e more Aristotelico vox μετὰ δὲ ταύτην λέγωμεν b 23 egebat ratione additâ) suspicionem movent tanquam manu non imperitâ quidem sed alienâ addita.

a) 1117 b 24 — 1118 b 27: περὶ ποίας τῶν ἡδονῶν ἡ σωφροσύνη μεσότης; (1117 b 27. 25). Ita si quaerendum est, dimittendae primum αἱ ψυχικαὶ omnes (— 1118 a 1), inter τὰς σωματικὰς quae per visum (—1118 a 6), per auditum (—1118 a 9), per olfactum contingunt (—1118 a 16), omnino quarumcunque reliqua animalia sensum non habent (- 1118 a 25). Restant quae gustando et tangendo nascuntur, sed ita ut ad hoc genus gustatus quidem omnis parum valeat, tactus vero is tantum ad rem faciat qui in certis quibusdam corporis partibus positus aut ad gulam aut ad rem veneream pertinet (— 1118 b 8). In isto vero genere quum alia naturalia sint et ab omnibus appetantur, alia assumta quasi et varia singulorum hominum propria videantur, in illis quidem non ita multum periculi et in unam tantum partem est; at in his peccandi crebra et varia facultas — 1118 b 27.

Ergo ἡ σωφροσύνη (καὶ ἡ ἀκολασία) περὶ τὰς δι' ἀφῆς τῆς περὶ τινα μέρη τοῦ σώματος γινομένης ἡδονάς, τούτων δὲ μάλιστα περὶ τὰς ἐπιθέτους καὶ ἰδίας.

25. εἴρηται ἡμῖν v. 1107 b 4 — 6, ubi additis ad vocem περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας verbis οὐ πάσας etiam id expressum jam est, quo nunc nititur insequens sententia περὶ ποίας οὖν τῶν ἡδονῶν (b 27). Ceterum cf. quae illic adnotavimus. Atque in hoc capite ita loquitur Aristoteles ut plane illi idem sit utrum ἡδονὰς dicat an ἐπιθυμίας: has enim, postquam 1118 a 13 et 16 inter sermonem de generibus deliciarum ἐπιθυμητὰ vocavit τὰ ἡδέα seu τὰ ποιοῦντα ἡδονήν, primum commemorat 1118 b 8; quod autem ibi alterum earum genus distinxit, mox 1118 b 21 rursus nuncupat τὰς ἰδίας τῶν ἡδονῶν.

30. χαίρει sc. τούτῳ, οὗ φιλητικός ἐστιν seu ἀφ' οὗ φιλοτοιοῦτος (1118 b 22) λέγεται. Φιλητικὸς aucta vi activae notionis quae in hac formâ inest apud Eudemum 1239 a 28 is est qui μᾶλλον χαίρει τῷ φιλεῖν ἢ τῷ φιλεῖσθαι.

13 τας ἡδονὰς οὔτε σώφρονες οὔτε ἀκόλαστοι λέγονται. ὁμοίως 1117 b 32 δ' οὐδ' οἱ περὶ τὰς ἄλλας ὅσαι μὴ σωματικαί εἰσιν· τοὺς γὰρ φιλομύθους καὶ διηγητικοὺς καὶ περὶ τῶν τυχόντων κατατρίβοντας τὰς ἡμέρας ἀδολέσχας, ἀκολάστους δ' οὐ λέγομεν, οὐδὲ τοὺς λυπουμένους ἐπὶ χρήμασιν ἢ φίλοις. περὶ 1118 a δὲ τὰς σωματικὰς εἴη ἂν ἡ σωφροσύνη, οὐ πάσας δὲ οὐδὲ

---

2. περὶ δὲ τὰς] an περὶ δὴ τάς?

---

1. τοὺς λυπουμένους ἐπὶ χρήμασιν cogitabis esse qui doleant quod non habent vel quod amiserunt (ἐπὶ χρημάτων ἀποβολῇ cf. 1115 a 21). Similiter igitur dici putandi erunt οἱ λυπούμενοι ἐπὶ φίλοις, quamquam ii quos amamus tam vario modo nobis doloris causa esse possunt, ut τὸ λυπεῖσθαι ἐπὶ φίλοις pro certo tristitiae genere stare vix possit. – Absolvitur vero hoc exemplo genus τῶν ψυχικῶν ἡδονῶν; in quo id quidem manifestum nasci illas omnes οὐθὲν πάσχοντος τοῦ σώματος (1117 b 30). Quae praeterea de iis scire aveas, ex Aristotele qui nusquam ad has quaestiones perpendendas revertatur haud omnia comperies. Ipsum quidem τὸ ἥδεσθαι est ψυχικόν (1099 a 7 u. v.), videturque non ad certam animi partem, sed ad universam animam referri: ut probabile sit, sicut in corporis partem πάσχοντός τι τοῦ σώματος ἡ ψυχὴ ἥδεται, ita τὰς ψυχικὰς ἡδονὰς contingere quum parte aliquâ animi quodammodo affectâ laetetur anima. Neque igitur per se praeter opinionem accidit ut legamus (1117 b 31) κατὰ ψυχικὰς ἡδονὰς χαίρειν τοὺς ἀνθρώπους πασχούσης τι τῆς διανοίας, quae sine dubio pars tantum animae, diversa a τῷ θρεπτικῷ et τῷ ὀρεκτικῷ est (Α 13). At minus facile, quod ista verba non ad τὸν φιλομαθῆ solum, cujus ἕξις est διανοητική, sed etiam ad τὸν φιλότιμον spectant (ἑκάτερος ib. 29), cujus habitus ethicus ad τὸ ὀρεκτικὸν refertur. Vides enim, ita quidem τὰς τοῦ ὀρεκτικοῦ ἕξεις primum alias inter σωματικὰς ἡδονὰς versari alias inter ψυχικάς, deinde earum quae περὶ ψυχικὰς sunt nonnullas certe accipere quasi suam ἡδονὴν ab affectione quadam τοῦ διανοητικοῦ. An omnes? ut nulla ἡδονὴ nascatur πάσχοντός τι τοῦ ὀρεκτικοῦ?

2. οὐ πάσας δὲ οὐδὲ ταύτας sc. τὰς σωματικὰς ἡδονάς: imo quum quinque sint sensus, unde σωματικαὶ ἡδοναὶ proficiscantur, ne ad omnes quidem quae unius (ἁφῆς) propriae sunt refertur temperantia. Quodsi quaeratur quamobrem de hac potissimum virtute, a qua longe plurima ἡδονῶν genera aliena sunt, ita agi coeptum sit ut περὶ ἡδονὰς (καὶ λύπας) esse dicatur: respondendum libri Η vocibus quia ipsae hae ἡδοναὶ in quibus temperantia versatur solae omnium tum necessariae tum unicuique notae sunt. V. 1147 b 25 ἀναγκαῖα μὲν (τῶν ποιούντων ἡδονὴν) τὰ σωματικά· λέγω δὲ τὰ τοιαῦτα .... περὶ ἃ τὴν ἀκολασίαν ἔθεμεν καὶ τὴν σωφροσύνην; atque 1153 b 33 ἀλλ' εἰλήφασι τὴν τοῦ ὀνόματος κληρονομίαν αἱ σωματικαὶ (illae) ἡδοναὶ διὰ τὸ πλειστάκις τε παραβάλλειν εἰς αὐτὰς καὶ πάντας μετέχειν αὐτῶν. Neque enim id pro causa est, quod aut reliqui habitûs non possint recte dici περὶ ἡδονὰς esse (id quod φιλοτιμίας exemplo 1117 b 29 exploditur), aut re-

1118 a 3 ταύτας· οἱ γὰρ χαίροντες τοῖς διὰ τῆς ὄψεως, οἷον χρώμασι καὶ σχήμασι καὶ γραφῇ, οὔτε σώφρονες οὔτε ἀκόλαστοι λέγονται· καίτοι δόξειεν ἂν εἶναι καὶ ὡς δεῖ χαίρειν καὶ τούτοις, καὶ καθ' ὑπερβολὴν καὶ ἔλλειψιν. ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς περὶ τὴν ἀκοήν· τοὺς γὰρ ὑπερβεβλημένως χαίροντας μέλεσιν ἢ ὑποκρίσει οὐθεὶς ἀκολάστους λέγει, οὐδὲ τοὺς ὡς δεῖ σώφρονας. οὐδὲ τοὺς περὶ τὴν ὀσμήν, πλὴν κατὰ συμβεβηκός· τοὺς γὰρ χαίροντας μήλων ἢ ῥόδων ἢ θυμιαμάτων ὀσμαῖς οὐ λέγομεν ἀκολάστους, ἀλλὰ μᾶλλον τοὺς μύρων καὶ ὄψων· χαίρουσι γὰρ τούτοις οἱ ἀκόλαστοι, ὅτι Γ

12. $K^b O^b$ ἢ ὄψων.

liquae ἡδοναὶ vel nil vel minus valeant ad virtutes vitiave constituenda (sine dubio enim ἡ φιλομάθεια 1117 b 29, ἡ τοῦ ἀδολέσχου ἕξις ib. 35, αἱ τῶν ὡς δεῖ χρώμασι καὶ σχήμασι καὶ γραφῇ ἢ μέλεσι καὶ ὑποκρίσει χαιρόντων 1118 a 5 et 8, etiamsi in ordinem virtutum vitiorumque vel ethicorum vel dianoëticorum non sunt receptae, eandem quam illa naturam exhibent).

9. *οὐδὲ τοὺς περὶ τὴν ὀσμήν*: supplebis haec (eget enim vox οἱ περὶ τὴν ὀσμὴν supplemento) ὑπερβάλλοντας τῷ χαίρειν (οὐθεὶς λέγει ἀκολάστους), nam vs 7 dictum erat τοὺς ὑπερβεβλημένως χαίροντας. Negligentius hoc; at in iis quae usque ad vs 23 sequuntur tam multa sunt in quibus offendimus (v. ad vs 13 s. vs 15. vs 16. vs 23), ut universus locus vix videatur iisdem verbis et eo ordine ad nos pervenisse quibus primum conscriptus erat. Eudemus certe (1230 b 36—1231 a 17 et Problemata (*KH* 7) easdem has sententias, quarum per se nulla difficultas est, commodius ac rectius exponunt.

9. *πλὴν κατὰ συμβεβηκός*. Exceptio haec non ad praedicatum refertur ut κατὰ συμβεβηκὸς intemperantes dicantur qui immodice odoribus delectantur, sed ad objectum: censentur enim intemperantes q[illegible] odores quidem sectantur, sed ita ut odor iis placeat, quoniam in est ad alium usum sibi probatâ. Iam igitur vides, scribendum fuisse πλὴν τοὺς κατὰ συμβεβηκὸς (μὲν ταῖς ὀσμαῖς χαίροντας ὑπερβεβλημένως, καθ' αὑτὴν δὲ τῇ ἀφῇ ἐκείνων οἷς πρόσεστιν ἡ ὀσμή); v. „[illegible] τούτων“ vs 13. Deinde autem ista κατὰ συμβεβηκὸς delectatio aut nulla esset aut certe discerni non posset nisi inter ipsos odores vel inter res odorantes id discrimen esset ut alia tum per se tum semper atque omnibus placerent, alia appetitu quodam qui ad alium sensum spectat moto grata essent, eodem expleto vel non praesente ingrata. Hoc bene exponitur 1231 a 6—12 laudatâ Stratonici voce qui illa καλὸν ὄζειν dixerit, haec ἡδύ; nec minus bene 950 a 12—16 (ubi vs 13 scribendum χαίρει ὅτι ἀπολαύσει), ab alterâ parte posito odore τοῦ ταρίχου, ab altera rosarum. In Nicomacheorum exemplis, nude vs 10—12 propositis, interrogabitur ni fallor annon τὰ μύρα Graecis etiam ob ipsum odorem jucunda fuerint; ita enim iniquius de iis qui illo gaudent judicatum esset.

Γ 13 διὰ τούτων ἀνάμνησις γίνεται αὐτοῖς τῶν ἐπιθυμητῶν. [ἴδοι δ' ἄν τις καὶ τοὺς ἄλλους, ὅταν πεινῶσι, χαίροντας ταῖς τῶν βρωμάτων ὀσμαῖς.] τὸ δὲ τοιούτοις χαίρειν ἀκολάστου· τούτῳ γὰρ ἐπιθυμητὰ ταῦτα. οὐκ ἔστι δὲ οὐδὲ τοῖς ἄλλοις ζῴοις κατὰ ταύτας τὰς αἰσθήσεις ἡδονὴ πλὴν κατὰ συμβεβηκός· οὐδὲ γὰρ ταῖς ὀσμαῖς τῶν λαγωῶν αἱ κύνες χαίρουσιν, ἀλλὰ τῇ βρώσει· τὴν δ' αἴσθησιν ἡ ὀσμὴ ἐποίησεν. οὐδ' ὁ λέων τῇ φωνῇ τοῦ βοός, ἀλλὰ τῇ ἐδωδῇ· ὅτι δ' ἐγγύς ἐστι, διὰ τῆς φωνῆς ᾔσθετο, καὶ χαίρειν δὴ ταύτῃ φαίνεται. ὁμοίως δ' οὐδ' ἰδὼν ἢ εὑρὼν ἔλαφον ἢ ἄγριον
8 αἶγα, ἀλλ' ὅτι βορὰν ἕξει. περὶ τὰς τοιαύτας δὴ ἡδονὰς

---

13. K[b] ἐπιθυμημάτων. 13—15. [ἴδοι — ὀσμαῖς] seclusi; sed totus locus vs 9 (οὐδὲ τοὺς) — 23 (βορὰν ἕξει) vix sanus, v. adnott. 15. K[b] ἀκολάστοις. 16. τούτῳ] ex uno (ut vid.) O[b]; cett. τούτων. K[b]L[b]M[b] ἐπιθυμήματα. οὐδὲ τοῖς] K[b]O[b] οὐδ' ἐν τοῖς.

---

13. ἀνάμνησις γίνεται: sane plenius Eudemia αἷς ἐλπίζοντες χαίρομεν ἢ μεμνημένοι (1231 a 8); nam utrumque ad rem facit. — Quod proxime additur ἴδοι δ' ἄν τις . . . ταῖς τῶν βρωμάτων ὀσμαῖς (— vs 15) verum quidem est; sed rem si non alia addantur parum illustrat impeditque rationem grammaticam. Quum enim pergatur τὸ δὲ τοιούτοις χαίρειν ἀκολάστου vs 15, τὰ τοιαῦτα non possunt esse quae proxime antecedunt βρώματα, sed necessario ad τὰ μύρα καὶ ὄψα vs 12 referentur. Atque ne ita quidem postquam verba ἴδοι δ' ἄν τις interposita sunt sententia expedita erit. Quid enim? Ὅταν πεινῶσι (vs 14) vel omnino ἐνδεεῖς ὦσιν, etiam μύρων καὶ ὄψων odore alliciantur neque ideo intemperantes putabuntur.

16. οὐκ ἔστι δὲ οὐδὲ τοῖς ἄλλοις ζῴοις . . . ἡδονή. Novâ sententiâ (usque ad vs 23) ab olfactu, de quo modo agebatur, ad tres sensus quorum jam mentio facta (inde a versu 3) transitur: neque enim illud χαίρειν κατὰ συμβεβηκός (vs 9) a visu et auditu alienum erat. V. 950 a 9 οὐσῶν δὲ τῶν αἰσθήσεων πέντε, τὰ [τε] ἄλλα ζῷα ἀπὸ δύο μόνων . . ἥδεται; cf. 1230 b 38 — 1231 a 5, ubi prudenter (cf. 1341 a 15; 611 b 27) additur εἰ μή τί που συμβέβηκε τερατῶδες. Habet vero res ita, ut homines quidem visu, auditu, olfactu delectentur duplici modo (καθ' αὑτὰ καὶ κατὰ συμβεβηκός), cetera animalia κατὰ συμβεβηκὸς tantum. Obscuratur igitur potius vera ratio disputatione ad animalia bis verbis (οὐκ ἔστι δὲ οὐδὲ τοῖς ἄλλοις ζῴοις vs 16) traductâ; imo τοῖς δὲ ἄλλοις ζῴοις οὐκ ἔστι . . . πλὴν κατὰ συμβεβηκός.

22. ὁμοίως δ' οὐδ' ἰδὼν ἢ εὑρών: de olfactu vs 18—20; de auditu vs 20—22 actum; ergo restat nunc unus visus. Quorsum igitur spectat ἢ εὑρὼν post ἰδών?

23. περὶ τὰς τοιαύτας δὴ ἡδονάς. Effectum est vs 16—23 bestias idere βρώσει tantum seu ἐδωδῇ et βορᾷ; item vs 1—16 libidinem ·anam neque ad visum neque ad auditum olfactumve spectare, sed ἐπιθυμητὰ quaedam quae μύρων καὶ ὄψων odore in memoriam re-

ἡ σωφροσύνη καὶ ἡ ἀκολασία ἐστὶν ὧν καὶ τὰ λοιπὰ ζῷα Γ
κοινωνεῖ· ὅθεν ἀνδραποδώδεις καὶ θηριώδεις φαίνονται· αὗται δ' εἰσὶν ἁφὴ καὶ γεῦσις. φαίνονται δὲ καὶ τῇ γεύσει ἐπὶ μικρὸν ἢ οὐθὲν χρῆσθαι· τῆς γὰρ γεύσεώς ἐστιν ἡ κρίσις τῶν χυμῶν, ὅπερ ποιοῦσιν οἱ τοὺς οἴνους δοκιμάζοντες καὶ τὰ ὄψα ἀρτύοντες· οὐ πάνυ δὲ χαίρουσι τούτοις, ἢ οὐχ οἵ γε ἀκόλαστοι, ἀλλὰ τῇ ἀπολαύσει, ἣ γίνεται πᾶσα δι' ἁφῆς καὶ ἐν σιτίοις καὶ ἐν ποτοῖς καὶ τοῖς ἀφροδισίοις λεγομένοις. διὸ καὶ ηὔξατό τις ὀψοφάγος ὢν τὸν φά-

---

26. Bekk. c. ll. φαίνονται δή. 28. χυμῶν] $K^b L^b N^b$ χυλῶν. 32. τις] K^b pr. et Oxon. c. c. Chr. τις φιλόξενος ὁ εὔξιος; O^b et K^b corr. τις φιλόξενος ὁ ἐρύξιος et sim. nonnulli al.

---

vocentur. Utrumque qui composuerit, concedet deesse aliquid in demonstratione tam diligenter dispositâ, ut jam possit pergi περὶ τὰς τοιαύτας δὴ ἡδονάς. Hac enim sententiâ tanquam notum id sumitur ipsum quod propositum quidem est universae argumentationi, sed nondum dictum, nimirum intemperantiam versari in duobus sensibus qui reliqui erant post vs 13. Sensisse hoc dixeris eos qui in ll. $L^b M^b$ vs 23 pro δὴ ἡδονὰς scripserunt δ' ἡδονάς, at minus recte particulam accusasse quae suo loco est. Sedes enim mali hujus supra erat vs 13—16.

25. ἀνδραποδώδεις καὶ θηριώδεις: addas ἐπονείδιστοι (b 2) et ἀτι-μόταται, χείρισται (949 b 8. 11).

26. φαίνονται δή (Bekk.): imo δέ. A genere enim reperto (γεῦσι- καὶ ἁφή) rursus aliquid rescindendum videtur, ut restet una ἡ ἀπο- λαυσις πᾶσα γινομένη δι' ἁφῆς (vs 30). Subjectum vero in φαίνοντ- sunt homines ad quos nomine σωφροσύνης καὶ ἀκολασίας vs 24 com- memorato a bestiis cogitatio reversa est.

27. τῆς γὰρ γεύσεώς ἐστιν ἡ κρίσις τῶν χυμῶν. Gustatus ad a- menta refertur (ἡ γεῦσις τροφῆς vel ἁπτοῦ καὶ θρεπτικοῦ 434 b 18. 2 sed solemne Aristoteli cum χυμοῦ dicere, velut 418 a 13; 426 a 18 Est enim ἁφή τις (421 a 19; 434 b 18) et τὸ γευστὸν ἁπτόν τι (42- 8), et is quidem tactus, quem lingua practer illum, qui ei cum om- carne communis est, proprium habet, v. 423 a 17 sq.; cf. ib. b 17 Bene haec cum Nicomacheorum verbis concinunt; meliusque quam cu- Eudemo, qui 1231 a 12—15 ita loquitur, quasi τῶν περὶ τὸ γευστὸ- ἡδονῶν sit quoddam genus quod non linguâ sed τῇ φάρυγγι percipia- tur. — At id h. l. minus probabitur quod gustatûs sensui una ἡ κρίσις dari atque inde argumentatio quae sequitur (— vs 29) aptari videtur. Erunt sane qui non concedant ὅτι οὐ πάνυ χαίρουσι τοῖς γευστοῖς.

32. ηὔξατό τις ὀψοφάγος ὤν: quem Eudemia (1231 a 17) et Problemata (950 a 3) vocant Philoxenum Eryxidis. Cujus votum quo sensu Aristoteli probabile fuerit, e verbis 690 b 26 — 691 a 5 apparet, ubi de aquatilibus agens dicit τῶν ἐδεστῶν ἐν τῇ καθόδῳ ἡ ἡδονή . . . τῇ τάσει τοῦ οἰσοφάγου γίνεται ἡ χάρις. Est autem ὁ φάρυγξ ὄργανον τῇ ἀναπνοῇ (420 b 22).

Γ 13 ρυγγα αὐτῷ μακρότερον γεράνου γενέσθαι, ὡς ἡδόμενος τῇ ἁφῇ. 1118 a 33 κοινοτάτη δὴ τῶν αἰσθήσεων καθ' ἣν ἡ ἀκολασία· 1118 b καὶ δόξειεν ἂν δικαίως ἐπονείδιστος εἶναι, ὅτι οὐχ ᾗ ἄνθρωποί ἐσμεν ὑπάρχει, ἀλλ' ᾗ ζῷα. τὸ δὴ τοιούτοις χαίρειν καὶ μάλιστα ἀγαπᾶν θηριῶδες. καὶ γὰρ αἱ ἐλευθεριώταται τῶν διὰ τῆς ἁφῆς ἡδονῶν ἀφῄρηνται, οἷον αἱ ἐν τοῖς γυμνασίοις διὰ τρίψεως καὶ τῆς θερμασίας γινόμεναι· οὐ γὰρ περὶ πᾶν τὸ σῶμα ἡ τοῦ ἀκολάστου ἁφή, ἀλλὰ περί τινα μέρη. τῶν δ' ἐπιθυμιῶν αἱ μὲν κοιναὶ δοκοῦσιν εἶναι, αἱ δ' ἴδιοι καὶ ἐπίθετοι· οἷον ἡ μὲν τῆς τροφῆς φυσική· πᾶς γὰρ ἐπιθυμεῖ ὁ ἐνδεὴς ξηρᾶς ἢ ὑγρᾶς τροφῆς, ὁτὲ δ' ἀμφοῖν, καὶ εὐνῆς, φησὶν Ὅμηρος, ὁ νέος καὶ ἀκμάζων· τὸ δὲ τοιᾶσδε ἢ τοιᾶσδε, οὐκέτι πᾶς, οὐδὲ τῶν αὐτῶν. διὸ

12. οὐκέτι πᾶς] scrib. οὐκέτι παντός.

2. ὅτι οὐχ ᾗ ἄνθρωποί ἐσμεν ὑπάρχει — Ab alterâ parte idem tactus magis homini proprius quam reliqui sensûs. V. 421 a 18 ἀκριβεστέραν ἔχομεν τὴν γεῦσιν διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν ἁφήν τινα, ταύτην δ' ἔχειν τὴν αἴσθησιν τὸν ἄνθρωπον ἀκριβεστάτην κ. τ. λ.

8. τῶν δ' ἐπιθυμιῶν αἱ μὲν . . . αἱ δὲ —. Ultimum haec divisio (— b 27) additur ad circumscribendas eas ἡδονὰς in quibus temperantia spectatur. Quamquam enim genera ista ubicunque aliquid appetitur discerni possunt, tamen quum ex ordine sententiarum per hoc caput tum ex argumentatione qualis sequitur exemplisque quibus mox Aristoteles utitur satis constat, agi de eo appetitu quem esse τῶν ἡδονῶν τῶν δι' ἁφῆς γινομένων περί τινα μέρη τοῦ σώματος audivimus (ἐν σιτίοις καὶ ἐν ποτοῖς καὶ ἐν τοῖς ἀφροδισίοις a 31); nec minus certum, ἐπιθυμίας ita differentes ad res referri eodem modo diversas: φυσικὰς ad φυσικά, ἐπιθέτους ad ἴδια ἡδέα. Quas enim primo κοινὰς vocavit (b 8), mox mavult φυσικὰς dicere (v. b 9. 15): scilicet quod naturale est utrumque habet ut et omnibus commune sit et per se non turpe.

12. τὸ δὲ τοιᾶσδε ἢ τοιᾶσδε sc. τροφῆς ἢ εὐνῆς b 10. 11. Quid autem τὸ δέ? Nisi enim τὸ δὲ absolute opponendi vim habeat, ut sit „e contrariâ parte" (id quod ab usu Aristotelis alienum est): necessario supplebis τὸ δὲ τοιᾶσδε ἢ τοιᾶσδε ἐπιθυμεῖν, ut pergendum sit οὐκέτι παντός (pro πᾶς) sc. ἐστιν; cui recte se adjungit οὐδὲ τῶν αὐτῶν genere masculino. Naturâ enim ad id unum omnes ferimur ut desiderium velimus omnino velut cibo explere; sin certum quoddam genus ciborum (τοιόνδε ἢ τοιόνδε) appetatur, hoc jam neque a naturâ neque apud omnes est; neque eorundem hominum est ut vel hoc vel illud genus appetant (voce τοιόνδε ἢ τοιόνδε in paullo aliam sententiam versâ); nam certum hominum genus plerumque certo et uni rerum generi addicti sunt.

1118 b 13 φαίνεται ἡμέτερον εἶναι. οὐ μὴν ἀλλ' ἔχει γέ τι καὶ φυσικόν· ἕτερα γὰρ ἑτέροις ἐστὶν ἡδέα, καὶ ἔνια πᾶσιν ἡδίω τῶν τυχόντων. ἐν μὲν οὖν ταῖς φυσικαῖς ἐπιθυμίαις ὀλίγοι ἁμαρτάνουσι καὶ ἐφ' ἕν, ἐπὶ τὸ πλεῖον· τὸ γὰρ ἐσθίειν τὰ τυχόντα ἢ πίνειν ἕως ἂν ὑπερπλησθῇ, ὑπερβάλλειν ἐστὶ τὸ κατὰ φύσιν τῷ πλήθει· ἀναπλήρωσις γὰρ τῆς ἐνδείας ἡ φυσικὴ ἐπιθυμία. διὸ λέγονται οὗτοι γαστρίμαργοι, ὡς παρὰ τὸ δέον πληροῦντες αὐτήν. τοιοῦτοι δὲ γίνονται οἱ λίαν ἀνδραποδώδεις. περὶ δὲ τὰς ἰδίας τῶν ἡδονῶν πολλοὶ καὶ πολλαχῶς ἁμαρτάνουσιν· τῶν γὰρ φιλοτοιούτων λεγομένων ἢ τῷ χαίρειν οἷς μὴ δεῖ, ἢ τῷ μᾶλλον, ἢ ὡς οἱ πολλοί, ἢ μὴ ὡς δεῖ, κατὰ πάντα δ' οἱ ἀκόλαστοι ὑπερ- Γ 1

13. τι καὶ φυσ.] $K^b O^b$ τι φυσ. 17. $K^b O^b$ ἕως πλησθῆι. ὑπερβάλλειν] K^b ὑπερβολή. 21. ἰδίας] K^b ἰδέας. 24. μὴ ὡς δεῖ] K^b μὴ ἢ ὡδί.

13. *φαίνεται ἡμέτερον εἶναι* et fere *ἐφ' ἡμῖν*. Modo in his quoque quae *ἴδια* sunt naturale aliquid inest (*ἔχει γέ τι καὶ φυσικόν*) duplici modo: primum enim in hominibus est quo appetentes devinciuntur quasi (*ἕτερα ἑτέροις*), ut quatenus a naturâ ita habent eatenus etiam suum appetitum naturalem dixerint; deinde in rebus ea diversitas est, quae diversâ et variâ ratione omnes ad appetendum evocat. *Καὶ γὰρ τὰ λοιπὰ ζῷα διακρίνει τὰ βρώματα* 1119 a 7: ad discernendum vero evocati vix omnes eodem modo discernent.

16. *ἐσθίειν τὰ τύχοντα*: hôc enim primum natura esurientis contenta est (*φυσικὴ καὶ κοινὴ ἐπιθυμία*).

18. *ἀναπλήρωσις . . . ἡ φυσικὴ ἐπιθυμία*: ita scriptum est, nec *ἀναπληρώσεως*: id enim dicturus erat, naturalem appetitum usque eo procedere ubi *πεπλήρωται ἡ ἔνδεια*, neque ultra. Itaque *ἡ ἐπιθυμία ἀναπλήρωσις*, quia utraque indidem nata (ab indigentiâ) per eandem viam (impletionem) eodem fine (saturitate) absolvitur.

21. *περὶ δὲ τὰς ἰδίας τῶν ἡδονῶν* (seu *ἐπιθυμιῶν*) *πολλοὶ καὶ πολλαχῶς ἁμαρτάνουσιν*. In priore enim genere, naturae necessitate imposito, nec laudis nec vituperationis locus est, nisi forte quis excedat fines naturae (*ἐπὶ τὸ πλεῖον* b 16); quae vero nostra sunt (*ἡμέτερον* b 13), omni a parte patent peccato.

23. *ἢ τῷ μᾶλλον ἢ ὡς οἱ πολλοί* i. e. *ἢ τῷ ὡς οἱ πολλοί*; pluribus enim membris talibus accumulatis in posterioribus passim articulus supprimitur. Nimirum item ut b 27 *ὡς οἱ πολλοί* nunc repudiantis est. Nam vulgi moribus tanquam mensurâ advocatis non semper eâdem severitate Aristoteles agit, ut modo spernat quaecunque *τῶν πολλῶν* sunt, modo ea demum austerius notet quae ejusdem vulgi consuetudinem pravitate excedunt (velut 1151 a 3 *ὅμοιος γὰρ ὁ ἀκρατὴς ἐστι τοῖς ταχὺ μεθυσκομένοις καὶ ὑπ' ὀλίγου οἴνου καὶ ἐλάττονος ἢ ὡς οἱ πολλοί*).

24. *κατὰ πάντα δ' οἱ ἀκόλαστοι ὑπερβάλλουσιν*. Memoriâ tenen-

Γ 13 βάλλουσιν· καὶ γὰρ χαίρουσιν ἐνίοις οἷς οὐ δεῖ (μισητὰ γάρ), καὶ εἴ τισι δεῖ χαίρειν τῶν τοιούτων, μᾶλλον ἢ δεῖ, καὶ ὡς οἱ πολλοὶ χαίρουσιν. ἡ μὲν οὖν περὶ τὰς ἡδονὰς ὑπερβολὴ ὅτι ἀκολασία καὶ ψεκτόν, δῆλον· περὶ δὲ τὰς λύπας οὐχ ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἀνδρείας τῷ ὑπομένειν λέγεται σώφρων ἀκόλαστος δὲ τῷ μή, ἀλλ' ὁ μὲν ἀκόλαστος τῷ λυπεῖσθαι μᾶλλον ἢ δεῖ ὅτι τῶν ἡδέων οὐ τυγχάνει (καὶ τὴν λύπην δὲ ποιεῖ αὐτῷ ἡ ἡδονή), ὁ δὲ σώφρων τῷ μὴ λυπεῖσθαι τῇ ἀπουσίᾳ καὶ τῷ ἀπέχεσθαι τοῦ ἡδέος.

---

27. καὶ ὡς] K^b καὶ ἢ ὡς. 30. 31. σώφρων — τῷ λυπεῖσθαι] K^b σώφρων οὐδ' ἀκόλαστος τῷ λυπεῖσθαι (οὐδ' ἀκόλαστος etiam $N^b O^b$). 31. δεῖ, ὅτι] K^b δι' ὅτι (ut vid.). 33. καὶ τῷ ἀπέχεσθαι] om. $K^b O^b$.

---

dum est, quaeri adhuc (inde a 1117 b 24) τὸ περὶ τί. Neque est haec vox κατὰ πάντα δὲ aliena ab hoc proposito: ita enim refertur intemperantia ad τὰς ἰδίας τῶν ἡδονῶν, ut in his potissimum periculum peccandi esse demonstretur (b 21 sq.). Nihilominus eadem haec verba et quae sequuntur — b 33 simul in aliâ re versantur ad quam mox (inde a 1119 a 1) totum scriptor se convertit: aliud enim τὸ περὶ τί, aliud τὸ πῶς ἔχουσιν. At res diversas in confiniis quasi misceri, interpreti potius singula disponere cupienti difficultatem parat, quam scriptori objiciendum.

27—33. Postquam constat quaenam sint αἱ ἡδοναὶ ad quas temperantia refertur, unâ jam periodo (ἧττον γὰρ καὶ οὐχ ὁμοίως ἐστὶ περὶ τὰς λύπας 1117 b 26) ad τὰς λύπας respicitur: nec tamen ita ut iterum quaeratur περὶ ποίας (1117 b 27), sed ut illico exponatur quales se inter illas gerant vel temperantes vel intemperantes. Quam rem optime illustrari putavit Aristoteles ex adverso positâ eâ ratione qua fortes viri suis doloribus occurrant. Etenim ne esse quidem λύπην, cui impar sit intemperans, nisi illam quam suae ipsius cupiditati voluptatis debeat; virtutemque temperantiae in eo esse positam ut sine aegritudine possit absentibus deliciis carere, spernere turpes. Unde primum hoc elucet, philosophum quamquam non quaesiverit περὶ ποίας τῶν λυπῶν ὁ ἀκόλαστος, at ipsâ hac descriptione optime declarasse. Deinde temperantiam, quoniam vacat dolore (b 32 s.) nec perturbatur cupidine, melius quidem quam fortitudinem (v. ad 1115 b 11) firmatam esse ne videatur ἐγκράτεια tantum esse; sed nisi aliunde ei aliud ἡδὺ affluat (id quod demonstratum certe non est), cum fortitudine ad id genus virtutum ablegandam esse, in quo τὸ ἡδέως ἐνεργεῖν οὐχ ὑπάρχει (1117 b 15, s. v.). Denique eandem ad illas κοινὰς καὶ φυσικὰς ἐπιθυμίας velut esurientis sitientis (1118 b 9. 10) omnino non referri: quomodo enim alioquin simpliciter dici potuisset ὅτι ὁ σώφρων οὐ λέγεται τῷ ὑπομένειν τὰς λύπας (b 29) vel ὅτι οὐ λυπεῖται τῇ ἀπουσίᾳ τοῦ ἡδέος (b 33)? An fame non vexatur?

1119 a 1 ὁ μὲν οὖν ἀκόλαστος ἐπιθυμεῖ τῶν ἡδέων πάντων ἢ Γ τῶν μάλιστα, καὶ ἄγεται ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας ὥστε ἀντὶ τῶν ἄλλων ταῦθ' αἱρεῖσθαι· διὸ καὶ λυπεῖται καὶ ἀποτυγχάνων καὶ ἐπιθυμῶν· μετὰ λύπης γὰρ ἡ ἐπιθυμία· ἀτόπῳ δ' ἔοικε τὸ δι' ἡδονὴν λυπεῖσθαι. ἐλλείποντες δὲ περὶ τὰς ἡδονὰς καὶ ἧττον ἢ δεῖ χαίροντες οὐ πάνυ γίνονται· οὐ γὰρ

3. K^b λυπεῖσθαι ἀποτυγχάνων. 5. δὲ περὶ] $K^b O^b$ δὲ τὰ περὶ.

b) 1119 a 1—20: τίς περὶ τὰς εἰρημένας ἡδονὰς ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις καὶ μεσότης;

1. 2. ἢ τῶν μάλιστα sc. ἡδέων (ἐπιθυμεῖ ὁ ἀκόλαστος). Ita enim illae σωματικαὶ ἡδοναὶ omnium maxime sunt dulces, quia vehementiâ quâdam excellunt; v. 1154 b 2 ἔτι (αἱ σωματικαὶ ἡδοναὶ) διώκονται διὰ τὸ σφοδραὶ εἶναι ὑπὸ τῶν ἄλλαις μὴ δυναμένων χαίρειν. At prudentiores ipsius istius dulcedinis, quae nimia est, taedet; v. temperantem vs 12 οὔτε γὰρ ἥδεται οἷς μάλιστα ὁ ἀκόλαστος, ἀλλὰ μᾶλλον δυσχεραίνει.

3. διὸ καὶ λυπεῖται sc. quoniam tam cupide illas delicias sectatur ut omnia iis posthabeat (ἀντὶ τῶν ἄλλων vs 2). Nam praeter hoc in hac sententiâ nil quod intemperantiae proprium sit; neque in illo ἀτόπῳ vs 4. 5. Etenim sunt quidem ἡδοναὶ ἄνευ λύπης, at eaedem etiam ἄνευ ἐπιθυμίας sunt (1152 b 36 s.), longe remotae illae ab eo genere in quo h. l. versamur. — Paucis vero his sententiis (vs 1—5) jam absoluta est intemperantis descriptio quam etiamsi assumantur quae 1118 b 24—28; ib. 30—32 praemissa sunt sane brevissimam dices. Subjungantur igitur nonnulla, quae aliis locis ipse Aristoteles de eadem re addit: 1148 a 17 μᾶλλον ἀκόλαστον ἂν εἴποιμεν ὅστις μὴ ἐπιθυμῶν ἢ ἠρέμα διώκει τὰς ὑπερβολὰς ἢ φεύγει μετρίας λύπας, ἢ τοῦτον ὅστις διὰ τὸ ἐπιθυμεῖν σφόδρα, et 1154 b 3 αὐτοὶ γοῦν αὑτοῖς δίψας τινὰς παρασκευάζουσιν. Multum enim in hac re valet ἡ ἔνδεια quam etiam 1118 b 10 voce ὁ ἐνδεής obiter attigit: de qua v. 1372 b 19 διχῶς δ' εἰσὶν ἐνδεεῖς· ἢ γὰρ ὡς ἀναγκαίου ὥσπερ οἱ πένητες, ἢ ὡς ὑπερβολῆς ὥσπερ οἱ πλούσιοι atque ib. 25 ἐνδεεῖς ἢ εἰς τἀναγκαῖα ἢ εἰς ὑπεροχὴν ἢ εἰς ἀπόλαυσιν.

5—11. Simillima his, quamquam aliquantum breviora, jam legimus ἐν τῇ διαγραφῇ B 7 (1107 b 6—8). Summa sententiae et illic et hic (vs 6. 11) est in verbis οὐ πάνυ γίνονται i. e. ἐν ὀλίγοις καὶ ὀλιγάκις ἡ ἕξις ἐστὶ φανερά (ut fere 1151 b 30 verba sunt), quamvis (ib. 23) ἔστι τις καὶ τοιοῦτος οἷος ἧττον ἢ δεῖ τοῖς σωματικοῖς χαίρων. Unde sequitur τὸ ἀνώνυμον (vs 10; 1107 b 7); neque enim ἡ ἀναισθησία vs 7 addito pronomine τοιαύτη nomen proprium est (aliter ac 1109 a 4); imo ita quidem aliae potius ἀναισθησίαι probari videntur (cf. Theophrastum, qui Char. 14 eo nomine vocat βραδυτῆτα ψυχῆς ἐν λόγοις καὶ πράξεσιν, non ita multum diversam ab habitu illius ἀναισθήτου qui 1114 a 10 occurrit).

6. οὐ γὰρ ἀνθρωπική i. e. aliena ab humanâ naturâ, ut si forte quis in eam inciderit, πόῤῥω ἂν εἴη τοῦ ἄνθρωπος εἶναι (a 9. 10); ni-

Γ 14 ἀνθρωπική ἐστιν ἡ τοιαύτη ἀναισθησία· καὶ γὰρ τὰ λοιπὰ 1119 a 7 ζῷα διακρίνει τὰ βρώματα, καὶ τοῖς μὲν χαίρει τοῖς δ' οὔ· εἰ δέ τῳ μηθέν ἐστιν ἡδὺ μηδὲ διαφέρει ἕτερον ἑτέρου, πόῤῥω ἂν εἴη τοῦ ἄνθρωπος εἶναι· οὐ τέτευχε δ' ὁ τοιοῦτος ὀνόματος
8 διὰ τὸ μὴ πάνυ γίνεσθαι. ὁ δὲ σώφρων μέσως περὶ ταῦτ' ἔχει· οὔτε γὰρ ἥδεται οἷς μάλιστα ὁ ἀκόλαστος, ἀλλὰ μᾶλλον δυσχεραίνει, οὔθ' ὅλως οἷς μὴ δεῖ οὔτε σφόδρα τοιούτῳ οὐδενί, οὔτ' ἀπόντων λυπεῖται οὐδ' ἐπιθυμεῖ, ἢ μετρίως, οὐδὲ μᾶλλον ἢ δεῖ, οὐδ' ὅτε μὴ δεῖ, οὐδ' ὅλως τῶν τοιούτων οὐθέν· ὅσα δὲ πρὸς ὑγίειάν ἐστιν ἢ πρὸς εὐεξίαν ἡδέα ὄντα, τούτων ὀρέξεται μετρίως καὶ ὡς δεῖ, καὶ τῶν ἄλλων ἡδέων μὴ ἐμ-

10. K[b] τέτυχε δ' ὀνόματος ὁ τοιοῦτος (sim. O[b]). 11. μέσως] K[b] μέσως μέν. 14. K[b] οὔτ' ἐπιθυμεῖ. 15. ἢ δεῖ] Bekk.; ἢ δεῖ οὐθ' ἓν (οὐθενὶ cett.) K[b]. οὐδ' ὅτε] K[b] οὐδ' ὅτι. οὐθέν] Bekk.; οὐθενός ll. 16. ὅσα δὲ] K[b]O[b] ἃ δέ.

mirum illi generi quod θηριῶδες appellatur adscribendus; v. ad 1115 b 7. Quid igitur periculi erit, ne temperantia a parte τῆς ἐλλείψεως quae inter homines saltem nulla est subvertatur (v. 1104 a 25)? Vel cujus tandem rei στοχαστικὴ (1106 b 15) fuerit hoc in genere virtus, nisi unius ut evitet quod nimium est? Quaenam enim ista mediocritas est, a cujus alterâ parte non stat nisi quod cogitari quidem potest, at non humanum est? Videbatur sibi, ni fallor, Aristoteles hujus generis argumenta contra doctrinam suam eâ disputatione submovisse quam B 8 et 9 legimus; sed verendum ut ipsa illa munimenta eidem adversario pateant. V. etiam ad 1109 a 5.

11. ὁ δὲ σώφρων μέσως: jam fere μέσως idem est quod ὀρθῶς; quaecunque enim vs 12—15 atque vs 19 enumerantur omnia id unum cavent ne nimium detur voluptatis studio; quod vero interponitur vs 16—18 (ὅσα δὲ), eo circumscripta aliqua et modica delectatio conceditur potius quam jubetur.

13. οὔτε σφόδρα τοιούτων οὐδενὶ (ἥδεται), etiamsi forte non sit inter ea ἃ μὴ δεῖ. Unde sequitur quod proximum est τὸ μετρίως λυπεῖσθαι καὶ ἐπιθυμεῖν; at vix necessarium erat ut post haec adderetur οὐδὲ μᾶλλον ἢ δεῖ, quod membrum particulâ οὔτε adjunctum ne ferri quidem posset. Quid vero sit τὸ ὡς δεῖ quodammodo infra elucet: posthabendum enim omne hoc genus est praeter alia etiam curae rei familiaris; v. ἢ ὑπὲρ τὴν οὐσίαν vs 18.

17. καὶ τῶν ἄλλων ἡδέων: quae quidem non sunt πρὸς ὑγίειαν ἢ εὐεξίαν, sed saltem μὴ ἐμπόδια iisdem (τούτοις). Neque enim nunc de eo cogitandum, quod alia ἡδέα aliis inimica quasi et impedimento sunt; sed dicuntur τὰ μὴ βλαβερὰ (1166 b 9) vel τὰ ἀβλαβῆ (1339 b 25) valetudini, rei familiari. Interjectum etiam ἢ παρὰ τὸ καλὸν (vs 18) quasi honoris causa: de hoc enim ut par erat primo loco dudum actum est vs 12 sqq.

1119 a 18 ποδίων τούτοις ὄντων ἢ παρὰ τὸ καλὸν ἢ ὑπὲρ τὴν οὐσίαν. ὁ Γ γὰρ οὕτως ἔχων μᾶλλον ἀγαπᾷ τὰς τοιαύτας ἡδονὰς τῆς ἀξίας· ὁ δὲ σώφρων οὐ τοιοῦτος, ἀλλ' ὡς ὁ ὀρθὸς λόγος.

ἑκουσίῳ δὲ μᾶλλον ἔοικεν ἡ ἀκολασία τῆς δειλίας. 1l ἡ μὲν γὰρ δι' ἡδονήν, ἡ δὲ διὰ λύπην, ὧν τὸ μὲν αἱρετόν, τὸ δὲ φευκτόν. καὶ ἡ μὲν λύπη ἐξίστησι καὶ φθείρει τὴν τοῦ ἔχοντος φύσιν, ἡ δὲ ἡδονὴ οὐδὲν τοιοῦτον ποιεῖ, μᾶλλον

20. ἀξίας] K[b] οὐσίας. 24. K[b] τοιοῦτο.

19. μᾶλλον . . . τῆς ἀξίας i. e. ἢ κατ' ἀξίαν. Vocem κατ' ἀξίαν, synonymam voci ὡς ὁ ὀρθὸς λόγος (vs 20) vel ὡς δεῖ, primum 1115 b 19 (u. v.) in his libris inveniri memineris, progrediente disputatione, imprimis ad justitiam et amicitiam, magis magisque vario usu probatam.

c) 1119 a 21 — b 18. Intemperantiae (et virtutis oppositae) illustratur natura primum (— a 33) comparatione inter illam et inter ignaviam factâ, deinde (— b 18) reputatâ ipsius nominis ἀκολασίας vi, quippe in quo rectissimum quasi commune judicium percipiatur.

21. ἑκουσίῳ δὲ μᾶλλον ἔοικεν ἡ ἀκολασία τῆς δειλίας. Ut haec recte intelligantur, primum tenendum est non dici ipsas τὰς ἕξεις, sed ea quae per illas agantur; ita enim ipse scriptor vs 27 sqq. (δόξειε δ' ἂν) discernit. Deinde quoniam omnis virtus ἕξις προαιρετική, προαιρετὸν vero nil quod non ἑκούσιον sit (v. Γ 4 in.): apparet ita tantum in duobus vitiis quaeri posse utrum sit μᾶλλον ἑκούσιον, ut de gradûs quadam differentiâ agatur: quo genere disceptationum plerumque ad scientiam veritatis parum proficitur. Sin ipsi velimus judicare, actiones ignavorum ita ἧττον ἑκουσίας auctore Aristotele dicemus, ut fere generi ei adscribendae sint, quod 1110 a 11 (u. v.) μικτὰς πράξεις vocavit. In ea enim rerum conditione ignavi nec minus fortes viri versantur, in qua omnino quodcunque per se gratum est locum non habeat, saepe vero ei qui necessitati cuidam cesserit (v. Γ 1) venia sit danda. Neque enim quia major vis timoris est quam cupidinis ignavia facilius excusatur quam intemperantia, sed quia cupido magis animo innascitur, timor extrinsecus incutitur.

22. ἡ μὲν γὰρ δι' ἡδονήν: καὶ γὰρ τὴν λύπην ποιεῖ αὐτῇ ἡ ἡδονή (1118 b 32).

24. ἡ δὲ ἡδονὴ οὐδὲν τοιοῦτον ποιεῖ: nulla igitur erit ἡδονὴ ἐκστατική; v. b 10 καὶ τὸν λογισμὸν ἐκκρούουσιν. At e parte potiore loquitur Aristoteles; neque nunc τὴν φύσιν dicit qua omnes ad sanam rectamque vitam nati sumus (ea enim quam maxime istis deliciis corrumpitur), sed τὴν τοῦ ἔχοντος qualiscunque est: cui non essent ἡδέα quibus gaudet si non ad suum vivendi genus accomodata essent. Et tale quid addendum erat, si quidem res membro adversativo (μᾶλλον δὲ) egebat. Quod vero additum legimus „μᾶλλον δ' ἑκούσιον" si non absurdum, in hac certe argumentatione inane est. Audacius videbitur conjecturâ succurrere ut scribatur μᾶλλον δὲ τελειοῖ sc. τὴν τοῦ ἔχον-

Γ 15 δ' *ἑκούσιον*· διὸ καὶ ἐπονείδιστον. καὶ γὰρ ἐθισθῆναι ῥᾴδιον πρὸς αὐτά· πολλὰ γὰρ ἐν τῷ βίῳ τὰ τοιαῦτα, καὶ οἱ ἐθισμοὶ ἀκίνδυνοι. ἐπὶ δὲ τῶν φοβερῶν ἀνάπαλιν. δόξειε δ' ἂν οὐχ ὁμοίως ἑκούσιον ἡ δειλία εἶναι τοῖς καθ' ἕκαστον· αὐτὴ μὲν γὰρ ἄλυπος, ταῦτα δὲ διὰ λύπην ἐξίστησιν, ὥστε καὶ τὰ ὅπλα ῥίπτειν καὶ τἆλλα ἀσχημονεῖν· διὸ καὶ δοκεῖ βίαια εἶναι. τῷ δ' ἀκολάστῳ ἀνάπαλιν τὰ μὲν καθ' ἕκαστα ἑκούσια, ἐπιθυμοῦντι γὰρ καὶ ὀρεγομένῳ, τὸ δ' ὅλον ἧττον· οὐθεὶς γὰρ ἐπιθυμεῖ ἀκόλαστος εἶναι. τὶ δ' ὄνομα τῆς ἀκο-

25. *ἑκούσιον*] corruptum. ἐπονείδιστον c. K^b et ῥᾴδιον c. $K^bM^bO^b$ scripsi; Bekk. ἐπονειδιστότερον et ῥᾷον. 28. ἑκούσιον] ex uno (ut vid.) N^b; cett. φευκτόν. 29. ταῦτα δὲ] K^b τὰ δέ.

τος φύσιν, quamvis bene cum philosophi sententiâ, qualem quidem libr. K (v. 1174 b 23; 1175 a 21 sqq.) absolvit, conveniat; sed vocem ἑκούσιον spuriam vocare non dubito.

25. ἐπονειδιστότερον . . . ῥᾷον (Bekk.): amplectendum quod optimi libri exhibent ἐπονείδιστον (K^b) et ῥᾴδιον ($K^bM^bO^b$), ne ultra modum computandi et comparandi sollertia procedat. Nec dici ignaviam ἧττον ἐπονείδιστον, post 1116 a 19 valde placebit. Positivo vero ad unam intemperantiam relato, comprobatur novâ ratione judicium quod 1118 b 2 (καὶ δόξειεν ἂν δικαίως ἐπονείδιστος εἶναι) proponebatur; idque duplici modo (διὸ et καὶ γὰρ) atque utrinque recte.

27—34. Ad aliud pergitur quo quidem principalis sententia vs 21 restringitur potius quam comprobatur, sed quo utriusque vitii ratio interna quasi illustratur. Quum enim in unoquoque habitu aliud sit ipse habitus, alia quae inde nascuntur actiones, in his verum est quod adhuc demonstrabatur ἧττον et μᾶλλον ἑκούσιον, at in illo fere contraria ratio. Qua in re ne quaeras an ipsa intemperantia magis sit μετὰ λύπης quam ignavia (ἄλυπος vs 29) cupiatve quisquam ignavus esse (οὐθεὶς ἐπιθυμεῖ vs 33). Iam enim non alterum habitum cum altero componit scriptor, sed utrumque habitum cum iis quae ad eum pertinent actis.

28. οὐχ ὁμοίως ἑκούσιον: quum ὁμοίως non tantum in partem majorem, sed etiam in minorem dicatur, recte haec habent. Et erat, cur non placeret scribere οὐχ ὁμοίως ἀκούσιον. LL. optimi ($K^bL^bM^b$ O^b) φευκτόν.

30. διὸ καὶ δοκεῖ βίαια εἶναι: in quibus jam nullum est τὸ ἑκούσιον (Γ 1). Spectant haec ad prius argumentum vs 23 s., conferasque quae ad vs 21 adnotata sunt. Nam ei qui ita quidem disputet, recte opponetur similis vox: διὸ καὶ τὸν ἔρωτα πολλοὶ ἀκούσιον τιθέασιν (1225 a 20); haud enim minore vi cupido cogit nonnullos ad intemperantiam, quam timor alios ad ignaviam.

33 sq. τὸ δ' ὄνομα τῆς ἀκολασίας: v. quae de nomine τοῦ ἀκολάστου Eudemus 1230 a 38 — b 8 dicit, quamquam aliâ ratione neque eodem disputationis loco dicta.

1119 a 34 λασίας καὶ ἐπὶ τὰς παιδικὰς ἁμαρτίας φέρομεν· ἔχουσι Γ:
1119 b γάρ τινα ὁμοιότητα. πότερον δὲ ἀπὸ ποτέρου καλεῖται, οὐθὲν πρὸς τὰ νῦν διαφέρει, δῆλον δ' ὅτι τὸ ὕστερον ἀπὸ τοῦ προτέρου. οὐ κακῶς δ' ἔοικε μετενηνέχθαι· κεκολάσθαι γὰρ δεῖ τὸ τῶν αἰσχρῶν ὀρεγόμενον καὶ πολλὴν αὔξησιν ἔχον, τοιοῦτον δὲ μάλιστα ἡ ἐπιθυμία καὶ ὁ παῖς· κατ' ἐπιθυμίαν γὰρ ζῶσι καὶ τὰ παιδία, καὶ μάλιστα ἐν τούτοις ἡ τοῦ ἡδέος ὄρεξις. εἰ οὖν μὴ ἔσται εὐπειθὲς καὶ ὑπὸ τὸ ἄρχον, ἐπὶ πολὺ ἥξει· ἄπληστος γὰρ ἡ τοῦ ἡδέος ὄρεξις καὶ πάντοθεν τῷ ἀνοήτῳ, καὶ ἡ τῆς ἐπιθυμίας ἐνέργεια αὔξει τὸ συγγενές,

4. τὸ τῶν] $K^b M^b$ τὸν τῶν. K^b πολλὴν ἕξιν αὔξησιν. 6. παιδία — τοῦ ἡδ.] K^b παιδία μάλιστα(·) ἐν τούτοις γὰρ καὶ ἡ τοῦ ἡδ. (M^b παιδία. μάλιστα δὲ ἐν τούτοις ἡ τοῦ ἡδ.). 8. πάντοθεν K^b; πανταχόθεν Bekk. c. cett. ll.

2. δῆλον δ' ὅτι τὸ ὕστερον ἀπὸ τοῦ προτέρου sc. καλεῖται: intelligendum τὸ ὕστερον τῷ χρόνῳ. Causam vero, cur ita sit censendum, ne in iis quidem quae sequuntur satis expressam reperiemus. Annon ideo a quibusdam pueris ad viros libidinosos vox ἀκόλαστος translata esse dicetur, quia in pueris quidem ἡ κόλασις qua opus est ab omnibus spectatur, viri autem suas ipsorum cupiditates coërcentes et quasi castigantes oculis non cernuntur? ut etiam quod perperam omissâ castigatione mali sequatur, in illis facile perspiciatur ἀκολασίαν esse, in his minus.

3. οὐ κακῶς δ' ἔοικε μετενηνέχθαι: idem quod jam audivimus ἔχουσι γάρ τινα ὁμοιότητα (a 34 s.). Nam castigandum esse quodcunque appetendo etiam turpia amplectatur, praesertim si idem (καὶ vs 4) ad magnum incrementum naturâ suâ feratur.

5. καὶ ὁ παῖς: et in puero quidem alterum (τὸ πολλὴν αὔξησιν ἔχειν vs 4) duplici modo spectatur: quum enim κατ' ἐπιθυμίαν vivat, primum illius incrementi expers esse nequit, quod omnino τῆς ἐπιθυμίας est; deinde vero quum ipse adolescat tum omnia quae secum habet. Unde apparet necessitatem τῆς κολάσεως in puero optime prehendi. At significata potius haec sunt, quam explicita.

6. καὶ τὰ παιδία: quamvis id cupiditatum genus, cui intemperantes indulgent, ad eos magna ex parte plane non attineat. — καὶ μάλιστα ἐν τούτοις ἡ τοῦ ἡδέος ὄρεξις: nam τὸ συμφέρον non curantes, τῷ καλῷ nondum imbuti, unum norunt τὸ ἡδύ· τοῦτο δὲ ἐκ νηπίου συντέθραπται (v. 1104 b 30 sq.; 1105 a 1 sq.).

8. ἄπληστος γὰρ .... καὶ πάντοθεν (ita enim K^b, melius quam vulg. πανταχόθεν) τῷ ἀνοήτῳ (οἷον παιδίῳ). Ἄπληστος (cf. 1267 b 3 ἄπειρος ἡ τῆς ἐπιθυμίας φύσις), ut omnia quantalibet possit recipere in se; πάντοθεν, ut nunquam desit quod arripiat. Ceterum vide ne quae in his sententiis (vs 3 — 10) summa sunt in universum affectuum genus cadant.

Γ 15 κἂν μεγάλαι καὶ σφοδραὶ ὦσι, καὶ τὸν λογισμὸν ἐκκρούουσιν. 1119 b 10 διὸ δεῖ μετρίας εἶναι αὐτὰς καὶ ὀλίγας, καὶ τῷ λόγῳ μηθὲν ἐναντιοῦσθαι· τὸ δὲ τοιοῦτον εὐπειθὲς λέγομεν [καὶ] κεκολασμένον. ὥσπερ δὲ τὸν παῖδα δεῖ κατὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ παιδαγωγοῦ ζῆν, οὕτω καὶ τὸ ἐπιθυμητικὸν κατὰ τὸν λόγον. διὸ δεῖ τοῦ σώφρονος τὸ ἐπιθυμητικὸν συμφωνεῖν τῷ λόγῳ· σκοπὸς γὰρ ἀμφοῖν τὸ καλόν, καὶ ἐπιθυμεῖ ὁ σώφρων ὧν δεῖ καὶ ὡς δεῖ καὶ ὅτε· οὕτω δὲ τάττει καὶ ὁ λόγος. ταῦτ' οὖν ἡμῖν εἰρήσθω περὶ σωφροσύνης.

λέγωμεν δ' ἑξῆς περὶ ἐλευθεριότητος, δοκεῖ δ' εἶναι 22 περὶ χρήματα μεσότης· ἐπαινεῖται γὰρ ὁ ἐλευθέριος οὐκ ἐν

---

12. K^b λέγομεν κεκολασμένον. 13. ὥσπερ δὲ] scripsi immutatâ interpunctione c. $K^b O^b$; Bekk. ὥσπερ γάρ. 14—16. οὕτω — τῷ λόγῳ] K^b οὕτω καὶ τὸ ἐπιθυμητικὸν συμφωνεῖν λόγῳ. 22. K^b δὲ καὶ ἑξῆς. 22. 23. εἶναι περὶ scripsi cum $L^b M^b O^b$; εἶναι ἡ περὶ Bekk.

---

12. τὸ δὲ τοιοῦτον εὐπειθὲς λέγομεν (K^b om. καὶ) κεκολασμένον: sc. quia castigando tantum cupiditas eo perducitur, ut ita pareat.

13—16. Recte K^b vs 13 ὥσπερ δέ; qua particulâ bene monemur jam a pueris ad quos potissimum priora vs 5—13 referebantur ad libidines intemperantium pergi. Reliqua in eodem libro breviora: οὕτω καὶ τὸ ἐπιθυμητικὸν συμφωνεῖν λόγῳ sc. δεῖ (vs 13 ὥσπερ γὰρ τὸν παῖδα δεῖ); in quibus non video quid desideretur.

16. σκοπὸς γὰρ ἀμφοῖν τὸ καλόν: καὶ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ καὶ τοῦ λόγου, id quod vs 16—18 (καὶ ἐπιθυμεῖ. . . ὁ λόγος) comprobatur. Neque enim nunc in ἀμφοῖν ad paedagogum vs 14 respiciendum.

16 s. καὶ ἐπιθυμεῖ ὁ σώφρων ὧν δεῖ κ. τ. λ. i. e. illius ἡ ἐπιθυμία, quae ab initio castigatione egebat, jam eo obsequii redacta est ut et ipsa cupiat ea tantum quae decent: acquievit enim in honestate tanquam σκοπῷ. V. 1102 b 28 πάντα γὰρ ὁμοφωνεῖ τῷ λόγῳ.

3) Δ 1—3 (1119 b 22 — 1122 a 17) περὶ ἐλευθεριότητος.

Eudemia (Γ 4) et MM. (Α 24. 25) dum hoc in capite nec sententiis nec nominum usu a Nicomacheis discrepant, id diversum habent, quod tertium hunc inter virtutes locum ταῖς περὶ ὀργὴν ἕξεσι concesserunt: quae Nic. Δ 11 septimo demum loco sequuntur. Disposuit autem Aristoteles disputationem de hac virtute vitiisque quae illi opposita sunt ita ut (quemadmodum jam solemne est) prius quaerat περὶ τί εἰσιν; 1119 b 22 — 1120 a 4; deinde omnem operam consumat investigando πῶς ἔχουσιν; (1120 a 4 — 1121 a 10 ἡ ἐλευθεριότης; 1121 a 10 — b 12 ἡ ἀσωτία; 1121 b 12 — 1122 a 16 ἡ ἀνελευθερία).

a) 1119 b 22 — 1120 a 4 περὶ τί ἡ ἐλευθεριότης (— b 27), ἡ ἀνελευθερία (— b 30), ἡ ἀσωτία (— 1120 a 4). Tam paucis haec quaestio absolvitur, ut de nominum potius usu constitui dixeris quam de ipsâ re:

1119 b 24 τοῖς πολεμικοῖς, οὐδ' ἐν οἷς ὁ σώφρων, οὐδ' αὖ ἐν ταῖς κρί- Δ 1 σεσιν, ἀλλὰ περὶ δόσιν χρημάτων καὶ λῆψιν, μᾶλλον δ' ἐν τῇ δόσει. χρήματα δὲ λέγομεν πάντα ὅσων ἡ ἀξία νομίσματι μετρεῖται. ἔστι δὲ καὶ ἡ ἀσωτία καὶ ἡ ἀνελευθερία περὶ χρήματα ὑπερβολαὶ καὶ ἐλλείψεις· καὶ τὴν μὲν ἀνελευθερίαν προσάπτομεν ἀεὶ τοῖς μᾶλλον ἢ δεῖ περὶ χρήματα σπουδάζουσι, τὴν δ' ἀσωτίαν ἐπιφέρομεν ἐνίοτε συμπλέκοντες· τοὺς γὰρ ἀκρατεῖς καὶ εἰς ἀκολασίαν δαπανηροὺς ἀσώτους καλοῦμεν. διὸ καὶ φαυλότατοι δοκοῦσιν εἶναι· πολλὰς γὰρ ἅμα κακίας ἔχουσιν. οὐ δὴ οἰκείως προσαγο-

27. K[b] pr. καὶ ἀνελευθερία.

---

in qua quae forte explicatione egent, velut illud μᾶλλον δ' ἐν τῇ δόσει (b 25), alteri disputationis parti permittuntur (v. 1120 a 8 sqq.). Nihilominus notandum erit, quam varie de hac re Aristoteles loquatur, primum περὶ χρήματα esse istam virtutem ajens (b 23), deinde περὶ χρημάτων δόσιν καὶ λῆψιν (b 25), post περὶ χρημάτων χρῆσιν (1120 a 4—8); neque improbaturus, si quis totam rem ad τὸ ὀρθῶς σπουδάζειν περὶ χρήματα (1119 b 29 s.; cf. τιμᾶν τὰ χρ. 1120 a 32; b 16; 1121 a 5) referat. Quasi nil ad viam et rationem qua optime res illustretur, nedum ad ipsos hominum mores cognoscendos intersit, utrum ab hac an ab aliâ definitione τοῦ περὶ τί proficiscamur.

26. χρήματα δὲ λέγομεν πάντα ὅσων ἡ ἀξία νομίσματι μετρεῖται vel fere rectius πάντα ὅσων χρεία ἐστίν. Nam pecunia ex Aristotelis doctrinâ inde istam metriendi facultatem accepit quod in locum τῆς χρείας successit, ἣ κατ' ἀλήθειαν πάντα μετρεῖ (v. 1133 a 25—29).

28. ὑπερβολαὶ καὶ ἐλλείψεις: altera enim ἐν δόσει ὑπερβάλλουσα ἐλλείπει ἐν λήψει, altera ἐλλείπει ἐν δόσει eademque ἐν λήψει ὑπερβάλλει. Simile quid jam in fortitudinis genere erat, ubi ignavia tum ὑπερβολή est (φόβου), tum ἔλλειψις (θάῤῥους); v. 1115 b 34 sq. Atqui in liberalitate ista diversitas aut non fuisset aut unius causae naturae deberi videretur, si placuisset diversa indolum genera ad τὸ σπουδάζειν περὶ χρήματα (vs 29. 30) revocare vel ad eam affectionem animi, unde id nascitur: sceleratum illum habendi amorem. Cf. quae modo praemisimus.

33. οὐ δὴ οἰκείως προσαγορεύονται· βούλεται γὰρ κ. τ. λ. Eo enim fere sermonis humani ingenium fert, ut singula nomina ad singulas res nec simul ad plures proprie significandas spectent. Qua in re ipsam quidem argumentationem non satis tutam esse apparet (etenim si recte fit ut ἄσωτος dicatur qui propter perditam rem familiarem salvus esse nequit, quidni etiam id in hoc nomen receptum esse possit ut luxuriâ ille rem familiarem perdat?); at sanum philosophi judicium non minus in indagandâ linguae lege mirabimur quam in voce ἄσωτος recte ad σάος, σῶς, σώζειν redactâ. Mirum sane quantum Platoni praestet, quandocunque de re etymologicâ quaeritur.

Δ 1 ρεύονται· βούλεται γὰρ ἄσωτος εἶναι ὁ ἕν τι κακὸν ἔχων, 1119 b 34
τὸ φθείρειν τὴν οὐσίαν· ἄσωτος γὰρ ὁ δι' αὑτὸν ἀπολλύμε- 1120 a
νος, δοκεῖ δὲ ἀπώλειά τις αὑτοῦ εἶναι καὶ ἡ τῆς οὐσίας φθορά, ὡς τοῦ ζῆν διὰ τούτων ὄντος. οὕτω δὴ τὴν ἀσωτίαν ἐκδεχό-
§ b μεθα. ὧν δ' ἐστὶ χρεία, ἔστι τούτοις χρῆσθαι καὶ εὖ καὶ κακῶς· ὁ πλοῦτος δ' ἐστὶ τῶν χρησίμων· ἑκάστῳ δ' ἄριστα χρῆται ὁ ἔχων τὴν περὶ τοῦτο ἀρετήν· καὶ πλούτῳ δὴ χρήσεται ἄριστα ὁ ἔχων τὴν περὶ τὰ χρήματα ἀρετήν. οὗτος δ' ἐστὶν ὁ ἐλευθέριος. χρῆσις δ' εἶναι δοκεῖ χρημάτων δαπάνη καὶ δόσις· ἡ δὲ λῆψις καὶ ἡ φυλακὴ κτῆσις μᾶλλον. διὸ μᾶλλόν ἐστι τοῦ ἐλευθερίου τὸ διδόναι οἷς δεῖ ἢ λαμβάνειν ὅθεν δεῖ καὶ μὴ λαμβάνειν ὅθεν οὐ δεῖ. τῆς γὰρ ἀρετῆς μᾶλλον

---

34. $K^b O^b$ ἓν κακόν.

---

b) 1120 a 4 — 1121 a 10. Liberalitatis indoles atque ratio exponitur, praemissâ demonstratione (1120 a 4 — 23) cur ὁ ἐλευθέριος maxime in largiendo et expendendo spectari dicendus sit.

4. ὧν δ' ἐστὶ χρεία, ἔστι τούτοις χρῆσθαι κ. τ. λ. Vides vim hujus argumentationis (vs 6; vs 8) in notione τοῦ χρῆσθαι seu τῆς χρήσεως positam esse, perveniri autem ad illam notionem per notionem τῆς χρείας. Atqui constat non tantum τῶν χρημάτων χρείαν esse (v. ad 1119 b 26; τὸ ζῆν διὰ τούτων 1120 a 3), sed etiam necessarium apud omnes earum rerum usum seu bonum seu malum esse ὧν χρεία ἐστίν. Sin reputemus id nunc agi ut inter δόσιν et λῆψιν (a 8. 9) disceptetur, erit quod minus placeat. Annon quando de rebus, quibus carere non possumus (ὧν χρεία ἐστί), quaeritur, non minus imo quasi primo loco id spectandum erit ut habeamus illas et unde comparandae sint? Nec fugissent haec profecto Aristotelis acumen, si non paulo aliter sibi ipse rem proposuisset. Etenim quum aliis in capitibus tum in hoc ita suam de moribus doctrinam instituit, qualis maxime aevi populique sui hominibus exoptata esse debebat. Itaque propositâ quaestione qua ratione vir probus ea quae veneunt omnemque rem familiarem tractet, responsurus illam rerum conditionem ante oculos habet, quae tunc in civitatibus Graeciae latissime patebat: scilicet ut plerique fere modicis opibus affatim instructi victûs quaerendi curâ vacarent atque aliquantum haberent quod ad liberaliorem usum (εἰς δαπάνην καὶ δόσιν cf. a 8) superesset. Eam igitur περὶ χρήματα ἀρετὴν depingit quae homines paene divites (vide τὸν πλοῦτον a 5 et 6) decebit. Cf. quae ad 1120 b 11—14 observabuntur.

11. τῆς γὰρ ἀρετῆς μᾶλλον (. . . . αἰσχροπραγεῖν a 15). Quod adhuc (inde a vs 4) per notionem τῆς χρήσεως demonstratum est, primas partes τῇ δόσει dandas esse, idem jam iterum per ipsius virtutis notionem ostenditur. Quodsi ἡ λῆψις (καὶ ἡ φυλακὴ a 9) ad ista duo tantum refertur, τὸ εὖ πάσχειν atque τὸ μὴ αἰσχροπραγεῖν vs 12. 13 et 15, libenter assentiemur. Quum enim virtus omnis sit περὶ πάθη καὶ πρά-

1120 a 12 τὸ εὖ ποιεῖν ἢ τὸ εὖ πάσχειν, καὶ τὰ καλὰ πράττειν μᾶλ- 1 λον ἢ τὰ αἰσχρὰ μὴ πράττειν· οὐκ ἄδηλον δ' ὅτι τῇ μὲν δόσει ἕπεται τὸ εὖ ποιεῖν καὶ τὸ καλὰ πράττειν, τῇ δὲ λήψει τὸ εὖ πάσχειν ἢ μὴ αἰσχροπραγεῖν. καὶ ἡ χάρις τῷ διδόντι, οὐ τῷ μὴ λαμβάνοντι, καὶ ὁ ἔπαινος δὲ μᾶλλον. καὶ ῥᾷον δὲ τὸ μὴ λαβεῖν τοῦ δοῦναι· τὸ γὰρ οἰκεῖον ἧττον προΐενται μᾶλλον ἢ οὐ λαμβάνουσι τὸ ἀλλότριον. καὶ ἐλευθέριοι δὲ λέγονται οἱ διδόντες· οἱ δὲ μὴ λαμβάνοντες οὐκ εἰς ἐλευθεριότητα ἐπαινοῦνται, ἀλλ' οὐχ ἧττον εἰς δικαιοσύνην· οἱ δὲ λαμβάνοντες οὐδ' ἐπαινοῦνται πάνυ. φιλοῦνται δὲ σχεδὸν μάλιστα οἱ ἐλευθέριοι τῶν ἀπ' ἀρετῆς· ὠφέλιμοι γάρ, τοῦτο δ' ἐν τῇ δόσει. αἱ δὲ κατ' ἀρετὴν πράξεις καλαὶ καὶ 2 τοῦ καλοῦ ἕνεκα. καὶ ὁ ἐλευθέριος οὖν δώσει τοῦ καλοῦ ἕνεκα καὶ ὀρθῶς· οἷς γὰρ δεῖ καὶ ὅσα καὶ ὅτε, καὶ τἆλλα ὅσα

---

16. τῷ μὴ] K^b pr. et M^b τῷ.

ξεις, illud quidem (τὸ εὖ πάσχειν, quod ad accipiendas largitiones spectat) nec πάθος est nec fere πρᾶξις; hoc vero (τὸ μὴ αἰσχροπραγεῖν, ut aspernemur turpem quaestum) per se facilius esse videbitur dummodo necessitas et inopia absint: v. ad a 4.

15—18. Adduntur tria, ὁ ἔπαινος vs 16, ἡ χάρις quae similem laudi naturam habet vs 15, τὸ χαλεπόν (v. ῥᾷον vs 17). Quorum primum et ultimum dudum scimus cum virtute arcte conjuncta esse; ut ubicunque sunt potissimum illa, ibi virtus quoque potissimum sit.

17. τὸ γὰρ οἰκεῖον ἧττον προΐενται μᾶλλον ἢ κ. τ. λ. Ne impediaris duplici comparativo: „facilius fit (μᾶλλον) ut parum seu minus quam decet (ἧττον) largiantur de suo quam ut se non contineant a re alienâ.“

18—21. καὶ ἐλευθέριοι δὲ λέγονται .... οὐδ' ἐπαινοῦνται πάνυ: argumentum ab usu nominum petitum.

22. τῶν ἀπ' ἀρετῆς i. e. omnium qui a virtute omnino vocantur laudanturque; haud obscuro sed minus usitato praepositionis ἀπὸ usu. — Ad sententiam his verbis (a 21 — 23) non ita multum proficitur: laudes enim illae unde gratia comparatur (v. ad vs 15 sq.) vix sine aliquo amore esse possunt. Ceterum τὸ ὠφέλιμον vs 22 etiam τοῦ ἀσώτου videtur esse (πολλοὺς ὠφελεῖ 1121 a 29).

Cap. 2. Postquam continuâ argumentatione evictum est, recte ab initio liberalitatem dictam esse versari περὶ δόσιν χρημάτων καὶ λῆψιν, μᾶλλον δ' ἐν τῇ δόσει (1119 b 25): jam per totum cap. 2 (quod rectius 1121 a 10 terminatur quam ib. a 7) reliqua quae hujus virtutis propria sunt, haud inconditâ quidem, sed liberiore disputatione neque in certas partes divisâ proponuntur.

23—31. Iam tria, quae omnino a nullâ virtutis operâ abesse posse scimus, τῇ δόσει liberalitatis vindicantur: diversa illa inter se et ita

Δ 2 ἕπεται τῇ ὀρθῇ δόσει. καὶ ταῦτα ἡδέως ἢ ἀλύπως· τὸ γὰρ 1120 a 26
κατ' ἀρετὴν ἡδὺ ἢ ἄλυπον, ἥκιστα δὲ λυπηρόν. ὁ δὲ διδοὺς οἷς μὴ δεῖ, ἢ μὴ τοῦ καλοῦ ἕνεκα ἀλλὰ διά τιν' ἄλλην αἰτίαν, οὐκ ἐλευθέριος, ἀλλ' ἄλλος τις ῥηθήσεται. οὐδ' ὁ λυπηρῶς· μᾶλλον γὰρ ἕλοιτ' ἂν τὰ χρήματα τῆς καλῆς 30
πράξεως· τοῦτο δ' οὐκ ἐλευθερίου. οὐδὲ λήψεται δὲ ὅθεν μὴ δεῖ· οὐδὲ γάρ ἐστι τοῦ μὴ τιμῶντος τὰ χρήματα ἡ τοιαύτη λῆψις. οὐκ ἂν εἴη δὲ οὐδ' αἰτητικός· οὐ γάρ ἐστι τοῦ εὖ ποιοῦντος εὐχερῶς εὐεργετεῖσθαι. ὅθεν δὲ δεῖ, λήψεται· οἷον ἀπὸ τῶν ἰδίων κτημάτων, οὐχ ὡς καλὸν ἀλλ' ὡς ἀναγκαῖον, 1120 b
ὅπως ἔχῃ διδόναι. οὐδ' ἀμελήσει τῶν ἰδίων, βουλόμενός γε διὰ τούτων τισὶν ἐπαρκεῖν. οὐδὲ τοῖς τυχοῦσι δώσει, ἵνα ἔχῃ
5 διδόναι οἷς δεῖ καὶ ὅτε καὶ οὗ καλόν. ἐλευθερίου δ' ἐστὶ

32. K^b οὐ γάρ ἐστι τοῦ τιμῶντος ἡ τοιαύτη.
2. ἔχῃ] K^b ἔχει. 4. ὅτε καὶ οὗ] K^bO^b ὅπου.

principalia ut nil sit in hac scientiâ grave ac verum quin inde et possit et debeat aptum videri. Scilicet ut sint quaecunque fiunt ipsa decora (καλά seu ὀρθῶς vs 23. 25), deinde ut finis in iisdem propositus sit honestus (τοῦ καλοῦ ἕνεκα vs 24 bis et 28; cf. ad 1115 b 12), denique ut a lubentibus fiant (ἡδέως ἢ ἀλύπως vs 26 s. et 29; cf. ad 1117 a 35). Quae postquam vs 23—27 postulata sunt, deinceps ita repetuntur vs 27—31 (nam οἷς μὴ δεῖ vs 28 certam quandam rationem τοῦ μὴ ὀρθῶς proponit), ut virtutem nullam esse ostendatur, si nôn omnia adsint. In qua descriptione vide quam non desideretur mediocritatis notio (quae quasi honoris causa b 27 sq. tandem commemoratur).

29. ἄλλος τις ῥηθήσεται: sc. ni aliena inferantur ἄσωτος potissimum. Hic enim et nunc et b 24. 25 et 1121 a 8—9 advocatur, haud per inconstantiam sed ut contraria contrariis illustrentur.

31—b 3. Post τὴν δόσιν breviter et paulo negligentius ad τὴν λῆψιν respicitur, quoniam sine hac liberalitas esse nequit. Quâ in re primo bis (vs 31 οὐδὲ λήψεται et vs 33 οὐκ ἂν εἴη δὲ οὐδ αἰτητικός) procul esse jubetur quod illiberale sit; ultimo loco (b 2 οὐδ' ἀμελήσει τῶν ἰδίων) significatur, qua ratione recte comparentur quae ad usum et ad largitionem suppetant. Quod vero medium est (a 34 ὅθεν δὲ δεῖ λήψεται, οἷον ἀπὸ τῶν ἰδίων κτημάτων) nomine tantum ejus λήψεως simile est, de qua inde a 1119 b 25 agitur, oppositae τῇ δόσει; demitur enim ita aliquid a re familiari, assumitur nil nec comparatur.

3. οὐδὲ τοῖς τυχοῦσι δώσει: hoc quidem jamjam satis constat: a 25 οἷς γὰρ δεῖ cet. sc. δώσει; iteratur autem, quum idem etiam computanti, ne deficiat res, qui οὐκ ἀμελεῖ τῶν ἰδίων βουλόμενός γε ἐπαρκεῖν (b 2. 3), proprium sit. Imo ne id quidem absonum quod eadem sententia tertium b 20 sq. proponitur; nam rursus illic in paulo aliam partem spectat.

4. Hinc jam usque ad 1121 a 10 fere uno tenore se effundit quasi

1120 b *σφόδρα καὶ τὸ ὑπερβάλλειν ἐν τῇ δόσει, ὥστε καταλείπειν ἑαυτῷ ἐλάττω· τὸ γὰρ μὴ ἐπιβλέπειν ἐφ' ἑαυτὸν ἐλευθερίου. κατὰ τὴν οὐσίαν δ' ἡ ἐλευθεριότης λέγεται· οὐ γὰρ ἐν τῷ πλήθει τῶν διδομένων τὸ ἐλευθέριον, ἀλλ' ἐν τῇ τοῦ διδόντος ἕξει, αὕτη δὲ κατὰ τὴν οὐσίαν δίδωσιν. οὐθὲν δὴ κωλύει ἐλευθεριώτερον εἶναι τὸν τὰ ἐλάττω διδόντα, ἐὰν ἀπὸ ἐλαττόνων διδῷ. ἐλευθεριώτεροι δὲ εἶναι δοκοῦσιν οἱ μὴ κτησάμενοι ἀλλὰ παραλαβόντες τὴν οὐσίαν· ἄπειροί τε γὰρ τῆς ἐνδείας, καὶ πάντες ἀγαπῶσι μᾶλλον τὰ αὑτῶν ἔργα,*

---

5. $K^b L^b M^b$ *καταλιπεῖν.*

---

oratio, ut paene singulis quibusque sententiis novum aliquid afferatur, unde aut indoles et natura viri liberalis, aut agendi ratio in qua soleat versari, aut rerum conditio quae istius virtutis sit velut propria, cognosci possit. Ne enim opineris, obstare verba interposita 1120 b 27—31 (*τῆς ἐλευθεριότητος δὴ μεσότητος οὔσης ... καὶ λήψεται δ' ὅθεν δεῖ καὶ ὅσα δεῖ*), quominus continuus esse reliquus sermo censeatur: nam eam esse plenam definitionem virtutis, ad quam efficiendam ea quae antecedant spectaverint, ut ubi illa posita sit, ibi necessario finis quidam disputationis dicendus sit adesse. Quod a veritate multum aberrat: neque enim omnino Aristoteli illa disponendarum sententiarum ratio ita solemnis est, neque hoc vult particula *δὴ* b 27 (u. v.)

5. *τὸ ὑπερβάλλειν ἐν τῇ δόσει*: quod ne perverse in malam partem intelligatur, reputandum est non minus verum esse *ὅτι ἐλευθεριός ἐστιν ὁ κατὰ τὴν οὐσίαν δαπανῶν ... ὁ δ' ὑπερβάλλων ἄσωτος* (b 23 s.). Quid vero dicant illa verba b 5, mox apparebit b 14—20: quae enim ibi disputantur, si rem spectes, arctius cum sententiâ vss b 4—7 conjuncta sunt, quam quae b 7—14 interponuntur. Ibi vero b 14 praemittitur *πλουτεῖν δ' οὐ ῥᾴδιον τὸν ἐλευθέριον*: quod quum plerumque maxime placeat hominibus, nimia videbitur *ἡ τοῦ ἐλευθερίου δόσις*, quippe qua opum incrementa absumantur.

9. *αὕτη* (i. e. *ἡ ἕξις* vel quae inde nascitur *προαίρεσις*) *δὲ κατὰ τὴν οὐσίαν δίδωσιν*: necessario enim is qui donat e suâ re metitur quid magnum quid exiguum sit. Unde sequitur (*οὐθὲν δὴ κωλύει*), fieri posse ut omnium maxime liberalem debeamus eum censere qui minima largitus fuerit, ut viduam illam in evangelio.

11—14. Aliter jam quaeritur, quis sit *ἐλευθεριώτερος*, quam vs 9 s.; scilicet eo sensu ut inter diversas rerum conditiones quibus homines utuntur circumspiciatur quaenam maxime moribus vere liberalibus faveant. Qua in re observandum (v. ad a 4), ad eas tantummodo conditiones respici quae ab omni egestate remotae sunt.

13. *καὶ πάντες ἀγαπῶσι μᾶλλον*: infractâ constructione (mutato enim subjecto) hoc membrum additur: quod enim inchoatum erat vs 12 *ἄπειροί τε γὰρ* continuandum erat „*καὶ ἧττον ἀγαπῶσι τὰ αὑτῶν ἢ οἱ κτησάμενοι, ὥσπερ οἱ γονεῖς τὰ τέκνα καὶ οἱ ποιηταὶ τὰ ἔργα.*“ —

Δ 2 ὥσπερ οἱ γονεῖς καὶ οἱ ποιηταί. πλουτεῖν δ᾽ οὐ ῥᾴδιον τὸν 1120b14 ἐλευθέριον, μήτε ληπτικὸν ὄντα μήτε φυλακτικόν, προετικὸν δὲ καὶ μὴ τιμῶντα δι᾽ αὐτὰ τὰ χρήματα ἀλλ᾽ ἕνεκα τῆς δόσεως. διὸ καὶ ἐγκαλεῖται τῇ τύχῃ ὅτι οἱ μάλιστα ἄξιοι ὄντες ἥκιστα πλουτοῦσιν. συμβαίνει δ᾽ οὐκ ἀλόγως τοῦτο· οὐ γὰρ οἷόν τε χρήματ᾽ ἔχειν μὴ ἐπιμελούμενον ὅπως ἔχῃ, ὥσπερ οὐδ᾽ ἐπὶ τῶν ἄλλων. οὐ μὴν δώσει γε οἷς οὐ δεῖ οὐδ᾽ ὅτε μὴ δεῖ, οὐδ᾽ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα· οὐ γὰρ ἂν ἔτι πράττοι κατὰ τὴν ἐλευθεριότητα, καὶ εἰς ταῦτα ἀναλώσας οὐκ ἂν ἔχοι εἰς ἃ δεῖ ἀναλίσκειν. ὥσπερ γὰρ εἴρηται, ἐλευθέριός ἐστιν ὁ κατὰ τὴν οὐσίαν δαπανῶν καὶ εἰς ἃ δεῖ· ὁ δ᾽ ὑπερβάλλων ἄσωτος. διὸ τοὺς τυράννους οὐ λέγομεν ἀσώτους· τὸ γὰρ πλῆθος τῆς κτήσεως οὐ δοκεῖ ῥᾴδιον εἶναι ταῖς δόσεσι καὶ ταῖς δαπάναις ὑπερβάλλειν. τῆς ἐλευθεριότητος δὴ μεσότητος οὔσης περὶ χρημάτων δόσιν καὶ λῆψιν, ὁ ἐλευθέριος καὶ δώσει καὶ δαπανήσει εἰς ἃ δεῖ καὶ ὅσα δεῖ, ὁμοίως ἐν μι-

19. K^b ἐπιμελώμενον. 20. οὐδ᾽ ὅτε] K^b οὔθ᾽ ὅτε. 29. ὅσα δεῖ] K^b ὅσα.

Sententiam profecto verissimam et apud Aristotelem saepius (velut in Nic. 1167 b 34 sq. et 1168 a 21 sq.) et apud alios velut Platonem (Rep. p. 330 c) vel etiam Polybium (I, 498, 5 ap. Bekk.) invenies.

14 (—20). πλουτεῖν δ᾽ οὐ ῥᾴδιον. Quum modo vs 11 sq. audiverimus, maxime liberales esse quibus avita sit οὐσία, ex adversâ parte aptissime haec adjungi apparet; quamquam vera sunt quae de ipsâ re ad vs 5 adnotavimus. — Simili modo verbis quae vs 20—25 sequuntur (οὐ μὴν δώσει γε ... ἄσωτος) rursus cavetur ne ea quae vs 14 sq. dicebantur (τὸν ἐλευθέριον μήτε ληπτικὸν εἶναι μήτε φυλακτικόν, προετικὸν δὲ κ. τ. λ.) male intelligantur.

27. τῆς ἐλευθεριότητος δὴ μεσότητος οὔσης. Nil in hac definitione nec in ea quae additur descriptione (—b 31 καὶ ὅσα δεῖ), quin jam 1120 a 24—33, ne dicam ab initio 1119 b 22—26 satis fuerit explicitum. Neque omnino ea quae proxime (inde a vs 4) antecedunt ita comparata sunt, ut inde aut haec definitio aut in illâ mediocritatis notio (v. ad 1120 a 23—31 extr.) possit effici. Ne multa; particula δὴ b 27 non est ejus qui in fine ea quae modo dicta sunt in unum colligit, sed ejus qui ad notum aliquod quod constat recurrit ut inde ad reliqua pergat. Quum enim ad imaginem illam quae hoc capite depingitur jam nonnulla addenda esse viderentur, quae ad principalem rem spectarent (tum ad rationem inter δόσιν καὶ λῆψιν, in quibus liberalitas universa versatur: b 31 sq., tum ad ἡδονὴν καὶ λύπην, in quibus vera omnis virtutis natura maxime posita est: 1121 a 1 sq.): erat profecto cur haec quidem revocatâ ante in memoriam definitione legentibus commendarentur (γὰρ b 31).

κροῖς καὶ μεγάλοις, καὶ ταῦτα ἡδέως· καὶ λήψεται ὅθεν δεῖ, καὶ ὅσα δεῖ. τῆς ἀρετῆς γὰρ περὶ ἄμφω οὔσης μεσότητος, ποιήσει ἀμφότερα ὡς δεῖ· ἕπεται γὰρ τῇ ἐπιεικεῖ δόσει ἡ τοιαύτη λῆψις, ἡ δὲ μὴ τοιαύτη ἐναντία ἐστίν. αἱ μὲν οὖν ἑπόμεναι γίγνονται ἅμα ἐν τῷ αὐτῷ, αἱ δ' ἐναντίαι δῆλον ὡς οὔ. ἐὰν δὲ παρὰ τὸ δέον καὶ τὸ καλῶς ἔχον συμβαίνῃ αὐτῷ ἀναλίσκειν, λυπήσεται· μετρίως δὲ καὶ ὡς δεῖ· τῆς ἀρετῆς γὰρ καὶ ἥδεσθαι καὶ λυπεῖσθαι ἐφ' οἷς δεῖ καὶ ὡς δεῖ. καὶ εὐκοινώνητος δ' ἐστὶν ὁ ἐλευθέριος εἰς χρήματα· δύναται γὰρ ἀδικεῖσθαι, μὴ τιμῶν γε τὰ χρήματα, καὶ μᾶλλον ἀχθόμενος εἴ τι δέον μὴ ἀνάλωσεν ἢ λυπούμενος εἰ μὴ δέον τι ἀνάλωσε, καὶ τῷ Σιμωνίδῃ οὐκ ἀρεσκόμενος. ὁ δ' ἄσωτος καὶ ἐν τούτοις διαμαρτάνει· οὔτε γὰρ ἥδεται ἐφ'

30. δ' ὅθεν] ex $K^b L^b$; cett. ὅθεν.
4. καὶ εὐκοινώνητος] $K^b O^b$ εὐκοινώνητος. 6. 7. K^b bis ἠνάλωσεν.

32. ἕπεται γάρ: quia τὸ ἐπιεικὲς (vel τὸ ὡς δεῖ b 32) ubi semel in unâ re agnitum est etiam in reliquis valet, ad omnia enim pertinet.

1. ἐὰν δὲ παρὰ τὸ δέον ... συμβαίνῃ αὐτῷ ἀναλίσκειν i. e. nullâ suâ culpâ, ita ut quod aegre sit ferendum nil sit nisi jactura pecuniae (ἣν οὐ τιμᾷ vs 5). Aliter enim si acceperis, haud sane virtutis erit μετρίως λυπεῖσθαι ἐπ' αἰσχρῷ (a 2). Imo ad illud respice καὶ ταῦτα ἡδέως 1120 b 30.

4. καὶ εὐκοινώνητος (mendose enim editum in Bekk. maj. εὐκοινώτητος) εἰς χρήματα. Utrumque apparet et quam necessario vinculo hoc conjunctum sit cum sententiâ antecedenti vs 1 sq., et hinc magnâ e parte pendere τὸ φιλεῖσθαι μάλιστα τοὺς ἐλευθερίους de quo 1120 a 21 legimus. Facilem enim esse alterum in hoc societatis genere atque δύνασθαι ἀδικεῖσθαι vs 5 (id enim non inertiae imbecillitatisve est, sed virtutis) plerisque, quippe qui emolumento quaqua ratione parto gaudeant, acceptissimum est. Cf. Menandri distichon (ap. Stob. Floril. V, 1). Οὗτος κράτιστος ἔστ' ἀνὴρ ὦ Γοργία Ὅστις ἀδικεῖσθαι πλεῖστ' ἐπίσταται βροτῶν.

7. καὶ τῷ Σιμωνίδῃ οὐκ ἀρεσκόμενος. Simonidis apophthegma aliquod, ita notum ut ne verba quidem laudare necessarium videretur, quo ille cupidum suum vel avarum animum prodiderat, hac voce lacessi haud obscurum est. At dictum illud ipsum non inveni.

8. ὁ δ' ἄσωτος καὶ ἐν τούτοις ἁμαρτάνει, ut etiam nimiâ largitione (1120 b 24) aliisque in largiendo peccatis (1120 a 27—29). Qua in re, si forte adhuc dubitatio superfuerit (v. ad cap. 2 init.), utrum his verbis omissâ jam virtute de altero vitio agi coeptum sit, satis et verbis ἔσται δὲ προϊοῦσι φανερώτερον vs 9 et iis quae sequuntur εἴρηται δ' ἡμῖν ὅτι ὑπερβολαὶ καὶ ἐλλείψεις εἰσὶν vs 10 monemur quid verum sit. Illis enim scriptor ipse significat, disputationem de prodigo, quippe ad quam progrediendo pergendum sit, nondum

Δ 3 οἷς δεῖ οὐδὲ ὡς δεῖ οὔτε λυπεῖται· ἔσται δὲ προϊοῦσι φανερώτερον. εἴρηται δ' ἡμῖν ὅτι ὑπερβολαὶ καὶ ἐλλείψεις εἰσὶν ἡ ἀσωτία καὶ ἡ ἀνελευθερία, καὶ ἐν δυσίν, ἐν δόσει καὶ λήψει· καὶ τὴν δαπάνην γὰρ εἰς τὴν δόσιν τίθεμεν. ἡ μὲν οὖν ἀσωτία τῷ διδόναι καὶ μὴ λαμβάνειν ὑπερβάλλει, τῷ δὲ λαμβάνειν ἐλλείπει. ἡ δὲ ἀνελευθερία τῷ διδόναι μὲν ἐλλείπει, τῷ λαμβάνειν δ' ὑπερβάλλει, πλὴν ἐπὶ μικροῖς. 1121 a 9

9. *οὐδὲ ὡς* Bekk.] M^b *καὶ ὅτε δεῖ καὶ ὡς*; cett. *οὔτε ὡς*. $K^b O^b$ *λυπεῖται οὔτε ὡς δεῖ*. 11. $K^b O^b$ om. *ἐν δυσίν*. 13—15. *τῷ δὲ—ὑπερβάλλει*] om. K^b.

adesse; his, nolle se transitum ad alterum illud vitium facere, antequam ad perversitatis naturam utrique vitio communem respexerit. Sin cui videatur tempus tali quaestione teri, meminerit quantum faciat ad recte intelligendos libros probe cognovisse quomodo in singulis partibus disponendis auctores agere soliti fuerint.

c) 1121 a 10—b 12. Postquam paucis verbis explicitum est quid ab utrâque parte liberalitati tanquam mediocritati oppositum sit (a 10—15), ὁ *ἄσωτος* describitur, quibus in rebus versetur et qualis ipse sit: et prius quidem a 16—30 ille qui nullâ aliâ notâ affectus simpliciter est prodigus; deinde a 31—b 12 is qui levitate suâ abreptus vel depositâ lucri contemtione ad cupiditatem vertitur ut habeat unde largiatur, vel per impendia sua incipit malis libidinibus indulgere.

10. *εἴρηται δ' ἡμῖν ὅτι ὑπερβολαὶ καὶ ἐλλείψεις εἰσίν*: 1119 b 28 u. v. Memoria scilicet respicientis minus fallit quam prospectus ad futura qui modo vs 9 in verbis *ἔσται δὲ προϊοῦσι φανερώτερον* inerat. Nam gaudere prodigum quibus gaudere dedecet pariterque dolere, quamquam quodam modo e quacunque descriptione dummodo vera est percipitur, explicatum certe (ut illic vs 8 *καὶ ἐν τούτοις* promittebatur) nusquam in hoc capite legemus. Neque enim eam voluptatum mentionem, quae b 7. 9 s. fit, ad hoc facere dices, si sapis.

12. *καὶ τὴν δαπάνην γὰρ εἰς τὴν δόσιν τίθεμεν*: qua sententiâ simul excusatur quod dudum fiebat. *Τὸ δαπανηρὸν* enim (1119 b 31), ἡ *δαπάνη* (1120 a 8; b 27), *τὸ δαπανᾶν* (1120 b 24. 29) et quod ad hoc prope accedit *τὸ ἀναλίσκειν* (1120 b 22; 1121 a 2. 6) passim et promiscue a parte *τῆς δόσεως* stabat. Iam igitur de philosophi sententiâ (*τί τίθεμεν*), etiamsi de re liceat disceptari, nulla dubitatio relinquitur: agi in liberalitate de duabus tantum rationibus, quibus reliqua omnia adscribenda sint. Quod si verum, videantur sane non male appellari *δόσις καὶ λῆψις* mirerisque, quid Eudemum moverit ut in harum locum maluerit (1231 b 29 et 37) substituere *χρημάτων κτῆσιν καὶ ἀποβολήν*.

15. *πλὴν ἐπὶ μικροῖς*: *modo ita* (*τῷ λαμβάνειν ὑπερβάλλει ἡ ἀνελευθερία*) *ut ad parva tantum ejus generis lucra pertineat*; qui enim magnas opes male arripit, non *ἀνελεύθερος* vocatur, sed *ἄδικος* cet. (1122 a 2—7). Neque enim hic is particulae *πλὴν* usus est, quo plerumque affert quae excipienda sint ut aliena, sed is qualem agnosces

τὰ μὲν οὖν τῆς ἀσωτίας οὐ πάνυ συνδυάζεται· οὐ γὰρ ῥᾴδιον μηδαμόθεν λαμβάνοντα πᾶσι διδόναι· ταχέως γὰρ ἐπιλείπει ἡ οὐσία τοὺς ἰδιώτας διδόντας, οἵπερ καὶ δοκοῦσιν ἄσωτοι εἶναι. ἐπεὶ ὅ γε τοιοῦτος δόξειεν ἂν οὐ μικρῷ βελτίων εἶναι τοῦ ἀνελευθέρου. εὐίατός τε γάρ ἐστι καὶ ὑπὸ τῆς ἡλικίας καὶ ὑπὸ τῆς ἀπορίας, καὶ ἐπὶ τὸ μέσον δύναται ἐλθεῖν· ἔχει γὰρ τὰ τοῦ ἐλευθερίου· καὶ γὰρ δίδωσι καὶ οὐ λαμβάνει, οὐδέτερον δ' ὡς δεῖ οὐδ' εὖ. εἰ δὴ τοῦτο ἐθισθείη ἤ πως

18. *ἰδιώτας διδόντας*] ex uno (ut vid.) L^b; cett. *διδόντας ἰδιώτας*.
20. *εὐίατος*] K^b pr. *ἰατός*. *τε γάρ*] K^bO^b *γάρ*.

1126 b 25 *ὁμοίως γὰρ πρὸς ἀγνῶτας καὶ γνωρίμους ... αὐτὸ ποιήσει, πλὴν καὶ ἐν ἑκάστοις ὡς ἁρμόζει*: ut circumscribatur quod praeter reliqua retinendum sit.

16. *τὰ μὲν οὖν τῆς ἀσωτίας οὐ πάνυ συνδυάζεται*: quae enim in vitioso animi habitu bene inter se concordantia unâ sunt (ut aveant nimis expendere, parum assumere), eadem rerum naturâ inhibentur quominus utrumque fiat. De eo enim quod perversum est, haud uno tantum modo verum illud 1126 a 12 *ὅτι καὶ ἑαυτὸ ἀπόλλυσι, κἂν ὁλόκληρον ᾖ, ἀφόρητον γίνεται.*

18. *οἵπερ* (i. e. *οἱ ἰδιῶται*) *καὶ δοκοῦσιν ἄσωτοι εἶναι*: *τοὺς γὰρ τυράννους οὐ λέγομεν ἀσώτους* (1120 b 25).

19. *ἐπεὶ ὅ γε τοιοῦτος ... οὐ μικρῷ βελτίων κ. τ. λ.* Apparet hoc judicium cum proxime antecedenti sententiâ (*ταχέως γὰρ* vs 17 s.) nullo necessitatis vinculo conjunctum esse. Imo postquam vs 16 sq. didicimus haud ita facile in utramque partem perpetrari quae prodigo placeant, jam plane alia quaestio (19—30) movetur majorene an minore severitate de ipso homine ita affecto judicandum sit. Certum est igitur et plene ante *ἐπεὶ* interpungendum esse et novam sententiam recte particulâ *ἐπεὶ* („attamen, quamquam") adjungi. Facile enim putaverit aliquis, eam perversitatem, quae ne existere quidem absoluta et perfecta in rerum naturâ possit, etiam turpitudine ceteras superare: id quod secus est.

23. *εἰ δὴ τοῦτο ἐθισθείη*: quodsi disciplinâ aliquâ adductus fuerit ad hoc i. e. ad *τὸ εὖ καὶ ὡς δεῖ*. — *ἤ πως ἄλλως μεταβάλοι*: *οἷον ὑφ' ἡλικίας ἢ ἀπορίας* (vs 20. 21). Videatur quidem Aristoteles in his *τὸ ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ μέσον* (vs 21) *ἢ τὸ εὖ* (vs 23) minorem facere rem et faciliorem quam pro suâ de virtute doctrinâ debeat. Sed reputanda peculiaris ejus vitii de quo agitur natura. Prodigus enim, qualis nunc describitur, haud omnino rudis aut perversus est, ut omni careat modo atque mensurâ. Imo quum in duabus rebus versetur (*περὶ δόσιν καὶ λῆψιν*), ita quidem se ad certum modum eumque rectum jam accomodavit, ut *τὴν δόσιν* velit quam maximam esse, *τὴν λῆψιν* minorem. Peccat igitur sine dubio, ut reliqui, *ὑπερβάλλων καὶ ἐλλείπων*, sed peccata ista intra eos quasi fines spectantur quibus et ipsa virtus includatur, abjecta vero pravitas excludatur.

Δ 3 ἄλλως μεταβάλοι, εἴη ἂν ἐλευθέριος· δώσει γὰρ οἷς δεῖ, 1121 a 24
καὶ οὐ λήψεται ὅθεν οὐ δεῖ. διὸ καὶ δοκεῖ οὐκ εἶναι φαῦλος τὸ ἦθος· οὐ γὰρ μοχθηροῦ οὐδ' ἀγεννοῦς τὸ ὑπερβάλλειν διδόντα καὶ μὴ λαμβάνοντα, ἠλιθίου δέ. ὁ δὴ τοῦτον τὸν τρόπον ἄσωτος πολὺ δοκεῖ βελτίων τοῦ ἀνελευθέρου εἶναι διά τε τὰ εἰρημένα, καὶ ὅτι ὁ μὲν ὠφελεῖ πολλούς, ὁ δὲ οὐθένα,
5 ἀλλ' οὐδ' αὑτόν. ἀλλ' οἱ πολλοὶ τῶν ἀσώτων, καθάπερ εἴρηται, καὶ λαμβάνουσιν ὅθεν μὴ δεῖ, καὶ εἰσὶ κατὰ τοῦτο ἀνελεύθεροι. ληπτικοὶ δὲ γίνονται διὰ τὸ βούλεσθαι μὲν ἀναλίσκειν, εὐχερῶς δὲ τοῦτο ποιεῖν μὴ δύνασθαι· ταχὺ γὰρ ἐπιλείπει αὐτοὺς τὰ ὑπάρχοντα. ἀναγκάζονται οὖν ἑτέρωθεν πορίζειν. ἅμα δὲ καὶ διὰ τὸ μηθὲν τοῦ καλοῦ φροντίζειν ὀλι- 1121 b
γώρως καὶ πάντοθεν λαμβάνουσιν· διδόναι γὰρ ἐπιθυμοῦσι, τὸ δὲ πῶς ἢ πόθεν οὐθὲν αὐτοῖς διαφέρει. διόπερ οὐδ' ἐλευ-

24. μεταβάλοι] ex uno (ut vid.) L^b; cett. μεταβάλλοι. οἷς δεῖ] K^b οὐ δεῖ. 25. K^b καὶ λήψεται ὅθεν δεῖ. 26. K^b pr. τὸ μὴ ὑπερβάλλειν. 27. ὁ δή] Bekk. c. ll. ὁ δέ. 28. διά τε] K^bO^b διὰ. 33. δὲ — ταχὺ] K^b δὲ μὴ τοῦτο ποιεῖν· ταχὺ (om. μὴ δύνασθαι et H^aO^b).

27. ὁ δὲ (Bekk.) τοῦτον τὸν τρόπον ἄσωτος ... τοῦ ἀνελευθέρου εἶναι: haec ipsa est illa sententia, unde vs 19 (ἐπεὶ ὅ γε τοιοῦτος ... εἶναι τοῦ ἀνελευθέρου) ad quam firmandam probandamque spectabant quaecunque vs 20—27 leguntur. Ergo certissimum, Aristotelem in fine respicientem scripsisse ὁ δὴ τοῦτον τὸν τρόπον κ. τ. λ.

30. ἀλλ' οἱ μὲν πολλοὶ τῶν ἀσώτων (sc. οὐκ ἐμμένοντες ἐκείνῳ τῷ τρόπῳ vs 27), καθάπερ εἴρηται, καὶ λαμβάνουσιν ὅθεν μὴ δεῖ: probabile enim videatur, implicatos illâ difficultate „οὐ ῥάδιον μηδαμόθεν λαμβάνοντα πᾶσι διδόναι" (vs 16) ita se expedituros esse ut sumant undecunque possint. Sin objicietur, at quod probabile videatur ideo non jam dictum esse, neque habeo quod respondeam nec quo istud καθάπερ εἴρηται referam. Una enim vox quam praeterea advocaveris 1119 b 30—33 etiam minus ad notandam talem τῶν ἀσώτων λῆψιν vertitur.

1. ἅμα δὲ καὶ διὰ τὸ μηθὲν τοῦ καλοῦ φροντίζειν ὀλιγώρως καὶ πάντοθεν λαμβάνουσιν: quo enim necessitate vel certe difficultate rerum suarum coguntur (a 32 sq.), inde nullo pudore insito revocantur. Agitantur vero immodico desiderio dandi, ut hinc apud eos peccata omnia nascantur; sumere non curant potius quam nolunt. Quodsi cupidinem largiendi honestatis legi (τῷ καλῷ) subjicerent, salvi essent; quoniam enim honestas semel animo recepta ad universam vitam occupandam pergit, et facili negotio continerent τὴν λῆψιν ad quam indole suâ ne ferebantur quidem (a 31—b 3) et versi ad honestam curam rei familiaris caverent ne expensis iis quae suppeterent aut indignos adjuvarent aut ipsi contraherent culpam (b 3—10).

1121 b 4 θέριοι αἱ δόσεις αὐτῶν εἰσίν· οὐ γὰρ καλαί, οὐδὲ τούτου [αὐτο ἕνεκα, οὐδὲ ὡς δεῖ· ἀλλ' ἐνίοτε οὓς δεῖ πένεσθαι, τούτους πλο σίους ποιοῦσι, καὶ τοῖς μὲν μετρίοις τὰ ἤθη οὐδὲν ἂν δοῖεν, τ δὲ κόλαξιν ἢ τιν' ἄλλην ἡδονὴν πορίζουσι πολλά. διὸ ἀκόλαστοι αὐτῶν εἰσὶν οἱ πολλοί· εὐχερῶς γὰρ ἀναλίσκον καὶ εἰς τὰς ἀκολασίας δαπανηροί εἰσι, καὶ διὰ τὸ μὴ π τὸ καλὸν ζῆν πρὸς τὰς ἡδονὰς ἀποκλίνουσιν. ὁ μὲν οὖν ἄσ τος ἀπαιδαγώγητος γενόμενος εἰς ταῦτα μεταβαίνει, τυχ δ' ἐπιμελείας εἰς τὸ μέσον καὶ τὸ δέον ἀφίκοιτ' ἄν. ἡ ἀνελευθερία ἀνίατός ἐστιν· δοκεῖ γὰρ τὸ γῆρας καὶ πᾶ

4. τούτου [αὐτοῦ] scripsi; om. αὐτοῦ $K^b O^b$. 7. ἢ τιν'] K^b τήν. 12. καὶ τὸ] K^b καὶ εἰς τό. 13. K^b ἀνίατός γ' ἐστίν.

7. τοῖς δὲ κόλαξιν ἢ τιν' ἄλλην ἡδονὴν πορίζουσι πολλά. B observatâ gliscentis turpitudinis naturâ ad priora jam novi quid verbis (—b 10) adjicitur. Qui enim ab initio eam tantum ἡδονὴν temperatam sequebatur, qua largientes aliis afficimur, mox eo dela tur ut longe alias modo immisceri sinat modo (γενόμενος ἀκόλαστ unas arripiat. Est haec profecto μετάβασις (μεταβαίνει b 11) in al genus, sed ea quo natura fert, nec male judicarunt ἐνίοτε τὴν ἀσωτ συμπλέκοντες 1119 b 30. Vide ut 1265 a 32—38 duae omnino ἕξ αἱρεταὶ περὶ τὴν τῆς οὐσίας χρῆσιν statuantur, quarum altera σωφρ νως utitur rebus, altera ἐλευθερίως.

d) 1121 b 12—1122 a 16. Transitur ad oppositum malum ἀνελ θερίας, desperatius illud et magis vulgatum (—1121 b 17); cui mu fariam homines obnoxii sunt, alii in eam partem versi ut magis δόσιν male declinent (—b 31), alii quaestui potius illiberali vel tu dediti (—1122 a 13). De toto vero genere, tanquam virtuti qu maxime opposito, judicium constat (—a 16).

13. ἡ δ' ἀνελευθερία ἀνίατός ἐστιν: qua in re priori quidem ἀ τίᾳ (τῇ οἰκείως προσαγορευομένῃ 1119 b 33) plane opposita est: εὐία γάρ ἐστι καὶ ὑπὸ τῆς ἡλικίας καὶ ὑπὸ τῆς ἀπορίας; alteri vero quae libidines incidit sane minus: nam ὁ ἀκόλαστος et ipse ἀνίατος vide esse quoniam tum ἀμεταμέλητος est (1150 a 21; b 29—35) tum eti nomen suum quodammodo accepit tanquam δυσίατός τις καὶ ἀνία πάμπαν διὰ κολάσεως 1230 b 8. At causa cur ita judicandum sit (κεῖ γὰρ τὸ γῆρας), in illiberalitate profecto diversa est: quae enim nectutis et infirmitatis medela cogitari possit? Senes vero unum ὠφέλιμον διώκειν (1156 a 24 sq.); ἀνελευθέρους εἶναι (1389 b 27), t tummodo κατὰ τὸ κέρδος πρακτικοὺς εἶναι, ζῶντας κατὰ λογισμὸν (1 a 14. 16) magis verum Aristoteli videbatur quam laetius illud Thu dideum (B 44 τὸ γὰρ φιλότιμον ἀγήρων μόνον· καὶ οὐκ ἐν τῷ ἀχρ τῆς ἡλικίας τὸ κερδαίνειν, ὥσπερ τινές φασι, μᾶλλον τέρπει, ἀλλὰ τιμᾶσθαι). — Ceterum ne negligatur, quod ex hac unâ voce appa haud latuisse philosophum id discriminis, quo alia vitia debilit cujusdam sunt propria, alia nimii quasi vigoris; quod quidem gene

ἀδυναμία ἀνελευθέρους ποιεῖν. καὶ συμφυέστερον τοῖς ἀνθρώποις τῆς ἀσωτίας· οἱ γὰρ πολλοὶ φιλοχρήματοι μᾶλλον ἢ δοτικοί. καὶ διατείνει δὲ ἐπὶ πολύ, καὶ πολυειδές ἐστι· πολλοὶ γὰρ τρόποι δοκοῦσι τῆς ἀνελευθερίας εἶναι. ἐν δυσὶ γὰρ οὖσα, τῇ τ' ἐλλείψει τῆς δόσεως καὶ τῇ ὑπερβολῇ τῆς λήψεως, οὐ πᾶσιν ὁλόκληρος παραγίνεται, ἀλλ' ἐνίοτε χωρίζεται, καὶ οἱ μὲν τῇ λήψει ὑπερβάλλουσιν, οἱ δὲ τῇ δόσει ἐλλείπουσιν. οἱ μὲν γὰρ ἐν ταῖς τοιαύταις προσηγορίαις οἷον φειδωλοὶ γλίσχροι κίμβικες, πάντες τῇ δόσει ἐλλείπουσι, τῶν δὲ ἀλλοτρίων οὐκ ἐφίενται οὐδὲ βούλονται λαμβάνειν· οἱ μὲν διά τινα ἐπιείκειαν καὶ εὐλάβειαν τῶν αἰσχρῶν.

---

discrimen haud cum illo quod inter ἔλλειψιν atque ὑπερβολὴν est componi posse, ipsa jam ἡ αἰσχροκέρδεια (quae ὑπερβολή est) testatur, adscripta illiberalitati (quae ἀδυναμίας est).

14. καὶ συμφυέστερον τοῖς ἀνθρώποις: quam rem et ipsam spectare ad τὸ ἀνίατον (vs 13) vel δυσίατον, apertum est. Deinde autem συμφυέστερον est id πρὸς ὃ πεφύκαμεν μᾶλλον; meminerimus igitur legi *B* 8, ubicunque ad alterum vitium homines magis quam ad alterum nati sint, idem magis contrarium esse virtuti. Haec enim (τὸ μᾶλλον πεφυκέναι πρὸς θάτερον) 1109 a 12 sq. u. v. secunda causa erat ob quam nonnunquam recte censeretur τὸ ἕτερον ἄκρον ἐναντιώτερον εἶναι τῇ μεσότητι. Ergo ipsâ hac voce συμφυέστερον simul ea sententia proponitur, unde profecto mox in extremo capite 1122 a 13 via pateat ad illud εἰκότως δὲ τῇ ἐλευθεριότητι ἀνελευθερία ἐναντίον λέγεται.

16. καὶ διατείνει δ' ἐπὶ πολύ: ut ad multos homines pertinet (b 15), ita etiam (καὶ ... δὲ) ad rerum agendarum multitudinem spectat, in qua varietatem observari (τὸ πολυειδές) sane probabile est.

20. οἱ μὲν τῇ λήψει ὑπερβάλλουσιν, οἱ δὲ τῇ δόσει ἐλλείπουσιν: inverso ordine de his vs 21—31, de illis vs 31 sqq. agitur. Utrique autem, quamquam diversi, pari jure ἀνελεύθεροι sunt. Illiberalitas enim ipsa, aliter ac ἡ ἀσωτία quae multo magis delectatur largiendo quam a sumendo abhorret (v. ad b 1), aeque ad λῆψιν καὶ δόσιν refertur.

24. οἱ μὲν διά τινα ἐπιείκειαν καὶ εὐλάβειαν τῶν αἰσχρῶν: haec quo spectent, satis ab ipso Aristotele insequenti sententiâ (γὰρ b 25) illustratur; ab istâ enim probitate aut exculpari aut comprobari volunt id, cujus causa haud immerito vituperantur (ὅτι ἐλλείπουσι τῇ δόσει b 22). Alterum quod proximum de iisdem in bonam partem audivimus (τῶν δ' ἀλλοτρίων οὐκ ἐφίενται οὐδὲ βούλονται λ. b 23) minus, ut apparet, explicatione egere videbatur. Sed habent et hoc, et totum quidem genus, cujus pars tantum sunt οἱ μὲν b 24. Itaque si quaeras de reliquis qui ejusdem sunt generis nec velis facile Aristotelem negligentiae arguere, recte dubitabis an τοῖς μὲν b 24 oppositi sint οἱ δὲ b 28. Hos enim quoniam metu tantum damnorum deterrentur ne undecunque aliena arripiant, sane non recte diceremus ne cupere quidem quae sua non sint (οὐδὲ βούλονται λαμβάνειν b 23). Neque

δοκοῦσι γὰρ ἔνιοι ἤ φασί γε διὰ τοῦτο φυλάττειν, ἵνα μ ποτ' ἀναγκασθῶσιν αἰσχρόν τι πρᾶξαι. τούτων δὲ καὶ κυμινοπρίστης καὶ πᾶς ὁ τοιοῦτος· ὠνόμασται δὲ ἀπὸ τῆ ὑπερβολῆς· τοῦ μηθενὶ ἂν δοῦναι. οἱ δ' αὖ διὰ φόβον ἀπέ χονται· τῶν ἀλλοτρίων ὡς οὐ ῥᾴδιον τὸ αὐτὸν μὲν τὰ ἑτέρω λαμβάνειν, τὰ δ' αὐτοῦ ἑτέρους μή· ἀρέσκει οὖν αὐτοῖς τ μήτε λαμβάνειν μήτε διδόναι. οἱ δ' αὖ κατὰ τὴν λῆψι ὑπερβάλλουσι τῷ πάντοθεν λαμβάνειν καὶ πᾶν, οἷον ο τὰς ἀνελευθέρους ἐργασίας ἐργαζόμενοι, πορνοβοσκοὶ κα πάντες οἱ τοιοῦτοι, καὶ τοκισταὶ κατὰ μικρὸν ἐπὶ πολλῷ πάντες γὰρ οὗτοι ὅθεν οὐ δεῖ λαμβάνουσι, καὶ ὁπόσον οὐ δε κοινὸν δ' ἐπ' αὐτοῖς ἡ αἰσχροκέρδεια φαίνεται· πάντες γὰ

28. μηθενὶ] K[b] μηδὲν (M[b] μηθὲν) haud male. 29. τὸ αὐτὸν] K αὑτόν. 30. ἀρέσκει ex uno (ut vid.) O[b]; ἀρέσκειν cett. 34. κατ μικρὸν ex uno (ut vid.) M[b]; καὶ τὰ μικρὸν καὶ K[b]; al. καὶ τὰ μικρά.
1. ὁπόσον] K[b] ὁπότε. 2. K[a] pr. αἰσχροκερδία.

obstat quidquam quominus iidem, dum metu a sumendo retinentu eam quam in largiendo tenent parcitatem εὐλαβείας illius nomin laudent de qua b 24 sq. actum est. Neque igitur οἱ δὲ b 28 plane i eodem genere sunt in quo οἱ μὲν b 24, neque utrique inter se sati diversi ut idem genus in eos dividi possit. Quapropter ita censendu erit, illud μὲν b 24 nullo δὲ susceptum esse. Qui enim τοῖς μὲν op positi sunt, profecto notissimi: donationes et largitiones omittunt scili cet propter unam habendi cupiditatem.

25. φυλάττειν sc. τὰ ἑαυτῶν; cf. τὸν φυλακτικόν 1120 b 15.

27. ὁ κυμινοπρίστης καὶ πᾶς ὁ τοιοῦτος, velut ὁ λιμοκίμβιξ ve κυμινοκίμβιξ, quae nomina apud Archilochum sunt (fragm. 193). Eude mia et MM. ut ad rem ita in nominibus (1232 a 10. 12; 1192 a 9 brevius agunt quam Nic., nisi quod haud male in MM. μικρολόγω quorundam in hoc genere mentio fit.

1121 b 31—1122 a 13: illiberalitatis altera species (ὑπερβάλλουσι τῇ λήψει b 20), et ipsa quidem diversis rationibus conspicua, sed un αἰσχροκερδείας nomine notanda. Qua in re explicandâ ita agitur u habitâ solius τῆς λήψεως ratione omnis ἡ δόσις prorsus negligatur — i quod in priore genere b 21—31 minus placebat. Et evitabat san Aristoteles ita quasdam molestias; eorum enim qui foedum quaestun vel vilem mercedem cupide sequuntur nonnullos certe ita affectos ess constat, ut effuse spargant quae aegre comparata sint, in largiend ἀσώτοις similiores quam ἀνελευθέροις.

34. τοκισταὶ κατὰ μικρὸν ἐπὶ πολλῷ. Dubitaveris, utrum philoso phus eos qui magno foenere (ἐπὶ πολλῷ) haud paulatim et κατὰ μικρὸν sed celerrime opes sibi comparant excusaturus sit an suo aevo ne no verit quidem. Id enim veri non simile, severo judicio illos quoque a τοὺς ἀδίκους καὶ τοὺς ἀσεβεῖς (1122 a 6) ablegari.

4 ἕνεκα κέρδους, καὶ τούτου μικροῦ, ὀνείδη ὑπομένουσιν. τοὺς γὰρ τὰ μεγάλα μὴ ὅθεν δὲ δεῖ λαμβάνοντας, μηδὲ ἃ δεῖ, οὐ λέγομεν ἀνελευθέρους, οἷον τοὺς τυράννους πόλεις πορθοῦντας καὶ ἱερὰ συλῶντας, ἀλλὰ πονηροὺς μᾶλλον καὶ ἀσεβεῖς καὶ ἀδίκους. ὁ μέντοι κυβευτὴς καὶ ὁ λωποδύτης καὶ ὁ λῃστὴς τῶν ἀνελευθέρων εἰσίν· αἰσχροκερδεῖς γάρ. κέρδους γὰρ ἕνεκεν ἀμφότεροι πραγματεύονται καὶ ὀνείδη ὑπομένουσιν· καὶ οἱ μὲν κινδύνους τοὺς μεγίστους ἕνεκα τοῦ λήμματος, οἱ δὲ ἀπὸ τῶν φίλων κερδαίνουσιν, οἷς δεῖ διδόναι. ἀμφότεροι δὴ ὅθεν οὐ δεῖ κερδαίνειν βουλόμενοι αἰσχροκερδεῖς, καὶ πᾶσαι δὴ αἱ
5 τοιαῦται λήψεις ἀνελεύθεροι. εἰκότως δὲ τῇ ἐλευθεριότητι ἀνελευθερία ἐναντίον λέγεται· μεῖζόν τε γάρ ἐστι κακὸν τῆς

7. καὶ ὁ λωπ.] K^b καὶ λωπ. 8. εἰσίν] om. K^b. 8. 9. ἕνεκεν] ex uno (ut vid.) L^b; cett. ἕνεκα; an fuit ἕνεκα μικροῦ? 14. $K^b O^b$ γὰρ κακόν ἐστι.

3. ἕνεκα κέρδους καὶ τούτου μικροῦ ὀνείδη ὑπομένουσιν. Τὸ ὀνείδη ὑπομένειν et hic et vs 9 in locum τοῦ παρὰ τὸ καλὸν αἰσχρὰ πράττειν successit: nullo quidem sententiae detrimento; nam hac quidem in re vulgus oderit qui odio digni sunt (cf. 1120 a 21. 22). Difficilior est quaestio, quo jure in re ethicâ tanti aestimetur rerum differentia, magnaene sint an parvae: καὶ τούτου μικροῦ ... τοὺς γὰρ τὰ μεγάλα κ. τ. λ. Nam in exemplo quidem tyrannorum vs 5 praeter magnitudinem lucri apparet alia et diversa accedere, propter quae αἰσχροκερδείας crimen seponendum sit, vim illatam dico, caedem, deorum contemtum, imperandi indomitam cupidinem. Fures vero et latrones (vs 7) sola ἀνελευθερίας vel αἰσχροκερδείας notâ affici nobis certe vix placuerit. An neges istos quoque πονηροὺς καὶ ἀδίκους (vs 6 s.) esse? At Graeca haec. Qui enim pulchritudinem potissimum desiderant, de qua profecto e conspectu quodam cognoscitur, necessario etiam de iis quae vel similia aut diversa, vel magna aut parva sint aliter passim censebunt, quam quibus summa rerum videatur in intimo animo esse, unde nascantur quaecunque oculis subjecta sunt.

9. 10. 11. ἀμφότεροι ... οἱ μὲν, οἱ δὲ ... ἀμφότεροι: apparet τὸν λωποδύτην et τὸν λῃστὴν unum putari, cui oppositus est ὁ κυβευτὴς (vs 7), sine periculo ille et ab amicis lucra sua faciens. At id mirum est, ne dicam suspectum, quod in hoc novo genere αἰσχροκερδείας vs 7—13 ipsius illius notionis oblivisci videtur Aristoteles quam modo, dicens καὶ τούτου μικροῦ (vs 3 sq.), diligenter flagitavit. An consentaneum esse dicemus, aut vs 8. 9 ipsum scripsisse κέρδους γὰρ ἕνεκα (hoc enim et plurimi et optimi libri exhibent pro ἕνεκεν) μικροῦ ἀμφότεροι κ. τ. λ., aut certe vs 12 ἀμφότεροι δὴ ὅθεν οὐ δεῖ μικρὰ κερδαίνειν βουλόμενοι?

13. εἰκότως δὲ τῇ ἐλευθεριότητι ἀνελευθερία ἐναντίον λέγεται sc. μᾶλλον ἢ ἀσωτία. De sententiâ hac v. ad 1121 b 14.

ἀσωτίας, καὶ μᾶλλον ἐπὶ ταύτην ἁμαρτάνουσιν ἢ κατὰ τὴν λεχθεῖσαν ἀσωτίαν. περὶ μὲν οὖν ἐλευθεριότητος καὶ τῶν ἀντικειμένων κακιῶν τοσαῦτ' εἰρήσθω. Δ

δόξειε δ' ἂν ἀκόλουθον εἶναι καὶ περὶ μεγαλοπρεπείας 4 διελθεῖν· δοκεῖ γὰρ καὶ αὐτὴ περὶ χρήματά τις ἀρετὴ εἶναι. οὐχ ὥσπερ δ' ἐλευθεριότης διατείνει περὶ πάσας τὰς ἐν χρήμασι πράξεις, ἀλλὰ περὶ τὰς δαπανηρὰς μόνον· ἐν τούτοις δ' ὑπερέχει τῆς ἐλευθεριότητος μεγέθει. καθάπερ γὰρ τοὔνομα αὐτὸ ὑποσημαίνει, ἐν μεγέθει πρέπουσα δαπάνη ἐστίν.

15. ἢ] K^b pr. ἢ οἱ. 18. K^bH^a δόξαι δ' ἄν. 19. καὶ αὐτὴ] fort. καὶ αὕτη. 21. 22. K^b μόνον δ' ἐν τούτοις.

4. Δ 4—6 (1122 a 18—1123 a 33) περὶ μεγαλοπρεπείας.

Eudemia (Γ 6) et MM. (Α 27) in tractandâ hac virtute id inter se commune, diversum autem a Nic. habent, ut absolutâ demum magnanimitatis descriptione ad eam accedant; deinde etiam id, ut in appellando altero vitio nomen βαναυσίας aut omittant aut spernant. Nicomachea enim et 1107 b 19 et 1122 a 31 τὴν ὑπερβολὴν hoc in genere vocant βαναυσίαν καὶ ἀπειροκαλίαν (καὶ ὅσαι τοιαῦται add. 1122 a 31); a quo usu Eudemia quidem in adjectivis non plane discedunt 1233 a 38 sq. (ὁ δ' ἐπὶ τὸ μεῖζον ... ἀνώνυμος· οὐ μὴν ἀλλ' ἔχει τινὰ γειτνίασιν, οὓς καλοῦσί τινες ἀπειροκάλους καὶ σαλάκωνας), quamquam 1221 a 35 unus placebat ὁ σαλάκων; sed MM. omnino aliud nomen non recipiunt prater σαλακωνείαν et σαλάκωνα (1192 a 37; b 2. 3), nisi forte libro K^b confisus dixeris in MM. unam esse ἀλαζόνειαν et ἀλαζόνας (haec enim et 1192 a 37 et ib. b 2. 3 exstant in K^b). Quid quod ἐν τῇ ὑπογραφῇ Eudemia 1221 a 11 nomen substantivum δαπανηρίας probant? At isti catalogo nominum multa inesse quae suspicionem moveant, jam supra (ad B 7) adnotatum est.

In disponendis sententiis Nic. solito modo primum τὸ περὶ τί ve[l] ἐν τίνι, relatum maxime ad virtutem nec tamen neglectis vitiis, expl[i]cant — 1122 a 34; deinde depingitur ὁ μέσος — 1123 a 19, ὁ ὑπε[ρ]βάλλων — 1123 a 27, ὁ ἐλλείπων — 1123 a 31; tam accurate obse[r]vato eodem ordine qui in liberalitate erat, ut etiam ultima sentent[ia] (1123 a 31—33), ponderatâ perversitatis naturâ quae in utriusque g[e]neris vitiis perspicitur, respondeat ultimae 1122 a 13—16.

a) 1122 a 18—34. περὶ τί ἡ μεγαλοπρέπεια (— a 29), nec min[us] μικροπρέπεια καὶ βαναυσία. Quum hae quoque ad quendam rei fam[i]liaris usum spectent, consentaneum est (ἀκόλουθον a 18) hac disput[a]tione excipi illam de liberalitate. Angustioribus autem finibus ip[sa] res circumscripta est; nam relatâ liberalitate ad omnem δόσιν καὶ λῆψιν seponenda hic omnis λῆψις, evocandum unum τῆς δόσεως genus ἡ δαπάνη (v. 1121 a 12 καὶ τὴν δαπάνην γὰρ εἰς τὴν δόσιν τίθεμεν), denique inter ipsas τὰς δαπάνας eae tantum admittendae in quibus magnitudo quaedam sumtûs apparet. Ipso enim nomine μεγαλοπρεπείας

τὸ δὲ μέγεθος πρός τι· οὐ γάρ το αὐτὸ δαπάνημα τριηράρχῳ καὶ ἀρχιθεώρῳ. τὸ πρέπον δὴ πρὸς αὐτόν, καὶ ἐν ᾧ καὶ περὶ ἅ. ὁ δ' ἐν μικροῖς ἢ ἐν μετρίοις κατ' ἀξίαν δαπανῶν οὐ λέγεται μεγαλοπρεπής, οἷον τὸ „πολλάκι δόσκον ἀλήτῃ“· 11

26. περὶ ἅ] K[b]L[b]M[b] περὶ ὅ. 27. K[b]H[a] ἀλήτηι.

indicatur ἐν μεγέθει πρέπουσα δαπάνη (a 23). Haec omnia in unam notionem tendunt, ut finium diversitate liberalitas et μεγαλοπρέπεια discernantur. Etenim si in ipsâ liberatitate recte monuimus (ad 1120 a 4) talem illam proponi qualis in iis exsistere debeat qui non tantum egestate sed etiam necessitate victûs quaerendi vacant, multo magis in μεγαλοπρεπείας virtute apertum est (v. 1122 b 26 πένης μὲν οὐκ ἂν εἴη μεγαλοπρεπής) pertinere illam ad solos locupletiores quos Romani viros bonos in civitate dicunt, qui publice λειτουργοῦντες id potius timent ne opera sua minus placeat quam ne opes deficiant. Haud obscura haec; at auctore Aristotele plane aliud accedat necesse est ut μεγαλοπρέπεια sit: id quod in Rhetoricis non male ipsi quasi nomini infertur quum definiunt eam 1366 b 19 ἐν δαπανήμασι μεγέθους ποιητικήν. Huc quando Nicomachea inceperint spectare minus manifestum est: dixeris in voce ἐπιστήμονος (a 34) subesse etiam hoc, sed in lucem proditur postquam τὸ ἔργον τοῦ μεγαλοπρεποῦς laudari coeptum est (b 4 sqq.). V. ad b 10 sq.

24. τὸ δὲ μέγεθος πρός τι. Quae modo hoc in genere omnino postulata est magnitudo sumtûs, quamquam certam aliquam et fixam mensuram constituit (nullo enim modo qui mendico dederit quod illi magnum est donum μεγαλοπρεπὴς dicetur — vs 27), tamen in singulis quibusque magnis rebus pro ipsarum rerum naturâ scilicet diversa erit; ut in illâ magnitudine id spectantes quod deceat (a 23 ἐν μεγέθει πρέπουσα, a 25 τὸ πρέπον δή) necessario ad hanc rerum diversitatem ablegemur. Sin diligentiores velimus esse, duplex esse dicemus illud πρός τι: accommodatum enim esse unumquodque debet non tantum ad rem propositam, sed etiam ad eum cui est proposita, nisi forte in eodem officio (velut in ludis edendis) unus apparatus in tyranno magnus et et in privato. Hoc vsu 25 priore loco commemoratur (πρὸς αὐτόν) quamvis novum sit, illud verbis amplificatur; neque enim re diversum τὸ ἐν ᾧ et τὰ περὶ ἅ. — Ita fere erunt explicanda quae Aristoteles suo more in tam pauca verba vs 24—26 congessit, in tantâ brevitate etiam plura complexus quam ad rem et ad sententiam necessaria erant. Annon duplex illud πρός τι et ab unâ τοῦ πρέποντος naturâ flagitatur? ut hoc quidem neque egeat priore sententiâ τὸ δὲ μέγεθος πρός τι, nec hujus virtutis sit proprium: quis enim in ullâ largitione liberalitatem laudaverit, nisi et ad largientis statum (πρὸς αὐτόν) et ad officii genus (ἐν ᾧ καὶ περὶ ἅ) accommodata sit?

26. κατ' ἀξίαν, ut sit πρέπον. De voce κατ' ἀξίαν v. ad 1115 b 19; quid vero dicatur κατ' ἀξίαν ubi de usu τῶν χρημάτων agitur multo magis perspicuum quam illic in fortitudine.

27. πολλάκι δόσκον ἀλήτῃ: τοίῳ ὁποῖος ἔοι καὶ ὅττευ κεχρημένος ἔλθοι, ut Ulixes loquitur Odyss. Τ 76.

1122 a ἀλλ' ὁ ἐν μεγάλοις οὕτως. ὁ μὲν γὰρ μεγαλοπρεπὴς ἐλ θέριος, ὁ δ' ἐλευθέριος οὐθὲν μᾶλλον μεγαλοπρεπής. τοιαύτης δ' ἕξεως ἡ μὲν ἔλλειψις μικροπρέπεια καλεῖ ἡ δ' ὑπερβολὴ βαναυσία καὶ ἀπειροκαλία καὶ ὅσαι τοι ται. οὐχ ὑπερβάλλουσαι τῷ μεγέθει περὶ ἃ δεῖ, ἀλλ' ἐν οὐ δεῖ καὶ ὡς οὐ δεῖ λαμπρυνόμεναι· ὕστερον δὲ περὶ αὐ

28. οὕτως] ex uno (ut vid.) M^b; οὗτος cett. 33. καὶ ὡς οὐ δεῖ] K^b. δὲ περὶ] K^bO^b δ' ὑπὲρ.

32. οὐχ ὑπερβάλλουσαι τῷ μεγέθει περὶ ἃ δεῖ. Verissimum hoc in illis quos modo notavit βαναύσους καὶ ἀπειροκάλους. quonam tandem in genere ii erunt qui nimium fastum captant, i et permittente et postulante aliquod μέγεθος? Utrumque enim fieri potest, ut aut plura expendantur quam res quamvis honesta nino ferat aut plura quam istos quidem viros decebat quibus res tr est. Ad quod si ita occurratur ut dicat aliquis, at ita alterum g agnosci (τὸ ὑπερβάλλειν τῷ μεγέθει ἐν οἷς οὐ δεῖ), inane esse illud membrum negari non poterit neque erunt duo genera ista, Aristoteles distinxit. Imo admiratus Aristoteles splendorem hujus tutis quum videret hominum genus satis superque contineri, ne v tes sua effunderent, ita tantum magnis in sumtibus nimios quo esse censuit ut quod in aliam partem temere expendissent in aliâ malâ parcitate quasi recuperarent, i. e. ὑπερβάλλοντος hoc in g eos tantum novisse videtur quos et 1123 a 19—27 solos depi βαναύσους. Qua in re fortasse paullo aliter locutus esset, si civit ingentibus Romanorum opibus abundantem ante oculos habuisset.

33. λαμπρυνόμεναι ut 1123 a 22 λαμπρύνεται παρὰ μέλος, vel idem est ἐπιδεικνύμεναι τὸν πλοῦτον (1123 a 25). Honoris quod studium hinc generi isti subesse apparet; id quod significatum ta est, quamquam in liberalitate vel in ἀσωτίᾳ aut omnino non iten haud necessario item habet.

b) 1122 a 34—1123 a 19: ὁ μεγαλοπρεπής. Qui quum primo dicatur scientiam aliquam habere (ἔοικεν ἐπιστήμονι vs 34), verum dem est, et unamquamque virtutem ethicam secum habere suum judicandi genus et esse cognitionem aliquam quae nonnisi ethicâ tute firmata tuta esse possit. Cf., ut ea tantum laudentur quae jam constant, 1113 a 29 ὁ σπουδαῖος ἕκαστα κρίνει ὀρθῶς καὶ ἐν ἑκά τἀληθὲς αὐτῷ φαίνεται, 1123 b 3 τῶν κατ' ἀρετὴν οὐδεὶς ἠλίθιος ἀνόητος; atque ut πᾶς ἐπιστήμων τὴν ὑπερβολὴν μὲν καὶ τὴν ἔλλ φεύγει, τὸ δὲ μέσον ζητεῖ (1106 b 5), ita ἐν ἑκάστῳ τὸ μέσον λ ἔργον, οἷον κύκλου τὸ μέσον οὐ παντὸς ἀλλὰ τοῦ εἰδότος. Itaque babile est, etiam eum qui ethicâ μεγαλοπρεπείας virtute eminea comparatum esse ut sentiat primum et quid sit recte consule familiari et quid mediocriter magnificentiâ delectari, deinde ubi e nam sit bonus divitiarum usus cum dignitate. Nam haec qu referentur ad τὸ ἄλογον τῆς ψυχῆς, τὸ ὀρεκτικόν, πειθόμενον τῷ unde nulla ethica virtus avelli potest. Sin vero ultra procedatu

ἐροῦμεν. ὁ δὲ μεγαλοπρεπὴς ἐπιστήμονι ἔοικεν· τὸ πρέπον γὰρ 1122 a 34 δύναται θεωρῆσαι καὶ δαπανῆσαι μεγάλα ἐμμελῶς. [ὥσπερ γὰρ ἐν ἀρχῇ εἴπομεν, ἡ ἕξις ταῖς ἐνεργείαις ὁρίζεται, καὶ 1122 b ὧν ἐστίν.] αἱ δὴ τοῦ μεγαλοπρεποῦς δαπάναι μεγάλαι καὶ πρέπουσαι. τοιαῦτα δὴ καὶ τὰ ἔργα· οὕτω γὰρ ἔσται μέγα δαπάνημα καὶ πρέπον τῷ ἔργῳ. ὥστε τὸ μὲν ἔργον τῆς δαπάνης ἄξιον δεῖ εἶναι, τὴν δὲ δαπάνην τοῦ ἔργου, ἢ καὶ ὑπερ-

---

5. δεῖ] $K^b L^b M^b$ δεῖν.

---

eum spectare velimus qui recte impensis sumtibus etiam efficiat splendidum opus, singulis quibusque rebus recte dispositis minore nonnunquam pecuniâ magnificentius quid procurans (b 4—6, 13 s.; quo etiam referas τὸ ἐμμελῶς a 35): aliena admiscentur, quasi a viro forti postuletur ut prae ceteris calleat artem gladii sollerter conjiciendi vel ut omnium optime locorum opportunitate utatur. Nil enim obstat quominus res quae sic quidem una esse videtur inter duos homines dividatur, ut alter meditatus ἐν μεγέθει πρέπουσαν δαπάνην tradat quod satis sit numorum alteri, conficiendorum operum perito. Annon hic quem posteriore loco advocavimus recte dicetur artifex quidam, ipse forte vel homo illiberalis vel ἄσωτος? At ille, opibus suis rectissime usus, ethicam quidem hoc in genere virtutem perfectam praestitisse censebitur. — Hoc igitur dico, Aristotelem in hac virtute qualem ipse descripsit aperte fines ethicae virtutis transgressum arripuisse quae ad τὸ ἄλογον τῆς ψυχῆς jam nullo modo attineant, confisum quasi dummodo adsit voluntas in Graecis hominibus haud defuturum ingenium.

35. ὥσπερ γὰρ ἐν ἀρχῇ εἴπομεν. Quum modo a 34 ad describendum τὸν μεγαλοπρεπῆ aggressus illico id exponere incepisset quid ille ageret (θεωρῆσαι ... δαπανῆσαι), hunc jam disputandi modum sanum esse probaturus est: neque enim id supervacaneum videbatur ei qui etiam τὴν ἕξιν et τὸν ἔχοντα expressis verbis ad unam cognitionem revocavit (διαφέρει δ' οὐθὲν τὴν ἕξιν ἢ τὸν κατὰ τὴν ἕξιν σκοπεῖν 1123 b 1). Respicientibus igitur, quomodo ab initio de virtute disputatum sit *B* 1. 2, constabit (nam ἐκ τῶν ὁμοίων ἐνεργειῶν αἱ ἕξεις γίνονται 1103 b 21 atque οὐ μόνον αἱ γενέσεις .... ἐκ τῶν αὐτῶν γίνονται, ἀλλὰ καὶ αἱ ἐνέργειαι ἐν τοῖς αὐτοῖς ἔσονται 1104 a 27) cognitam habere τὴν ἕξιν qui noverit τὰς ἐνεργείας; ut (αἱ δὴ τοῦ μεγαλοπρεποῦς δαπάναι b 2) nosciturο naturam τῆς μεγαλοπρεπείας satis sit inquirere in sumtuum rationem in quibus ille versatur. Nihilominus quum in re per se haud dubiâ ad sententiam quae his quidem verbis (ἡ ἕξις ταῖς ἐνεργείαις ὁρίζεται b 1) nusquam expressa fuerat provocetur, recte dubitabitur annon quae ad firmandam legentium mentem adjecta sint (ὥσπερ γὰρ ἐν ἀρχῇ εἴπομεν) impedire potius videantur.

5. ἢ καὶ ὑπερβάλλειν: ut major sit impensa quam pro opere (quale quidem recte poterat esse, nec tamen pro eo quale jam magnifice conficitur) necessarium erat.

1122 b 6 βάλλειν. δαπανήσει δὲ τὰ τοιαῦτα ὁ μεγαλοπρεπὴς τοῦ καλοῦ ἕνεκα· κοινὸν γὰρ τοῦτο ταῖς ἀρεταῖς. καὶ ἔτι ἡδέως κα προετικῶς· ἡ γὰρ ἀκριβολογία μικροπρεπές. καὶ πῶς κάλλιστον καὶ πρεπωδέστατον, σκέψαιτ' ἂν μᾶλλον ἢ πόσου κα πῶς ἐλαχίστου. ἀναγκαῖον δὴ καὶ ἐλευθέριον τὸν μεγαλοπρεπῆ εἶναι· καὶ γὰρ ὁ ἐλευθέριος δαπανήσει ἃ δεῖ καὶ ὡ δεῖ. ἐν τούτοις δὲ τὸ μέγα τοῦ μεγαλοπρεποῦς, οἷον μέγεθος περὶ ταὐτὰ τῆς ἐλευθεριότητος οὔσης, καὶ ἀπὸ τῆς ἴσης δαπάνης τὸ ἔργον ποιήσει μεγαλοπρεπέστερον. οὐ γὰρ ἡ αὐτὴ ἀρετὴ κτήματος καὶ ἔργου· κτῆμα μὲν γὰρ τὸ πλείστου ἄξιον τιμιώτατον, οἷον χρυσός, ἔργον δὲ τὸ μέγα καὶ καλόν. τοῦ γὰρ τοιούτου ἡ θεωρία θαυμαστή, τὸ δὲ μεγαλοπρεπὲς θαυμαστόν. καὶ ἔστιν ἔργου ἀρετὴ μεγαλοπρέπεια ἐν μεγέθει

13. ταὐτὰ] ex H[a]; cett. ταῦτα. 15. 16. ἄξιον καὶ τ. corr. K[b] (et H[a])

6—10: quo animo agat recensetur sc. τοῦ καλοῦ ἕνεκα, id quo longe aliud est quam illud τὸν πλοῦτον ἐπιδεικνύμενος (v. ad a 33) admiratio enim quae ita petitur ad τὴν τοῦ ἔργου ἀρετὴν potius specta quam ad τὴν τοῦ κτήματος (b 14—17); deinde ἡδέως, magis enim splendore ac decore operis conficiendi delectatur quam suâ re aliquan tum minus attritâ; quod igitur tertium καὶ πῶς κάλλιστον b 8 s. ad jungitur post alterum (ἡδέως καὶ προετικῶς) novum non est, sed ex plicandi causa additum.

10—18. Iterum acceditur ad rationem quae inter hanc virtuten interque liberalitatem sit. De qua quum dudum audiverimus, alteriu fines latius patere (a 28 ὁ μὲν γὰρ μεγαλοπρεπὴς ἐλευθέριος, ὁ δ ἐλευθέριος οὐθὲν μᾶλλον μεγαλοπρεπής), jam progressâ disputation scimus aliud accedere quod μεγαλοπρεπείας proprium sit (v. ad a 18—3 extr.); neque enim in eâ parte finium quae utrique virtuti communi est altera alteri par est.

11. καὶ γὰρ ὁ ἐλευθέριος δαπανήσει ἃ δεῖ ... nimirum magna, quidem potest, non minus libenter et recte quam parva (περὶ ταὐτὰ τῆς ἐλευθεριότητος οὔσης vs 13).

12. ἐν τούτοις δὲ (i. e. ἐν τοῖς δαπανήμασιν οἷα δεῖ εἶναι, hau exceptis iis quae majora sunt) τὸ μέγα τοῦ μεγαλοπρεποῦς οἷον μέγεθος: nempe illa magnitudo quae non est in impensâ, sed in ope inde comparato (τὰ ἔργα vs 3—6). Hanc enim liberalitas ipsa, quan quam in eâdem re versata (περὶ ταὐτὰ οὖσα) et eandem pecuniam la gita (ἀπὸ τῆς ἴσης δαπάνης), non item efficiet. Quae quidem noti non poterat sane melius describi quam fit denique verbis ἔργο ἀρετὴ μεγαλοπρέπεια ἐν μεγέθει b 18: huc enim a prioribus ill „μεγαλοπρέπεια ἐν μεγέθει πρέπουσα δαπάνη ἐστίν“ (a 23) deduc sumus. Qua in definitione ipsa vox ἔργου, quippe quod diversum a sumtû (ἡ δαπάνη quae πράξεως est), admonet ut de quodam ποιήσει

Δ 5 * ἔστι δὲ τῶν δαπανημάτων οἷα λέγομεν τὰ τίμια, οἷον τι περὶ τοὺς θεοὺς ἀναθήματα καὶ κατασκευαὶ καὶ θυσίαι, ὁμοίως δὲ καὶ ὅσα περὶ πᾶν τὸ δαιμόνιον, καὶ ὅσα πρὸς τὸ κοινὸν εὐφιλοτίμητά ἐστιν, οἷον εἴ που χορηγεῖν οἴονται δεῖν λαμπρῶς ἢ τριηραρχεῖν ἢ καὶ ἑστιᾶν τὴν πόλιν. ἐν ἅπασι δ᾽,

---

19. * ἔστι δὲ] loc. non integer. 21. ὅσα περὶ] K^b pr. et O^b περὶ. 22. οἴονται δεῖν] K^b οἷόν τε.

---

genere, cujus virtus est τέχνη, videamur disserere. Cf. supra ad 1122 a 34 sqq. extr. adnot.

19. *ἔστι δὲ τῶν δαπανημάτων.* Hinc usque ad finem (1123 a 19) id unum quaeritur ubinam ἡ μεγαλοπρέπεια, de cujus indole prius 1122 a 34—b 18 disputatum est, suum habeat locum. Quam quidem ad rem duo faciunt quae unâ observanda sunt; neque enim ad omne rerum vel operae genus omnino magnificentia adhiberi recte potest, neque homines promiscue eâ rerum suarum conditione utuntur ut sano judicio de illâ cogitare possint. Haec igitur Aristoteles explicaturus rem ita disponit, ut primum (—1122 b 23) publica illa officia enumeret quae omnium maxime splendorem quendam vel postulent vel ferant; deinde (—1122 b 33) doceat quinam sint homines, unde nati et quemadmodum re familiari instructi, ad quos solos haec virtus pertineat; denique, quum meminerit esse quaedam magnifica quae non sint publici juris, (—1123 a 19) recenseat privata ea in quibus item liceat fastum et splendorem affectare, dummodo ne negligatur interna μεγαλοπρεπείας lex, prohibens plane pusilla quaeque, in reliquis pro diversâ rerum naturâ singula dispensans.

19. *ἔστι δὲ τῶν δαπανημάτων οἷα λέγομεν τὰ τίμια* (aut, ut in M^b legitur, τίμια sine articulo), *οἷον κ. τ. λ.* Ἔργα τίμια esse et κτήματα τίμια modo vs 15 s. audivimus; ad illa prae his virtutem spectare. Quodsi jam adderetur, etiam inter τὰ δαπανήματα esse τίμια atque in his locum habere τὴν μεγαλοπρέπειαν, non esset in quo offenderes. Nec tamen ad hanc sententiam implendam verba ista quae exscripsimus sufficiunt. Sin illud ἔστι δὲ velis supplere ἡ μεγαλοπρέπεια (id quod per grammaticam rationem — v. vs 18 — sane licet), dubitabis profecto an scriptori diserto placuerit deinceps scribere καὶ ἔστιν ἔργον ἀρετὴ μεγαλοπρέπεια ἐν μεγέθει. ἔστι δὲ (ἡ μεγαλοπρέπεια) τῶν δαπανημάτων οἷα λέγομεν τίμια. Ne multa. Mancum hoc loco et mutilatum sermonem notabimus.

21. *καὶ ὅσα πρὸς τὸ κοινόν* — Ab iis officiis quae reipublicae causa subeuntur, ipso Aristotele auctore, ne ea quidem aliena quae priore loco vs 20. 21 commemorantur. Nam τὰ περὶ θεοὺς καὶ περὶ πᾶν τὸ δαιμόνιον — θυσίας et τιμὰς et quae inde pendent συνουσίας — putat ὑπὸ τὴν πολιτικὴν esse et ab illâ ad suum usum in civitates recepta vel inventa: v. quae leguntur 1160 a 20—28. Unde apparet recti huic generi vs 20—23 tanquam uni recte vs 35 opponi τὰ ἴδια.

23. *ἐν ἅπασι δ᾽ ὥσπερ εἴρηται*: sc. a 25 τὸ πρέπον δὴ πρὸς αὐτόν. Subjectum enim in ἀναφέρεται est τὸ δαπάνημα (vs 19) εἰ

ὥσπερ εἴρηται, καὶ πρὸς τὸν πράττοντα ἀναφέρεται τὸ ὧν καὶ τίνων ὑπαρχόντων· ἄξια γὰρ δεῖ τούτων εἶναι, μὴ μόνον τῷ ἔργῳ ἀλλὰ καὶ τῷ ποιοῦντι πρέπειν. διὸ νης μὲν οὐκ ἂν εἴη μεγαλοπρεπής· οὐ γὰρ ἔστιν ἀφ' πολλὰ δαπανήσει πρεπόντως· ὁ δ' ἐπιχειρῶν ἠλίθιος· π τὴν ἀξίαν γὰρ καὶ τὸ δέον, κατ' ἀρετὴν δὲ τὸ ὀρθῶς. π πει δὲ καὶ οἷς τὰ τοιαῦτα προϋπάρχει δι' αὐτῶν ἢ διὰ τ προγόνων ἢ ὧν αὐτοῖς μέτεστι, καὶ τοῖς εὐγενέσι καὶ τ ἐνδόξοις καὶ ὅσα τοιαῦτα· πάντα γὰρ ταῦτα μέγεθος ἀ καὶ ἀξίωμα. μάλιστα μὲν οὖν τοιοῦτος ὁ μεγαλοπρεπής, ἐν τοῖς τοιούτοις δαπανήμασιν ἡ μεγαλοπρέπεια, ὥσ εἴρηται· μέγιστα γὰρ καὶ ἐντιμότατα· τῶν δὲ ἰδίων, ὁ

30. $K^b O^b$ *οἷς τοιαῦτα* et *ἢ τῶν*.

πρέπει (cf. *οἴονται δεῖν* vs 22); quae quidem res postquam est re *πρὸς τὸν πράττοντα* (vs 24) jam in illam formam *τὸ τίς ὢν* ab Quaeritur autem ita de duabus rebus: tum an is qui agat in qua dignitate sit (*τὸ τίς ὤν*, quod posteriore loco vs 30—33 explica tum an illi adsit sufficiens rerum copia (*τὸ τίνων ὑπαρχόντων*, priora illa vs 26—29 spectant). Nam propria utrinque *ἀξία* (vs cf. *ἀξίωμα* vs 33) splendidum quid meditanti proposita est.

26. *διὸ πένης μὲν*: ergo *πένης* etiam is vocatur qui medioc re instructus est; qui enim vere sunt pauperes et egeni, re potius qu prudentiâ quadam (*ἠλίθιος* vs 28) retinebuntur ne de magnis sumt cogitent.

30. *οἷς τὰ τοιαῦτα προϋπάρχει δι' αὐτῶν*: minimum hoc et q infimum genus est quod admittatur. Indignum enim, priusquam familiaris aliquam fidem habeat tanquam mansura atque stabilis, quae in diem quasi affluunt illico ad comparandam magnificen speciem abuti. Quae vero inde (— *ὅσα τοιαῦτα* vs 32) adduntur m magisque ad *τοὺς ἀρίστους* in civitate rem traducunt; v. supra a 18 sq.

31. *καὶ ὧν αὐτοῖς μέτεστιν* i. e. *καὶ διὰ τούτων ὧν*. Ad v societatum genera gradûsque cognationis spectari apparet.

34. *ὥσπερ εἴρηται*: respicientis haec sunt usque ad vs 19; et quidem ut praemissum sit (*μάλιστα μὲν οὖν τοιοῦτος ὁ μεγαλοπρε* vs 33) quod proximum quidem (vs 23—33) dictum erat sed poste quam alterum (*ἐν τοῖς τοιούτοις δαπανήμασιν* vs 34 — de quibus v —23 erat actum). More solito.

35. *τῶν δὲ ἰδίων* (sc. *δαπανημάτων* vs 34) *ὅσα* . . . Praedica in hac enunciatione primum quidem est „*μέγιστα καὶ ἐντιμότατα*“; ista vero eadem potissimum *τὴν μεγαλοπρέπειαν* pertinere dudum *τίμια* vs 19) comperimus. *Τὸ τίμιον* igitur seu *τὸ ἔντιμον* comm est notio, qua prius genus (vs 19—23, quod publici juris esse dixi

εἰσάπαξ γίνεται, οἷον γάμος καὶ εἴ τι τοιοῦτον, καὶ εἰ περί τι πᾶσα ἡ πόλις σπουδάζει ἢ οἱ ἐν ἀξιώματι, καὶ περὶ ξένων δὲ ὑποδοχὰς καὶ ἀποστολάς, καὶ δωρεὰς καὶ ἀντιδωρεάς· οὐ γὰρ εἰς ἑαυτὸν δαπανηρὸς ὁ μεγαλοπρεπὴς ἀλλ' εἰς τὰ κοινά, τὰ δὲ δῶρα τοῖς ἀναθήμασιν ἔχει τι ὅμοιον. μεγαλοπρεποῦς δὲ καὶ οἶκον κατασκευάσασθαι πρεπόντως τῷ πλούτῳ· κόσμος γάρ τις καὶ οὗτος. καὶ περὶ ταῦτα μᾶλλον δαπανᾶν ὅσα πολυχρόνια τῶν ἔργων· κάλλιστα γὰρ ταῦτα. καὶ ἐν ἑκάστοις τὸ πρέπον· οὐ γὰρ ταὐτὰ ἁρμόζει θεοῖς καὶ ἀνθρώποις, οὐδ' ἐν ἱερῷ καὶ τάφῳ· καὶ ἐπὶ

2. K^b O^b ἡ πᾶσα πόλις. 3. καὶ ἀντιδωρεάς] om. K^b O^b.

ad b 21) cum hoc privato genere continetur: cf. etiam „κάλλιστα" 1123 a 8. Postquam autem eo descensum est, ut 1123 a 1 — 9 singula percenseantur quae inter privata magnitudine ac dignitate excellant, aut re apparet aut verbis declaratur aliud quid iisdem inesse: commemoranda enim ea esse videntur quae ita sunt privata ut fere fines vitae privatae excedant atque quodammodo et ipsa ad publicam rem civitatemque attineant: v. a 2 περὶ ὃ πᾶσα ἡ πόλις σπουδάζει ἢ οἱ ἐν ἀξιώματι, a 5 εἰς τὰ κοινά, a 7 κόσμος (annon aedes magnificae urbem potissimum exornant?), a 8 ὅσα πολυχρόνια (nam conditoris superstitia manent civitati).

2. καὶ περὶ ξένων δὲ ὑποδοχὰς ... Tam negligenter haec subjuncta sunt ut dubitare possis utrum malis cogitatione addere σπουδάζει ἡ πόλις, quod proxime antecedit, an ἡ μεγαλοπρέπειά ἐστιν, quod remotius quidem (v. 1122 b 34) sed ideo probabile est quia ex sequentibus verbis (οὐ γὰρ εἰς ἑαυτὸν ... ὁ μεγαλοπρεπὴς vs 4) elucet non ita defixum esse scriptorem in genere τῶν μεγίστων καὶ ἐντιμοτάτων (v. ad 1122 b 35) ut non facili negotio ad ipsam virtutem regrediatur ad quam haec spectant omnia. A sententiâ enim nil interest, quoniam ea περὶ ἃ ἡ πόλις σπουδάζει utrinque sunt verum genus; nam quum κοινὰ (vs 5) eadem esse constet, tum etiam γάμος (vs 1) haud alienum est; sane enim civium omnium refert, nobilis gentis nuptiis promitti progeniem.

9. καὶ ἐν ἑκάστοις τὸ πρέπον ... (a 13) τὸ ἐν τούτοις μέγα. Receptis imprimis privatis sumtibus (1122 b 35 sqq.), magna in hoc genere varietas rerum facta est; qua ne institutio jam parta obscuretur, et haec et sequentia (— vs 18) adduntur repetitis potius vel explicatis sententiis quae pridem constant quam novis propositis. Et primum quidem ne prae communi magnitudine sumtuum differentia rerum negligatur, ad naturam τοῦ πρέποντος, quod ipso nomine virtutis includitur, revocamur; cf. 1122 a 24 sq. τὸ δὲ μέγεθος πρός τι ... τὸ πρέπον ἢ πρὸς αὐτὸν καὶ ἐν ᾧ καὶ περὶ ἅ.

10. καὶ ἐπὶ τῶν δαπανημάτων ἕκαστον: nimirum quae quidem huc rtinent; quod enim simpliciter ἐν μικροῖς ἢ ἐν μετρίοις (1122 a 26)

1123 a 11 τῶν δαπανημάτων ἕκαστον μέγα ἐν τῷ γένει, καὶ μεγαλο- 4
πρεπέστατον μὲν τὸ ἐν μεγάλῳ μέγα, ἐνταῦθα δὲ τὸ ἐν τούτοις μέγα. καὶ διαφέρει τὸ ἐν τῷ ἔργῳ μέγα τοῦ ἐν τῷ δαπανήματι· σφαῖρα μὲν γὰρ ἢ λήκυθος ἡ καλλίστη ἔχει μεγαλοπρέπειαν παιδικοῦ δώρου, ἡ δὲ τούτου τιμὴ μικρὸν καὶ ἀνελεύθερον. διὰ τοῦτό ἐστι τοῦ μεγαλοπρεποῦς, ἐν ᾧ ἂν ποιῇ

14. 15. K^b O^b γὰρ ἡ καλλίστη ἢ λήκυθος ἡ καλλίστη μεγαλοπρέπειαν ἔχει.

expenditur, seu justâ manu seu largâ, omnino ab hoc genere alienum est.

12. ἐνταῦθα δὲ (sc. μεγαλοπρεπὲς) τὸ ἐν τούτοις μέγα i. e. in singulis vero quibusque rebus ita, ut pro suo quodque genere sit magnum. Hic enim demonstrativorum quae vocantur usus Aristotelicus est. Sententia autem probabilis et cum iis quae praecedunt concinens, dummodo ne in re per se ambiguâ omnes terminos sublatos esse putes. Sunt enim primum in rebus humanis vere magna, satis certis finibus a ceteris distincta; atque in his solis omnis jam cogitatio versatur (v. ad vs 10). Sunt deinde inter ea quae identidem magna sunt multae et amplae graduum differentiae ut intra ipsum hoc genus singula singulis composita recte aut parva aut inter magna magna censeantur. Denique quoniam humanarum rerum omnino certus quidam modus est, sunt etiam quae absolute et simpliciter magna sint dicenda, quia nihil est quo superentur. Et in his quidem philosophus versabatur vs 12 scribens ἐν μεγάλῳ.

13 — 16. καὶ διαφέρει τὸ ἐν τῷ ἔργῳ μέγα τοῦ ἐν τῷ δαπανήματι . . . Etenim postquam inde a 1122 b 19 τὰ (μεγάλα) δαπανήματα potissimum recensuit, ut liqueret ubinam illa suum haberent locum, jam Aristoteles in memoriam revocandum censet, sumtûs magnitudinem unam haud implere hujus virtutis officium. Ut enim ingenium τοῦ μεγαλοπρεποῦς in eo cernitur quod nunquam impensas suas profundit nisi ad opus magnum (1122 b 3 s.), imo etiam minore sumtu magnificentiora pariens suo munere recte fungitur (1122 b 13 s.): ita apparet non minus ex adversâ parte fieri posse ut multa atque magna expendantur et in re tanto sumtu indignâ et ad opus in quo τὸ κτῆμα quidem excellit, τὸ ἔργον autem minime admirationem movet (οὐ γὰρ ἡ αὐτὴ ἀρετὴ κτήματος καὶ ἔργου 1122 b 14 sq.); quod utrumque alienum esse dicendum erit ab hac virtute, quippe in qua τῷ ἔργῳ ita priores partes concedantur ut definiatur καὶ ἔστιν ἔργου ἀρετὴ κ. τ. λ. 1122 b 18.

14. ἔχει μεγαλοπρέπειαν παιδικοῦ δώρου: ἐν ᾧ τὸ δαπάνημα μὲν μέγα, τὸ δὲ ἔργον οὐκ (vel ἐν ᾧ το ἔργον οὐκ ἔχει κατ' ἀξίαν τοῦ δαπανήματος vs 18).

15. ἡ δὲ τούτου τιμὴ . . . ἀνελεύθερον: seu pretium ac dignitatem seu aestimationem dicimus τὴν τιμὴν esse, constat in quacunque re ne τὸ ἐλευθέριον quidem insit, ab eâ prorsus abesse τὸ μεγαλοπρεπές.

16 sq. διὰ τοῦτο . . . κατ' ἀξίαν τοῦ δαπανήματος. Vis hujus sen-

Δ 5 γένει, μεγαλοπρεπῶς ποιεῖν (τὸ γὰρ τοιοῦτον οὐκ εὐυπέρβλη-
6 τον), καὶ ἔχον κατ' ἀξίαν τοῦ δαπανήματος. τοιοῦτος μὲν
1 οὖν ὁ μεγαλοπρεπής, ὁ δ' ὑπερβάλλων καὶ βάναυσος τῷ παρὰ τὸ δέον ἀναλίσκειν ὑπερβάλλει, ὥσπερ εἴρηται. ἐν γὰρ τοῖς μικροῖς τῶν δαπανημάτων πολλὰ ἀναλίσκει καὶ λαμπρύνεται παρὰ μέλος, οἷον ἐρανιστὰς γαμικῶς ἑστιῶν, καὶ κωμῳδοῖς χορηγῶν ἐν τῇ παρόδῳ πορφύραν εἰσφέρων, ὥσπερ οἱ Μεγαρεῖς. καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα ποιήσει οὐ τοῦ καλοῦ ἕνεκα, ἀλλὰ τὸν πλοῦτον ἐπιδεικνύμενος, καὶ διὰ

---

17. 18. Bekk. ποιεῖν· τὸ γὰρ . . . εὐυπέρβλητον, καί. 24. K^b οἱ μέγαροι. 25. 26. K^b O^b διὰ τὰ τοιαῦτα.

---

tentiae in membro ἐν ᾧ ἂν ποιῇ γένει posita est. Dicitur enim τὸ μεγαλοπρεπῶς ποιεῖν (quod per se quidem τῷ μεγαλοπρεπεῖ tribuisse hoc saltem loco disputationis paene insipidum erat) certo, quamquam vario, rerum operum munerum genere circumscribi ut extra istos fines jam sit nullum: scilicet inter ea quae non ipsa sunt μεγάλα. Ut vero in hoc genere τὸ μεγαλοπρεπὲς spectetur, accedat necesse est alterum καὶ ἔχειν (τὸ ποιούμενον) κατ' ἀξίαν τοῦ δαπανήματος: id quod arte quadam effici diximus (ad 1122 a 34). Inter haec autem interposita sunt verba τὸ γὰρ τοιοῦτον οὐκ εὐυπέρβλητον, interpunctione diligentius quam Bekkero placuit a reliquis secludenda. Quae quo referenda sint patet; nam τὸ τοιοῦτον dicitur illud γένος τῶν μεγάλων ἐν ᾧ μόνῳ ποιεῖ ὁ μεγαλοπρεπής (vs 16); atque in eodem non timendum esse ne quid nimium sit, ex eâ Aristotelis sententiâ additum, quae jam ad 1122 a 32 commemoranda erat.

c) 1123 a 19—27 ὁ βάναυσος. Tria proponuntur unde hujus vitii natura cognoscatur: quod nimio fastui studetur (vs 19—24), quod aliud quid animo petitur quam ipsa honestas (— vs 26), quod veram rerum temporumque rationem negligunt male prodigi in aliis, in aliis male parci (vs 26. 27). Erunt igitur et hi μικτοί τινες καὶ ἀνώμαλοι, ὁτὲ μὲν ὑπερβάλλοντες, ὁτὲ δὲ ἐλλείποντες; nec si (ut par est) cum virtute componatur id proprium habet hoc vitium ut ὑπερβολὴ sit, sed eo differt quod τὸ καλὸν omnino non habet propositum atque τὸ οὗ (ἐν οἷς) δεῖ sive non discernit sive non curat.

20. ὥσπερ εἴρηται: 1122 a 31—33.

22. ἐρανιστὰς γαμικῶς ἑστιῶν: itaque ἑστιᾶν ἐρανιστὰς inter parva est (τὰ μικρὰ τ. δ. vs 21), ἑστιᾶν τὴν πόλιν suo loco et nuptiarum apparatus (v. 1122 b 23 et 1123 a 1) inter magna. Item τὸ χορηγεῖν λαμπρῶς magno cum sumtu haud vituperatur 1122 b 22; at τὸ κωμῳδοῖς χορηγεῖν (vs 23) longe inferiore loco dignitatis habitum esse notum est, quam idem munus in tragoediis.

25. καὶ διὰ ταῦτα οἰόμενος θαυμάζεσθαι: nam θεωρίαν θαυμαστὴν praebuisse virtutis quidem est (1122 b 17); sed se ipsum vel suas opes admirationi proponere pusillum atque vitiosum.

ταῦτα οἰόμενος θαυμάζεσθαι, καὶ οὗ μὲν δεῖ πολλὰ ἀναλῶσαι, ὀλίγα δαπανῶν, οὗ δ' ὀλίγα, πολλά. ὁ δὲ μικροπρεπὴς περὶ πάντα ἐλλείψει, καὶ τὰ μέγιστα ἀναλώσας ἐν μικρῷ τὸ καλὸν ἀπολεῖ, καὶ ὅ τι ἂν ποιῇ μέλλων, καὶ σκοπῶν πῶς ἂν ἐλάχιστον ἀναλώσαι, καὶ ταῦτ' ὀδυρόμενος, καὶ πάντ' οἰόμενος μείζω ποιεῖν ἢ δεῖ. εἰσὶ μὲν οὖν αἱ ἕξεις αὗται κακίαι, οὐ μὴν ὀνείδη γ' ἐπιφέρουσι διὰ τὸ μήτε βλαβεραὶ τῷ πέλας εἶναι μήτε λίαν ἀσχήμονες. Δ 6 5

ἡ δὲ μεγαλοψυχία περὶ μεγάλα μὲν καὶ ἐκ τοῦ ὀνόματος ἔοικεν εἶναι, περὶ ποῖα δ' ἐστὶ πρῶτον λάβωμεν. δια-

33. $K^b H^a$ τῶν πέλας.

d) 1123 a 27 — 31 ὁ μικροπρεπής. Hic non ita oppositus est ut [illegible] omnino a toto genere magnorum sumtuum abhorreat (ἀναλίσκει γὰρ — si fors tulerit — τὰ μέγιστα vs 28); sed ita ut invitus accedat (μέλλων — σκοπῶν πῶς ἂν ἐλάχιστον — ὀδυρόμενος vs 29. 30). In virtute igitur id maxime diversum, quod 1122 b 7 erat „καὶ ἔτι ἡδέως καὶ προετικῶς“. Ita moratum res magnas male et parum magnifice gesturam esse liquet; at minus certum est, quid tandem istum ad talia munera suscipienda induxerit: plerumque enim nec lege erunt coacti neque ullâ necessitate. Qua de re Aristoteles, si recte tacentem intelligimus, censuisset adesse τῷ μικροπρεπεῖ tum aliquam gloriae cupidinem quae impellatur tum aliquantum avaritiae quo revocetur. Neque enim ita simplices sunt hice animorum habitûs, si τὰ πάθη περὶ ἃ velis dignoscere. Cf. ad 1122 a 33.

5) Δ 7—9 (1123 a 34 — 1125 a 35) περὶ μεγαλοψυχίας.

Eudemiorum et M. Moralium auctores in hoc capite (Eud. Γ [illegible]; M. M. Α 26) iisdem plane nominibus virtutis ac vitiorum utuntur quibus Nicomachea, quamquam in linguâ Graecâ haud deerant alia satis propinqua, velut μεγαλογνωμοσύνη, μεγαλόφρων, μεγαλογνώμων apud Xenophontem Platonemque. Contra in ordine capitum uterque illi a Nic. discrepant ab utrâque parte, non solum postponentes τὴν μεγαλοπρέπειαν, sed etiam (id quod ad rem majoris momenti est) omnino omittentes τὴν φιλοτιμίαν quam in Nic. videmus magnanimitatem excipere. Quae igitur in Nic. (Δ 10; nec minus pridem 1107 b 21—30) conjunctio fit μεγαλοψυχίας et φιλοτιμίας atque comparatio rationis inter hasce virtutes cum eâ ratione, quae inter ἐλευθεριότητα interque μεγαλοπρέπειαν intercedat, ab Eud. et MM. aliena est, nullo (ut videtur) rerum et veritatis cognoscendae detrimento. Cum hac enim diversitate quam modo attigi quasdam sententiarum differentias conjunctas esse et per se probabile est et potest evinci. Sed quum jam in unis Nicomacheis satis operae adhibendum sit ut sciamus quid tandem dicant μεγαλοψυχίαν et quonam loco eam velint in universâ virtute ethicâ esse, eo magis istas quaestiones huc quidem advocare dubitamus, quoniam eu

Δ 7 φέρει δ' οὐθὲν τὴν ἕξιν ἢ τὸν κατὰ τὴν ἕξιν σκοπεῖν. δοκεῖ 1123 b 1 δὲ μεγαλόψυχος εἶναι ὁ μεγάλων αὑτὸν ἀξιῶν ἄξιος ὤν· ὁ γὰρ μὴ κατ' ἀξίαν αὐτὸ ποιῶν ἠλίθιος, τῶν δὲ κατ' ἀρετὴν οὐδεὶς ἠλίθιος οὐδ' ἀνόητος. μεγαλόψυχος μὲν οὖν ὁ εἰρημένος. ὁ γὰρ μικρῶν ἄξιος καὶ τούτων ἀξιῶν ἑαυτὸν σώφρων, μεγα-

---

1. ἢ τὸν] Kb corr. ἢ τὰ (Lb. ἢ τὸ).

---

qui de Eudemiorum argumento accurate disputare voluerit etiam in hoc capite ad corruptelas quibus passim inquinata sunt vel corrigendas vel ostendendas saltem descendere oportebit.

Procedit vero Aristoteles Nicomacheus in pertractandâ magnanimitate prorsus eâdem viâ ac ratione quam in iis virtutibus quae praemissae sunt satis novimus, ut quatuor in partes divisâ disputatione universâ explicet τὸ περὶ τί (1123 a 34 — b 26), maxime commoretur in describendâ τοῦ μέσου indole (1123 b 27 — 1125 a 17), adumbret denique τὸν ἐλλείποντα (— 1125 a 27) atque τὸν ὑπερβάλλοντα (— 1125 a 32); haud omissâ illâ adnotatione (1125 a 32 — 34) de qua supra in praefatione ad μεγαλοπρέπειαν breviter dictum est.

a) 1123 a 34 — b 26 περὶ τί ἡ μεγαλοψυχία (seu περὶ ποῖα μεγάλα a 35); Ut enim solet, istam τοῦ περὶ τί quaestionem Aristoteles ad virtutem refert, quod invenisse sibi videtur translatum ad vitia vel tentaturus vel comprobaturus. Id quod in hoc quidem capite duplici ut ita dicam conatu perficit, priore —1123 b 15, posteriore —1123 b 26. Postquam enim ab initio magnanimus in eo spectari dictus est quod μεγάλων αὑτὸν ἀξιοῖ ἄξιος ὤν (b 2), mox satius videtur quaenam sint illa μεγάλα definivisse. Conversâ igitur cogitatione ad honorem, quippe quo nil sit majus, περὶ τιμὴν (μεγάλην 1125 a 34) esse magnanimitas dicitur sc. ἧς αὑτὸν ἀξιοῖ τις ἄξιος ὤν: v. 1123 b 21 s. Et hanc quidem notionem prae illâ scriptori placuisse, satis ipse indicat addens καὶ ἄνευ δὲ λόγου φαίνονται οἱ μεγαλόψυχοι περὶ τιμὴν εἶναι (b 22). Ergo τὸ περὶ τί priore quidem loco circumscribi dixeris περὶ τὸ αὑτῶν ἀξίωμα (ut de habitu ejus agendum sit qui aut recte aut secus suae dignitatis sibi conscius est), posteriore περὶ τιμὴν (ἧς ἑαυτοὺς ἀξιοῦσιν — quam quidem notam, quasi supervacanea sit, nec Δ 7—9 nec B 7 addere Aristoteles dignatus est). Ad utrumque autem, ut justi fines stent, etiam id adjiciendum, respici ad ea tantum ἀξιώματα quae magna sint itemque ad τιμὴν μεγάλην.

3. τῶν δὲ κατ' ἀρετήν: inter quos virum magnanimum esse ita constat, ut quae in reliquis virtutibus ab initio fit mentio seu ἀρετῆς seu μεσότητος tanquam generum, in hoc capite neglecta sit.

5. ὁ γὰρ μικρῶν ἄξιος . . . σώφρων. Ecce plane alia σωφροσύνη atque quae Γ 13 sq. erat. Ad quam si mentem adverterimus, occurrent quaestiones nonnullae quae ad rem faciant. Primum enim si verum esset, magnanimitatem et φιλοτιμίαν ita tantum differre ut illa sit in honoribus magnis, haec omnino in honore (1107 b 25 — 27; 1125 b 1—5): nonne necesse esset hanc σωφροσύνην idem esse quod φιλοτι-

1123 b 6 λόψυχος δ' οὔ· ἐν μεγέθει γὰρ ἡ μεγαλοψυχία, ὥσπε τὸ κάλλος ἐν μεγάλῳ σώματι, οἱ μικροὶ δ' ἀστεῖοι κα

μίαν? — Deinde cur tandem Aristoteles, si virtute, quae in re aestimatione spectatur, propositâ nolebat ab hac modestiâ pı pergere ad magnanimitatem quae ad paucos tantum et egregi tinet, cur (dico) omnino illam σωφροσύνην inter virtutum numer recepit? An quia virtutem eam esse negabat? — Ceterum si φροσύνη computatur, quatuor vs 4—11 discerni habitûs appa quod bene Eudemus sensit, scribens 1232 b 31 τετραχῶς δ' διαφέρειν κ. τ. λ. Neque fieri potest ut ἡ σωφροσύνη non com quum inter tres qui reliqui sunt ἡ μικροψυχία item ad eos pertineat qui μικρῶν ἄξιοι sunt: v. b 5 et b 11 ἐάν τε καὶ ἄξιος ὢν ἔτι ἐλαττόνων αὐτὸν ἀξιοῖ. — In ipsis verbis vs tandum est γάρ: quod enim a primo initio ex nomine constab gnanimitatem in magnis rebus versari (περὶ μεγάλα μὲν καὶ ὀνόματος ἔοικεν εἶναι a 34), idem jam plane alio modo quasi re demonstratur: quoniam enim reliquus locus a modestiâ oc sit, ad una τὰ μεγάλα necessario hanc virtutem referri.

6. ἐν μεγέθει γὰρ ἡ μεγαλοψυχία: nimirum ut magnificen ἐν μεγέθει aut δαπάνης (1122 a 23) aut ἔργου (1122 b 18), ita nimitas in magnitudine ipsius viri, virtutis, animi; hoc enim postulat et quae sequitur comparatio ὥσπερ καὶ τὸ κάλλος ἐν μ σώματι. Egregium igitur quoddam κάλλος τῆς ψυχῆς magna videtur esse; quod cur in iis tantum agnoscre velit Aristot suae sibi virtutis conscii sint (ἐν τοῖς ἀξιοῦσιν ἑαυτοὺς τοιού ἄξιοί εἰσιν) multo facilius intelligitur (quae enim contraria e „δοκεῖ καὶ χείρους ποιεῖν" 1125 a 24), quam cur talis animi ad unum praecipue honorem (περὶ τιμὴν μεγάλην 1125 a 35) ab Annon etiam hic verum est quod in beatitate ab initio co φαίνεται δ' (ἡ τιμὴ) ἐπιπολαιότερον εἶναι τοῦ ζητουμένου· δο ἐν τοῖς τιμῶσι μᾶλλον εἶναι ἢ ἐν τῷ τιμωμένῳ κ. τ. λ. 1095 b 2

7. τὸ κάλλος ἐν μεγάλῳ σώματι. Etenim quum uniuscujus natura aliquem magnitudinis parvitatisque aut numeri modum ut ipsa bene esse possit, tum quod in quoque genere pulch intra istos naturae fines magnitudini vel multitudini propius sit est quam parvitati et paucitati. Ut de civitate disputans 1326 b 5 Aristoteles docet: ἐπεὶ τό γε καλὸν ἐν πλήθει καὶ μεγέθε γίνεσθαι (quae verba si nonnullis minus placent, at stat illic se . . . ἀλλ' ἔστι καὶ πόλεσι μεγέθους ὅρος ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων ζῴων φυτῶν ὀργάνων κ. τ. λ.; inque eandem sententiam de fab quens 1450 b 34 — 1451 a 6 ubi τὸ καλὸν (ἅπαντος πράγματος) γέθει καὶ τάξει dicitur esse, magnitudinis vero modus τὸ εὐσύ Quibus locis plura adscribere taedet.

7. σύμμετροι. Semel hucusque haec vox in Nic. occurrit 1 de alimentis usurpata ad corpus quod alendum est accom Est enim τὸ σύμμετρον ubi diversarum rerum quas una ratio ctitur μέτρα inter se concinunt, ut h. l. τὰ μέτρα τῶν τε με σώματος καὶ ὅλου τοῦ σώματος.

Δ 7 μετροι, καλοὶ δ' οὔ. ὁ δὲ μεγάλων ἑαυτὸν ἀξιῶν ἀνάξιος ὢν χαῦνος· ὁ δὲ μειζόνων ἢ ἄξιος οὐ πᾶς χαῦνος. ὁ δ' ἐλαττόνων ἢ ἄξιος μικρόψυχος, ἐάν τε μεγάλων ἐάν τε μετρίων, ἐάν τε καὶ μικρῶν ἄξιος ὢν ἔτι ἐλαττόνων αὑτὸν ἀξιοῖ. καὶ μάλιστα ἂν δόξειεν ὁ μεγάλων ἄξιος· τί γὰρ ἂν ἐποίει, εἰ μὴ τοσούτων ἦν ἄξιος; ἔστι δὴ μεγαλόψυχος τῷ μὲν μεγέθει ἄκρος, τῷ δὲ ὡς δεῖ μέσος· τοῦ γὰρ κατ' ἀξίαν αὑτὸν ἀξιοῖ· οἱ δ' ὑπερβάλλουσι καὶ ἐλλείπουσιν. εἰ δὲ δὴ μεγά-

---

11. ὢν ἔτι] K^b ὤν. 15. εἰ δὲ δὴ] K^b pr. εἰ δή.

---

9. ὁ δὲ μειζόνων (ἑαυτὸν ἀξιῶν) ἢ ἄξιος οὐ πᾶς χαῦνος: fieri enim potest ut majora quidem sint quae quis sibi arroget quam decet, at per se nihilominus haud ita magna, scilicet quum aut non multo justum modum egrediatur aut ipse ita abjectus sit ut etiam multo egressus infra omnes excelsos gradûs forte se contineat. At χαῦνος tantummodo is qui τοῖς ἐντίμοις ἐπιχειρεῖται (1125 a 29), ἔντιμα vero non nisi summa quaeque. Qui igitur voce hac vs 9 tanquam diversi notantur, ἀνώνυμοί τινες sunt; πολλὰ γὰρ ἀνώνυμα (1107 b 2).

13. ἔστι δὴ . . τῷ μὲν μεγέθει ἄκρος, τῷ δὲ ὡς δεῖ μέσος: conferri necesse est 1107 a 6 sq. κατὰ μὲν τὴν οὐσίαν . . . μεσότης ἐστὶν ἡ ἀρετή, κατὰ δὲ τὸ ἄριστον καὶ τὸ εὖ ἀκρότης. Ita igitur tum μέσος tum ἄκρος est omnis vir probus. Quod quum necessario etiam ad magnanimum pertineat, apparet illum quidem duplici sensu ἄκρον esse: primum per ipsam mediocritatem in qua τὸ ὡς δεῖ vel τὸ εὖ positum est, deinde magnitudine vel fastigio dignitatis suae, quod proprium habet.

15. εἰ δὲ δὴ μεγάλων ἑαυτὸν ἀξιοῖ . . . περὶ ἓν μάλιστα ἂν εἴη. Innisus Aristoteles eâ definitione quae ab initio constat (δὴ) — μεγαλόψυχος γὰρ ὁ μεγάλων ἑαυτὸν ἀξιῶν ἄξιος ὢν vs 2 — aliter et accuratius (δὲ) eam circumscribendam esse ducit. Elucet autem, omnem hujus argumentationis vim aptam esse a voce μεγάλων, habitum hunc ad res quasdam referente. Nulla igitur esset, si forte evinci possit illam vocem in definitione falsam quidem non esse, sed non necessariam, ut e. g. non minus recte magnanimus dicatur is qui μέγαν ἑαυτὸν ἀξιοῖ ὢν μέγας (v. ad vs 6). Ut enim verum sit quod mox b 17 additur ὅτι ἡ ἀξία (ἡ τοῦ ἀνδρὸς) λέγεται πρὸς τὰ ἐκτὸς ἀγαθά, sane ita hoc verum est, ut homines si alium cum alio comparare velint non habeant quo differentiam dignitatis emetiantur et quasi exprimant praeter externa bona. Nec tamen inde sequitur aut per se viri dignitatem ullo modo aequalem esse cuilibet rerum honorumve pretio aut eum qui suae dignitatis sibi conscius sit necessario ad istam aestimationem confugere quae inter homines usitata sit. Id quod philosophus ipse egregie negat in hac ipsa virtute, scribens b 32 et 1125 a 3. 15 οὐδὲν μέγα; quumque 1124 a 19 addat ᾧ δὴ καὶ ἡ τιμὴ μικρόν ἐστι, τούτῳ καὶ τἆλλα, nonne aperte affirmat inter τὰ μεγάλα ὧν ἑαυτὸν ἀξιοῖ (vs 2. 16) revera ne honores quidem esse? Quae quum ita

λων ἑαυτὸν ἀξιοῖ ἄξιος ὤν, καὶ μάλιστα τῶν μεγίστων, περ ἂν μάλιστα ἂν εἴη. ἡ δ' ἀξία λέγεται πρὸς τὰ ἐκτὸς ἀγαθ μέγιστον δὲ τοῦτ' ἂν θείημεν ὃ τοῖς θεοῖς ἀπονέμομεν, καὶ ο μάλιστ' ἐφίενται οἱ ἐν ἀξιώματι, καὶ τὸ ἐπὶ τοῖς καλλίστοι ἆθλον. τοιοῦτον δ' ἡ τιμή· μέγιστον γὰρ δὴ τοῦτο τῶν ἐκτὸ ἀγαθῶν. περὶ τιμὰς δὴ καὶ ἀτιμίας ὁ μεγαλόψυχός ἐστι ὡς δεῖ. καὶ ἄνευ δὲ λόγου φαίνονται οἱ μεγαλόψυχοι περ τιμὴν εἶναι· τιμῆς γὰρ μάλισθ' οἱ μεγάλοι ἀξιοῦσιν ἑαυτού κατ' ἀξίαν δέ. ὁ δὲ μικρόψυχος ἐλλείπει καὶ πρὸς ἑαυτὸ καὶ πρὸς τὸ τοῦ μεγαλοψύχου ἀξίωμα. ὁ δὲ χαῦνος πρὸ ἑαυτὸν μὲν ὑπερβάλλει, οὐ μὴν τόν γε μεγαλόψυχον.

24. ὁ δὲ] K^b ὁ. 25. 26. K^b μὲν πρὸς ἑαυτόν. 26. τόν γε] K^{b}O^b τὸ

sint, haud inique judicaverit qui hanc argumentationem εἰ δὲ δὴ (b 1 — 26), quamvis pleniorem lucem more vere Aristotelico allatam pr mittere videatur, officere potius rei quam prodesse dicat. Quod eni constans sibi scriptor dicere iisdemque his argumentis efficere potera aliquantum diversa sententia est ab eâ quae jam exstat: sc. viro ma gnanimo si quidquam curae sit rerum externarum, curae esse honorem at minus curare (ὁ μεγαλόψυχος τῶν μὲν ἐκτὸς ἀγαθῶν μάλιστα περ τιμήν).

20. τοιοῦτον δ' ἡ τιμή: tribus igitur notionibus (ὃ τοῖς θεοῖς ἀπ νέμομεν . . οὗ οἱ ἐν ἀξιώματι ἐφίενται . . τὸ ἐπὶ τοῖς καλλίστοις ἆθλ vs 18 — 20 demonstratum est, honori primum locum deberi. Omni enim per honorem in eo, cui tribuitur, excelsi quid agnoscitur (τῷ ὑπερέχοντι sc. πλέον δεῖ νέμειν — τιμῆς, τῷ δ' ἐνδεεῖ κέρδους 1 b 2); atque ei qui sapit in ceteris bonis id maxime arridet quod h rem secum ferunt (αἱ γὰρ δυναστεῖαι καὶ ὁ πλοῦτος διὰ τὴν τι ἐστιν αἱρετά 1124 a 17). Imo tam prope honor ad ipsum finem b rum accedit, ut 1116 a 28 τιμῆς ὄρεξις fuerit καλοῦ ὄρεξις, utque nophon haud invito Aristotele (Hiero 7, 3. 4) homines a bestiis e ferre dixerit quod sensum honoris habeant. Cf. etiam, si placet, problemata locum 950 a 23. Ergo summum τῶν ἐκτὸς bonum ho esse, trita apud Aristotelem sententia est. Quodsi 1169 b 10 ali detur judicatum esse (. . φίλους . . ὃ δοκεῖ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν μέ εἶναι), ne ita quidem in dubitationem detrudi nos sinemus; eten norum amicitia tam arcte conjunctam esse cum honore vel honoris afferre scimus, ut qui amari cupit honorari cupiat.

23. οἱ μεγάλοι: raro usu absolute (ut ita loquar) dicti.

26. οὐ μὴν (sc. πρὸς) τόν γε μεγαλόψυχον (ὑπερβάλλει): nimo enim id est ἀξίωμα (vs 25) quod vani homines quamv super meritum efflati transgredi nequeant. Quo etiam vs 14 batur: neque enim ita μέσος vir magnanimus, ut in utramqu caveat, — quaenam enim in illo esset ὑπερβολή? — sed ita δεῖ (quod medium quoddam est) recte sequatur.

Δ 7 δὲ μεγαλόψυχος, εἴπερ τῶν μεγίστων ἄξιος, ἄριστος ἂν εἴη· 11
μείζονος γὰρ ἀεὶ ὁ βελτίων ἄξιος, καὶ μεγίστων ὁ ἄριστος. τὸν ὡς ἀληθῶς ἄρα μεγαλόψυχον δεῖ ἀγαθὸν εἶναι. καὶ δόξειε δ' ἂν εἶναι μεγαλοψύχου τὸ ἐν ἑκάστῃ ἀρετῇ μέγα. οὐδαμῶς τ' ἂν ἁρμόζοι μεγαλοψύχῳ φεύγειν παρασείσαντι οὐδ' ἀδικεῖν· τίνος γὰρ ἕνεκα πράξει αἰσχρά, ᾧ οὐθὲν μέγα; καθ' ἕκαστα δ' ἐπισκοποῦντι πάμπαν γελοῖος φαίνοιτ' ἂν ὁ μεγαλόψυχος μὴ ἀγαθὸς ὤν. οὐκ εἴη δ' ἂν οὐδὲ τιμῆς ἄξιος φαῦλος ὤν· τῆς ἀρετῆς γὰρ ἆθλον ἡ τιμή, καὶ ἀπονέμεται τοῖς ἀγαθοῖς. ἔοικε μὲν οὖν ἡ μεγαλοψυχία οἷον κόσμος 1124 a
τις εἶναι τῶν ἀρετῶν· μείζους γὰρ αὐτὰς ποιεῖ καὶ οὐ γίνεται ἄνευ ἐκείνων. διὰ τοῦτο χαλεπὸν τῇ ἀληθείᾳ μεγαλόψυχον εἶναι· οὐ γὰρ οἷόν τε ἄνευ καλοκἀγαθίας. μάλιστα

30. δόξειε δ' ἂν Bekk.; ll. omnes (ut vid.) aut δόξειε aut δόξειε δ'.
33. K^b pr. γελοῖον.

b) 1123 b 27 — 1125 a 17: τίς ὁ μεγαλόψυχος καὶ ποῖος; Amplam hanc et copiosam magnanimitatis descriptionem recte dixeris tribus partibus absolvi, quarum prima finiatur 1124 a 20, altera 1124 b 6, tertia 1125 a 17.

1123 b 27 — 1124 a 20. Quum e definitione ab initio propositâ (1123 b 2 et 15 s.) satis constet, ad magnanimitatem duas res desiderari ut et sit aliquis ἄξιος μεγάλων et habeat consentaneum sui ἀξίωσιν: prius quaeratur necesse est quaenam sit illa dignitas (—1124 a 4), deinde quibusnam in rebus recta ejus aestimatio atque conscientia spectetur (— 1124 a 20).

27—29: μεγάλων ἄξιος nemo est nisi sit bonus. Virum igitur bonum esse primo necesse est magnanimum.

29—34. Nullo igitur vitio inquinatus, nullius virtutis expers potest esse; ut magnanimitas sit virtus in reliquis virtutibus quasi fundamento posita. Quod ut ratum sit, provocatur ad consensum omnium (καὶ δόξειε δ' ἂν vs 29. 30; πάμπαν γελοῖος φαίνοιτ' ἂν vs 33) qui quidem haud defuturus sit si in exemplis quasi imago contrariae sententiae (velut viri trepide fugientis — παρασείοντος sc. τὰς χεῖρας — qui idem magnanimus esse velit) proposita fuerit. Quae probandi ratio quum placuerit, haud mirum est nonnulla admisceri quae in ipsa notione de qua agitur (ἐν τῷ ἄξιον εἶναι μεγάλων) non jam insint, velut τὸ ἐν ἑκάστῃ ἀρετῇ μέγα vs 30; τίνος γὰρ ἕνεκα . . . ᾧ οὐθὲν μέγα vs 32.

34 — 1124 a 1. Et quandoquidem diximus 1123 b 15—26 τὸ περὶ τί in hac virtute honorem esse, iterum idem efficitur. Dignus enim honore unus vir probus est.

1—4. Postquam demonstratum est, quid sit τὸ ἄξιον εἶναι μεγάλων quod in magnanimitate quasi fundamentum esse audivimus, jam nonnulla in laudem hujus virtutis colliguntur (μὲν οὖν vs 1). Κόσμος est τῶν ἀρετῶν; et ipsa enim decora ad reliquarum virtutum decus

μὲν οὖν περὶ τιμὰς καὶ ἀτιμίας ὁ μεγαλόψυχός ἐστι, καὶ ἐπὶ μὲν ταῖς μεγάλαις καὶ ὑπὸ τῶν σπουδαίων μετρίως ἡσθήσεται, ὡς τῶν οἰκείων τυγχάνων ἢ καὶ ἐλαττόνων· ἀρετῆς γὰρ παντελοῦς οὐκ ἂν γένοιτο ἀξία τιμή· οὐ μὴν ἀλλ'

---

accedit (1233 a 34 ὁ κόσμος ... ἐν ὑπεροχῇ τῶν ἀναγκαίων). Neque igitur quisquam in eo offendet quod sequitur μείζους αὐτὰς ποιεῖ: quidni enim ad plenam jam virtutem virtus addita augeat illam? Quamquam plus dicere Aristotelem probabile est quippe qui oppositum vitium χείρους ποιεῖν homines judicaverit (1125 a 24): id quod ad τὸ ἀξιοῦν ἑαυτοὺς seu ad alteram partem hujus quaestionis (v. supra) prospectat. Quod vero ultimum adjicitur, difficile esse magnanimum esse vs 3, totum ad τὸ εἶναι ἄξιον pertinet; etenim ἔργον ἐστὶ σπουδαῖον εἶναι (1109 a 24). — Quâ in sententiâ primum in Nic. nomen καλοκἀγαθίας occurrit, nec in posteris libris plus semel (1179 b 10) usurpatum: utroque loco eo sensu qui apud Graecos vulgatus est. Aliter Eudemus (*H* 15), quem MM. (*B* 9) imitantur; is enim quum in eo esset ut totum opus consummaret, operam dedit ut voci isti propriam vim notionique quam ita finxerat certam sedem in Ethicis addiceret: cf. 1248 b 16 ἔστι δὲ τὸ ἀγαθὸν εἶναι καὶ τὸ καλὸν κἀγαθὸν οὐ μόνον κατὰ τὰ ὀνόματα, ἀλλὰ κατ' αὐτὰ ἔχοντα διαφοράν, et 1249 a 10 ὥστε τῷ καλῷ κἀγαθῷ τὰ αὐτὰ [male enim scr. καὶ αὐτὰ] συμφέροντα καὶ καλά, atque sic καλοκἀγαθία ἀρετὴ τέλειος (ib. vs 16). Quid? quod Peripatetici, si Stobaeo (p. 292) fidem habeas, τὴν καλοκἀγαθίαν, affinem τῇ φρονήσει, generi quod est περὶ τὸ λογικὸν adscripserunt.

4—20. Necessarium quidem ad magnanimitatem id de quo adhu[c] quaerebatur, τὸ ἄξιον εἶναι μεγάλων, nec tamen inde propria huju[s] virtutis natura noscitur. Accedat oportet alterum τὸ ἀξιοῦν ἑαυτό[ν]. Ad quam ἀξίωσιν quum pergat Aristoteles vs 4, ab initio iterum (ad 1123 b 15) ita agit, ut res recenseat eas quibus bene meritos orna[re] fas est, atque contrarias. Inter quas versatus vir magnanimus ita qui[d] sentiat de se ipso prodit, ut summos quidem honores a viris bonis obl[a]tos libenter accipiat (—vs 9), reliqua omnia aut spernat (—vs 12) au[t] velut praeter honores divitias potentiamque, aequiore animo quam r[e]liqui homines seu data seu negata ferat (—vs 20). — Ita hac disput[a]tione institutâ haud mirum est, rursus ut modo vs 1 in initio e[sse] particulas μὲν οὖν (μάλιστα μὲν οὖν vs 4. 5); quodsi enim ad rer[um] genera (illa μεγάλα ὧν ἐστιν ἄξιος) prius animus advertendus sit qu[am] ad ipsam τὴν ἑαυτοῦ ἀξίωσιν ὄντος ἀξίου — id quod novum erat — profecto habemus (1123 b 15—26 et ib. 34 sq.) quod jam constat.

6. ἐπὶ μὲν ταῖς μεγάλαις sc. τιμαῖς; exclusas enim esse τὰς [...] μίας quae vs 5 eodem ordine commemorandae erant (v. 1123 b [...]) res docet.

8. ἀρετῆς γὰρ παντελοῦς οὐκ ἂν γένοιτο ἀξία τιμή: cf. simile [lo]quendi genus sententiamque haud alienam 1164 b 3 ... τοῖς φιλοσοφίας κοινωνήσασιν· οὐ γὰρ πρὸς χρήμαθ' ἡ ἀξία μετρεῖται, τιμή τ' ἰσόρροπος οὐκ ἂν γένοιτο, ἀλλ' ἴσως ἱκανόν, καθάπερ καὶ πρὸς θεοὺς καὶ πρὸς γονεῖς, τὸ ἐνδεχόμενον. — Παντελὴς ἀρετὴ hic et vs 28, idem quod modo καλοκἀγαθία, in iis est qui ἑκάστην ἀρετὴν (1123 b 30)

Δ 7 ἀποδέξεταί γε τῷ μὴ ἔχειν αὐτοὺς μείζω αὐτῷ ἀπονέμειν. 1124 a 9 τῆς δὲ παρὰ τῶν τυχόντων καὶ ἐπὶ μικροῖς πάμπαν ὀλιγωρήσει· οὐ γὰρ τούτων ἄξιος. ὁμοίως δὲ καὶ ἀτιμίας· οὐ γὰρ ἔσται δικαίως περὶ αὐτόν. μάλιστα μὲν οὖν ἐστίν, ὥσπερ εἴρηται, ὁ μεγαλόψυχος περὶ τιμάς, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ πλοῦτον καὶ δυναστείαν καὶ πᾶσαν εὐτυχίαν καὶ ἀτυχίαν μετρίως ἕξει, ὅπως ἂν γίνηται, καὶ οὔτ' εὐτυχῶν περιχαρὴς ἔσται οὔτ' ἀτυχῶν περίλυπος. οὐδὲ γὰρ περὶ τιμὴν οὕτως ἔχει [ὡς] μέγιστον ὄν. αἱ γὰρ δυναστεῖαι καὶ ὁ πλοῦτος διὰ τὴν τιμήν ἐστιν αἱρετά· οἱ γοῦν ἔχοντες αὐτὰ τιμᾶσθαι δι' αὐτῶν βούλονται. ᾧ δὴ καὶ ἡ τιμὴ μικρόν ἐστι, τούτῳ καὶ τἄλλα·
8 διὸ καὶ ὑπερόπται δοκοῦσιν εἶναι. δοκεῖ δὲ καὶ τὰ εὐτυχήματα

17. [ὡς] del. vid.

suam fecerunt; Aristoteles enim nomen τελείας ἀρετῆς tanquam proprium uni justitiae (1129 b 30 sq.) reservavit.

12. οὐ γὰρ ἔσται (ἡ ἀτιμία) δικαίως περὶ αὐτόν: ita igitur animo in justitiâ, quae in verâ sui aestimatione inest, defixus est, ut quae contra jus sint pro nihilo habeat nec dolorem iramve sibi movere sinat; multum sane elatus supra plerosque qui coguntur τὴν τιμὴν διώκειν ἵνα πιστεύωσιν ἑαυτοὺς ἀγαθοὺς εἶναι 1095 b 27 sq. Atque videas, an ille breviter dici possit περὶ τιμὴν εἶναι; v. ad 1123 b 15 extr.

16. οὐδὲ γὰρ περὶ τιμὴν οὕτως ἔχει ὡς μέγιστον ὄν. Non credo, Aristotelis esse istud ὡς, ut voluerit ille dignitatem honoris tanquam summi boni ad aestimationem qua magnanimus utatur referre. Utrumque enim constabat quum rectam omnino esse illius aestimationem (cf. b 6 δοξάζει γὰρ ἀληθῶς), tum esse honorem μέγιστον τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν (1123 b 20); quodque subjungitur argumentum (αἱ γὰρ δυναστεῖαι . . . αἱρετά vs 17) non ad cujuscunque opinionem firmandam, sed ad demonstrandam rei veritatem spectat: nam τελειότερον (vel μεῖζον ἀγαθὸν) λέγομεν τὸ καθ' αὑτὸ διωκτὸν (seu αἱρετὸν) τοῦ δι' ἕτερον 1097 a 30.

18. οἱ γοῦν ἔχοντες κ. τ. λ.: cavendum enim, ne nimia videantur vs 17 affirmata esse, quandoquidem in potentiâ et in divitiis, ut in multis rebus, utrumque verum est καὶ μονούμενα διώκεσθαι καὶ δι' ἄλλο τι (1096 b 17—19; 1097 b 2—4) velut propter honorem.

20. διὸ ὑπερόπται δοκοῦσιν εἶναι quippe quibus omnia se minora videantur (vs 19). Quod enim unum in magnanimis relinquebatur ἀποδέχεσθαι vs 9, et ipsum quodammodo despicientium erat.

1124 a 20 — b 6. Potuerit quidem videri scriptor hisce sententiis pergere de iisdem rebus agens de quibus modo sermo erat (v. ὑπερόπται vs 29 et vs 20; εὐτυχήματα vs 20 et εὐτυχίαν vs 14; δυναστεύοντες καὶ πλουτοῦντες vs 22 et πλοῦτος καὶ δυναστεία vs 14. 17); sed revera aliam horum verborum rationem esse satis certum est. Quem-

1124 a 21 συμβάλλεσθαι πρὸς μεγαλοψυχίαν. οἱ γὰρ εὐγενεῖς ἀξιοῦνται τιμῆς καὶ οἱ δυναστεύοντες ἢ οἱ πλουτοῦντες· ἐν ὑπεροχῇ γάρ, τὸ δ' ἀγαθῷ ὑπερέχον πᾶν ἐντιμότερον. διὸ καὶ τὰ τοιαῦτα μεγαλοψυχοτέρους ποιεῖ· τιμῶνται γὰρ ὑπό τινων. κατ' ἀλήθειαν δὲ ὁ ἀγαθὸς μόνος τιμητέος· ᾧ δ' ἄμφω ὑπάρχει, μᾶλλον ἀξιοῦνται τιμῆς. οἱ δ' ἄνευ ἀρετῆς τὰ τοιαῦτα ἀγαθὰ ἔχοντες οὔτε δικαίως ἑαυτοὺς μεγάλων ἀξιοῦσιν οὔτε ὀρθῶς μεγαλόψυχοι λέγονται· ἄνευ γὰρ ἀρετῆς Δ

22. ἢ πλουτοῦντες K^bM^b. 27. ἑαυτοὺς] K^b αὑτούς.

admodum enim 1123 b 27 — 1124 a 4 quaerebatur quid esset illud ἄξιον εἶναι (μεγάλων) unde omnis magnanimitas quasi haurit animum, ita jam vs 20 — 29 alia quaedam dignitas proponitur quae per se quidem vera non est, sed speciem aliquam veri habet. Unde etiam ἀξίωσιν quandam nasci, similem priori (1124 a 4—20), at diversam, et est probabile et probatur vs 29 sq. Memineris eodem modo disputationem de fortitudine ab Aristotele institui, quum adumbratâ verâ virtute Γ 10 illos πέντε τρόπους (1116 a 17) adjungat Γ 11 in quibus similitudo quaedam viri fortis agnoscitur.

20. δοκεῖ δὲ καὶ τὰ εὐτυχήματα συμβάλλεσθαι πρὸς μεγαλοψυχίαν. Ubi ad unam rem plures causae faciunt, singulae et praesertim eae quibus minus dandum sit, (velut in beatitate αἱ εὐπραξίαι τῶν φίλων 1101 a 23; b 5; cf. 1110 a 2; b 16) συμβάλλεσθαί τι πρὸς vel εἰς rem efficiendam dicuntur. Itaque quum jam fortunae dona συμβάλλεσθαι πρὸς μεγαλοψυχίαν ferantur, longe sunt alio et quasi contrario loco atque vs 13 sq. erant. Illic enim inter ea erant ad quae vir magnanimus, postquam fastigii sui conscius factus est, tanquam ultima spectat; hic vero jam inter ea sunt, unde quis profectus magno esse animo velit.

21. ἀξιοῦνται τιμῆς . . a 24 τιμῶνται . . a 25 τιμητέος . . a 26 ἀξιοῦνται τιμῆς: observandum genus passivum verborum. Prius igitur is quidem de honoribus cogitare videtur qui sibi ab aliis offeruntur, deinde (vs 27 ἑαυτοὺς ἀξιοῦσιν) et ipse audeat eosdem sibi vindicare. Id quod secus erat in verâ virtute, quippe qua ab initio ὁ ἄξιος αὐτὸς ἀξιοῖ ἑαυτὸν μεγάλων (1123 b 2), non egens ille testimonio aliorum.

25. κατ' ἀλήθειαν δ' ὁ ἀγαθὸς μόνος τιμητέος (vel ἄξιος μεγάλων). Verum sane hoc, quamquam verum etiam ὅτι τὸ ἀγαθῷ ὑπερέχον πᾶν ἐντιμότερον (vs 23) atque ᾧ ἄμφω ὑπάρχει, μᾶλλον ἀξιοῦνται τιμῆς (vs 26). Quibus de sententiis si voluisset longus esse philosophus, in promtu est quomodo se extricasset. Sunt enim alii καθ' αὑτοὺς vel ἁπλῶς ἀγαθοί, alii (velut divites ad supplendam aliorum civitatisque necessitatem) ἀγαθοὶ πρός τι. Quapropter haud temere his quoque quoddam honoris genus vulgo tribuitur, dummodo illis maneat qui eorum proprius est honor honestatis.

Δ 8 παντελοῦς οὐκ ἔστι ταῦτα. ὑπερόπται δὲ καὶ ὑβρισταὶ καὶ οἱ
τὰ τοιαῦτα ἔχοντες ἀγαθὰ γίγνονται. ἄνευ γὰρ ἀρετῆς οὐ
ῥάδιον φέρειν ἐμμελῶς τὰ εὐτυχήματα· οὐ δυνάμενοι δὲ
φέρειν καὶ οἰόμενοι τῶν ἄλλων ὑπερέχειν ἐκείνων μὲν κα- 11
ταφρονοῦσιν, αὐτοὶ δ' ὅ τι ἂν τύχωσι πράττουσιν. μιμοῦνται
γὰρ τὸν μεγαλόψυχον οὐχ ὅμοιοι ὄντες, τοῦτο δὲ δρῶσιν ἐν
οἷς δύνανται· τὰ μὲν οὖν κατ' ἀρετὴν οὐ πράττουσι, κατα-
φρονοῦσι δὲ τῶν ἄλλων. ὁ δὲ μεγαλόψυχος δικαίως κατα-

29. 30. καὶ οἱ τὰ] ex K[b]; καὶ τὰ cett.
5. ὁ δὲ] K[b] ὁ μὲν γάρ.

29. ὑπερόπται: v. vs 20; imo ne ὕβρις quidem omnis (καὶ ὑβρισταὶ) a verâ magnanimitate abesse jubetur 1125 a 8 (εἰ μὴ δι' ὕβριν). Ergo est in his rebus aliqua utrorumque similitudo (καὶ οἱ τοιοῦτοι). In reliquis vero arrogantia eorum, qui solis fortunae donis nituntur, toto coelo a magnanimorum justâ aestimatione sui diversa est. Jam enim (a 29 — b 6) eo se vertit scriptor, ut demonstret, quomodo ἡ ἀξίωσις in fallaci illo fundamento condita appareat. Qua in re brevem esse placet; nam certi nihil habent praeter τὴν καταφρόνησιν (b 1. 4), nisi quod virtutis auspiciis orbati omnino sine gubernaculo feruntur: αὐτοὶ δ' ὅτι ἂν τύχωσι πράττουσιν (b 2). Prudenter enim Aristoteles istos ad omne genus libidinum non minus facile deferri censet quam ad id vitium quod proximum esse videatur, χαυνότητα.

1124 b 6 — 1125 a 16. Quum jam constet, magnanimitatem eam esse qua quis, ornatus omni virtutis genere (1123 b 27 sqq.) atque forte insuper fortunâ prosperâ adjutus (1124 a 20 sqq.), bonis omnibus honoribusque se dignum esse censet vel potius summos tantum honores dignos se: scriptor, scilicet hac definitionis (ὅς ἀξιοῖ ἑαυτὸν μεγάλων ἄξιος ὤν) expositione haud contentus, plura congerit unde cognoscatur quamnam agendi rationem et quosnam denique mores inter varias humanae vitae societatisque conditiones illa ἀξίωσις progignat. Qua in re recte poterat sane ad illam suam sententiam qua magnanimo τὸ ἐν ἑκάστῃ ἀρετῇ μέγα (1123 b 30; cf. 1124 a 1 ἡ μεγαλοψυχία οἷον κόσμος τις τῶν ἀρετῶν) vindicarat, se applicare, ut singulas quasque virtutes persecutus viâ ac ratione procederet. Atqui hoc si placuisset apertum est de magnanimitate ultimo hujus libri loco agendum fuisse. Aristoteles igitur liberius hac in re versatus modo ad aliquam virtutem respicit de qua jam actum est (velut ad fortitudinem qualis magnanimo placet 1124 b 6 — 9, ad liberalitatem ejus ib. 9 — 12; b 17. 18; 1125 a 9 — 12), modo quasi prospicit ad nonnullas de quibus nondum disputatum est (nam ὁ οὐ μνησίκακος 1125 a 3 — 5 atque ὁ οὐ κακολόγος οὐδὲ τῶν ἐχθρῶν ib. 8 est πρᾶος quidam), modo etiam laudat quaedam quae in nullam earum quas quidem ipse proposuit virtutes adunt (annon laus est veracem esse, etiamsi nullo aliorum contemtu ljuveris — v. 1124 b 27—29 —? quae vero cap. 13 mediocritas commendatur, si non aliena, at valde diversa est). Neque igitur id mirum,

1124 b 6 φρονεῖ (δοξάζει γὰρ ἀληθῶς), οἱ δὲ πολλοὶ τυχόντως. *οὐκ Δι ἔστι δὲ μικροκίνδυνος οὐδὲ φιλοκίνδυνος διὰ τὸ ὀλίγα τιμᾶν, μεγαλοκίνδυνος δέ, καὶ ὅταν κινδυνεύῃ, ἀφειδὴς τοῦ βίου ὡς οὐκ ἄξιον ὂν πάντως ζῆν. καὶ οἷος εὖ ποιεῖν, εὐεργετούμενος δ' αἰσχύνεται· τὸ μὲν γὰρ ὑπερέχοντος, τὸ δὲ ὑπερεχομένου. καὶ ἀντευεργετικὸς πλειόνων· οὕτω γὰρ προσοφλήσει

6. 7. *οὐκ ἔστι δὲ] locus non integer. 7. μικροκίνδυνος] ex uno (ut vid.) K^b; πυκνοκίνδυνος plerique. οὐδὲ φιλοκίνδυνος om. K^b pr. 11. K^b οὕτω γάρ οἱ.

in magnanimo nonnullas virtutes omnino omitti, inter quas unam appellare satis sit τὴν σωφροσύνην. — Quae quum ita sint, quumque legentibus nobis appareat philosophum non tantum diutius in hac virtute describendâ moratum esse quam in reliquis, sed ipsum quoque imagine illâ quam vivis quasi coloribus depingat delectari: haud temere haec inde facta esse opinati sunt quod virum quendam quem admiraretur vel diligeret ante oculos habuerit tanquam exemplar, ut quae in illo invenisset narraret, taceret de ceteris. Longiusque istâ viâ pro-gressi, de Alexandro Magno cogitari jusserunt.

Verumtamen, si deceret in tali re longum esse, probari posse arb tror, plura in hoc capite congesta esse quae aut omnino in regali v tae conditione locum vix habeant aut Alexandri certe mores, qual quidem fuisse novimus, minus redoleant. Quumque auctor Nicom cheus aliis locis (velut 1158 a 27—36; 1176 b 16 sq.) τοὺς ἐν ταῖς ἐξο σίαις seu ἐν δυναστείαις haud ita commemoret ut videatur inter ill cum conspexisse cujus perfectam virtutem tanquam exemplar imprin admiraretur, etiam probabilius judicasse senserim si quis philosoph a se ipso pleraque in hanc imaginem transtulisse dixerit.

7. 8. μικροκίνδυνος . . . μεγαλοκίνδυνος i. e. τοιοῦτος οἷος ἐν κροῖς (μεγάλοις) ἢ ὑπὲρ μικρῶν (μεγάλων) βούλεσθαι κινδυνεύειν. hanc magnanimi gravitatem, a qua puerilis vel muliebris agitatio xime aliena est, plura spectant: qui enim tardus in initio, idem ipsâ re pertinax (ἀφειδὴς τοῦ βίου vs 8; οὐδαμῶς φεύγει παρασεί 1123 b 31; cf. de omnibus qui vere sunt fortes 1116 a 9 ἐν τοῖς ἔργ ὀξεῖς, πρότερον δ' ἡσύχιοι); nec tamen in periculis tantum subeundis, sed ubicunque ἀργὸς καὶ μελλητής vs 24; κίνησις βραδεῖα . . . φωνὴ βαρεῖα καὶ λέξις στάσιμος· οὐ γὰρ σπευστικὸς . . . οὐδὲ σύντονος 1125 a 12 sq.; quibus alia addi possint. Passim enim in hac descriptione disjecta sunt quae sane ordine componi poterant, si non Aristoteles nunc effigiem quasi viventis viri efficere quam cogitata disponere maluisset. Nec tamen hac ratione probabile reddetur id, quod tota haec disputatio priori verbis οὐκ ἔστι δὲ (vs 6. 7) adjuncta est: sive enim plura cogitatione complexus eris sive ad duas tantum sententias quarum in confiniis vox ista est respexeris, rationem inter priora atque sequentia non eam esse senties quae recte ita potuerit exprimi. Videtur aliquid eo loco intercidisse.

Δ 8 ὁ ὑπάρξας καὶ ἔσται εὖ πεπονθώς. δοκοῦσι δὲ καὶ μνημο- 1124b 12 νεύειν οὓς ἂν ποιήσωσιν εὖ, ὧν δ' ἂν πάθωσιν οὔ· ἐλάττων γὰρ ὁ παθὼν εὖ τοῦ ποιήσαντος, βούλεται δὲ ὑπερέχειν. καὶ τὰ μὲν ἡδέως ἀκούει, τὰ δ' ἀηδῶς· διὸ καὶ τὴν Θέτιν οὐ λέγειν τὰς εὐεργεσίας τῷ Διί· οὐδ' οἱ Λάκωνες πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, ἀλλ' ἃ πεπόνθεσαν εὖ. μεγαλοψύχου δὲ καὶ τὸ μηθενὸς δεῖσθαι ἢ μόγις, ὑπηρετεῖν δὲ προθύμως, καὶ πρὸς μὲν τοὺς ἐν ἀξιώματι καὶ εὐτυχίαις μέγαν εἶναι, πρὸς δὲ τοὺς μέσους μέτριον· τῶν μὲν γὰρ ὑπερέχειν χαλεπὸν καὶ σεμνόν, τῶν δὲ ῥάδιον, καὶ ἐν ἐκείνοις μὲν σεμνύνεσθαι οὐκ ἀγεννές, ἐν δὲ τοῖς ταπεινοῖς φορτικόν, ὥσπερ εἰς τοὺς ἀσθενεῖς ἰσχυρίζεσθαι. καὶ εἰς τὰ ἔντιμα μὴ ἰέναι, ἢ οὗ πρωτεύουσιν ἄλλοι· καὶ ἀργὸν εἶναι καὶ μελλητὴν ἀλλ' ἢ ὅπου τιμὴ μεγάλη ἢ ἔργον, καὶ ὀλίγων μὲν πρακτικόν, μεγάλων

17. K^b πεπόνθασιν. 18. μόγις] K^b μόλις. 21. καὶ ἐν] $K^b O^b$ καὶ ἐπ'. 24. μελλητὴν] ex uno (ut vid.) K^b; μελητὴν cett.

14. βούλεται δ' ὑπερέχειν: atque est ista voluntas tam firma ut nimirum si forte alicubi veritas rerum contraria sit, ipse illam suâ saltem cogitatione vel oblivione (τῷ μνημονεύειν vs 12) e medio tollat. Quae quidem quam bene hominum moribus quales sunt respondeant in aperto est; sed monendum, agi nunc de laude virtutis quae Aristoteli prae ceteris consummata atque grata videbatur.

15. τὴν Θέτιν . . . τῷ Διί: spectatur ad interpretes Iliadis (λέγειν inf.), qui fortasse Thetidem precantem

Ζεῦ πάτερ, εἴποτε δή σε μετ' ἀθανάτοισιν ὄνησα
ἢ ἔπει ἢ ἔργῳ (Il. Α 503)

dubitanter potius et modeste significare quam dicere beneficia sua adnotabant.

17. ἀλλ' ἃ πεπόνθεσαν εὖ: αὐτοὶ ὑπ' ἐκείνων, quos esse magnanimos norant.

18. τὸ μηθενὸς δεῖσθαι ἢ μόγις. Voce ἢ μόγις necessitatis ratio habetur; ipsi enim viro multo magis placet, dummodo fieri potest cum iis quae adsunt sibi sufficere; nam εὐεργετούμενος αἰσχύνεται b 9; itaque idem περὶ ἀναγκαίων . . . ἥκιστα ὀλοφυρτικὸς καὶ δεητικός (1125 a 9) nec δύναται πρὸς ἄλλον ζῆν (b 31). Quae omnia ad id unum tendunt, quod vult, quantum quidem potest, esse et sibi videri (ad b 14) αὐτάρκης: hoc enim nomen semel tantum prope finem (1125 a 12) usurpatum multa quasi et disjuncta quae antecesserunt in unum complectitur.

23. καὶ εἰς τὰ ἔντιμα μὴ ἰέναι: ecce vir ambitum, certamina, magistratûs fere spernens. Ἔντιμον enim id genus omne quod usu quidem in civitate magni aestimatur; talia vero ob ipsam hanc causam quia usitatum genus sunt μεγάλην vere τιμὴν (vs 25) secum non ferunt.

1124b26 δὲ καὶ ὀνομαστῶν. ἀναγκαῖον δὲ καὶ φανερόμισον εἶναι καὶ φανερόφιλον· τὸ γὰρ λανθάνειν φοβουμένου. καὶ μέλειν τῆς ἀληθείας μᾶλλον ἢ τῆς δόξης, καὶ λέγειν καὶ πράττειν φανερῶς· παρρησιαστικὸς γὰρ διὰ τὸ καταφρονητικὸς εἶναι. καὶ ἀληθευτικός, πλὴν ὅσα μὴ δι' εἰρωνείαν· εἴρωνα δὲ πρὸς τοὺς πολλούς. καὶ πρὸς ἄλλον μὴ δύνασθαι ζῆν

27. καὶ μέλειν] K^b ἀμελεῖν. 29. 30. Bekk. ex uno 1856 γρ. παρρησιαστὴς γὰρ διὰ τὸ καταφρονεῖν. διὸ καὶ ἀληθευτικός; K^b pr. καταφρονητικοῦ γάρ. παρρησιαστοῦ γάρ. διὸ παρρησιαστικὸς δὲ διὰ τὸ καταφρονητικὸς εἶναι καὶ ἀληθευτικός; K^b corr. παρρησιαστὴς γὰρ διὰ τὸ καταφρονητικὸς εἶναι, καταφρονητικὸς δὲ διὸ παρρησιαστικός (it. nonn. al.); H^a L^b M^b N^b O^b var. et corrupte. 30. εἴρωνα] ex N^b; cett. εἰρωνεία.

29. παρρησιαστὴς γὰρ διὰ τὸ καταφρονεῖν. διὸ καὶ ἀληθευτικός Bekkerus paene conjecturâ, auctorem enim nullum habet nisi l. 1856 γρ. Praeterea vero idem magnam h. l. et insolitâ (ni fallor) diligentiâ enotatam varietatem lectionum exhibet; de qua longos esse neque e proposito nostro nec necessarium est. Inter tres enim notiones quae ordine qualicunque ab omnibus fere libris hic componuntur (παρρησιάζεσθαι, καταφρονεῖν, ἀληθεύειν τὸν μεγαλόψυχον) prima quidem quippe quae et in hoc capite nova sit et omnino in Nic. inaudita, maxime quasi fulcro eget; alteri de qua jam constat (v. 1124 a 20; b 1. 4) sua tribuitur honos dum recurri ad eam significatur; tertia denique in magnanimo nova, proposita disputationi capitis 13, sed ita a reliquis diversa ut possit vel conjuncta vel insuper adjecta videri. Quodsi hinc profecti scribamus παρρησιαστὴς (vel παρρησιαστικὸς) γὰρ διὰ τὸ καταφρονητικὸς εἶναι. καὶ ἀληθευτικός, et sententiae consultum erit et librorum auctoritas haud deerit: ita enim, si aperta menda nonnulla seposueris, H^a corr. K^b pr. L^b M^b 1417. 1856. Et est ὁ παρρησιαστικὸς in Rhet. (1382 b 20).

30. [διὸ] καὶ ἀληθευτικός: idem hic, ut satis oppositâ εἰρωνείας notione monemur, qui et 1127 b 32 est ἀληθευτικός; neque igitur omnino de veritatis studio cogitandum est, sed de illâ virtute qua ἐν τῷ συζῆν nolumus nosmet ipsos nostrasque res aut abnegando aut efferendo in majus falsâ specie involvere. Qua in re quod vir magnanimus in vulgus quidem haud spernere τὴν εἰρωνείαν dicitur, eo potissimum referendum erit quod eum et stultitiae non intelligentium veram magnitudinem et importunitatis admirantium taedet. Neque enim falsum est διὸ relatum ad τὸ καταφρονητικὸς εἶναι quod praecedit, sed librorum auctoritate parum munitum.

31. πρὸς ἄλλον ζῆν solemne velut in Rhet. 1367 a 32; 1373 a 17; cf. 1389 b 36; 1390 a 34 sq.; apud Eud. 1233 b 35; cf. in Pol. 1310 a 35 οὐ γὰρ δεῖ οἴεσθαι δουλείαν εἶναι τὸ ζῆν πρὸς τὴν πολιτείαν. Quoniam autem etiam amando cogimur ut nos ad usum ejus quem diligimus accomodemus, hic saltem in magnanimo amori locus datur: „ἀλλ' ἢ πρὸς φίλον".

a ἀλλ' ἢ πρὸς φίλον· δουλικὸν γάρ, διὸ καὶ πάντες οἱ κόλακες θητικοὶ καὶ οἱ ταπεινοὶ κόλακες. οὐδὲ θαυμαστικός· οὐθὲν γὰρ μέγα αὐτῷ ἐστίν. οὐδὲ μνησίκακος· οὐ γὰρ μεγαλοψύχου τὸ ἀπομνημονεύειν, ἄλλως τε καὶ κακά, ἀλλὰ μᾶλλον παροϱᾶν. οὐδὲ ἀνθρωπολόγος· οὔτε γὰρ περὶ αὑτοῦ ἐρεῖ οὔτε περὶ ἑτέρου· οὔτε γὰρ ἵνα ἐπαινῆται μέλει αὐτῷ οὔθ' ὅπως οἱ ἄλλοι ψέγωνται, οὐδ' αὖ ἐπαινετικός ἐστιν· διόπερ οὐδὲ κακολόγος, οὐδὲ τῶν ἐχθρῶν, εἰ μὴ δι' ὕβριν. καὶ περὶ ἀναγκαίων ἢ μικρῶν ἥκιστα ὀλοφυρτικὸς καὶ δεητικός· σπουδάζοντος γὰρ οὕτως ἔχειν περὶ ταῦτα. καὶ οἷος κεκτῆσθαι μᾶλλον τὰ καλὰ καὶ ἄκαρπα τῶν καρπίμων καὶ ὠφελίμων· αὐτάρκους γὰρ μᾶλλον. καὶ κίνησις δὲ βραδεῖα τοῦ μεγαλοψύχου δοκεῖ εἶναι, καὶ φωνὴ βαρεῖα, καὶ λέξις στάσιμος· οὐ γὰρ σπευστικὸς ὁ περὶ ὀλίγα σπουδάζων, οὐδὲ σύντονος ὁ μηθὲν μέγα οἰόμενος· ἡ δ' ὀξυφωνία καὶ ἡ ταχυτὴς διὰ τούτων. τοιοῦτος μὲν οὖν ὁ μεγαλόψυχος, ὁ δ' ἐλλείπων μικρόψυχος, ὁ δ' ὑπερβάλλων

---

1. πρὸς φίλον] $K^b O^b$ φίλον. 14. ὁ περὶ] K^b περί. 16. διὰ τούτων] Lambin. c. codd. (ut ait) διὰ ταῦτα.

2—8. Apertum est arcte inter se re et communi quasi fonte conjuncta esse quae in his perhibeantur τὸ μὴ θαυμαστικὸν εἶναι μηδὲ μνησίκακον μηδὲ ἀνθρωπολόγον μηδὲ ἐπαινετικὸν μηδ' αὖ κακολόγον. Nam etiam τὸ μὴ ἀπομνημονεύειν τὰ κακὰ (a 4) jam ejus potius esse vides qui vel offensori vel offensis non vult tantum tribuere, ut commemorationem mereantur, quam ejus qui miti animo ignoscit. — Notanda praeterea libertas illa sermonis Graeci quae in nominibus compositis hic luculenter exstat: annon ἀνθρωπολόγος qui περὶ ἀνθρώπων λέγει qualiacunque, κακολόγος qui κακὰ (vel κακῶς) λέγει de aliquo?

8. εἰ μὴ δι' ὕβριν: adscribas 1149 b 20 οὐδεὶς ὑβρίζει λυπούμενος, ὁ δ' ὀργῇ ποιῶν πᾶς ποιεῖ λυπούμενος, ὁ δ' ὑβρίζων μεθ' ἡδονῆς.

9—12. Haec rursus ad unum spectant, ad res rerumque usum in magnanimo relata. Quod quum agatur, non potest non iterum (v. ad 1124 b 6 sqq.) similitudo liberalitatis praesto esse; ὁ ἐλευθέριος enim 1120 a 33 dicebatur οὐκ ἂν εἶναι αἰτητικός, ut hic vs 10 magnanimus ἥκιστα δεητικός est; atque ut idem vs 12 minus τὰ ὠφέλιμα ...at, sic de utroque 1338 b 2 τὸ ζητεῖν πανταχοῦ τὸ χρήσιμον ἥκιστα ...όττει τοῖς μεγαλοψύχοις καὶ τοῖς ἐλευθέροις.

c) 1125 a 17—34. Delineantur οἱ ἄκροι, et ita quidem ut utrinque 17—19 atque vs 32—34) singulis sententiis propositis quae animum ...er ad ambos advertant, prior (vs 19—27) ὁ μικρόψυχος in judicium ...ur, posterior (vs 27—30) ὁ χαῦνος.

χαῦνος. οὐ κακοὶ μὲν οὖν δοκοῦσιν εἶναι οὐδ' οὗτοι· οὐ γὰρ κακοποιοί εἰσιν· ἡμαρτημένοι δέ. ὁ μὲν γὰρ μικρόψυχος ἄξιος ὢν ἀγαθῶν ἑαυτὸν ἀποστερεῖ ὧν ἄξιός ἐστι, καὶ ἔοικε κακὸν ἔχειν τι ἐκ τοῦ μὴ ἀξιοῦν ἑαυτὸν τῶν ἀγαθῶν, καὶ ἀγνοεῖν δ' ἑαυτόν· ὠρέγετο γὰρ ἂν ὧν ἄξιος ἦν, ἀγαθῶν γε ὄντων. οὐ μὴν ἠλίθιοί γε οἱ τοιοῦτοι δοκοῦσιν εἶναι, ἀλλὰ μᾶλλον ὀκνηροί. ἡ τοιαύτη δὲ δόξα δοκεῖ καὶ χείρους ποιεῖν· ἕκαστοι γὰρ ἐφίενται τῶν κατ' ἀξίαν, ἀφίστανται δὲ καὶ τῶν πράξεων τῶν καλῶν καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων ὡς ἀνάξιοι ὄντες, ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν. οἱ δὲ χαῦνο[illegible] ἠλίθιοι καὶ ἑαυτοὺς ἀγνοοῦντες, καὶ τοῦτ' ἐπιφανῶς· ὡς γὰ[illegible] ἄξιοι ὄντες τοῖς ἐντίμοις ἐπιχειροῦσιν, εἶτα ἐξελέγχοντα[illegible] καὶ ἐσθῆτι κοσμοῦνται καὶ σχήματι καὶ τοῖς τοιούτοις, κ[illegible] βούλονται τὰ εὐτυχήματα φανερὰ εἶναι αὐτῶν, καὶ λέγου[illegible]

24. δὲ δόξα] K^b γε δόξα. 27. 28. K^b χαῦνοι καὶ αὐτούς. 28. καὶ τοῦ[illegible]] Bekk. c. ll. καὶ ταῦτ'. ὡς γὰρ] K^b οὐ γάρ. 31. K^b καὶ φανερά.

18. *οὐ κακοὶ μὲν οὖν . . . οὐδ' οὗτοι*: praecipi enim haec [illegible]ntentia quodammodo ab iis poterat, quibus similiter in re proxime pr[illegible]cedenti atque cognatâ visum erat ὅτι εἰσὶ μὲν οὖν αἱ ἕξεις αὗται (αἱ ἀντικείμεναι τῇ μεγαλοπρεπείᾳ) κακίαι, οὐ μὴν ὀνείδη γ' ἐπιφέρ[illegible] κ. τ. λ. 1123 a 31 sq.

20. (ὁ μικρόψυχος) *ἄξιος ὢν ἀγαθῶν*: nam in hoc quidem, quippe qui non minus σώφρονι illi 1123 b 5 quam τῷ μεγαλοψύχῳ opposi[illegible] sit, haud necessarium est τὸ ἄξιον *εἶναι μεγάλων*. V. ad 1123 b 5.

21. *κακὸν ἔχειν τι ἐκ τοῦ μὴ ἀξιοῦν*: primum enim quis offeret non affectanti? deinde autem praeter bona illa etiam honesta quaedam (πράξεις καλαὶ καὶ ἐπιτηδεύματα vs 26) eum effugient ut ipse vilior sit quam debebat. — *Καὶ ἀγνοεῖν δ' ἑαυτόν*: etenim hoc aliud est et magis principale (καὶ — δέ).

23. *οὐ . . ἠλίθιοι . . ἀλλὰ μᾶλλον ὀκνηροί* (Aspasius, ll. omnes quos vidit Victorius, L^bM^b νοεροί, docto quasi errore): ita saltem lapsi non essent, dummodo accessissent ad hoc genus meditationis, ut se cum reliquis diligenter compararent; nemo enim (nedum qui revera ἄξιος ἀγαθῶν est) tam est caecus ut non cernat suam dignitatem. Animo igitur segni potius quam mente capti sunt.

28. (*οἱ δὲ χαῦνοι* . .) *καὶ ἀγνοοῦντες ἑαυτούς*. Quum etiam ὁ μικρόψυχος vs 22 dictus sit ἀγνοεῖν ἑαυτόν, desiderares in hoc membro necessariam differentiae notionem, nisi sequeretur καὶ ταῦτ' ἐπιφανῶς. Quae enim illic ignoratio sui erat, posita ἐν τῷ μὴ ἀξιοῦν, latebat; quae vero hic est, captatis honoribus et arreptâ inani specie prodit in lucem. Consentaneum igitur, Aristotelem scripsisse *καὶ τοῦτ' ἐπιφανῶς*.

31. *τὰ εὐτυχήματα φανερὰ εἶναι αὐτῶν*. In his ita agitur ut necessario ad id genus hominum respiciamus de quo 1124 a 26—b 5

Δ 9 περὶ αὐτῶν ὡς διὰ τούτων τιμηθησόμενοι. ἀντιτίθεται δὲ τῇ 1125 a 32 μεγαλοψυχίᾳ ἡ μικροψυχία μᾶλλον τῆς χαυνότητος· καὶ γὰρ γίγνεται μᾶλλον καὶ χεῖρόν ἐστιν. [ἡ μὲν οὖν μεγαλοψυχία περὶ τιμήν ἐστι μεγάλην, ὥσπερ εἴρηται·]

10 Ἔοικε δὲ καὶ περὶ ⟨τιμὴν⟩ εἶναι ἀρετή τις, καθάπερ ἐν 1125 b

---

34—b 1. ἡ μὲν οὖν — εἴρηται susp.; τιμὴν pro ταύτην conjecturâ scr.

---

verba facta sunt: a quo virtus quidem aliena erat, at cujus illic saltem ἡ χαυνότης prae ceteris vitiis haud propria videbatur esse (ὑπερόπται καὶ ὑβρισταί 1124 a 29; ὅ,τι ἂν τύχωσι πράττουσι ib. b 2). Imo omnino quae jam vs 30—32 proponuntur, animum inducunt quasi omnis ista perversitas fortunâ prosperâ nata atque eâ solâ confisa ad loquacitatem et puerile corporis exornandi studium se convertat, nec sint permulti qui propter ingenium atque virtutes, quae aut nulla sunt aut exigua, summo quoque honore sibi digni esse videantur. At excusatur philosophus brevitate sermonis, qua coactus varias peccandi causas rationesque ne significare quidem poterat.

34. καὶ γὰρ γίγνεται μᾶλλον (ἡ μικροψυχία τῆς χαυνότητος) καὶ χεῖρόν ἐστιν. Mirum utrumque. Etenim ceteris sane gentibus vanitas potissimum ista in Graecis haud videbatur rara esse; et si verum est, χείρους ποιεῖν τὴν μικροψυχίαν (vs 24), profecto multo verius, contentionem omnem virium studiique candorem, sine quibus virtus esse nequit, nulla esse ubi quis ἀνάξιος ὢν μεγάλων ἑαυτὸν ἀξιοῖ (1123 b 8). Videas igitur utrum hanc sententiam genti ac tempori des, an universae antiquitatis indoli.

6. Δ 10 (1125 a 34—b 25) περὶ φιλοτιμίας (μεσότητος οὔσης περὶ τιμὴν ἀνωνύμου b 21).

Nonnulla quae ad hoc caput pertinent, supra attigimus quum de magnanimitate agendi initium fieret, atque ad 1123 b 5. Quae praeterea necessaria videntur, pleraque de singulis sententiis agentes affatim explicari poterunt. Etenim tota haec disputatio non tantum omnium quas adhuc tractavimus brevissima est, sed ne in illas quidem partes, quas in reliquis reperimus, disposita. Postquam enim 1125 a 34—b 5 huic mediocritati locus quasi inventus est, affinis ille magnanimitati atque ex aequo positus ei quem suo in genere liberalitas occupat, cetera (—1125 b 25) id unum agunt ut ratum sit, esse illo loco virtutem et mediocritatem, carentem quidem proprio nomine, sed nihilominus nominibus notissimis (φιλοτίμου et ἀφιλοτίμου) duorum habituum ex adverso oppositorum, quippe quae ambo in utramque partem usurpentur, satis indicatam. Quo ut perventum est, quasi in re vel per se perspicuâ vel aliunde cognitâ nil amplius opus sit, pergitur ad alia.

35 sq. περὶ τιμήν ἐστι μεγάλην, ὥσπερ εἴρηται· ἔοικε δὲ καὶ περὶ ταύτην εἶναι ἀρετή τις .... Offendes, ni fallor, in voce ταύτην ita tantum recte habente, si in notione τιμὴ μεγάλη ad quam refertur, attributum (τὸ μεγάλη) oppressum fuerit. Accedit aliud; magnanimitatem enim ad magnum honorem spectare, nec 1123 b 21—23 neque

1125 b 2 τοῖς πρώτοις ἐλέχθη, ἣ δόξειεν ἂν παραπλησίως ἔχειν πρὸς Δ 10 τὴν μεγαλοψυχίαν, ὥσπερ καὶ ἡ ἐλευθεριότης πρὸς τὴν μεγαλοπρέπειαν. ἄμφω γὰρ αὗται τοῦ μὲν μεγάλου ἀφεστᾶσι, περὶ δὲ τὰ μέτρια καὶ τὰ μικρὰ διατιθέασιν [ἡμᾶς] ὡς δεῖ. ὥσπερ δ' ἐν λήψει καὶ δόσει χρημάτων μεσότης ἐστὶ καὶ ὑπερβολή τε καὶ ἔλλειψις, οὕτω καὶ ἐν τιμῆς ὀρέξει τὸ μᾶλλον ἢ δεῖ καὶ ἧττον, καὶ τὸ ὅθεν δεῖ καὶ ὡς δεῖ. τόν τε γὰρ φιλότιμον ψέγομεν ὡς καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ καὶ ὅθεν οὐ δεῖ τῆς τιμῆς ἐφιέμενον, τόν τε ἀφιλότιμον ὡς οὐδ' ἐπὶ τοῖς καλοῖς προαιρούμενον τιμᾶσθαι. ἔστι δ' ὅτε τὸν φιλότιμον

5. καὶ τὰ μικρὰ] $K^b O^b$ καὶ μικρά. [ἡμᾶς] om. H^a. 7. K^b τιμῇ καὶ ὀρέξει. 9. ὡς καὶ μᾶλλον] $K^b H^a N^b O^b$ ὡς μᾶλλον. 11. ἔστι δ' ὅτε] K^b ἔτι δέ.

omnino in capp. 7—9 usquam dictum est, ut displiceat ὥσπερ εἴρηται; sin regrediamur ad illam διαγραφὴν B 7, ad quam mox verbis καθάπερ ἐν τοῖς πρώτοις ἐλέχθη (b 1. 2) revocamur, et illic ita agi videmus, ut ipsa magnanimitas simpliciter dicatur περὶ τιμὴν καὶ ἀτιμίαν μεσότης (1107 b 22), addatur τὸ περὶ τιμὴν οὖσαν μεγάλην (ib. 26) in gratiam τῆς φιλοτιμίας, quae aliter discerni a magnanimitate non possit. Itaque vocem ταύτην b 1 atque totam illam sententiam ἡ μὲν οὖν … εἴρηται a 34. 35 reprobo, sermonemque omnem ita ordiendum esse censeo ἔοικε δὲ καὶ περὶ τιμὴν εἶναι ἀρετή τις κ. τ. λ.

4. ἄμφω γὰρ αὗται i. e. ἥ τε νῦν ζητουμένη καὶ ἡ ἐλευθεριότης. At obstat quod in eo genere, in quo magnanimus versatur, jamjam ἕξιν τῶν μὲν μεγάλων ἀφεστῶσαν, περὶ δὲ τὰ μέτρια καὶ τὰ μικρὰ εὖ διατιθεῖσαν (vs 4. 5) cognitam habemus τὴν τοῦ σώφρονος 1123 b 5. Sin respondeatur, at nomen illud τοῦ σώφρονος generale esse quasi nec proprium (v. mox vs 13, ubi ὁ ἀφιλότιμος si in bonam partem vocetur μέτριος καὶ σώφρων appellatur): quid in vitio ἐλλείψεως censendum erit? Nam περὶ τὰ μέτρια καὶ τὰ μικρὰ ἐλλείπων nunc quidem ὁ ἀφιλότιμος; in iisdem vero non minus quam in magnis rebus modo (1123 b 9—11) inque eandem partem peccabat ὁ μικρόψυχος. Num igitur ἡ ἀφιλοτιμία recte dicetur eorum μικροψυχία, οἳ μεγάλων οὐκ ἄξιοι?

7. οὕτω καὶ ἐν τιμῆς ὀρέξει … (v. vs 10 ἐφιέμενον; v 19 ὀρέγονται). In cupidine igitur honoris versantur quicunque in hoc cap. tractantur; idque potissimum diversi habebunt ab iis qui c. 7—9 proponebantur. Ut enim sit vir magnanimus περὶ τιμήν, aliud est cupere vel petere honores, aliud dignum se putare honoribus. Nec profecto natura hujus differentiae ita recte explicita erit, ut alter dicatur ad summos honores spectare (ὁ μεγαλόψυχος περὶ τιμὴν μεγάλην a 35), alter (ὁ φιλότιμος) fingatur magno honore desperato ad modicum et exiguum conversus esse (b 4. 5).

9. καὶ ὅθεν οὐ δεῖ: qualis fere apud Theophrastum (char. 21) est ἡ μικροφιλοτιμία, ὄρεξις τιμῆς ἀνελεύθερος.

παινοῦμεν ὡς ἀνδρώδη καὶ φιλόκαλον, τὸν δὲ ἀφιλότιμον 1125 b 12 ὡς μέτριον καὶ σώφρονα, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς πρώτοις εἴπομεν. δῆλον δ' ὅτι πλεοναχῶς τοῦ φιλοτοιούτου λεγομένου οὐκ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἀεὶ φέρομεν τὸν φιλότιμον, ἀλλ' ἐπαινοῦντες μὲν ἐπὶ τὸ μᾶλλον ἢ οἱ πολλοί, ψέγοντες δ' ἐπὶ τὸ μᾶλλον ἢ δεῖ. ἀνωνύμου δ' οὔσης τῆς μεσότητος, ὡς ἐρήμης ἔοικεν ἀμφισβητεῖν τὰ ἄκρα. ἐν οἷς δ' ἔστιν ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις, καὶ τὸ μέσον· ὀρέγονται δὲ τιμῆς καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ καὶ ἧττον· ἔστι δὴ καὶ ὡς δεῖ· ἐπαινεῖται γοῦν ἡ ἕξις αὕτη, μεσότης οὖσα περὶ τιμὴν ἀνώνυμος. φαίνεται δὲ πρὸς μὲν τὴν φιλοτιμίαν ἀφιλοτιμία, πρὸς δὲ τὴν ἀφιλοτιμίαν φιλοτιμία, πρὸς ἀμφότερα δὲ ἀμφότερά πως. ἔοικε δὲ τοῦτ' εἶναι καὶ περὶ τὰς ἄλλας ἀρετάς. ἀντικεῖσθαι δ' ἐνταῦθ' οἱ ἄκροι φαίνονται διὰ τὸ μὴ ὠνομάσθαι τὸν μέσον.

5. KᵇHᵃNᵇOᵇ φέρομεν ἀεί. 18. δ' ἔστιν Bekk. min.; δ' ἐστὶν maj.; interpunctionem vs 18. 19. 20 immutavi. 19. KᵇOᵇ δὲ τῆς τιμῆς. 20. ἔστι δὴ e KᵇLᵇOᵇ; ἔστι δ' ὅτε Bekk. γοῦν] KᵇOᵇ δ' οὖν. 23. ...ᵇ δὲ ἡ ἀμφότερα.

13. ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς πρώτοις εἴπομεν: eâdem laudandi formulâ qua b 1 iterum ad *B* 7 (1107 b 32—1108 a 1) respicitur. Nec revera omnino hac in quaestione nunc plura discimus quam quae illic paullo brevius audiebamus, nisi quod jam vs 14—17 causa demonstratur qui fiat ut eadem nomina et laudantibus et vituperantibus apta videantur (v. ad 1108 a 1. 2).

17—21. Ei qui argumentationem inde a verbis τόν τε γὰρ φιλότιμον vs 8 continuo tenore huc pergentem diligentius contemplatus erit, probabitur (credo) ratio, in quam haec verba scripsi et distinxi. Duo enim sunt quae constare vult philosophus: quum notissimis τῶν ἄκρων nominibus ostendatur peccari in utramque partem, necesse est agnosci etiam mediocritatem quamquam ἀνώνυμον; quod vero nomina illa item quodammodo in laudem vertuntur, inopiâ quadam verborum factum est, nec quia in re certa virtutis sedes deest.

23. ἔοικε δὲ τοῦτ' εἶναι καὶ περὶ τὰς ἄλλας ἀρετάς: ut mediocritas, seu nomine insignis seu carens nomine, si cum altero vitio comparatur, videatur prope ad oppositam peccandi rationem accedere. V. 1108 b 19—26 ὁ γὰρ ἀνδρεῖος πρὸς μὲν τὸν δειλὸν θρασὺς φαίνεται, πρὸς δὲ τὸν θρασὺν δειλός κ. τ. λ.

24. ἀντικεῖσθαι δ' i. e. ita ut medius virtutis locus (quae et ipsa maxime est ἐναντία ἑκατέρῳ τῷ ἄκρῳ cf. ad *B* 8) nullus relinquatur. Et hoc quidem praeter reliquas virtutes hujus est proprium (ἐνταῦθα), nisi forte sit alia item ἀνώνυμος.

1125 b 26 *πραότης δ' ἐστὶ μὲν μεσότης περὶ ὀργάς, ἀνωνύμου δ'* Δ 11 *ὄντος τοῦ μέσου, σχεδὸν δὲ καὶ τῶν ἄκρων, ἐπὶ τὸν μέσον τὴν πραότητα φέρομεν, πρὸς τὴν ἔλλειψιν ἀποκλίνουσαν, ἀνώνυμον οὖσαν. ἡ δ' ὑπερβολὴ ὀργιλότης τις λέγοιτ' ἄν. τὸ μὲν γὰρ πάθος ἐστὶν ὀργή, τὰ δ' ἐμποιοῦντα πολλὰ καὶ*

26. *ἐστὶ μὲν*] $K^b L^b M^b$ *ἐστί.* 27. *τὸν μέσον*] ex uno H^a; *τὸ μέσον* cett.

7. Δ 11 (1125 b 26—1126 b 10) *περὶ πραότητος.*

Locum quidem huic virtuti Eudemia et MM. magis insignem concedunt, quippe quae in utrisque (Eud. Γ 3; MM. Α 23) — ut *ὑπογραφὴν* istam Eudemiorum in qua 1220 b 38 omnibus praeponitur missam faciam — inter virtutes ceteras tertia sit; sed rei et sententiis aliquantum melius in Nic. providetur; illa enim id fere satis habent ut hanc quoque esse mediocritatem demonstrent. At in Nic. more solito, postquam *τὸ περὶ τί αἱ ἕξεις* constat —1125 b 31, delineatur virtus —1126 a 3, deinde prior et brevius *ἡ ἔλλειψις* — a 8, posterior et copiosius *ἡ ὑπερβολή* — a 28; adjungitur, ut fit, breve judicium de pravitate utro in vitio major sit — 31. Superadduntur — 1126 b 10 nonnulla, ut difficultas accurate de finibus quibus recta et perversa distinentur universe statuendi tanquam in exemplo illustretur.

26. *ἀνωνύμου δ' ὄντος τοῦ μέσου, σχεδὸν δὲ καὶ τῶν ἄκρων .. .. πρὸς τὴν ἔλλειψιν .. ἀνώνυμον οὖσαν.* Nomine igitur carent *οἱ ἔχοντες* omnes; inter *τὰς ἕξεις* una saltem, sin conferas 1108 a 4, item omnes. Atque si forte h. l. (vs 26, *φέρομεν* vs 28, *εἴπερ* vs 33) in mediocritate videri possit substantivum magis acceptum esse Aristoteli quam adjectivum, dissentiet 1108 a 5 *τὸν μέσον πρᾶον λέγοντες τὴν μεσότητα πραότητα καλέσομεν.* Neque enim in tali quaestione philosophus ita diligens fuit; et sunt tum diversae causae ob quas hic illic certum nomen proponere dubitet, tum varii gradûs haesitationis. Obstabat nomini *πραότητος* praeter id, quod non plane aliquâ notâ inertiae vacat, usus ni fallor linguae, quo *ἡ πραότης* in humanitate potius quadam ad consuetudinem communis vitae relatâ spectatur quam in ipso anima irae motum recte moderanti; ita ut affinis sit *ὁ πρᾶος τῷ φιλανθρώπῳ* (vel etiam *τῷ δημοτικῷ* v. Pl. Euthyd. 303 d), oppositus *τῷ ἀγρίῳ* illi cap. 14 atque *τῷ ἀγροίκῳ.* Nec tamen isti rei tantum Aristoteles tribuebat ut mallet novam prorsus vocem tentare cum auctore MM. 1186 a 23 scribente *τὸ εὐόργητον καὶ πρᾶον.* In altero vitio (quod 1220 b 38 et 1186 a 23 vocatur *ἀναλγησία* — cf. in Nic. 1100 b 32) item inopia verborum premebat, vides enim quam dubitanter jam Nicomachea 1126 a 3 *τὴν ἀοργησίαν* proposuerint; in altero contra fere multitudo nominum impediebat rerumque *τὸ πολυειδές*, ut neque id mirum videatur quod pro generali nomine alii aliud stet, Aristoteli *ὀργιλότης*, Eudemo *χαλεπότης* (1125 b 29 et 1231 b 6) — diversi enim *οἱ ὀργίλοι* et *οἱ χαλεποί*, sed ejusdem generis 1126 a 13. 26 — neque id quod MM. dum *τὴν ὑπερβολὴν* dicunt semel ipsam *ὀργῆς* vocem arripuere (*μεσότης ὀργῆς καὶ ἀναλγησίας* 1186 a 23).

30. *τὰ δ' ἐμποιοῦντα* (*ὀργὴν*) *πολλὰ καὶ διαφέροντα*: ut longum

διαφέροντα. ὁ μὲν οὖν ἐφ' οἷς δεῖ καὶ οἷς δεῖ ὀργιζόμενος, ἔτι δὲ καὶ ὡς δεῖ καὶ ὅτε καὶ ὅσον χρόνον, ἐπαινεῖται· πρᾶος δὴ οὗτος ἂν εἴη, εἴπερ ἡ πραότης ἐπαινεῖται. βούλεται γὰρ ὁ πρᾶος ἀτάραχος εἶναι καὶ μὴ ἄγεσθαι ὑπὸ τοῦ πάθους, ἀλλ' ὡς ἂν ὁ λόγος τάξῃ, οὕτω καὶ ἐπὶ τούτοις καὶ ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον χαλεπαίνειν. ἁμαρτάνειν δὲ δοκεῖ μᾶλλον ἐπὶ τὴν ἔλλειψιν· οὐ γὰρ τιμωρητικὸς ὁ πρᾶος, ἀλλὰ μᾶλλον συγγνωμονικός. ἡ δ' ἔλλειψις, εἴτ' ἀοργησία τίς ἐστιν εἴθ' ὅ τι δή ποτε, ψέγεται. οἱ γὰρ μὴ ὀργιζόμενοι ἐφ' οἷς δεῖ ἠλίθιοι δοκοῦσιν εἶναι, καὶ οἱ μὴ ὡς δεῖ μηδ' ὅτε μηδὲ

32. δὲ καὶ ὡς] $K^b O^b$ δὲ ὡς. 33. εἴπερ] K^b ἤπερ.
5. καὶ οἱ μὴ] K^b καὶ μή; fort. καὶ μηδ'.

it singula ἐφ' οἷς δεῖ ὀργίζεσθαι καὶ ἐφ' οἷς οὐ δεῖ (vs 31; 1126 4 ct.) enarrare. Detrectantis jam accuratam disputationem hoc est; eque enim Aristoteli ipsa res dubia erat, unde omnis ira nasceretur, uippe quae semper ad φαινομένην ἀδικίαν seu ὀλιγωρίαν spectet. . 1135 b 28 ἐπὶ φαινομένῃ ἀδικίᾳ ἡ ὀργή ἐστιν; 1378 a 31 ἔστω ργὴ ὄρεξις μετὰ λύπης τιμωρίας φαινομένης διὰ φαινομένην ὀλιγωρίαν .. τοῦ ὀλιγωρεῖν οὐ προσήκοντος. Videndum igitur quaenam ὀλιγωρίας et ἀδικίας genera recte moveant animum: id quod paucis sane erbis absolvi non poterat. Annon ipsa ἡ ὕβρις, quae species tantum njuriae est, πολυμερὴς est? atqui ἕκαστον αὐτῶν αἴτιον γίγνεται τῆς ὀργῆς 1311 a 33 s. Itaque Aristoteles, quem omnino in his quaestionibus de causis atque de vi non tantum irae, sed cunctorum affectuum perbrevem fuisse plus semel (velut ad 1102 b 30; ad 1105 b 23 et 1116 b 23) monuimus, etiam h. l. satius habuit ut significatâ hujus materiae naturâ (πολλὰ καὶ διαφέροντα τὰ ἐμποιοῦντα) reliquam cognitionem universam sanae menti (τῷ λόγῳ vs 35) permitteret.

34. βούλεται ἀτάραχος εἶναι, ut vir fortis ἄφοβος καὶ ἀτάραχος 1117 a 19. Affectus enim ratione temperatus (ὡς ἂν ὁ λόγος τάξῃ ... χαλεπαίνων vs 35 s.) movet quidem nec tamen concutit.

2. οὐ γὰρ τιμωρητικός. Ipsam iram 1378 a 31 ὄρεξιν τιμωρίας definiri modo audivimus; qui enim in illâ dolor est, necessariam medelam habet ulciscendi voluptatem: ὀργιζόμενοι μὲν ἀλγοῦσι, τιμωρούμενοι δ' ἥδονται 1117 a 6; ἡ τιμωρία παύει τῆς ὀργῆς, ἡδονὴν ἀντὶ τῆς λύπης ἐμποιοῦσα 1126 a 22; οἱ ὀργιζόμενοι λυποῦνται ἀνυπερβλήτως μὴ τιμωρούμενοι, ἐλπίζοντες δὲ (τιμωρίαν) χαίρουσιν 1370 b 31; atque quae in irascendo dulcedo percipitur (1370 b 10; 1378 b 1) ab ipsâ hac ultionis spe qua omnes irascentes gaudent proficiscitur vel inde διότι διατρίβουσιν ἐν τῷ τιμωρεῖσθαι τῇ διανοίᾳ (1378 b 7). Unde liquet quo jure tum h. l. colligatur eos qui ultionem non appetant (τοὺς μὴ τιμωρητικούς) ne irasci quidem, tum 1370 b 12 dicamur ipsam iram omittere in eos, a quibus poena sumi nequeat.

5. (οἱ μὴ ὀργιζόμενοι ...) ἠλίθιοι: una enim causa videtur quod non sentiunt illatam injuriam vs 6. Eodem jure οἱ χαῦνοι stulti

1126 a 6 οἷς δεῖ· δοκεῖ γὰρ οὐκ αἰσθάνεσθαι οὐδὲ λυπεῖσθαι, μὴ ὀργιζόμενός τε οὐκ εἶναι ἀμυντικός. τὸ δὲ προπηλακιζόμενον ἀνέχεσθαι καὶ τοὺς οἰκείους περιορᾶν ἀνδραποδῶδες. ἡ δ' ὑπερβολὴ κατὰ πάντα μὲν γίνεται· καὶ γὰρ οἷς οὐ δεῖ, καὶ ἐφ' οἷς οὐ δεῖ, καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ, καὶ θᾶττον, καὶ πλείω χρόνον· οὐ μὴν ἅπαντά γε τῷ αὐτῷ ὑπάρχει. οὐ γὰρ ἂν δύναιτ' εἶναι· τὸ γὰρ κακὸν καὶ ἑαυτὸ ἀπόλλυσι, κἂν ὁλόκληρον ᾖ, ἀφόρητον γίνεται. οἱ μὲν οὖν ὀργίλοι ταχέως μὲν Δ

10. καὶ ἐφ' οἷς οὐ δεῖ] om. K[b]. K[b]O[b] θᾶττον ἢ καί. 13. γίνεται] K[b] γίνηται.

vocabantur 1125 a 27 s., προφανῶς ἀγνοοῦντες ἑαυτούς. — In proximis καὶ οἱ [om. οἱ K[b]] μὴ ὡς δεῖ vide annon scribendum sit καὶ (οἱ) μηδ' ὡς δεῖ, ut indicetur alterum tantum peccandi genus quod ad ἔλλειψιν declinat dici.

8. ἀνδραποδῶδες. Eudemo hoc adjectivum fere in nomen τοῦ ἔχοντος abiit, scribenti διεγράψαμεν καὶ ἀντεθήκαμεν τῷ ὀργίλῳ ... τὸν ἀνδραποδώδη καὶ τὸν ἀνόητον· σχεδὸν γὰρ ταῦτα μάλιστα καλοῦσι τοὺς μηδ' ἐφ' ὅσοις δεῖ κινουμένους τὸν θυμόν κ. τ. λ. 1231 b 8 sq.; quibus in verbis, ut alienam quaestionem attingam, illud διεγράψαμεν καὶ ἀντεθήκαμεν aut ipsum fide caret aut Eudemicam ὑπογραφὴν qualis tradita est et omne caput *B* 3 (1221 a 15; 1221 b 12 s.) suspecta reddit. — Ad sententiam, quae in voce ἀνδραποδῶδες inest, cf. 1133 b 34 s. εἰ δὲ μή (sc. κακῶς παθόντες ἀνάλογον ἀντιποιήσουσι), δουλεία δοκεῖ εἶναι. Aristotelem enim cum plerisque antiquitatis auctoribus sine ullâ haesitatione non tantum permittere sed etiam hortari ut acceptas injurias ab adversario vindicemus, duo (ne longus sim) loci testantor: 1367 a 19 s. inter τὰ καλὰ est καὶ τὸ τοὺς ἐχθροὺς τιμωρεῖσθαι μᾶλλον καὶ μὴ καταλλάττεσθαι· τό τε γὰρ ἀνταποδιδόναι δίκαιον, τὸ δὲ δίκαιον καλόν, καὶ ἀνδρείου τὸ μὴ ἡττᾶσθαι. 1382 a 35 s. inter τὰ φοβερὰ „καὶ ἀρετὴ ὑβριζομένη δύναμιν ἔχουσα· δῆλον γὰρ ὅτι προαιρεῖται μὲν (βλάπτειν) ὅταν ὑβρίζηται ἀεί, δύναται δὲ νῦν." Ex Rhetoricis ista; sin ipsi philosopho displicuissent, profecto nactus in Ethicis occasionem meliora proposuisset.

12. κἂν ὁλόκληρον ᾖ (τὸ κακόν), ἀφόρητον γίνεται sc. humanis viribus. Ipsi enim impares sumus ut vehementes acresque simul ac diuturnos animi motûs sustineamus. Nam quatuor quidem mox genera eorum recensentur, qui nimii sunt in irascendo (οἱ ὀργίλοι vs 13, οἱ ἀκρόχολοι vs 18, οἱ πικροὶ vs 19, οἱ χαλεποὶ vs 26), sed bina communis naturae vinculo inter se conjuncta sunt, ut priores praepropero potissimum irae impetu abripiantur, posteriores tenacitate quadam affectûs, donec ultionem inveniant servati vel etiam abditi, peccent. Quae diversitas aliis quidem verbis, sed eadem nec male 1368 b 21 describitur: (πονηρὸς καὶ ἄδικος) ὁ ὀξύθυμος δι' ὀργήν ... ὁ δὲ πικρὸς διὰ τιμωρίαν; nam ὀξυθύμους agnosces esse τούς τε ὀργίλους καὶ τοὺς ἀκροχόλους, πικροὺς vero etiam τοὺς χαλεπούς. Similiter singu-

ργίζονται καὶ οἷς οὐ δεῖ καὶ ἐφ' οἷς οὐ δεῖ καὶ μᾶλλον ἢ 1126 a 14 εἶ, παύονται δὲ ταχέως· ὃ καὶ βέλτιστον ἔχουσιν. συμ- αίνει δ' αὐτοῖς τοῦτο, ὅτι οὐ κατέχουσι τὴν ὀργὴν ἀλλ' ἀντ- ποδιδόασιν ᾗ φανεροί εἰσι δια τὴν ὀξύτητα, εἶτ' ἀπο- αύονται. ὑπερβολῇ δ' εἰσὶν οἱ ἀκρόχολοι ὀξεῖς καὶ πρὸς ᾶν ὀργίλοι καὶ ἐπὶ παντί· ὅθεν καὶ τοὔνομα. οἱ δὲ πικροὶ υσδιάλυτοι, καὶ πολὺν χρόνον ὀργίζονται· κατέχουσι γὰρ ὸν θυμόν. παῦλα δὲ γίνεται, ὅταν ἀνταποδιδῷ· ἡ γὰρ μωρία παύει τῆς ὀργῆς, ἡδονὴν ἀντὶ τῆς λύπης ἐμποιοῦσα. ούτου δὲ μὴ γινομένου τὸ βάρος ἔχουσιν· διὰ γὰρ τὸ μὴ ἐπι- ανὲς εἶναι οὐδὲ συμπείθει αὐτοὺς οὐδείς, ἐν αὑτῷ δὲ πέψαι ὴν ὀργὴν χρόνου δεῖ. εἰσὶ δὲ οἱ τοιοῦτοι ἑαυτοῖς ὀχληρότατοι αὶ τοῖς μάλιστα φίλοις. χαλεποὺς δὲ λέγομεν τοὺς ἐφ' οἷς ε μὴ δεῖ χαλεπαίνοντας καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ καὶ πλείω ρόνον, καὶ μὴ διαλλαττομένους ἄνευ τιμωρίας ἢ κολάσεως. ῇ πραότητι δὲ μᾶλλον τὴν ὑπερβολὴν ἀντιτίθεμεν· καὶ ὰρ μᾶλλον γίνεται· ἀνθρωπικώτερον γὰρ τὸ μᾶλλον τιμωρεῖσθαι. αὶ πρὸς τὸ συμβιοῦν οἱ χαλεποὶ χείρους. ὃ δὲ καὶ ἐν τοῖς

. 17. K^{b}O^b ἀλλ' ἀποδιδόασιν. 19. K^b οἱ δὲ μικροί. 20. ὀργί-νται] K^b ὀργίλοι (O^b ὀργίλοι). 28. K^{b}N^b ἢ καὶ κολάσεως.

rum generum nomina apud Eudemum nec cum Nicomacheis neque ter diversos ipsorum Eudemiorum locos (1221 b 12 sq. et 1231 b 8 .) plane concinunt; nec mirum, indole gentis ad quamlibet iracun-iae speciem inclinante linguam abundare nominibus. Cf. ad 1105 a 8; 149 b 4—9.

16. ἀλλ' ἀνταποδιδόασιν ᾗ φανεροί εἰσι διὰ τὴν ὀξύτητα: ea enim stis ἀνταπόδοσις est ut illico gestu voce manu iram prodant; cf. τὸν πλήκτην καὶ λοιδορητικὸν 1221 b 14. Longe alia ἀνταπόδοσις (vs 21) alteri generi hominum placet, quibus id haud sufficit ut juste irasci sentiantur; imo locum et occasionem exspectantes ne poena quam in-fligant (ἡ τιμωρία, ἡ κόλασις vs 22. 28) justo minor sit meditantur. Et ita quidem fit ut illi molestiam affectûs celeriter dimittere possint, hi servent. Quam differentiae causam nisi perspexeris, non satis non-nulla intelliges quae discernendi causa proponuntur: utrique enim quodammodo οὐ διαλλάττονται ἄνευ τιμωρίας (vs 28) nec παῦλα γίνε-ται ὅταν μὴ ἀνταποδιδῶσιν (vs 21); v. ad a 2.

31. καὶ πρὸς τὸ συμβιοῦν οἱ χαλεποὶ χείρους: cf. vs 26 ὀχληρότατοι τοῖς μάλιστα φίλοις sc. οἱ πικροί. Nam qui jam χαλεποὶ vocantur, aperte omnino τῶν ὑπερβαλλόντων loco sunt; ut hic saltem Nic. prope ad Eudemia accedant, quibus χαλεπότητα magis quam ὀργιλότητα pla-cuisse scimus (v. ad 1125 b 26). Atque verum est, τοὺς χαλεποὺς (ἐφ' οἷς τε μὴ δεῖ χαλεπαίνοντας καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ καὶ πλείω χρόνον)

1126 a 32 πρότερον εἴρηται, καὶ ἐκ τῶν λεγομένων δῆλον· οὐ γὰρ ῥᾴδιον διορίσαι τὸ πῶς καὶ τίσι καὶ ἐπὶ ποίοις καὶ πόσον χρόνον ὀργιστέον, καὶ μέχρι τίνος ὀρθῶς ποιεῖ τις ἢ ἁμαρτάνει. ὁ μὲν γὰρ μικρὸν παρεκβαίνων οὐ ψέγεται, οὔτ' ἐπὶ τὸ μᾶλλον οὔτ' ἐπὶ τὸ ἧττον· ἐνίοτε γὰρ τοὺς ἐλλείποντας 1126 b ἐπαινοῦμεν καὶ πρᾴους φαμέν, καὶ τοὺς χαλεπαίνοντας ἀνδρώδεις ὡς δυναμένους ἄρχειν. ὁ δὴ πόσον καὶ πῶς παρεκ- 4

2. K[b] παρεισβαίνων.

triplici ratione peccantes prae ceteris a perfectâ ὁλοκλήρου τοῦ κακοῦ (vs 12) naturâ haud ita multum abesse.

31. 32. ὃ δὲ καὶ ἐν τοῖς πρότερον εἴρηται: quae enim jam inde a a verbis οὐ γὰρ ῥᾴδιον vs 32 usque ad „δῆλον οὖν ὅτι τῆς μέσης ἕξεως ἀνθεκτέον" b 9 adduntur, paene eadem in extremo libr. *B* 1109 b 14—26 sunt; per singulas deinceps sententias tam similibus verbis utroque loco proposita ut tantum non ab altero in alterum transcripta esse dici possint. Itaque tanquam in exemplo, quod nullam dubitationem admittit, videas quomodo Aristoteles egerit, si quando bis eadem scripsisse rei conducere judicaverit. Nec desunt quae mutavit. Quorum quae gravioris momenti sunt fere a diversâ utriusque loci natura apta esse haud obscurum. Quum enim *B* 9 in eo esset ut omnis difficilem esse virtutem ostenderet atque, si perfecta laus aliquem effugeret, commendaret illum δεύτερον πλοῦν (1109 a 34), hujus rei exemplum nactus mediocritatem irascendi, non dubitabat studiosis honestatis in fine suadere ut exigua peccata quae evitari nequirent exiguis peccatis in contrariam partem commissis quasi corrigerent (ἀποκλίνειν δὲ δεῖ ὁτὲ μὲν ἐπὶ τὴν ὑπερβολήν, ὁτὲ δ' ἐπὶ τὴν ἔλλειψιν κ. τ. λ. 1109 b 24—26). At *Δ* 12 ipsam hanc virtutem spectans ad ipsam eamque absolutam hortatur scribens in fine τῆς μέσης ἕξεως ἀνθεκτέον (1126 b 9), quumque a 35 rei difficultati idem quod 1109 b 18 est dederit (ὁ μικρὸν παρεκβαίνων οὐ ψέγεται), mox b 7 ad veritatem se revocat qua omne peccatum vituperium meretur.

32. καὶ ἐκ τῶν λεγομένων δῆλον: sententia ipsa docet τὰ λεγόμενα esse quae hoc capite proponantur. At objicies scriptorem quoniam in hac disputatione ne tentaverit quidem διορίσαι τὸ πῶς . . . ὀργιστέον (vs 33; cf. ad 1125 b 30), neque ullo modo dici posse id effecisse ut manifestum sit quam multa obstent tali operae (δῆλον οὐ ῥᾴδιον εἶναι τὸ διορίσαι vs 32). Nec falsum hoc; modo concedatur necesse est non male in proximis τὸ οὐ ῥᾴδιον illud inde demonstrari quod nomina (velut τοῦ μὴ κακῶς χαλεπαίνοντος b 1) aut desint aut (velut τοῦ πρᾴου a 36 s) in utramque partem usurpentur. Ista vero etiam 1125 b 26 s. et b 33 sq. satis indicata erant; sunt igitur „τῶν (νῦν) λεγομένων".

35. ὁ μὲν γὰρ μικρὸν παρεκβαίνον οὐ ψέγεται: habent haec vim demonstrandi (γὰρ); neque enim vituperatio quamvis modica (ἠρέμα b 8) retineretur, si generalis quaedam norma recti apud omnes atque semper constaret.

2. (ἀνδρώδεις) ὡς δυναμένους ἄρχειν, a quibus certe τὸ ἀνδρ-

ἰαίνων ψεκτός, οὐ ῥάδιον τῷ λόγῳ ἀποδοῦναι· ἐν γὰρ τοῖς 1126 ιαθ' ἕκαστα καὶ ⟨ἐν⟩ τῇ αἰσθήσει ἡ κρίσις. ἀλλὰ τό γε τοσοῦ-ιον δῆλον, ὅτι ἡ μὲν μέση ἕξις ἐπαινετή, καθ' ἣν οἷς δεῖ ὀργι-ζόμεθα καὶ ἐφ' οἷς δεῖ καὶ ὡς δεῖ καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα, αἱ δ' ὑπερβολαὶ καὶ ἐλλείψεις ψεκταί, καὶ ἐπὶ μικρὸν μὲν ιινόμεναι ἠρέμα, ἐπὶ πλέον δὲ μᾶλλον, ἐπὶ πολὺ δὲ σφό-ιρα· δῆλον οὖν ὅτι τῆς μέσης ἕξεως ἀνθεκτέον. αἱ μὲν οὖν ιερὶ τὴν ὀργὴν ἕξεις εἰρήσθωσαν·

καὶ ⟨ἐν⟩ τῇ] Bekk. c. ll. καὶ τῇ. τοσοῦτον] e K[b]; τοιοῦτον cett.

ιθῶδες (a 8) alienum est. Sed deest istud ὡς δυναμένους ἄρχειν B 9; c video ita lucem aut vim sententiae addi.

3. ἐν γὰρ τοῖς καθ' ἕκαστα καὶ τῇ αἰσθήσει ἡ κρίσις Bekk. c. ll. ripsi, ut 1109 b 22. 23 erat. Praeter sensûs concipientes ea quae nt prorsus aliud αἰσθήσεως genus necessarium esse ut tales quaestio-s dijudicentur, satis ad l. l. monuimus.

9. δῆλον οὖν ὅτι τῆς μέσης ἕξεως ἀνθεκτέον: haec enim, investi-ta in dubiis rebus sensu illo potius duce quam generali doctrinâ 2—4), una omni notâ vacat (b 7 s.).

8) Δ 12 (1126 b 11 — 1127 a 12) περὶ ἀνωνύμου ἀρετῆς ἣ μέση ἐστὶ τῆς τε τοῦ ἀρέσκου καὶ τῆς τοῦ δυσκόλου ἢ δυσέριδος ἕξεως.

ιic virtuti, quam B 7 brevius loquens sine multâ haesitatione φιλίαν 108 a 26 — 28) vocabat, hic cur idem hoc nomen indere dubitet mox 26 b 19—25 explicat. In vitiis vero Nicomachea omnino substantivis idem abstinent. Longe aliter et Eud. et MM. Divisâ enim re at-e pro uno genere duobus propositis, terna nomina substantiva exhi-nt κολακείαν ἔχθραν (vel ἀπέχθειαν) φιλίαν atque ἀρέσκειαν αὐθά-αν σεμνότητα 1233 b 29 s.; ib. b 34; 1193 a 20; 1192 b 30 (1221 a 7. a 25—28). Dixeris, gliscente temporum mutatione studiisque Grae-um magis magisque a publicâ re aversis probabiliter fieri ut plus ιr iis vel vitiis vel virtutibus, quae ad privatae potissimum vitae iones et consuetudinem spectant, describendis atque appellandis. phrasti certe diligentia in his etiam major est; quem, quamquam ιo e consilio nata comparare difficile est, tamen nostro jure dice-id hoc quasi caput Δ 12 praeter alia haud aliena advocare ἀρέ-(Char. 5 „ἔντευξιν οὐκ ἐπὶ τῷ βελτίστῳ ἡδονῆς παρασκευαστι-περιεργίαν (c. 13 „προσποίησιν λόγων καὶ πράξεων μετ' εὐνοίας"), ίαν (c. 2 „ὁμιλίαν αἰσχρὰν συμφέρουσαν τῷ κολακεύοντι"), ἀη-20 „ἔντευξιν λύπης ποιητικὴν ἄνευ βλάβης"), ἀκαιρίαν (c. 12 ξιν λυποῦσαν τοὺς ἐντυγχάνοντας"), δυσχέρειαν (c. 19 „ἀθερα-σώματος λύπης παρασκευαστικήν").

ι vero Aristoteles consueto more tribus partibus pertractat; ut ι περὶ ὃ circumscribat inque illo diversos esse habitûs, pec-ιos, unum mediocrem ostendat 1126 b 11—19; deinde virtutis

1126 b 11 ἐν δὲ ταῖς ὁμιλίαις καὶ τῷ συζῆν καὶ λόγων καὶ πρα-γμάτων κοινωνεῖν οἱ μὲν ἄρεσκοι δοκοῦσιν εἶναι, οἱ πάντα πρὸς ἡδονὴν ἐπαινοῦντες καὶ οὐθὲν ἀντιτείνοντες ἀλλ' οἰόμενοι δεῖν ἄλυποι τοῖς ἐντυγχάνουσιν εἶναι· οἱ δ' ἐξ ἐναντίας τούτοις πρὸς πάντα ἀντιτείνοντες καὶ τοῦ λυπεῖν οὐδ' ὁτιοῦν φροντίζοντες δύσκολοι καὶ δυσέριδες καλοῦνται. ὅτι μὲν οὖν αἱ εἰρημέναι ἕξεις ψεκταί εἰσιν, οὐκ ἄδηλον, καὶ ὅτι ἡ μέση τούτων ἐπαινετή, καθ' ἣν ἀποδέξεται ἃ δεῖ καὶ ὡς δεῖ, ὁμοίως δὲ καὶ δυσχερανεῖ. ὄνομα δ' οὐκ ἀποδέδοται αὐτῇ; Γ

18. 19. K^b ἃ δεῖ καὶ δυσχερανεῖ. 19. $K^b H^a N^b$ ἀποδίδοται αὐτῇ.

rationem enarret —1127 a 7; denique perpaucis verbis utrumque vitium perstringat —1127 a 12.

11. 12. *ἐν δὲ ταῖς ὁμιλίαις .... πραγμάτων κοινωνεῖν*: hoc non est proprium hujus virtutis ut in istis rebus versetur, sed commune cum duobus quae proximis capitibus proponuntur. Nec si advocata fuerit vox *πρὸς ἡδονήν* (b 13. 30), acta erit res; spectatur enim ad *τὴν ἄλλην ἡδονὴν τὴν ἐν ὁμιλίαις καὶ ἐν λόγων καὶ πράξεων κοινωνίᾳ πλὴν τὴν ἐν παιδιαῖς*; nam in hac quae jocando nascitur, versatur *εὐτραπελία* (cap. 14). Quam definitionem nunc quidem Aristoteles in fine demum disputationis 1128 b 4—9 absolvit. V. ad 1108 a 9. — Tria vero illa quae ab initio complectitur (*τὰς ὁμιλίας, τὸ συζῆν, τὸ λόγων καὶ πραγμάτων κοινωνεῖν*), unum et commune, ut dixi, genus esse intelligetur collatis his locis: 1127 a 13 *περὶ τὰ αὐτὰ . . .*; ib. 18 *ἐν τῷ συζῆν. — ὁμιλοῦντες*; ib. b 34 *ὁμιλία*; 1128 b 4 *εἰσὶ δὲ πᾶσαι περὶ λόγων τινῶν καὶ πράξεων κοινωνίαν*; ib. 8 *ἐν ταῖς . . . ὁμιλίαις*. Scilicet quum de iis agendum esset quae fere ad consuetudinem hominum inter se et ad familiarem civilemque convictum referuntur, unâ et propriâ voce non repertâ plures collectae sunt, quae singulae quidem haud sufficerent, conjunctae vero rem satis circumscribere viderentur. Annon, ut unum afferam, etiam *ἡ ἐλευθεριότης* necessario *ἐν τῷ συζῆν* quaeritur, *μονώτου* nulla est? Cf. ad 1127 a 33.

13. *οἱ πάντα* — sc. *ἃ ἔχει ἅτερος ἢ ἃ δοκεῖ ἐκείνῳ* — *πρὸς ἡδονὴν ἐπαινοῦντες.*

14. *οἰόμενοι δεῖν ἄλυποι . . . εἶναι.* Grammatices ratio sane postularet *ἀλύπους*, sed sententiae perspicuitati datur ut nominativum subjecti liceat tueri: cf. e MM. 1210 b 4. 5 (et 17) *οὐκ οἴονται δεῖν αὐτοὶ φιλεῖν, ἀλλ' οἴονται δεῖν αὐτοὶ φιλεῖσθαι.* V. Lobeck Phryn. 754. — Ad rem comparentur illi *ἄρεσκοι* 1171 a 15—17 qui et *πολύφιλοι* sunt et nullius amici.

19 sq. *ἔοικε δὲ μάλιστα φιλίᾳ κ. τ. λ.* Qui hic reprobatur nominum usus (v. quae huic capiti praemisimus) non semper ipsi Aristoteli displicet, velut 1381 a 30—33 ubi *φίλοι* vocantur qui *εὔκολοι, μὴ ἐλεγκτικοί, μὴ φιλόνεικοι, μὴ δυσέριδες* (v. hic vs 16) sunt. Sed verior profecto est quae nunc *φιλίας* proponitur notio; nam *τὸ στέργειν* illud at-

1126 b 20 τι, ἔοικε δὲ μάλιστα φιλίᾳ· τοιοῦτος γάρ ἐστιν ὁ κατὰ τὴν μέσην ἕξιν οἷον βουλόμεθα λέγειν τὸν ἐπιεικῆ φίλον, τὸ στέργειν προσλαβόντα. διαφέρει δὲ τῆς φιλίας, ὅτι ἄνευ πάθους ἐστὶ καὶ τοῦ στέργειν οἷς ὁμιλεῖ· οὔτε γὰρ τῷ φιλεῖν ἢ ἐχθαίρειν ἀποδέχεται ἕκαστα ὡς δεῖ, ἀλλὰ τῷ τοιοῦτος εἶναι. ὁμοίως γὰρ πρὸς ἀγνῶτας καὶ γνωρίμους καὶ συνήθεις [καὶ ἀσυνήθεις] αὐτὸ ποιήσει, πλὴν καὶ ἐν ἑκάστοις ὡς ἁρμόζει· οὐ γὰρ ὁμοίως προσήκει συνήθων καὶ ὀθνείων φροντίζειν, οὐδ' αὖ λυπεῖν. καθόλου μὲν οὖν εἴρηται ὅτι ὡς δεῖ ὁμιλήσει, ἀναφέρων δὲ πρὸς τὸ καλὸν καὶ τὸ συμφέρον στοχάσεται τοῦ μὴ λυπεῖν ἢ συνηδύνειν. ἔοικε μὲν γὰρ περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας εἶναι τὰς ἐν ταῖς ὁμιλίαις γινομένας, τούτων δ' ὅσας μὲν αὐτῷ ἐστὶ μὴ καλὸν ἢ βλαβερὸν συνηδύνειν, δυσχερανεῖ, καὶ προαιρήσεται λυπεῖν. κἂν τῷ ποιοῦντι δ' ἀσχημοσύνην φέρῃ, καὶ ταύτην μὴ μικράν, ἢ βλάβην, ἡ δ' ἐναντίωσις μικρὰν λύπην, οὐκ ἀποδέξεται ἀλλὰ δυσχερανεῖ. διαφερόντως δ' ὁμιλήσει τοῖς ἐν ἀξιώμασι καὶ τοῖς τυχοῦσι,

---

24. ἐχθαίρειν] e Kᵇ; ἐχθραίνειν plerique. 26. [καὶ ἀσυνήθεις] om. Kᵇ. 30. KᵇLᵇ συνήδειν. 36. Kᵇ διαφερόντως διαφόρως δ'.

---

que τὸ πάθος quod postulatur b 22. 23 ipsa ἡ φίλησις est (1157 b 28), sine qua pro universo tenore ll. Θ et Ι ἡ τῆς φιλίας ἕξις nullo modo esse potest et propter quam in Rhet. (1378 a 19) omnino caput de amicitia ei libro adscribitur qui περὶ τὰ πάθη est.

28. καθόλου μὲν οὖν εἴρηται ὅτι ὡς δεῖ ὁμιλήσει sc. ἀποδεχόμενος ἃ δεῖ καὶ ὡς δεῖ, ὁμοίως δὲ καὶ δυσχεραίνων (b 18).

29. ἀναφέρων δὲ πρὸς τὸ καλὸν καὶ τὸ συμφέρον στοχάσεται τοῦ... συνηδύνειν. Dum igitur id agit ut ceteri suo loquendi atque agendi modo delectentur, hanc delectationem non tanti facit, ut ejus causa aut se ipsum (b 30—33) aut eum quocum agit (b 33—35) velit utilitatis, nedum honestatis jacturam facere. Et hoc quidem in isto genere καλὸν atque μέσον est. Unde tanquam in exemplo apparet, in singulis generibus τὸ καλὸν vel τὸ ὡς δεῖ (b 18. 28) non esse, nisi constet quomodo omnino diversi inter se neque ipsi simplices fines ad quos animus spectat (τὰ τρία τὰ εἰς τὰς αἱρέσεις 1104 b 30) praelato hoc, illo postposito recte sint componendi. Atqui de toto hoc quaestionum genere quum hucusque Ethica vix quidquam proposuisse, tum laudatâ mediocritate nil effici in aperto est.

33. κἂν τῷ ποιοῦντι δ' i. e. τῷ ἑτέρῳ, ὃν συνηδύνοι ἂν ἀποδεχόμενος ἃ πράττει ἢ λέγει.

36. διαφερόντως δὲ . . . τὸ πρέπον 1127 a 2. Quod modo b 26—28 adjiciendum erat ne τὸ ὁμοίως b 25 male intelligeretur, jam suo jure

1127 a καὶ μᾶλλον ἢ ἧττον γνωρίμοις, ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὰς ἄλλας διαφοράς, ἑκάστοις ἀπονέμων τὸ πρέπον, καὶ καθ' αὑτὸ μὲν αἱρούμενος τὸ συνηδύνειν, λυπεῖν δ' εὐλαβούμενος, τοῖς δ' ἀποβαίνουσιν, ἐὰν ᾖ μείζω, συνεπόμενος, λέγω δὲ τῷ καλῷ καὶ τῷ συμφέροντι. καὶ ἡδονῆς δ' ἕνεκα τῆς εἰσαῦθις μεγάλης μικρὰ λυπήσει. ὁ μὲν οὖν μέσος τοιοῦτός ἐστιν, οὐκ ὠνόμασται δέ, τοῦ δὲ συνηδύνοντος ὁ μὲν τοῦ ἡδὺς εἶναι στοχαζόμενος μὴ δι' ἄλλο τι ἄρεσκος, ὁ δ' ὅπως ὠφέ-

4. μείζω] K^b μείζων. 6. μεγάλης] om. K^b. 8. $K^b H^a O^b N^b$ δι(ά) τι ἄλλο. 8. 9. $K^b O^b$ τις ὠφέλεια.

iteratur. Siquidem enim pro diversâ inter nos interque eos in quibus versamur ratione varia ὁμιλιῶν, τοῦ συζῆν, τοῦ κοινωνεῖν (b 11. 12) genera sunt, consentaneum neglectâ illâ diversitate passim delectationis cui studetur loco molestias nascituras esse.

2 — 6. Revertitur sermo ad id, quod 1126 b 29 — 35 spectabatur, maxime (ut videtur) ideo quia illic unum quidem omissum fuerat. Neque enim honestas solum et utilitas delectationi de qua agitur praeponenda est (v. ad 1126 b 29), sed etiam id computandum an forte voluptate voluptas major praecidatur vel praesenti molestiâ major delectatio futuro tempori comparari possit (καὶ ἡδονῆς δ' ἕνεκα vs 5 — λυπήσει vs 6). Nam prudenter sane et benevole quod majoris momenti est commodum arripietur.

4. τοῖς δ' ἀποβαίνουσιν .. συνεπόμενος: sc. plerumque quae decora vel utilia sunt postero tempore existunt apparentque (ἀποβαίνει) aut, si forte jam adsunt, prae delectatione, quae praesto est, videntur remotiora.

8. ὁ δ' ὅπως ὠφέλειά τις αὐτῷ γίγνηται . . . κόλαξ. Comparati descriptione τῶν ἄκρων, quae vs 7 — 11 absolvitur, cum iis quae ab initio de iisdem 1126 b 12 — 16 praemissa sunt nil nunc ad priora illa addi dicendum erit; ut scriptor sub finem ad vitia ista idcirco tantum rediisse videri possit, ne a consuetâ capitum singulorum dispositione recedat. Excipienda una haec adnotatio vs 8; assentatoris enim adhuc mentio facta non erat. Quem si verum est semper aliquod lucrum propositum habere, erit quidem et idem ἀνελεύθερος (λαμβάνει γὰρ ὅθεν οὐ δεῖ), nec tamen ob hoc minus recte huic generi adnumerabitur. Quidni enim is qui nimius est blandiendo suum commodum sectetur, quum is qui medius est et ipse nolit jucundum se praebere (1126 b 32) ubicunque inde ipse incommodum accepturus sit? — Ceterum dubito an semper Aristoteles τὸν κόλακα ita affectum ante oculos habuerit qualem h. l. et 1108 a 29, ut non sit nisi lucri cupidus. Memineris dici 1125 a 1 πάντες οἱ κόλακες θητικοὶ καὶ οἱ ταπεινοὶ κόλακες; eodemque spectat 1159 a 14 ὑπερεχόμενος φίλος ὁ κόλαξ ἢ προσποιεῖται τοιοῦτος εἶναι; v. 1173 b 31 sq. ὁ φίλος πρὸς τἀγαθὸν ὁμιλεῖν δοκεῖ, ὁ δὲ κόλαξ πρὸς ἡδονήν. Cf. Eudemum, quamquam minus bene τὸν κόλακα et τὸν ἄρεσκον, quos apud illum magis diversos esse dece-

λειά τις αὐτῷ γίγνηται εἰς χρήματα καὶ ὅσα διὰ χρημάτων, κόλαξ· ὁ δὲ πᾶσι δυσχεραίνων εἴρηται ὅτι δύσκολος καὶ δύσερις. ἀντικεῖσθαι δὲ φαίνεται τὰ ἄκρα ἑαυτοῖς διὰ τὸ ἀνώνυμον εἶναι τὸ μέσον. 1127 a 9

---

bat, discernentem, 1233 b 31 κόλαξ ὁ εὐχερῶς ἅπαντα πρὸς τὰς ἐπιθυμίας ὁμιλῶν (at ἄρεσκος 1233 b 37 ὁ πάντα πρὸς ἄλλον ζῶν ἢ καὶ πάντων ἐλάττων). A loco laudato 1125 a 1 sq. profectus Aristotelem dixerim δουλικὸν τὸ κολακεύειν censuisse; nec quum vidisset quam multi eorum qui in servitium ruunt aviditate abripiantur ita mirum esse quod semel vel bis omnino τοὺς κόλακας lucri avidos fecerit, quamvis bene intelligeret esse in magnâ illâ turbâ etiam alios nec negaturus esset κολακεύειν et istos.

9) Δ 13 (1127 a 13 — b 32) περὶ ἀνωνύμου ἀρετῆς καθ' ἣν ὁ μέσος ἀληθευτικός.

Cf. Eud. 1233 b 38—1234 a 3; MM. Α 33. In re uterque scriptor habet quod Aristoteles quamquam longe copiosius disputans ne verbo quidem attigit (v. ad 1127 a 14 s. et 1128 b 10), haud quidem unius ejus mediocritatis proprium illud, sed quod commode h. l. potissimum memoretur. In extremo enim capite Α 33 MM. causâ non additâ dubium esse dicunt, an vere virtutes sint de quibus actum sit, sed esse mediocritates (1193 a 36—38). Quam sententiam ad hanc ἀλήθειαν spectare perspicuum est; at quaenam praeter illam vel quot isti generi adscribantur (praecedunt autem proxime φιλία εὐτραπελία αἰδὼς σεμνότης νέμεσις inde a cap. 28) ex ipsis MM. disci nequit. Sed comparatis Eudemiis intelligitur; nam Eudemus uno capite (Γ 7 — 1234 a 34) easdem illas sex — hoc ordine αἰδῶ νέμεσιν φιλίαν σεμνότητα ἀλήθειαν εὐτραπελίαν — pertractans praemittit 1233 b 16—18 esse μεσότητας παθητικὰς functusque operâ suâ 1234 a 23—34 subjungit πᾶσαι δ' αὗται αἱ μεσότητες ἐπαινεταὶ μέν, οὐκ εἰσὶ δ' ἀρεταί . . . ἄνευ προαιρέσεως γάρ κ. τ. λ. Mirum sane utrumque, si ad τὴν τοῦ ἀληθευτικοῦ ἕξιν referatur seu ἡ παθητικὴ μεσότης seu τὸ ἄνευ προαιρέσεως. Nec tamen Eudemus obscuram sententiam explicuit, ultimis verbis additis his ὁ δ' ἀληθὴς καὶ ψευδὴς ὁ μὲν ἔμφρων, ὁ δὲ ἄφρων (1234 a 33. 34). Plena haec offensionibus, quas quidem e medio tollere nec facile neque hujus est loci. Sed Nicomacheorum causa adnotandum videbatur quod constat: Eudemia et quae illa in his sequantur MM. eo differre ab Aristotele quod mediocritates illas ad ὁμιλίας καὶ τὸ συζῆν attinentes (quas quatuor pro tribus factas esse scimus) justarum virtutum loco esse noluerint.

Dispositam vero Nicomacheorum disputationem e more vides: exhibetur adjuvante vitiorum cognitione quae facilior est τὸ περὶ τί ἡ μεσότης —1127 a 32; tum rationi atque indoli τοῦ ἀληθευτικοῦ opera datur (—b 9), deinde τοῦ ὑπερβάλλοντος (—b 22), denique τοῦ ἐλλείποντος (— b 31); nec deest in fine judicium in utro vitio plus pravitatis insit (b 31. 32). Sed haec quum suapte, ipso scriptore terminos quasi pangente, appareant, magis jam quam in reliquis capitibus ob-

1127 a 13 περὶ τὰ αὐτὰ δὲ σχεδόν ἐστι καὶ ἡ τῆς ἀλαζονείας *μεσότης· ἀνώνυμος δὲ καὶ αὕτη. οὐ χεῖρον δὲ καὶ τὰς τοιαύτας ἐπελθεῖν· μᾶλλόν τε γὰρ ἂν εἰδείημεν τὰ περὶ τὸ ἦθος, καθ' ἕκαστον διελθόντες, καὶ μεσότητας εἶναι τὰς ἀρετὰς πιστεύσαιμεν ἄν, ἐπὶ πάντων οὕτως ἔχον συνιδόντες. ἐν ...

13. post ἀλαζονείας* aliquid intercidit. 14. αὕτη] scr. c. $L^b M^b$; αὐτὴ ... Bekk. c. cett.

servatur rem ipsam sententiasque istis finibus non contineri atque in ... i oratione bene partita plura quam velis nonnunquam occurrere in qu... qui bus quaerendum sit quorsum spectent.

13. περὶ τὰ αὐτὰ δὲ σχεδόν: sc. eadem quae 1126 b 11. 12 era... ant diversum quod ib. 30. 31 addendum erat: quod utrumque mox 1127 ... 27 a 18—20 in unum congeritur. — Vide autem, an probabile sit Aristot... otelem in hac virtute mediocritatem unius vitii fecisse (ἡ τῆς ἀλαζονείας μεσότης), quum ne eâ quidem difficultate premeretur, ut alterius vi... vitii (τῆς τε εἰρωνείας) aut nomen aut ratio ignota potius esset.

14. ἀνώνυμος δὲ καὶ αὐτή (Bekk.): scr. cum $L^b M^b$ καὶ αὕτη ... sc. non minus haec nomine caret quam quae proxime antecedit vir...rtus (ὄνομα δ' οὐκ ἀποδέδοται αὐτῇ — τῇ μέσῃ ἕξει — τι 1126 b 19). S...ubstantivum ἀληθείας quo virtus quaedam appelletur, reprobatum h... l. atque per totum caput neglectum, in catalogo B 7 praemissâ exc... tione (1108 a 17 πειρατέον . . . αὐτοὺς ὀνοματοποιεῖν) tentatum era... ἡ μεσότης ἀλήθεια λεγέσθω ib. 20. In Eudemiis idem non reper...tur certe, nisi 1221 a 6; at MM. non tantum ubi ipsa haec res agitur ... 33, sed etiam 1186 a 24—27 sine dubitatione ἀλαζονείᾳ καὶ εἰρωνείᾳ opponunt ἀλήθειαν.

14. 15. οὐ χεῖρον δὲ καὶ τὰς τοιαύτας ἐπελθεῖν: necessario h. quidem l. intelliges τὰς ἀνωνύμους. Cf. 1108 a 14—16 ῥητέον οὖν καὶ περὶ τούτων κ. τ. λ. in eodem genere virtutum, simili sententiâ similiter prolatâ; nec tamen illic περὶ τούτων erat περὶ ἀνωνύμων sed περὶ τῶν τριῶν μεσοτήτων αἳ περὶ λόγων καὶ πράξεων κοινωνίαν εἰσίν. Mente enim et memoriâ etiam minora tenet Aristoteles postquam semel placuerunt; sed ita ut sinat potius quaedam mutari quam ipse corrigat. — Quam vero duplicem rationem (μᾶλλόν τε γὰρ εἰδείημεν τὰ περὶ τὸ ἦθος . . . καὶ μεσότητας εἶναι τὰς ἀρετὰς πιστεύσαιμεν ἄν vs 15—17) in his sibi propositam esse ait, eam per singulas quasque disputationes nusquam, nisi forte τὴν φιλοτιμίαν (v. ad Δ 10) exciperе malis, neglectam esse, etiam severus judex agnoscet; neque enim Nicomachea, ut Eudemia in nonnullis, MM. in plerisque singulis virtutibus, eâ oratione sibi satisfecerunt, in qua cuncta quae dicerentur ad id unum demonstrandum spectarent ὅτι εἴη ἂν καὶ ἡ πρᾳότης μεσότης τις (ut in extremo cap. Γ 3 Eudemus loquitur). Imo Aristoteles semper memor fuit, majus quid susceptum certe esse quam ut suam virtutis ethicae definitionem ratam haberet, nimirum ut universi τοῦ ἤθους cognitione audientes imbueret.

τῷ συζῆν οἱ μὲν πρὸς ἡδονὴν καὶ λύπην ὁμιλοῦντες εἴρην- 1127 a 18 ., περὶ δὲ τῶν ἀληθευόντων τε καὶ ψευδομένων εἴπωμεν οίως ἐν λόγοις καὶ πράξεσι καὶ τῷ προσποιήματι. δοκεῖ ὁ μὲν ἀλαζὼν προσποιητικὸς τῶν ἐνδόξων εἶναι καὶ μὴ αρχόντων καὶ μειζόνων ἢ ὑπάρχει, ὁ δὲ εἴρων ἀνάπαλιν νεῖσθαι τὰ ὑπάρχοντα ἢ ἐλάττω ποιεῖν, ὁ δὲ μέσος αὐθέ-στός τις ὢν ἀληθευτικὸς καὶ τῷ βίῳ καὶ τῷ λόγῳ, τὰ άρχοντα ὁμολογῶν εἶναι περὶ αὐτόν, καὶ οὔτε μείζω οὔτε ίττω. ἔστι δὲ τούτων ἕκαστα καὶ ἕνεκά τινος ποιεῖν καὶ

Kb τούτων ἕκαστος.

---

19. περὶ δὲ τῶν ἀληθευόντων . . . ὁμοίως ἐν λόγοις καὶ πράξεσι καὶ προσποιήματι: haec non sunt tria, sed unum potius; illico enim 21 pergente sermone ad τοὺς ἔχοντας sufficit una vox προσποιητι-, nec jam in veritatis amico quidquam quaeritur nisi ut τὰ ὑπάρ-τα περὶ αὐτὸν profiteatur. Epexegetice igitur „καὶ τῷ προσποιή-ι" (quod quidem non minus factis quam verbis fit). Omnino enim e vs 18—20 fit distinctio rerum et convictûs generum potius est ım animorum ac morum, ut cap. 12 ad eos referri dici possit qui i alios suspiciant, cap. 13 ad eos qui jam ab aliis velint suspici. Ita sane aliter erant disputanda, multa addenda, si Aristoteles aut uisset depingere aut vidisset illam virtutem ad quam prope accede- scribens 1096 a 16 ἀμφοῖν ὄντοιν φίλοιν ὅσιον προτιμᾶν τὴν ἀλή-αν; late enim patet et multum valet; nec fugisset (cap. 12), nullo do quemquam id posse propositum habere ut in omnibus rebus tus acceptusque sit, nisi pronus ad mentiendum (ἡ ἀρέσκεια ἢ κο-:εία ψευδομένου).

21. ὁ μὲν ἀλαζὼν . . Componendus cum hoc ὁ χαῦνος (persimilis m) et judicium Aristotelis de altero severius (b 32. 23), de altero issimum; v. ad 1125 a 34. Neu negligantur verba propria: προσ-εῖται ὁ ἀλαζών, ἀρνεῖται ὁ εἴρων, ὁμολογεῖ ὁ ἀληθευτικός vs 21. 25).

23. αὐθέκαστός τις ὢν ἀληθευτικὸς . . . illud indolem dicit (ὤν), agendi rationem inde natam; praevalet (vs 30. 32) nomen ἀληθευ-οῦ, etiam magnanimo inditum 1124 b 30. V. Eud. 1233 b 38 ἀλη-ς καὶ ἁπλοῦς ὃν καλοῦσιν αὐθέκαστον.

26—32. Continuis his sententiis una demonstratio efficitur: ut cre-ur, inesse in contrariâ hominum consuetudine, qua alii vera pro-t alii fallunt, per se ποιότητά τινα ἠθικήν (ἕκαστος οἷός ἐστι κ.τ.λ. 27); vel ut in iis quae modo descripta sunt propria virtutis vitio-nque natura agnoscatur. Quum enim id nemo non videat uti ple-que, ut votorum suorum compotes fiant, etiam mendacio: monetur mentiri homines aut vera prodere etiam ubi nec fructus inde appe-ur nec damnum immineat (μηθενὸς ἕνεκα vs 27; μή τινος ἕνεκα 28; μηθενὸς διαφέροντος b 1. 4; τῷ ψεύδει αὐτῷ χαίρων b 16). uodsi in illo genere recte judicatum esse videri possit, si is qui forte

1127 a 27 μηθενός. ἕκαστος δ' οἷός ἐστι, τοιαῦτα λέγει καὶ πράττει καὶ οὕτω ζῇ, ἐὰν μή τινος ἕνεκα πράττῃ. καθ' αὑτὸ δὲ τὸ μὲν ψεῦδος φαῦλον καὶ ψεκτόν, τὸ δ' ἀληθὲς καλὸν καὶ ἐπαινετόν. οὕτω δὲ καὶ ὁ μὲν ἀληθευτικὸς μέσος ὢν ἐπαινετός, οἱ δὲ ψευδόμενοι ἀμφότεροι μὲν ψεκτοί, μᾶλλον δ' ὁ ἀλαζών. περὶ ἑκατέρου δ' εἴπωμεν· πρότερον δὲ περὶ τοῦ ἀληθευτικοῦ. οὐ γὰρ περὶ τοῦ ἐν ταῖς ὁμολογίαις ἀληθεύοντος λέγομεν, οὐδ' ὅσα εἰς ἀδικίαν ἢ δικαιοσύνην συντείνει (ἄλλης 1127 b γὰρ ἂν εἴη ταῦτ' ἀρετῆς), ἀλλ' ἐν οἷς μηθενὸς τοιούτου διαφέροντος καὶ ἐν λόγῳ καὶ ἐν βίῳ ἀληθεύει τῷ τὴν ἕξιν τοιοῦτος εἶναι. δόξειε δ' ἂν ὁ τοιοῦτος ἐπιεικὴς εἶναι. ὁ γὰρ φιλαλήθης, καὶ ἐν οἷς μὴ διαφέρει ἀληθεύων, ἀληθεύσει καὶ ἐν οἷς διαφέρει ἔτι μᾶλλον· ὡς γὰρ αἰσχρὸν τὸ ψεῦ-

30. K[b] οὕτω καί.
4. K[b] διαφέρῃ.

lucrum iniquum fraude mercari uoluerit justus potius vir vel honestus quam veri amans vocetur, in hoc genere apparere, ipsum veritatis studium ipsumque vanae speciei amorem esse aliquid in animo quod nimirum per se aut laudem aut notam flagitet. Obscurum igitur in hac argumentatione nil est, nisi forte id quod necessaria videbatur. Sed sunt multa unde probabile sit, Graecos quidem minus fuisse solitos hasce res ad austeram legem revocare aut omnino diligenti judicio persequi; atque Aristoteles ipse vix ad τὸ προσποίημα illud vs 21 totam rem retulisset, si undique constitisset, quantum ad virtutem faciat ut omnino sinceri et veraces simus. Neque enim ideo eum ad istam viam descendisse dices, quoniam difficilius sit hance virtutem, si tota recte proposita sit, mediocritatis notione comprehendere.

33. ἐν ταῖς ὁμολογίαις: quae fere lib. E sunt συναλλάγματα (ἑκούσια); neque enim quod additur οὐδ' ὅσα εἰς ἀδικίαν .. συντείνει vs 34 aliud rerum genus est, sed ejusdem rei aliis verbis facta definitio.

1. ἀλλ' (sc. περὶ τοῦ ἐν τοιούτοις ἀληθεύοντος) ἐν οἷς μηθενὸς τοιούτου διαφέροντος κ. τ. λ.: μηθὲν τοιοῦτον est μηθὲν τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν (περὶ ὅσα εὐτυχία καὶ ἀτυχία, ἃ ἐστὶν μὲν ἁπλῶς ἀεὶ ἀγαθά, τινὶ δ' οὐκ ἀεί): nam ad haec refertur ἀδικία καὶ δικαιοσύνη a 34; v. 1129 b 2.

5. καὶ ἐν οἷς διαφέρει ἔτι μᾶλλον: verum hoc est, siquidem universa res in bonam partem excogitetur, ut vir ille unam honestatem intueatur. Profecto enim saepissime secus contingit, ut quis obortâ cupiditate ad fraudem abripiatur quam per se fastidiebat.

5. ὡς γὰρ αἰσχρὸν τὸ ψεῦδος: postquam enim injusti lucri (ὃ διαφέρει) spes accessit, turpe (αἰσχρὸν vel ἄσχημον b 13) factum est quod per se leniore notâ φαῦλον καὶ ψεκτὸν (a 29) vocandum erat; v. b 11. 12.

Δ 13 δος εὐλαβήσεται, ὅ γε καὶ καθ' αὑτὸ ηὐλαβεῖτο· ὁ δὲ τοιοῦ- 1127 τος ἐπαινετός. ἐπὶ τὸ ἔλαττον δὲ μᾶλλον τοῦ ἀληθοῦς ἀποκλίνει· ἐμμελέστερον γὰρ φαίνεται διὰ τὸ ἐπαχθεῖς τὰς ὑπερβολὰς εἶναι. ὁ δὲ μείζω τῶν ὑπαρχόντων προσποιούμενος μηθενὸς ἕνεκα φαύλῳ μὲν ἔοικεν (οὐ γὰρ ἂν ἔχαιρε τῷ ψεύδει), μάταιος δὲ φαίνεται μᾶλλον ἢ κακός. εἰ δ' ἕνεκά τινος, ὁ μὲν δόξης ἢ τιμῆς οὐ λίαν ψεκτός, [ὡς ὁ

---

6. K[b] καθ' αὑτὸν (H[a]N[b] καθ' ἑαυτὸν). K[b] pr. εὐλαβεῖται. 12. 13. [ὡς ὁ ἀλαζών] susp.; locus — vs 27 turbatus (v. adn.).

---

7. ἐπὶ τὸ ἔλαττον δὲ μᾶλλον τοῦ ἀληθοῦς ἀποκλίνει: sc. paullisper εἰρωνευόμενος; nam τὸ ἐπαχθὲς quod displicet (b 8) idem illud ὀγκηρὸν est quod fugit ὁ εἴρων b 24.

9. ὁ δὲ μείζω ... προσποιούμενος. Pergens sermo ad τὸν ἀλαζόνα et (b 22) ad τὸν εἴρωνα, quo diligentius perpendatur, eo magis impeditus videtur. Nata enim dubitatione quousque ipsam rem scriptor perspexerit, aliae (ut fit) subnascuntur an in verbis et in tradito ordine sententiarum libris fides sit habenda; ut intra angustum spatium commentarii vix significari omnia atque quae tandem placeant prodi possint, enarrari singula non possint. — Et primum quidem ab initio quum b 9 — 13 tria genera (μηθενὸς ἕνεκα, δόξης ἢ τιμῆς, ἀργυρίου καὶ ὅσα εἰς ἀργύριον) pro duobus quae in viro bono a 33—b 3 erant (accessit enim τὸ δόξης ἢ τιμῆς ἕνεκα) proposita sint, jam non additur in quonam horum generum versetur ipse ὁ ἀλαζών. Imo in his ne nominatur quidem ille; nam vox interposita vs 12 ὡς ὁ ἀλαζών tantum abest ut sententiae prosit ut suspicionem moveat tanquam praepostere illo loco adscripta. Sin videatur e similitudine τοῦ ἀληθευτικοῦ a 33 sq. aliorumque locorum (velut 1025 a 2 ἄνθρωπος δὲ ψευδὴς ὁ εὐχερὴς καὶ προαιρετικὸς τῶν τοιούτων λόγων μὴ δι' ἕτερόν τι, ἀλλὰ δι' αὐτό) hoc quidem constare, Aristotelem proprie ἀλαζόνα facere unum τὸν προσποιούμενον μείζω μηθενὸς ἕνεκα: rursus id admirationem movebit quomodo ita fieri potuerit ut de utroque genere quod hinc amovendum sit b 17—22 verba fiant, de uno quod verum sit taceatur. Ad quod qui respondeat, at de iis qui μηθενὸς ἕνεκα mentiantur quaeri non posse qualia de se fingant quoniam temere loquentes ad nihil non ferantur: is secum id quoque reputet, cur tandem iidem illi semper in eo genere persistant quod μείζω τῶν ὑπαρχόντων prodat. Imo si hoc genus quoddam hominum est (ut sane est) quod sua in majus tollit, habent profecto aliquod propositum, scilicet quoniam sibi certe ita exornati magis placent. Quales vero sibi ipsis placent, tales profecto etiam ceterorum admirationem aut vertent in se aut in se verti putabunt. Ergo nec re ita diversi sunt οἱ μηθενὸς ἕνεκα et οἱ δόξης ἕνεκα, neque Aristotele invito fieri censendum est ut quae breviter disponens in tria diviserat post re suadente duo sint; cf. judicia de utroque genere b 10 et b 12, atque b 17 s. cum a 21 (nam τὰ ἐφ' οἷς ἔπαινος ἢ εὐδαιμονισμὸς sunt ἔνδοξα).

1127 b 13 ἀλαζών.] ὁ δὲ ἀργυρίου, ἢ ὅσα εἰς ἀργύριον, ἀσχημονέστερος. 4 οὐκ ἐν τῇ δυνάμει δ' ἐστὶν ὁ ἀλαζών, ἀλλ' ἐν τῇ προαιρέσει· κατὰ τὴν ἕξιν γὰρ καὶ τῷ τοιόσδε εἶναι ἀλαζών ἐστιν, *ὥσπερ καὶ ψεύστης ὁ μὲν τῷ ψεύδει αὐτῷ χαίρων, ὁ δὲ δόξης ὀρεγόμενος ἢ κέρδους*. οἱ μὲν οὖν δόξης χάριν ἀλαζονευόμενοι τὰ τοιαῦτα προσποιοῦνται ἐφ' οἷς ἔπαινος ἢ εὐδαιμονισμός, οἱ δὲ κέρδους, ὧν καὶ ἀπόλαυσίς ἐστι τοῖς πέλας καὶ ἃ διαλαθεῖν ἔστι μὴ ὄντα, [οἷον μάντιν σοφὸν ἢ ἰατρόν. διὰ τοῦτο οἱ πλεῖστοι προσποιοῦνται τὰ τοιαῦτα καὶ ἀλαζονεύονται· ἔστι γὰρ ἐν αὐτοῖς τὰ εἰρημένα.] οἱ δ' εἴρωνες ἐπὶ τὸ ἐλατ- 5

15. καὶ τῷ] Kᵇ καὶ τό. 19. Kᵇ ὧν ἢ δεῖ. καὶ ἃ] Kᵇ καί. 20. Kᵇ μάντιν σοφὸν ἰατρόν; al. var. διὰ τοῦτο] om. Kᵇ. 21. KᵇOᵇ προσποιοῦνται ταῦτα.

14. οὐκ ἐν τῇ δυνάμει δ' ἐστὶν ὁ ἀλαζών, ἀλλ' ἐν τῇ προαιρέσει: v. 1355 b 17 ὁ σοφιστὴς [ita corr. Spengel] οὐκ ἐν τῇ δυνάμει, ἀλλ' ἐν τῇ προαιρέσει, neque enim aliter differret ὁ διαλεκτικός; 1025 a 7 τὸν δυνάμενον γὰρ ψεύσασθαι λαμβάνει ψευδῆ sc. ὁ ἐν τῷ Ἱππίᾳ λόγος falsa immiscens quoniam ἄνθρωπος ψευδὴς ὁ προαιρετικὸς τῶν τοιούτων λόγων (ib. 2. 3). Sententia igitur Aristotelica et recte quidem huc adjuncta; nam si res omnis ad τὴν προαίρεσιν refertur, apparet alios esse qui κέρδους ἕνεκα, alios qui δόξης vel μηθενὸς ἕνεκα mentiantur (b 10—13). Contra quae sequuntur ὥσπερ καὶ ψεύστης.... ἢ κέρδους b 15—17, ni plura addantur, minus bene hic apposita sunt: illustratur enim his nonnisi generum distinctio quae voce ἀσχημονέστερος b 13 terminabatur.

19. 20. οἱ δὲ κέρδους sc. ἕνεκα ἀλαζονευόμενοι προσποιοῦνται τὰ τοιαῦτα. Proxima e libr. Kᵇ scr. ὧν ἤδη [Kᵇ ἢ δεῖ] ἀπόλαυσίς ἐστι τοῖς πέλας καὶ διαλαθεῖν ἔστι μὴ ὄντα (an ὄντων?)· [οἷον μάντιν σοφὸν ἰατρὸν οἱ πλεῖστοι προσποιοῦνται καὶ ταῦτα [Kᵇ ταῦτα καὶ] ἀλαζονεύονται]. In his si ἀπόλαυσις τοῖς πέλας placuerit, patet cogitandum esse de fructu, pro quo accepto illi vel sperato velint auctori pretium pendere. Deinde μάντιν σοφὸν ἰατρόν, tria genera; et profecto mirum, ni inter exempla commemoratum h. l. esset tale quid, quo ἡ τῶν σοφιστῶν ἀλαζονεία tam trita illis temporibus referenda esset (cf. e. c. 1164 a 30 τοῦτο δ' ἴσως ποιεῖν i. e. προλαβεῖν [illegible] ἀργύριον οἱ σοφισταὶ ἀναγκάζονται διὰ τὸ μηθένα ἂν δοῦναι ἀργύριον ὧν ἐπίστανται, v. in Rhet. locum ὅτι πάντες τοὺς σοφοὺς τιμῶσιν 1398 b 10 sq.). Qua in re cur non potuerit scribi σοφιστὴν προσποιοῦνται perspicuum est. — Denique extrema verba καὶ ταῦτα ἀλαζονεύονται recedere aliquantum ab Aristotelicā brevitate et gravitate dicendi non nego; at quae vulgo exhibentur, haud sane minus.

22. τὰ εἰρημένα: ut et fructum praebeant et lateant si falsa sint. — Absolvitur ita ὁ ἀλαζών, nisi hinc avulsa et casu in locum περὶ εἰρωνείας translata sunt verba οἱ δὲ [sic Kᵇ; vulg. δὲ καὶ] τὰ μικρὰ

Δ 13 τον λέγοντες χαριέστεροι μὲν τὰ ἤθη φαίνονται· οὐ γὰρ κέρ- 1127 δους ἕνεκα δοκοῦσι λέγειν, ἀλλὰ φεύγοντες τὸ ὀγκηρόν· μάλιστα δὲ καὶ οὗτοι τὰ ἔνδοξα ἀπαρνοῦνται, οἷον καὶ Σωκράτης ἐποίει. *οἱ δὲ καὶ τὰ μικρὰ καὶ τὰ φανερὰ προσποιούμενοι βαυκοπανοῦργοι λέγονται καὶ εὐκαταφρόνητοί εἰσιν.* καὶ ἐνίοτε ἀλαζονεία φαίνεται, οἷον ἡ τῶν Λακώνων ἐσθής· καὶ γὰρ ἡ ὑπερβολὴ καὶ ἡ λίαν ἔλλειψις ἀλαζονικόν. οἱ δὲ μετρίως χρώμενοι τῇ εἰρωνείᾳ καὶ περὶ τὰ μὴ λίαν ἐμποδὼν καὶ φανερὰ εἰρωνευόμενοι χαρίεντες φαίνονται. ἀντικεῖσθαι δ' ὁ ἀλαζὼν φαίνεται τῷ ἀληθευτικῷ· χείρων γάρ.

---

24. K^b τὸ ὀχληρόν. 26. K^b οἱ δὲ τὰ μικρὰ καὶ φανερὰ. 27. K^bO^b εὐκαταφρονητότεροι. 31. K^bO^b καὶ ἀντικεῖσθαι.

καὶ [τὰ add. vulg.] φανερὰ προσποιούμενοι βαυκοπανοῦργοι λέγονται καὶ εὐκαταφρονητότεροί εἰσιν vs 26. 27; id quod mihi quidem ut in re haud facili probabile videtur. Ita enim utrumque (μικρὰ et φανερὰ) habet cui opponatur et verbo προσποιεῖσθαι suus est usus; vox vero βαυκοπανοῦργος, quamquam in populari nomine frustra de notione certis finibus circumscriptâ quaereretur, tamen quid velit in iis qui κέρδους ἕνεκα ἀλαζονεύονται nec parva detrectantes nec imminens dedecus curantes tutiorem locum habet quam in quodam εἰρωνείας genere.

23. οὐ γὰρ κέρδους ἕνεκα δοκοῦσι λέγειν (οἱ εἴρωνες). Jam igitur alterum genus (δόξης ἕνεκα) rursus negligitur v. ad b 9. Quod autem ab iis qui sua minora esse fingunt quam sunt lucri rationem haberi breviter negat Aristoteles, nomini recepto εἰρωνείας potius debetur quam rei: nisi forte illo tempore defuerunt qui fictis vel false exaggeratis malis miserationem hominum movisse sibi utile censerent.

27. καὶ ἐνίοτε ἀλαζονεία φαίνεται. Si placeat quod ad b 22 de transponendâ sententiâ b 26. 27 adnotatum est, id nimirum non sine detrimento omni loci de ironia factum esse apparet. Neque enim Socratis exemplum b 25 recte exciperetur verbis his καὶ ἐνίοτε.

10) Δ 14 (1127 b 33 — 1128 b 4) περὶ ἐπιδεξιότητος ἢ εὐτραπελίας.

Εὐτραπελίας nomen, nec minus substantiva quibus vitia notantur, in hoc quidem capite non legitur. Id quod casu potius factum est (erant enim B 7) quam consilio; nam postquam ad singula quaeque enarranda ll. Γ et Δ accessum est, in nominibus recensendis passim minus diligens est Aristoteles. Nec forte inutile, in hac virtute ut in exemplo diversum usum nominum, qualis omnino in his Ethicis observatur, tabulâ quasi proponere. Est igitur

1127 b 33 οὔσης δὲ καὶ ἀναπαύσεως ἐν τῷ βίῳ, καὶ ἐν ταύτῃ Δ διαγωγῆς μετὰ παιδιᾶς, δοκεῖ καὶ ἐνταῦθα εἶναι ὁμιλία τις 1128 a ἐμμελής, καὶ οἷα δεῖ λέγειν, καὶ ὥς, ὁμοίως δὲ καὶ ἀκούειν. διοίσει δὲ καὶ τὸ ἐν τοιούτοις λέγειν ἢ τοιούτων ἀκούειν.

---

34. παιδιᾶς] K[b] παιδείας.

Nic. Β 7	εὐτράπελος	βωμολόχος	ἀγροῖκος
(1108 a 24—26)	εὐτραπελία	βωμολοχία	ἀγροικία
MM. Α 31	εὐτράπελος	βωμολόχος	ἄγροικος
	εὐτραπελία	βωμολοχία	ἀγροικία
Nic. Δ 14	{ εὐτράπελος ἐπιδέξιος	βωμολόχος (φορτικός)	ἄγριος (σκληρός)
	ἐπιδεξιότης	—	—
Eud. Γ 7	εὐτράπελος	{ βωμολόχος	ἄγροικος
(1234 a 4—21)		φορτικός	δυστράπελος
			(ψυχρός)
	εὐτραπελία	—	—

Eud. Β 3 tum substantivorum ὑπογραφή (1220 b 38—1221 a 12) tu catalogus adjectivorum, qui 1221 a 15—b 3 proponitur, hance virtut et quae opposita sunt vitia prorsus negligunt. — Qua in re nunc q dem non vocabulorum sed rei causa unum animadvertatur, propri esse Nicomacheorum Δ τὸν ἐπιδέξιον et τὴν ἐπιδεξιότητα.

Absolvitur vero hoc caput tribus quas pridem novimus parti 1127 b 33—1128 a 16; 1128 a 16—33; 1128 a 34—b 3; quarum tert quae τῶν ἄκρων est tam angustis finibus est circumscripta ut de dem re, dum in primâ parte disputationis tangenda erat, etiam pl jam audiverimus: v. ad 1127 a 8. — Denique extremo capiti 1128 4—9 adjunguntur illa (v. ad 1126 b 11. 12 et ad 1108 a 9) unde dive sis τοῦ ὁμιλεῖν generibus propositis ratio plene cognoscatur qua tr virtutes praecedentes (Δ 12. 13. 14) et discernantur et contineantur.

33. οὔσης δὲ καὶ ἀναπαύσεως ἐν τῷ βίῳ κ. τ. λ. Novam viam ess vides ad id quo tenditur. Neque enim a societate hominum, in qu haec omnia versantur, profectio fit, sed ab universâ vitâ. Τοῦ βίου τι ἀνάπαυσις, τῆς ἀναπαύσεώς τι παιδιά, τῆς παιδιᾶς τι ἐν ὁμιλίᾳ. Et hoc quidem genus omne necessarium est. Cf. 1128 b 3 δοκεῖ δὲ ἡ ἀνάπαυσις καὶ ἡ παιδιὰ ἐν τῷ βίῳ εἶναι ἀναγκαῖον; 1176 b 34 ἀνα-παύσει ἔοικεν ἡ παιδιά, ἀδυνατοῦντες δὲ συνεχῶς πονεῖν ἀναπαύ-σεως δέονται; 1150 b 17 ἡ παιδιὰ ἄνεσίς ἐστιν, εἴπερ ἀνάπαυσις; denique 1160 a 19 ἔνιαι τῶν κοινωνιῶν δι' ἡδονὴν δοκοῦσι γίγνεσθαι. Undique igitur in his Aristoteles bene sibi constat. Sin voluisset in hac viâ persistere vel illâ in omnibus virtutibus uti, profecto pridem ipsa ἡ σωφροσύνη quam maxime ad necessaria ista oblectamenta vitae referenda erat.

2. διοίσει δὲ καὶ τὸ ἐν τοιούτοις λέγειν ἢ τοιούτων ἀκούειν: ut doctrina virtutis non tantum utrumque (ὁμοίως vs 1) amplectatur, sed etiam inter utrumque differentiam (δὲ καὶ). Quamquam de hac quidem in iis quae sequuntur verba non sunt, nisi quod particulâ οὐδὲ

; καὶ περὶ ταῦτ' ἔστιν ὑπερβολή τε καὶ ἔλλειψις 1128 a 3
οἱ μὲν οὖν τῷ γελοίῳ ὑπερβάλλοντες βωμολόχοι
ναι καὶ φορτικοί, γλιχόμενοι πάντως τοῦ γελοίου,
στοχαζόμενοι τοῦ γέλωτα ποιῆσαι ἢ τοῦ λέγειν
καὶ μὴ λυπεῖν τὸν σκωπτόμενον· οἱ δὲ μήτ'
πόντες μηθὲν γελοῖον τοῖς τε λέγουσι δυσχεραί-
οι καὶ σκληροὶ δοκοῦσιν εἶναι. οἱ δὲ ἐμμελῶς
ὐτράπελοι προσαγορεύονται, οἷον εὔτροποι· τοῦ
αἱ τοιαῦται δοκοῦσι κινήσεις εἶναι, ὥσπερ δὲ τὰ
τῶν κινήσεων κρίνεται, οὕτω καὶ τὰ ἤθη. ἐπι-
δὲ τοῦ γελοίου, καὶ τῶν πλείστων χαιρόντων τῇ
τῷ σκώπτειν μᾶλλον ἢ δεῖ, καὶ οἱ βωμολόχοι
προσαγορεύονται ὡς χαρίεντες. ὅτι δὲ διαφέ-

δῆλον ὡς. 9. ἄγριοι] K^b ἄγροικοι.

fines eorum quae liceat audire paulo latius patere quam
ir honestus ipse velit dicere (τοιαῦτα ὧν οὐθὲν ἂν εἴποι
ια δ' οὐδ' ἂν ἀκοῦσαι).
δ' ὡς καὶ περὶ ταῦτα κ. τ. λ. Ergo τὸ ἐμμελὲς vs 1
communem virtutis naturam habet, mediocritatem.
ν εὐσχήμονα καὶ μὴ λυπεῖν τὸν σκωπτόμενον. Inter haec,
ιum conjuncta dicuntur, post quaestio exsistit utrum re-
tur: a 25 πότερον οὖν τὸν εὖ σκώπτοντα ὁριστέον τῷ λέ-
ι ἐλευθερίῳ (haec enim sunt τὰ εὐσχήμονα, cf. vs 24 s.)
εῖν τὸν ἀκούοντα. Nec tamen, quamvis sane hoc atque
sam normam spectare videatur, litem istam diremit Ari-
ccedit aliud. Ut enim in his verbis ita per totum caput
m modum loquitur, quasi et omnis fere παιδιὰ fiat τῷ
c differat utrum laedi dicatur ὁ σκωπτόμενος (a 7) an ὁ
). Quae omnia properantis sunt et tantum adumbrantis.
ἀπελοι προσαγορεύονται οἷον εὔτροποι: ab vocabulo εὔτρο-
sus ad verbum τρέπεσθαι cogitatione regredi jubemur:
liter vs 11. 12 ad κινήσεις (quasi τροπὰς) quasdam trans-
Recte haec sensit scriptor; et in re profecto idem admi-
s, qui tam paucis verbis vs 11. 12 tale judicium prodide-
νήσεις τοῦ ἤθους in ludentibus perspicere sibi videtur,
ous non necessitas tantum omnis, sed etiam consilium ac
absit. Quae igitur genio indulgentes jocando produnt,
eris rebus cognoscuntur quales sint (τὰ ἤθη κρίνεται; cf.
προφανῆ μὲν γὰρ κἂν ἐκ λογισμοῦ καὶ λόγου τις προ-
ἐξαίφνης κατὰ τὴν ἕξιν — in aliâ re, sed simili judicio).
ac sententiâ cavetur ne quis forte ista tam levia et quasi
at ut nil ad Ethica pertineant.

1128 a 16 ρουσι, καὶ οὐ μικρόν, ἐκ τῶν εἰρημένων δῆλον. τῇ μέσῃ δ' ἕξει οἰκεῖον καὶ ἡ ἐπιδεξιότης ἐστίν· τοῦ δ' ἐπιδεξίου ἐστὶ τοιαῦτα λέγειν καὶ ἀκούειν οἷα τῷ ἐπιεικεῖ καὶ ἐλευθερίῳ ἁρμόττει· ἔστι γάρ τινα πρέποντα τῷ τοιούτῳ λέγειν ἐν παιδιᾶς μέρει καὶ ἀκούειν, καὶ ἡ τοῦ ἐλευθερίου παιδιὰ διαφέρει τῆς τοῦ ἀνδραποδώδους, καὶ αὖ τοῦ πεπαιδευμένου καὶ ἀπαιδεύτου. ἴδοι δ' ἂν τις καὶ ἐκ τῶν κωμῳδιῶν τῶν παλαιῶν Δ § 14

16. $K^b O^b$ καὶ ἐκ τῶν. 20. $K^b H^a N^b$ ἡ τοῦ ἐλευθέρου. 21. καὶ αὖ τοῦ] ex uno M^b; καὶ $K^b H^a$.

16 s. τῇ μέσῃ δ' ἕξει οἰκεῖον καὶ ἡ ἐπιδεξιότης ἐστίν. Haec ita dicta sunt (καὶ), quasi quae jam de mediocribus audivimus ὅτι ἐμμελῶς παίζουσι (nil enim praeter hoc vs 9 sq. constabat) sufficientem notionem efficiant quae aut corrigi aut expleri possit. Quodsi revera ἐπιδέξιος est cujus ratio consentit omnino cum placitis τοῦ ἐπιεικοῦς καὶ ἐλευθερίου (vs 18), eundem fere hac in re demonstrandi modum agnoscemus quo Aristoteles nonnunquam ad cognoscendam virtutem lucem adportasse sibi visus est, postquam ita per illam singula absolvi dixit ὡς ὁ σπουδαῖος. Sed dubito, an vss 17. 18 propriam illius nominis vim quae vocabuli naturâ (cf. τὴν ἐπαριστερότητα 1251 a 2) atque ipsius usu commendatur, satis accurate expresserit; nam 1381 a 34 inter eos qui idonei sunt ad amicitiam est ὁ ἐπιδέξιος καὶ τωθάσαι καὶ ὑπομεῖναι; et 1171 b 2 παραμυθητικὸν ὁ φίλος . . . ἐὰν ἐπιδέξιος ᾖ.

18. ἐλευθέριος hic et vss 20. 26 latiore illo usu, multum discedente a propriâ τῆς ἐλευθεριότητος notione Δ 1 sq., is dicitur qui talis est qualem omnino ingenuum hominem esse decet: ut 1179 b 8 τῶν νέων οἱ ἐλευθέριοι consensu omnium ll. vocantur in quibus modo ἦθος εὐγενὲς agnoscebatur. At nostro loco boni ll. (vs 18 $H^a L^b M^b$; vs 20 $H^a K^b N^b$; vs 26 $L^b M^b$) favent nomini ἐλεύθερος, ut dubitatio exsistat. Nam quum in rebus τὸ ἐλευθέριον firmam sedem habeat, in hominibus anceps esse solet quaestio nec tuto dijudicanda nisi accuratius codicibus exploratis quam adhuc mihi quidem explorati sunt. Cf. 1176 b 20 ἄγευστοι ἡδονῆς εἰλικρινοῦς καὶ ἐλευθερίου (ubi nihil est quod M^b exhibet ἐλευθέρας); atque 1419 b 6. 8 τὸ μὲν (γελοίων εἶδος) ἁρμόττει ἐλευθέρῳ, τὸ δ' οὔ . . . . ἡ εἰρωνεία τῆς βωμολοχίας ἐλευθεριώτερον.

22. ἴδοι δ' ἂν τις (ὅτι ἡ τοῦ ἀπαιδεύτου παιδιὰ διαφέρει τῆς τοῦ πεπαιδευμένου) ἐκ τῶν κωμῳδιῶν τῶν παλαιῶν καὶ τῶν καινῶν: nam in utrâ comoediâ Aristoteles, Menandri amantissimus, viderit τὸ ἀπαίδευτον, in utrâ τὸ πεπαιδευμένον, haud dubium est. Atque notum, aliis praeter illum viris bonis nimiam et noxiam visam esse veteris comoediae libertatem ac αἰσχρολογίαν (vs 23; cf. Pl. Rep. III 395 e ubi synonyma sunt αἰσχρολογεῖν, κακηγορεῖν, κωμῳδεῖν τινα). Huic αἰσχρολογίᾳ quae recentiorum opponitur ὑπόνοια vs 24 in eo genere dicendi jocandique spectatur, quo audientes adducuntur ut subintelligant quaedam quae dicta non sunt. Quod quidem vario modo varioque consilio

14 καὶ τῶν καινῶν· τοῖς μὲν γὰρ ἦν γελοῖον ἡ αἰσχρολογία, 1128 a 23 τοῖς δὲ μᾶλλον ἡ ὑπόνοια· διαφέρει δ' οὐ μικρὸν ταῦτα πρὸς εὐσχημοσύνην. πότερον οὖν τὸν εὖ σκώπτοντα ὁριστέον τῷ λέγειν ἃ πρέπει ἐλευθερίῳ, ἢ τῷ μὴ λυπεῖν τὸν ἀκούοντα, ἢ καὶ τέρπειν; ἢ καὶ τό γε τοιοῦτον ἀόριστον; ἄλλο γὰρ ἄλλῳ μισητόν τε καὶ ἡδύ. τοιαῦτα δὲ καὶ ἀκούσεται· ἃ γὰρ ὑπομένει ἀκούων, ταῦτα καὶ ποιεῖν δοκεῖ. οὐ δὴ πᾶν *ποιήσει· τὸ γὰρ σκῶμμα λοιδόρημά τι ἐστίν· οἱ δὲ νομοθέται ἔνια λοιδορεῖν κωλύουσιν· ἔδει δ' ἴσως καὶ σκώπτειν. ὁ δὴ χαρίεις

26. ἃ πρέπει] K^b μὴ ἀπρεπῆ. 28. K^b ἀκούεται. 29. *ποιήσει corruptum.

fit; est enim ὑπόνοια etiam apud eos qui allegorice loquuntur (cf. Platonem Homericas θεομαχίας non probantem οὔτ' ἐν ὑπονοίαις πεποιημένας οὔτ' ἄνευ ὑπονοιῶν Rep. II p. 378); nec quam multis rationibus ad fabulas comicas pertineat, quemquam latebit. Sed valde dubito an Bernhardy (Griech. Literaturgeschichte II p. 1005) interpretis munere recte functus sit quum his verbis Aristotelem recentiori comoediae vindicasse diceret „Parodie und realistische Malerei".

25 sq. Si prior definitio recepta erit (εὖ σκώπτει ὃς λέγει ἃ πρέπει ἐλευθερίῳ), mediocritas haec ad τὴν ἐπιδεξιότητα potissimum erit referenda qualis vss 16 sq. proposita est. Sin posterior placuerit (εὖ σκώπτει ὃς οὐ λυπεῖ τὸν ἀκούοντα ἢ καὶ τέρπει), universa res in amico quodam et benevolo animo posita erit, id maxime spectante ne ipse ludens alterum laedat: id quod et ipsum a verâ τοῦ ἐπιδεξίου naturâ (v. ad vs 16 s.) haud alienum est. Spectabit vero τὸ μὴ λυπεῖν ad τὸν σκωπτόμενον potius, τὸ τέρπειν ad quemlibet ἀκούοντα (v. ad vs 6 s.).

27. ἢ καὶ τό γε τοιοῦτον ἀόριστον; ut ne is quidem ὅρος sit (ὁριστέον vs 25). Atque ita res inchoata dimittitur. Aperte quaestioni in tenebris quasi relictae lucem adlaturus Eudemus pro τὸν ἀκούοντα („μὴ λυπεῖν τὸν ἀκούοντα" vs 26) suadet ut dicatur τὸν εὖ κρίνοντα; esse enim hunc βελτίονα ὅρον (1234 a 19, ubi in sententiâ mendis inquinatâ utique scr. ἐφ' ὅσοις ἡσθήσεται ὁ εὖ κρίνων, et ib. 21—23). At ita aliquâ difficultate haud inepto modo remotâ ipsam quoque notionem (v. ad vs 25) de suo loco aliquantum migrare satis perspicuum est.

28. τοιαῦτα δὲ καὶ ἀκούσεται: repudians scilicet quae non sint τοιαῦτα. His in eâ disputatione quae vs 16 de mediocri inchoata est ad alteram partem τοῦ λέγειν καὶ ἀκούειν (vs 18. 19. 20) pergitur. V. ad a 2. Qua in re verbo ποιεῖν vs 29 indicatur, adhuc ad comicorum fabulas respici.

29. οὐ δὴ πᾶν ποιήσει. Hinc elucet sermonem non esse integrum. In quo nisi plura vitiata sint, scr. οὐ δὴ πᾶν ἀκούσεται: sunt enim omnino inter haec (τὸ γὰρ σκῶμμα ... vs 30) quae etiam lege aut prohibeantur aut prohibenda sint. Et in hanc sententiam in Politicis (1336 b 3 sqq.) decernitur ὅτι ὅλως αἰσχρολογίαν ... δεῖ τὸν νομοθέτην ἐξορίζειν.

1126 a 32 καὶ ἐλευθέριος οὕτως ἕξει, οἷον νόμος ὢν ἑαυτῷ. τοιοῦτος μὲν οὖν ὁ μέσος ἐστίν, εἴτ' ἐπιδέξιος εἴτ' εὐτράπελος λέγεται· ὁ δὲ βωμολόχος ἥττων ἐστὶ τοῦ γελοίου, καὶ οὔτε ἑαυτοῦ οὔτε τῶν ἄλλων ἀπεχόμενος, εἰ γέλωτα ποιήσει, καὶ τοιαῦτα λέγων 1128 b ὧν οὐθὲν ἂν εἴποι ὁ χαρίεις, ἔνια δὲ οὐδ' ἂν ἀκοῦσαι. ὁ δ' ἄγριος εἰς τὰς τοιαύτας ὁμιλίας ἀχρεῖος· οὐθὲν γὰρ συμβαλλόμενος πᾶσι δυσχεραίνει. δοκεῖ δὲ ἡ ἀνάπαυσις καὶ ἡ παιδιὰ ἐν τῷ βίῳ εἶναι ἀναγκαῖον. — τρεῖς οὖν αἱ εἰρημέ- 8 (Δ 14)
ναι ἐν τῷ βίῳ μεσότητες, εἰσὶ δὲ πᾶσαι περὶ λόγων τινῶν καὶ πράξεων κοινωνίαν. διαφέρουσι δ' ὅτι ἡ μὲν περὶ ἀλήθειάν ἐστιν, αἱ δὲ περὶ τὸ ἡδύ. τῶν δὲ περὶ τὴν ἡδονὴν ἡ μὲν ἐν ταῖς παιδιαῖς, ἡ δ' ἐν ταῖς κατὰ τὸν ἄλλον βίον ὁμιλίαις.

35. K^b καὶ ταῦτα λέγων.
1. K^bH^aN^b οὐθὲν εἴποι αν. 4. K^bH^a ἀναγκαία. 8. K^b αἱ δὲ κατά.

32. οἷον νόμος ὢν ἑαυτῷ: imo de iis qui non tantum boni sunt, sed veri regis naturam habent, 1284 a 13 κατὰ τῶν τοιούτων οὐκ ἔστι νόμος· αὐτοὶ γάρ εἰσι νόμος. Aliquantum diversa iisdem fere verbis usus Paulus apostolus dicit Rom. 2, 14 οὗτοι (i. e. τὰ ἔθνη) νόμον μὴ ἔχοντες ἑαυτοῖς εἰσὶ νόμος et Gal. 5, 23 κατὰ τῶν τοιούτων (i. e. ἐν οἷς ὁ καρπὸς τοῦ πνεύματός ἐστιν) οὐκ ἔστιν νόμος. Quae adscribere non piget: nam si cognitâ rerum differentiâ scimus, in simillimis discrepantia optime perspicitur.

1. ἔνια δ' οὐδ' ἂν ἀκοῦσαι: multa igitur esse videntur quae dicere fas non est, audire licet. V. ad a 2.

2. οὐθὲν γὰρ συμβαλλόμενος (i. e. οὐθὲν τοιοῦτον λέγων) πᾶσι δυσχεραίνει (i. e. οὐδὲ ἀκούσεται ἄλλων): ut per illum quidem convivium facetiarum et jocorum, quasi συμπόσιόν τι ἀπὸ συμβολῶν, nullum sit.

4 (— 9). τρεῖς οὖν αἱ εἰρημέναι . . . μεσότητες: de his verbis, quibus res capp. 12. 13. 14 tractatas in unum jam Aristoteles complectitur, v. supra.

11) Δ 15 (1128 b 10—33) περὶ αἰδοῦς.

Post decem virtutes, de quibus adhuc disputatum est, B 7 ultimo loco duas μεσότητας ἐν τοῖς πάθεσι καὶ ἐν τοῖς περὶ τὰ πάθη (1108 a 30 sqq.) adjungi meministi αἰδῶ et νέμεσιν: quarum quidem utraque, priore loco τῇ νεμέσει dato, item tum ab Eudemo (Γ 7; 1233 b 18—26—29) tum in MM. (A 28 et 30) in ordinem recepta est. Inde duplici modo Nic. liber Δ recedit quum et τὴν νέμεσιν omnino omittat et in explicandâ naturâ ipsius τῆς αἰδοῦς mediocritatem prorsus negligat; neque enim quae sola commemoratur pravitas in hoc genere (ἀναισχυντία

15 Περὶ δὲ αἰδοῦς ὥς τινος ἀρετῆς οὐ προσήκει λέγειν· 1128 b 10 πάθει γὰρ μᾶλλον ἔοικεν ἢ ἕξει. ὁρίζεται γοῦν φόβος τις ἀδοξίας. ἀποτελεῖται δὲ τῷ περὶ τὰ δεινὰ φόβῳ παραπλή-

---

11. γοῦν] $K^b O^b$ οὖν. 12. K^b καὶ ἀποτελεῖται τῷ.

1128 b 31) ἐλλείψεως nomine inditur. Nam quaecunque hoc capite disputantur ad unum tantum finem spectant ut demonstretur, virtutem non esse pudorem vel pudicitiam.

Volueris forte aliâ ratione hac de re actum esse; plus enim et majus quid latere in naturâ τῆς αἰδοῦς quam quod istâ viâ in lucem proferri possit; nec si concedendum sit, virtutem illam non esse, sequi eam non alio loco ethicorum eoque magis principali suam sedem habere. Sed commentarii fines haec ut explicentur excedit; cui satis est hic illic ad singulas voces nonnulla adnotare quae huc spectent, atque de ipso Aristotele monere agi etiam in aliis libris de eâdem re, neque ubique brevius, et e parte quidem ita ut quae proponantur vel alia vel meliora videantur quam in Nicomacheorum capite legantur. Qua in re imprimis conferendum Rhet. *B* 6; deinde 1367 a 7 sq.; 1378 *b* 24; (1389 a 29; 1390 a 2—4); 1381 b 19—21; b 30 sq.; e Top. *126* a 6.

11. πάθει γὰρ μᾶλλον ἔοικεν ἢ ἕξει: paullo aliter supra „ἀρετὴ μὲν οὐκ ἔστιν, ἐπαινεῖται δὲ καὶ ὁ αἰδήμων“ (1108 a 32); etenim si stabit sententia ὅτι κατὰ τὰ πάθη οὔτ' ἐπαινούμεθα οὔτε ψεγόμεθα (1105 b 31), sequetur eam neque affectum simpliciter esse. Et habebit id sane proprium ut sit ἠθικόν τι πάθος.

11. ὁρίζεται γοῦν φόβος ἀδοξίας: qua in definitione perstiterunt Stoici, nec discordant definitiones quae vocantur Platonicae (573 αἰσχύνη φόβος ἐπὶ προσδοκίᾳ ἀδοξίας) cf. ipsum Platonem Legg. 646 e; Arist. Rhet. 1383 b 13. De genere quidem, an vere metus sit, in Top. dubitatio haud inepta movetur (126 a 6 ἐὰν οὖν τις τὴν αἰσχύνην φόβον εἴπῃ ... οὐ συμβήσεται ἐν τῷ αὐτῷ τὸ εἶδος καὶ τὸ γένος ὑπάρχειν· ἡ μὲν γὰρ αἰσχύνη ἐν τῷ λογιστικῷ, ὁ δὲ φόβος ἐν τῷ θυμοειδεῖ); objectum vero, quod timeri dicatur, ubique reperies opinionem potius hominum (τὴν ἀδοξίαν, τὸ δοξάζεσθαι κακούς) esse quam ipsam turpitudinem (τὸ αἰσχρόν): nec si multum ad naturam dignitatemque pudoris interesse putaveris utrum hanc an illam vereatur aliquis, assentiet Aristoteles, occasione oblatâ breviter censens εἰ δ' ἐστὶ τὰ μὲν κατ' ἀλήθειαν αἰσχρά, τὰ δὲ κατὰ δόξαν, οὐθὲν διαφέρει (b 23).

12 sq. ἀποτελεῖται δὲ τῷ περὶ τὰ δεινὰ φόβῳ παραπλήσιον: siquidem in utroque affectu μεταβολὴ χρώματος (v. Categ. 9 b 12) observatur. Sed praeter hoc maxima est differentia. Nam quum e libris physicis sciamus quam multa et quam magna Aristoteles in vitâ corporum animarumque ad discrimen inter calorem frigusque (τὸ θερμόν, τὸ ψυχρόν) retulerit, profecto pallor hic timentium frigori tribuendus est (cf. 1389 b 32 φόβος κατάψυξίς τις et 872 a 4 οἱ ἀνδρεῖοι — οἱ μὴ φοβούμενοι — θερμοί, alia multa), at ruborem pudoris cum sensu caloris conjunctum esse nemo nescit quem unquam puduit.

1128 b 13 σιον· ἐρυθραίνονται γὰρ οἱ αἰσχυνόμενοι· οἱ δὲ τὸν θάνατον Δ 15 φοβούμενοι ὠχριῶσιν. σωματικὰ δὴ φαίνεταί πως εἶναι ἀμφότερα, ὅπερ δοκεῖ πάθους μᾶλλον ἢ ἕξεως εἶναι. οὐ § πάσῃ δ' ἡλικίᾳ τὸ πάθος ἁρμόζει, ἀλλὰ τῇ νέᾳ· οἰόμεθα γὰρ δεῖν τοὺς τηλικούτους αἰδήμονας εἶναι διὰ τὸ πάθει ζῶντας πολλὰ ἁμαρτάνειν, ὑπὸ τῆς αἰδοῦς δὲ κωλύεσθαι. καὶ ἐπαινοῦμεν τῶν μὲν νέων τοὺς αἰδήμονας, πρεσβύτερον δ' οὐδεὶς ἂν ἐπαινέσειεν ὅτι αἰσχυντηλός· οὐθὲν γὰρ οἰόμεθα δεῖν αὐτὸν πράττειν ἐφ' οἷς ἐστὶν αἰσχύνη. οὐδὲ γὰρ ἐπιεικοῦς ἐστὶν ἡ αἰσχύνη, εἴπερ γίγνεται ἐπὶ τοῖς φαύλοις· οὐ γὰρ πρα-

13. K^b N^b ἐρυθαίνονται.

15. ὅπερ δοκεῖ πάθους ... εἶναι: v. de An. 403 a 16 ἔοικε δὲ καὶ τὰ τῆς ψυχῆς πάθη πάντα εἶναι μετὰ σώματος .... ἅμα γὰρ τούτοις πάσχει τι τὸ σῶμα. Ad illam vero quaestionem, an forte περὶ τὸ αἰσχύνεσθαι (qui est affectus) sit quidam habitus, omnino hôc cap. non pergitur.

15—25. Alterum argumentum, cur pudor virtus non sit dicendus. Probandus enim est in juventute tantum, cujus perfecta et absoluta neque aetas est nec (vs 21 sq.) virtus.

16. τὸ πάθος sc. τὸ τῆς αἰδοῦς; at vs 17 πάθει ζῶντας universe dictum, ut 1179 b 13.

18. ὑπὸ τῆς αἰδοῦς δὲ κωλύεσθαι: cf. insignem Rhet. locum 1367 a 7 τὰ γὰρ αἰσχρὰ αἰσχύνονται καὶ λέγοντες καὶ ποιοῦντες καὶ μέλλοντες κ. τ. λ. Videtur igitur Aristoteles dicere pudorem tum demum prohibentem exsistere quum jamjam in eo simus ut foedi quid committamus vel quasi a limine demum perpetrandi facinoris deterrere. Nam si eodem etiam a primâ cogitatione rerum pravarum revocemur, ne animus male gestire incipiat, sane haud humanam perfectionem in senioribus illis (vs 19) et probis viris (vs 21) finxit, quibus ne dignum quidem esse vult pudorem. Et quorsum tandem ita spectaverit illud οὐ δεῖ πράττειν, οὐ πρακτέον (vs 20. 22. 24)?

19. τῶν μὲν νέων ... πρεσβύτερον δέ. Haec opposita sunt ab ethicorum magistro, res hominesque quales esse debent proponente. Sin de iis quae sunt cogitetur, eidem Aristoteli longe alia ratio qua juvenes et seniores revera differrent haud erat ignota: v. 1389 a 29 (οἱ νέοι τὸ ἦθος) αἰσχυντηλοί· οὐ γάρ πω καλὰ ἕτερα ὑπολαμβάνουσιν, ἀλλὰ πεπαίδευνται ὑπὸ τοῦ νόμου μόνου; cf. 1390 a 2—4.

22. εἴπερ γίγνεται ἐπὶ τοῖς φαύλοις· οὐ γὰρ πρακτέον. Relato omni pudore ad prava quae fieri possint, neglectum est id pudoris, quo incitamur potius quam retinemur. Etenim inter τὰ αἰσχυντικὰ est etiam „τὸ τῶν καλῶν ὧν πάντες μετέχουσιν ἢ οἱ ὅμοιοι πάντες ἢ οἱ πλεῖστοι μὴ μετέχειν" 1384 a 9—13. Diversum genus. Quo si spectassent Nicomachea, additum forte esset (quamquam ne id quidem ab omnibus partibus verum est) ὅτι μετέχει ὁ ἐπιεικής· οὐ γὰρ ἂν ἦν ἐπιεικής, εἰ μὴ μετεῖχεν.

κτέον τὰ τοιαῦτα. εἰ δ' ἔστι τὰ μὲν κατ' ἀλήθειαν αἰσχρὰ 1128 b 23 τὰ δὲ κατὰ δόξαν, οὐθὲν διαφέρει· οὐδέτερα γὰρ πρακτέα· ὥστ' οὐκ αἰσχυντέον. φαύλου δὲ καὶ τὸ εἶναι τοιοῦτον οἷον πράττειν ⟨ἄν⟩ τι τῶν αἰσχρῶν· τὸ δ' οὕτως ἔχειν ὥστ' εἰ πράξειέ τι τῶν τοιούτων αἰσχύνεσθαι, καὶ διὰ τοῦτ' οἴεσθαι ἐπιεικῆ εἶναι, ἄτοπον· ἐπὶ τοῖς ἑκουσίοις γὰρ ἡ αἰδώς, ἑκὼν δὲ ὁ ἐπιεικὴς οὐδέποτε πράξει τὰ φαῦλα. εἴη δ' ἂν ἡ αἰδὼς ἐξ ὑποθέσεως ἐπιεικές· εἰ γὰρ πράξαι, αἰσχύνοιτ' ἄν· οὐκ ἔστι δὲ τοῦτο περὶ τὰς ἀρετάς. εἰ δ' ἡ ἀναισχυντία φαῦλον καὶ

---

26. ⟨ἄν⟩ conj. add.; K^b N^b ὥστε πρᾶξαι. 30. K^b εἰ πράξαι (haud male).

---

24. *οὐδέτερα γὰρ πρακτέα*: neque enim Graeci homines cogitabant, fieri posse ut quod ex opinione (*κατὰ δόξαν* vel ut Rhet. loquuntur 1384 b 26. 27; cf. 1381 b 19 s. 30 s. *πρὸς τὸν νόμον*) facere turpe est, idem non fecisse vere (*κατ' ἀλήθειαν*) sit turpe. Quod praeterea ll. ll. Rhetorica monent, alio quasi loco ad ea respici quae lege vel opinione omnium sancta sint, alio ad ea quae ipsâ veritate commendentur sc. illuc inter ignotos homines, huc inter familiares: id majori potius diligentiae in disputando quam diversae ab ethicâ rationi rhetoricorum (ut Spengelius vult ad 1384 b 25) tribuerim.

25—31. Tertium argumentum; refutantur qui dignitatem pudoris ita defendere velint ut concedant quidem, virtutem non esse penes eos qui pudore afficiantur, sed pudicos vocent illos qui sic habent ut si quando peccarent, animus eos reprehensurus sit: hanc vero virtutem esse. — Qua in re prima sententia (*φαύλου δὲ καὶ … τι τῶν αἰσχρῶν*) id de quo agendum sit in talem formam redactum praemittit ut judicium ab initio constet. Nam *ὁ τοιοῦτος οἷος πράττειν τι τῶν αἰσχρῶν* idem est qui mox vs 26 s. dicitur *οὕτως ἔχειν ὥστ' εἰ πράξειέ τι τῶν τοιούτων αἰσχύνεσθαι*: licebat enim insequentis pudoris mentionem omittere quippe quo prava actio infecta reddi non possit. Quasi scriptum esset *φαύλου δὲ καὶ τὸ εἶναι τοιοῦτον οἷον πράττειν ἄν τι τῶν αἰσχρῶν. τό τε οὕτως ἔχειν ὥστε πράξαντά* (K^b N^b ὥστε πρᾶξαι) *τι τῶν τοιούτων αἰσχύνεσθαι καὶ διὰ τοῦτ' οἴεσθαι ἐπιεικῆ εἶναι, ἄτοπον.*

28. *ἐπὶ τοῖς ἑκουσίοις γὰρ ἡ αἰδώς*. Verum hoc quidem est in istâ argumentatione. Sin universe de pudore agatur, notandum erit, Nicomacheorum disputatione praeter alia etiam hoc negligi quod vis pudoris haud in iis tantum percipi videatur, qui sua sponte male quid agant. Rhetorica certe „*πάσχοντες δὲ καὶ πεπονθότες καὶ πεισόμενοι τὰ τοιαῦτα αἰσχύνονται ὅσα εἰς ἀτιμίαν φέρει καὶ ὀνείδη … καὶ τὰ μὲν εἰς ἀκολασίαν καὶ ἑκόντα καὶ ἄκοντα, τὰ δ' εἰς βίαν ἄκοντα*“ (1384 a 16—22); neque erit ethicorum praeceptor qui haec aut infitietur aut velit submoveri.

29. *εἴη δ' ἂν ἡ αἰδὼς ἐξ ὑποθέσεως ἐπιεικές*: sc. *ἐξ ὑποθέσεως φαύλου*. Id quod perfecta et absoluta virtus, dummodo hominum est, procul abesse jubet.

1128b 32 τὸ μὴ αἰδεῖσθαι τὰ αἰσχρὰ πράττειν, οὐθὲν μᾶλλον τὸ Δ 15
τοιαῦτα πράττοντα αἰσχύνεσθαι ἐπιεικές. — οὐκ ἔστι δὲ οὐδ' ἡ
ἐγκράτεια ἀρετή, ἀλλά τις μικτή. δειχθήσεται δὲ περὶ
35 αὐτῆς ἐν τοῖς ὕστερον. [νῦν δὲ περὶ δικαιοσύνης εἴπωμεν.]
1129 a περὶ δὲ δικαιοσύνης καὶ ἀδικίας σκεπτέον, περὶ ποίας E 1

---

32. 33. K[b] τὸν τὰ τοιαῦτα (τὸν etiam L[b]).

33—35. Τῆς ἐγκρατείας, cujus natura in sententiam libri *H* (δειχθήσεται .. ἐν τοῖς ὕστερον) optime unâ voce „ἀρετὴ μὲν οὔκ, ἀλλά τις μικτή" adumbratur, mentio hic idoneo loco facta. Neque enim fas tantum non fuisset, illam dum series singularum virtutum ethicarum absolvitur omnino praeteriri, sed etiam ipsâ re, ultimo hoc cap. 15 tractatâ, in memoriam revocabatur; habet enim cum pudore propinquitatem quandam, tum quod et ipsa (οὐδὲ vs 33) plena virtus non est, tum quoniam vis pudoris vel retinentis vel reprobantis in nullâ re magis apparet quam in labore τοῦ ἐγκρατοῦς, in clade τοῦ ἀκρατοῦς.

12) Nic. *E* περὶ δικαιοσύνης.

Disputationem de justitiâ, quae virtus si cum ceteris uno ordine numeranda sit duodecima inter ethicas erit, promissam *B* 7 (v. ad 1108 b 7—9), in opere quale philosophus sibi proposuit insignem flagitare locum non est quod comprobetur. Itaque quum excepto MM. capite *A* 34 in libris quos sub Aristotelis nomine accepimus semel tantum hanc virtutem tractatam invenirent, bis universa Ethica: pridem varie quaeri coeptum est. Num alterius (aut Nicomacheorum aut Eudemiorum auctoris) opera injuriâ temporum intercidit? An forte alteruter qui posterior esset notum sibi hunc librum quem etiam nunc legimus ita omnibus numeris absolutum esse judicabat, ut reliquis quidem libris de integro conscriptis aliquid proficere sibi videretur, at hunce intactum relinqueret eumque vellet quasi pro sui operis parte accipi? An ex duobus libris, qui ab initio fuerant, postea unus conflatus atque velut commistus est? Sin hoc quidem in majore ac principali certe libri *E* parte, qua est singulorum capitum commodâ dispositione rerumque inter se concinnitate, probabilitatem nullam habet: utri tandem auctori quae nobis tradita sunt tribuemus?

Tali quaestione obortâ difficile plerumque officium ejus est qui commentarium conscribit, quum nec silentio rem praetermittere deceat, nec commode, nisi forte de unâ re fere libellum edere velit, singula quaeque, quae ad eam pertinent, proponere explicare ad justum judicium perducere possit. Sed quum alias, tum hac in re de qua dicimus erit, quo se vertat. Quamquam enim ipse nullo modo suo muneri par haberi potest nisi diligentissime omnes rationes cognoverit perpenderitque quae in utramque partem facere videantur, nihilo minus in commentariis, si res feret, de longo quasi itinere per quod ad sententiam sibi probatam pervenit perbrevem esse licebit. Id quod in hac quaestione de Nic. *E* recte fieri confidenter censeo. Nam quoniam certis testimoniis undecunque petendis omnino destituti sumus, ad multa quae

1 τε τυγχάνουσιν οὖσαι πράξεις, καὶ ποία μεσότης ἐστὶν ἡ δι- 1129 a 4
καιοσύνη, καὶ τὸ δίκαιον τίνων μέσον. ἡ δὲ σκέψις ἡμῖν

---

haud inepte interrogari possint, unum responsum relinquitur: nesciri quod interrogetur. Quod vero in hac operâ principale et gravissimum esse videtur, num librum *E* interpretantes in Aristotele occupati simus atque in parte Nicomacheorum interpretandâ, id ita incertum non est. Etsi enim ut res habet comprobari nequit, ita illum librum comparatum esse ut a reliquorum Eudemiorum corpore abhorreat, tamen longe difficiliorem demonstrationem quae confici nullo modo possit is sibi proposuit qui levibus et fere inanibus argumentis velit efficere, eundem alienum a Nicomacheis, Eudemiorum proprium esse. Imo si in summâ utrinque sententiarum similitudine et in scribendi genere magnam utriusque auctoris quasi affinitatem prodente tamen attentâ aure aliquam differentiam haud temere tibi videaris percipere, eum hujus libri sermonem eamque disputationis amplitudinem (nam et haec non erit negligenda) esse dices, quae Nicomacheorum potius quam Eudemiorum sint.

Quodsi hunc in modum quaestio critica modeste ac satis tuto (plus enim rei ratio non permittit) dijudicata esse videatur, perpauca supersunt quae praemittantur; disputatio enim ipsa per prima novem capita (1129 a 3—1134 a 16) tam luculenter ut neminem fugere possit quinque partibus quae commodissime se excipiunt absolvitur 1. Profecta ab notione τοῦ ἀδίκου docet duplex genus justitiae esse — 1129 b 11. 2. Prior eaque generalis ad legem refertur et est quidam universae (ethicae) virtutis usus — 1130 a 13. 3. Sed esse alteram ostenditur, singularem praeter reliquas virtutem, quâ nolunt lucro arrepto alios laedere — 1130 b 29. 4. Agitur de hujus naturâ qualis in diversis officiis formisque spectatur — 1133 b 28. 5. Quaeritur quonam sensu etiam in hac justitiâ communis virtutis ethicae notio, mediocritas, dici possit adesse — 1134 a 16.

1) 1129 a 3—b 11. *Ut noscatur quod propositum est* (— a 6) *ac primum quidem quid sit justitia, praemittatur quod vulgo dicunt, esse illam per quam justa fiant* (— a 11). *Etenim quoniam habitus omnis, secus ac scientia et facultas, in suo tantum genere versatur, respuit contraria, justitiam cognoverit qui justum virum noverit*; *nec minus qui injustum, quandoquidem contraria e contrariis perspiciuntur* (— a 26). *Ergo quum injusti duo hominum genera dicantur tum ii qui legem laedunt* (παράνομοι) *tum ii qui sibi ipsis plus arrogant quam par est* (πλεονέκται, ἄνισοι): *item erit justitia duplex, altera qua lex observatur, altera qua aequitas habendi. Πλεονέκται enim et ἄνισοι duo sunt nomina in unâ re*; *nam in πλεονεξίαν abit iniquitas, dum bona studio proposita sunt* (— b 11):

5. καὶ τὸ δίκαιον τίνων μέσον: hoc enim verius, quam quod praecedentibus verbis promitti videatur. Nam justitia ipsa, ita tantum suo loco (cap. 9) mediocritas esse docetur ut sit τοῦ μέσου i. e. τοῦ δικαίου, μέσου ὄντος inter τὸ πλέον et inter τὸ ἔλαττον 1133 b 32. 33. Unde etiam vs 4 caute dictum ποία μεσότης. — Referuntur vero haec, si librum *E* spectes, ad alteram tantum justitiam. Nam quod 1108 b 8. 9

1129 a 6 ἔστω κατὰ τὴν αὐτὴν μέθοδον τοῖς προειρημένοις. ὁρῶμεν δὴ E 1
πάντας τὴν τοιαύτην ἕξιν βουλομένους λέγειν δικαιοσύνην, ἀφ' ἧς πρακτικοὶ τῶν δικαίων εἰσὶ καὶ ἀφ' ἧς δικαιοπραγοῦσι καὶ βούλονται τὰ δίκαια· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ περὶ ἀδικίας, ἀφ' ἧς ἀδικοῦσι καὶ βούλονται τὰ ἄδικα. διὸ καὶ ἡμῖν πρῶτον ὡς ἐν τύπῳ ὑποκείσθω ταῦτα. οὐδὲ γὰρ 2
τὸν αὐτὸν ἔχει τρόπον ἐπί τε τῶν ἐπιστημῶν καὶ δυνάμεων καὶ ἐπὶ τῶν ἕξεων. δύναμις μὲν γὰρ καὶ ἐπιστήμη δοκεῖ

9. 10. τὸν αὐτὸν — ἄδικα] om. K^b. 11. οὐδὲ] K^b οὔτε.

(u. v.) erat „διελόμενοι περὶ ἑκατέρας ἐροῦμεν πῶς μεσότητές εἰσιν", nunc ratum non habetur. Quapropter haud temere fortasse aliquis conjecerit, illic vocem πῶς μεσότητές εἰσιν cum insequentibus verbis (v. ad 1108 b 7—9) delendam esse.

6. ἔστω κατὰ τὴν αὐτὴν μέθοδον τοῖς προειρημένοις. Erit hoc, si prius, ut modo (vs 3 περὶ ποίας ... πράξεις) renunciatum est, τὸ περὶ τί demonstratum, deinde etiam mediocritatis ratio habita fuerit (vs 4). Accedit quod subsequitur „ὁρῶμεν δὴ πάντας ... ἀφ' ἧς κ. τ. λ.". Plerumque enim in virtutibus disputationem vidimus proficisci ab eo ο (πᾶσι) δοκεῖ ἢ φαίνεται: neque insolita ea ratio est, qua habitus per id describitur quod est ἀπ' αὐτοῦ: velut in ipsâ virtute 1106 a 22 ἡ τοῦ ἀνθρώπου ἀρετὴ εἴη ἂν ἕξις ἀφ' ἧς ἀγαθὸς ἄνθρωπος γίνεται καὶ ἀφ' ἧς εὖ τὸ ἑαυτοῦ ἔργον ἀποδώσει. Praeter haec quidem restant, in quibus aut noluit scriptor aut res vetuit de justitiâ plane eâdem methodo dicere quae adhuc usitata fuerat: alia enim mediocritas, nullus ὁ ἐλλείπων; et obstat τὸ συνώνυμον.

9. 10. καὶ βούλονται τὰ δίκαια ... τὰ ἄδικα. Necessarium hoc additamentum, quo suppletur notio, ipse Aristoteles cap. 10, ubi se hanc in partem vertit, suo loquendi genere mavult ita exprimere ut προαίρεσιν potius quam βούλησιν dicat; v. 1136 a 3 δίκαιος (sc. ἐστί τις τότε μόνον), ἐὰν προελόμενος δικαιοπραγῇ.

11. οὐδὲ γάρ: recipitur enim jam et firmatur ea sententia, a qua definitio illa vulgata vs 7—10 proficiscebatur, dum per τὰ δίκαια justitiam, injustitiam per τὰ ἄδικα notas reddere vult. Nam nascuntur ex illâ ea tantum quae justa sunt, nec vere justa aliunde oriuntur nisi ab illâ; itemque in contrariis. Unde Aristoteli, mox justitiam cognitâ viri injusti ratione illustraturo, aditum ad suum propositum patere apparet.

13. δύναμις μὲν γὰρ καὶ ἐπιστήμη δοκεῖ τῶν ἐναντίων ἡ αὐτὴ εἶναι: ut e. g. inde, quod aliquid vel in scientiam vel in artem medici cadit, non possit concludi, idem valetudini conducere; medicus enim salubria non magis novit quam venena nec, dummodo vult, auferre vitam minus scite potest quam servare. Quod si item esset in justitiâ, non ita liceret de eâ quaerere ut eâ ratione qua utitur vir justus exploratâ comperisse putaremus quid justum sit. Atqui rem aliter habere jam breviter asseveratur. Neve tamen negligatur cap. 13; quo dum disputandum videtur contra sententiam τὸ δίκαιον εἶναι ῥᾴδιον (1137

E 1 τῶν ἐναντίων ἡ αὐτὴ εἶναι, ἕξις δ' ἡ ἐναντία τῶν ἐναντίων 1129 a 14 οὔ, οἷον ἀπὸ τῆς ὑγιείας οὐ πράττεται τὰ ἐναντία, ἀλλὰ τὰ ὑγιεινὰ μόνον· λέγομεν γὰρ ὑγιεινῶς βαδίζειν, ὅταν βαδίζῃ ὡς ἂν ὁ ὑγιαίνων. πολλάκις μὲν οὖν γνωρίζεται ἡ ἐναντία ἕξις ἀπὸ τῆς ἐναντίας, πολλάκις δὲ αἱ ἕξεις ἀπὸ

---

14. δ' ἡ] Spengel conj. δ' ἥ.

---

a 5) ad eandem quaestionem recurritur. — De scientiâ vero decretum illud, quod hic commemoratur, ubique tritum est, velut in Metaph. 1061 a 18 ἐπεὶ δ' ἐστὶ τὰ ἐναντία πάντα τῆς αὐτῆς καὶ μιᾶς ἐπιστήμης θεωρῆσαι; d. An. 427 b 5 δοκεῖ δὲ καὶ ἡ ἀπάτη καὶ ἡ ἐπιστήμη τῶν ἐναντίων ἡ αὐτὴ εἶναι. Videtur enim Aristoteles axioma hoc, quo reperto et munito cognitio veri nuper aucta esset, quasi laetus iterare; v. 1078 b 25 διαλεκτικὴ γὰρ ἰσχὺς οὔπω τότ' ἦν ὥστε δύνασθαι καὶ χωρὶς τοῦ τί ἐστι τἀναντία ἐπισκοπεῖν καὶ τῶν ἐναντίων εἰ ἡ αὐτὴ ἐπιστήμη; ut saepe in Analyticis (velut 24 a 21; 48 b 5; 50 a 19; 69 b 15; 75 b 13) nec minus in Topicis eâ propositione utatur, in qua tanquam in exemplo logicam aliquam figuram demonstret. — Minus vulgata altera est enunciationis pars ὅτι δύναμις τῶν ἐναντίων ἡ αὐτή, neque aeque expedita, tum propter difficilem et tam late patentem usum δυνάμεως, tum quoniam universe proposita ne vera quidem est. Dicitur enim τὸ μὲν οὖν δύνασθαι τἀναντία ἅμα ὑπάρχει (1051 a 10) atque ἡ αὐτὴ δύναμις τῶν ἐναντίων ᾗ ἐναντία (1392 a 11) ita quoque, ut de iis cogitetur, quae omnino quum non sint at possunt aut fieri aut non fieri: sed in facultate quae proprie dicitur differentia est vel potius varietas, v. 1046 b 4 s. καὶ αἱ μὲν μετὰ λόγου (δυνάμεις) πᾶσαι τῶν ἐναντίων αἱ αὐταί· αἱ δ' ἄλογοι μία ἑνός· οἷον τὸ θερμὸν τοῦ θερμαίνειν μόνον, ἡ δ' ἰατρικὴ νόσου καὶ ὑγιείας [ib. b 9 „πλὴν οὐχ ὡσαύτως"]; imo 22 b 39 αἱ μὲν οὖν μετὰ λόγου δυνάμεις αἱ αὐταὶ πλειόνων καὶ τῶν ἐναντίων· αἱ δ' ἄλογοι οὐ πᾶσαι .... ἔνια μέντοι δύναται καὶ τῶν κατὰ τὰς ἀλόγους δυνάμεις ἅμα τὰ ἀντικείμενα δέξασθαι. Quum vero pro ratione hujus loci Nic. satis sit, dummodo in quodam δυνάμεων genere affini scientiae res constet, licebit omissis ceteris omnibus ne de iis quidem nunc quaerere quas *B* 4 invenimus δυνάμεις.

17. πολλάκις μὲν οὖν γνωρίζεται ἡ ἐναντία ἕξις ἀπὸ τῆς ἐναντίας. Hoc quidem quod prius infertur non pertinet ad observationem vs 13 sq. factam, sed per se constat (v. Top. 147 a 15—32 sq.; 113 b 27 s. al.); at quod posterius est „πολλάκις δὲ" vs 18 illâ nititur. Duae enim sunt rationes demonstrandi quibus scriptor jam usurus est, primo vs 17. 18 descriptae, post singularum sententiarum membris explicitae et firmatae (ἐάν τε ... καὶ vs 19. 20; ἀνάγκη καὶ ... καὶ vs 22. 23).

18. πολλάκις δὲ αἱ ἕξεις (γνωρίζονται) ἀπὸ τῶν ὑποκειμένων: quae enim una proficisci dicta sunt vs 15 sq. a sanitate ὑγιεινά, πραττόμενα ὑγιεινῶς καὶ ὡς ἂν ὁ ὑγιαίνων, eadem docent quid ipsa sit sanitas. Item qui novit τὰ εὐεκτικά (vs 20) i. e. τὰ ποιητικὰ εὐεξίας (vs 23) naturam ipsius τῆς εὐεξίας facili negotio noverit. Dicit haec Aristo-

1129 a 19 τῶν ὑποκειμένων· ἐάν τε γὰρ ἡ εὐεξία ᾖ φανερά, καὶ ἡ ε καχεξία φανερὰ γίνεται. καὶ ἐκ τῶν εὐεκτικῶν ἡ εὐεξία καὶ ἐκ ταύτης τὰ εὐεκτικά. εἰ γάρ ἐστιν ἡ εὐεξία πυκνότης

---

teles; nec si recte disputavit τὰ ποιητικὰ ex hoc genere τῶν ὑποκειμένων excepit; Zellius enim qui ad εὐεκτικά vs 20 adnotat, Muretum recte interpretari corpora ipsa bene habita; quae enim εὐεξίαν efficiant nullo modo dici posse ὑποκείμενα τῆς εὐεξίας, vituperat potius scriptorem quam interpretatur. Sed quaeritur profecto, quomodo haec tam diversa, quae dicta sunt, tum in unum genus colligi tum nomine ὑποκειμένων appellari potuerint. Qua in re primum peto audiatur Fritzschius hunc locum interpretans (Eth. Eud. 1851. pag. 87.), ut uno exemplo excusatus sim si cui ad commentarios ejus parum videar respexisse. Ille igitur „ὑποκείμενα, inquit, res singulae in quibus cernitur notio“; addit „cf. 982 a 23“ quo loco quum inter verba ὁ μάλιστα ἔχων τὴν καθόλου ἐπιστήμην οἶδέ πως πάντα τὰ ὑποκείμενα opponantur πάντα τινὰ καθόλου τινὶ, probabile saltem est quodammodo de rebus quibusdam singulis atque de re quadam-generali agi, sed quid sit ὑποκείμενον τῇ ἐπιστήμῃ alia est quaestio nec si hoc repertum sit jamjam τὰ ὑποκείμενα ταῖς ἕξεσι in Nic. perspecta erunt; laudat denique Fritzsche tanquam testem praeter alios Trendelenburgium d. Anima p. 324, quem adlatum evolutumque invenies nonnulla docentem quae ad notiones Aristotelicas οὐσίας atque ὕλης et τοῦ ὑποκειμένου quod τῇ ὕλῃ propinquum est spectant. Quibus propositis ille quasi re bene actâ discedit; id sane consecutus ut paucis verbis aut multa et aliena inter se et falsa congesserit aut nihil dixerit. Imo in tali voce, cujus usus in ethicis praesertim libris haud ita late pateat ut unicuique praesto sit, paullo diligentius circumspiciendum atque ut in re difficiliore videndum erit quid sit, quid possit esse τὸ ὑποκείμενον τῇ ἕξει. Exempla igitur adscribam profectus a facilioribus, ut ipse judices: 1196 b 18—25 „discernenda in animo diversa sensuum genera, a sensibus cogitatio, quia diversa inter se τὰ αἰσθητά, ab his τὰ νοητά; nam ἐπεὶ ἕτερα τὰ ὑποκείμενα, ἕτερα καὶ τὰ τῆς ψυχῆς μόρια οἷς ταῦτα γνωρίζομεν“; 1216 b 12 sq. „unum unicuique scientiae propositum θεωρεῖν τὴν φύσιν τῶν πραγμάτων τῶν ὑποκειμένων ταῖς ἐπιστήμαις“; at vide argumentationem 1202 b 6 „ἐπεὶ ψεκτὸς ὁ ἀκρατής, ψεκτὰ .... τὰ ὑποκείμενα: ergo ἀκρασία περὶ τιμὴν nulla est, neque enim honor vile est ut voluptates vulgi“. Permittas hoc demonstrandi genus solis MM., sed usus vocabuli ὑποκείμενον quo id indicetur περὶ ὃ ἡ ἕξις haud alienus ab ipso Aristotele v. 1368 b 24 καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστος (ἄδικός ἐστι) περὶ ἕκαστον τῶν ὑποκειμένων (οἷον — b 15 sq. — περὶ χρήματα, ἡδονάς, κινδύνους· περὶ γὰρ τοῦτο ὃ μοχθηροὶ τυγχάνουσιν ὄντες καὶ ἄδικοί εἰσιν). Ὑποκείμενον igitur μοχθηρίας καὶ ἀδικίας τὸ περὶ ὅ; quod si quis eodem modo ad nostrum Nic. locum transferret, idem justitiae ὑποκείμενον esset ac injustitiae, fortitudini idem ac ignaviae, ut jaceret demonstratio 1129 a 13 incepta. Audi etiam Platonem, qui quum tria genera hominum (φιλόσοφον, φιλόνεικον, φιλοκερδές) distinguenda sint d. Rep. 581 C pergit item esse ἡδονῶν τρία γένη, ὑποκείμενον ἓν ἑκάστῳ τούτων, voce

ἀρκός, ἀνάγκη καὶ τὴν καχεξίαν εἶναι μανότητα σαρκός· ;αὶ τὸ εὐεκτικὸν τὸ ποιητικὸν πυκνότητος ἐν σαρκί. ἀκολουθεῖ δ' ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, ἐὰν θάτερα πλεοναχῶς λέγηται, ;αὶ θάτερα πλεοναχῶς λέγεσθαι· οἷον εἰ τὸ ἄδικον, καὶ τὸ δίκαιον. ἔοικε δὲ πλεοναχῶς λέγεσθαι [ἡ δικαιοσύνη καὶ] ἡ ἀδικία, ἀλλὰ διὰ τὸ σύνεγγυς εἶναι τὴν ὁμωνυμίαν αὐτῶν

5. 26. Bekk. εἰ τὸ δίκαιον, καὶ τὸ ἄδικον; K^b εἰ τὸ ἄδικον, καὶ ἡ ἀδικία; v. adnot. 26. [ἡ δικαιοσύνη καὶ] susp.

ὑποκείμενον scilicet id indicans, unde ratio discernendi desumta sit el quo spectet. Sin quaeratur, quanta in hoc vocabulo quasi varietas erum inter se relatarum esse possit, legatur 1275 a 35; ubi quum erba sint τῶν πραγμάτων ἐν οἷς τὰ ὑποκείμενα διαφέρει τῷ εἴδει ... τὸ παράπαν οὐδέν ἐστι .. τὸ κοινὸν ἢ γλισχρῶς, reipublicae forma icitur ὑποκείμενον civibus; id enim demonstratur, quandoquidem tam iversa sint rerum publicarum genera, unam civis notionem non esse. uapropter e verbis illis Nic., de quibus agitur, primum quidem, quum ulla dubitatio sit quin sententia ipsa ita sit comparata ut ab initio iximus, id discatur, quam multum vox ὑποκείμενον apud Aristotelem beit ut jam pro termino illo technico quem barbare vocamus stet. Deinde non negaverim, si τὰ ποιητικὰ τῆς ἕξεως (vs 23) prius memoata essent vel de illis solis quaereretur, fortasse nomen ὑποκείμενον minus placiturum fuisse; quamquam ad rem τὸ περὶ ὃ ἡ ἕξις (quod saepius ὑποκείμενον vocari videmus) certâ ratione cum iis conjunctum esse constat quae ποιητικὰ sunt: v. 1104 b 19 πᾶσα ψυχῆς ἕξις, ὑφ' οἵων πέφυκε γίνεσθαι χείρων καὶ βελτίων (annon haec sunt τὰ ποιητικά?), πρὸς ταῦτα καὶ περὶ ταῦτα τὴν φύσιν ἔχει.

25. οἷον εἰ τὸ δίκαιον, καὶ τὸ ἄδικον (Bekk.) Duplicem demonstrandi facultatem ab Aristotele propositam esse ad a 17 adnotavimus; eadem duplici mox usurus est, quum diversa justitiae genera (1129 b 25 et 1130 a 14) inde esse ostendat, quod ὁ δίκαιος atque τὸ δίκαιον item diverse dicatur, τὸν δίκαιον vero et τὸ δίκαιον prius (vs 31 s.) ita invenerit ut a contrario genere proficiscatur. Ergo ipsius rei concinnitas postulare videtur, ne vs 25 ad propositum opus accedens alteram tantum demonstrandi rationem commemoret. Et sunt vestigia in ll., negligentiam istam librariis potius deberi quam scriptori; K^b enim (si Bekkerum recte intellego) οἷον εἰ τὸ ἄδικον, καὶ ἡ ἀδικία; L^b οἷον εἰ τὸ δίκαιον, καὶ τὸ ἄδικον καὶ ἡ ἀδικία. Fuisse igitur ab initio conjiciam οἷον εἰ τὸ ἄδικον, καὶ τὸ δίκαιον· καὶ εἰ τὸ δίκαιον (vel certe τὸ ἄδικον), καὶ ἡ δικαιοσύνη (vel certe ἡ ἀδικία). Contra vs 26 in verbis ἔοικε δὲ πλεοναχῶς λέγεσθαι ἡ δικαιοσύνη καὶ ἡ ἀδικία (M^b ἡ ἀδικία καὶ ἡ δικαιοσύνη) male inlata justitia; scr. λέγεσθαι ἡ ἀδικία; ab hac enim, illustratâ vs 31 per virum injustum, via paratur; nec si jam τὸ πλεοναχῶς in justitiâ constaret, sententiâ illâ ἀκολουθεῖ δὲ vs 23 sq. opus fuisset.

27. διὰ τὸ σύνεγγυς εἶναι τὴν ὁμωνυμίαν αὐτῶν λανθάνει sc. τὸ πλεοναχῶς. Vides τὴν ὁμωνυμίαν esse res ipsas uno nomine inditas;

1129 a 28 λανθάνει καὶ οὐχ ὥσπερ ἐπὶ τῶν πόρρω δήλη μᾶλλον· ἡ E γὰρ διαφορὰ πολλὴ ἡ κατὰ τὴν ἰδέαν, οἷον ὅτι καλεῖται κλεὶς ὁμωνύμως ἥ τε ὑπὸ τὸν αὐχένα τῶν ζῴων καὶ ᾗ τὰς θύρας κλείουσιν. εἰλήφθω δὴ ὁ ἄδικος ποσαχῶς λέγεται. δοκεῖ δὲ ὅ τε παράνομος ἄδικος εἶναι καὶ ὁ πλεονέκτης [καὶ

30. κλεὶς] $K^b L^b$ κλεῖς. K^b ὁμώνυμος. 32. 33. [καὶ ὁ ἄνισος] susp.; καὶ ἄδικος K^b.

neque enim additum est σύνεγγυς ὄντων. Ceterum ad id discrimen quod e Categ. 1 satis notum est, utrum de synomymis an de homonymis quaeratur, h. l. omnino non respicitur; nec profecto, quum in justitiâ utrâque vinculum communis generis haud desit, nomen συνωνυμίας alienum fuisset. Sed etiam in minore differentiâ vox ὁμωνυμία, neglecto proprio usu, interdum occurrit velut 1194 b 6 τὸ δ' ἐν τούτοις (ἔν τε οἰκέταις πρὸς δεσπότην καὶ ἐν υἱοῖς πρὸς πατέρα) δίκαιον ὁμωνύμως ἂν δόξειε(ν) λέγεσθαι τῷ πολιτικῷ δικαίῳ.

29. ἡ διαφορὰ .. ἡ κατὰ τὴν ἰδέαν ea est quae oculis cernitur. Quamquam τὸ σύνεγγυς (vs 27) atque τὸ πόρρω (vs 28) haud necessario inde oritur utrum res sensibus percipi possint annon. De exemplo τῆς κλειδὸς quod sequitur cf. si vis 482 b 22 sq.

31. εἰλήφθω δὴ ὁ ἄδικος: ut id, quod latet potius in injustitiâ (vs 27), in hoc reperiatur; nulla enim dubitatio est quin etiam homo habitu quodam praeditus, quamvis ejus supra mentio non sit facta, sit inter illa ὑποκείμενα τῇ ἕξει vs 18. 19.

32. 33. K^b δοκεῖ δὲ ὅ τε παράνομος ἄδικος εἶναι καὶ ὁ πλεονέκτης [καὶ] ἄδικος, ὥστε δῆλον ὅτι καὶ δίκαιος ἔσται ὅ τε νόμιμος καὶ ὁ ἴσος. Duo sunt ab utrâque parte genera, ab alterâ (in justo viro) item nomina duo (νόμιμος et ἴσος); at ab alterâ (in viro injusto) quodam certe modo tria nomina; vocatur enim (cf. b 1) etiam ἄνισος, eâque voce recte eundem notari qui vulgo dicatur πλεονέκτης comprobatur b 10. Ita rem habere, utcunque de primâ sententiâ a 32 s. judicetur, ex reliquis apparet; nec minus certum, in illo triplici nomine viri injusti inesse aliquam difficultatem. Etenim si ab initio suppresso nomine τοῦ ἀνίσου duo tantum proposita fuerint, non tantum res primo expedita illatâ postea tertiâ voce impediatur necesse erit, sed quaeri etiam poterit, qui fiat ut illico ὁ ἴσος tanquam contrarius τῷ πλεονέκτῃ magis constet quam ὁ ἄνισος tanquam confinis eidem. Sin jam ab initio tria nomina injusto, a quo omnis argumentatio proficiscitur, fuerint indita, pro tenore hujus loci inde a vs 17 aut tentandum certe erat annon in viro justo item triplex genus discerni possit, aut unum inter nomina injusti e medio tollendum, priusquam res ad justum transferretur. Itaque quum ab hac parte cum plerisque libris editio Bekkeri stet, ab illâ lib. K^b: equidem optimo codici assentiar. Quae enim obstare dicebamus, leviora sunt, dummodo animadvertantur quae aut certa aut haud improbabilia videbuntur. Scilicet Aristoteli tanquam usu tritam vocem in injustitiâ maxime praeter παρανομίαν obversatam esse τὴν πλεονεξίαν; multo minus usitatam fuisse τὴν ἀνισότητα, sed ita quidem ut in rebus injustis τὸ ἄνισον magis receptum

ἄνισος], ὥστε δῆλον ὅτι καὶ ὁ δίκαιος ἔσται ὅ τε νόμιμος 1129a 33
καὶ ὁ ἴσος. τὸ μὲν δίκαιον ἄρα τὸ νόμιμον καὶ τὸ ἴσον, τὸ
δ' ἄδικον τὸ παράνομον καὶ τὸ ἄνισον. ἐπεὶ δὲ καὶ πλεο- 1129 b
νέκτης ὁ ἄδικος, περὶ τὰ ἀγαθὰ ἔσται, οὐ πάντα, ἀλλὰ περὶ
ὅσα εὐτυχία καὶ ἀτυχία, ἃ ἐστὶ μὲν ἁπλῶς ἀεὶ ἀγαθά,

---

31. καὶ ὁ ἴσος] K[b] καὶ ἴσος.
1. δ' ἄδικον] K[b] ἄδικον. ἐπεὶ δὲ καὶ] K[b]M[b]O[b] ἐπεὶ δέ. 2. ἔσται] om. K[b].
sequitur tum usus probabile reddit. Nam in loquendi genere ἔστι μὲν ταὐτό, τὸ δ' εἶναι ἕτερον vel persimilibus, quum magis sint usitata quam ut commode adnotatione aliquâ singula quaeque recenseri possint, voce ἔστι ad id spectari solet quod in rebus percipitur, infinitivo τὸ εἶναι ad notionem mente conceptam ut inde non ita multum absit τὸ τί ἦν εἶναι, prope accedat ὁ λόγος; cf. 202 a 20 (τὸ ἄναντες καὶ τὸ κάταντες) ἓν μὲν ἔστιν, ὁ μέντοι λόγος οὐχ εἷς, at in Metaph. quum idem locus iteratur 1066 a 33 „ἀλλὰ τὸ εἶναι οὐχ ἕν". Ceterum haec dum ajo, in usum eorum qui ipsi velint singula perscrutari, addendum videtur haud ubique sine tenebris rem esse. Etenim quum praecipue in iis quaestionibus illud loquendi genus occurrat, quibus de abditâ animi naturâ vel de mirâ concordiâ quasi inter sensûs interque res perceptas agitur, ab obscurâ re lucem ad difficilia verba redundaturam esse frustra exspectabis. Quomodo enim τὸ ὀρεκτικὸν et τὸ αἰσθητικὸν idem esse (ἀλλὰ τὸ εἶναι ἄλλο) dicitur 431 a 13 ab eo, qui plerumque paene in partes animam diremit? nisi forte idem dicantur esse in verissimâ rerum naturâ, ad quam cogitatio atque notio mente confecta velit quidem accedere nec tamen potest. Vel quo tandem sensu 425 b 26, 426 a 15 ἡ τοῦ αἰσθητοῦ ἐνέργεια et ἡ τοῦ αἰσθητικοῦ (seu τῆς αἰσθήσεως) ἐνέργεια eadem? Annon utrumque, et quod sunt istae ἐνέργειαι et quod τῷ εἶναι sunt, arguti ingenii artificium?

13. ἡ δὲ τοιάδε ἕξις (sc. ἄνευ τῆς πρὸς ἕτερον χρήσεως), ἁπλῶς ἀρετή. Fuit quidem qui sententiam postulare putaret ut interpungeretur ἡ δὲ τοιάδε ἕξις ἁπλῶς, ἀρετή. Sed vidimus, etiam ad virtutis ἕξιν aliquam ἐνέργειαν vel χρῆσιν accedere; neque a justitiâ ullo modo notio habitûs abesse potest. Itaque quum vera oppositionis ratio voce ἕξεως significetur potius quam describatur, non erat cur vis hujus nominis adjuncto adverbio ἁπλῶς quasi acueretur. Differunt ita ut virtutis habitus esse dicatur ubi nulla sit πρὸς ἕτερον χρῆσις; eamque ob causam virtus non tam ἕξις ἁπλῶς est quam ἁπλῶς ἀρετή sc. non consummata laude justitiae.

3) 1130 a 14 — b 29. a) Cap. 4. Aliam esse injustitiam, peculiare pravitatis genus, tribus argumentis monstratur. *Primum enim in reliquis quidem peccatis quae vitiis pridem tractatis nascuntur nullum est τὸ πλεονεκτεῖν; ubi vero est τὸ πλεονεκτεῖν, nulli illorum vitiorum locus est, sed uni injustitiae crimini* — a 24. *Deinde quando quid male est factum ita ut res ipsa quidem ab alio quodam vitio haud aliena sit, sed appareat eum qui peccaverit lucri faciundi causa egisse, cessantibus ceteris titulis culpae sola injustitia incusatur* — a 28. *Postremo: quodlibet peccatum ad proprium vitii nomen refertur praeter id quod lucrando fit* — a 32. *Unde sequitur esse injustitiam praeter illam quae tanquam genus cetera vitia amplectitur, arctioribus finibus circumscriptam, eâ re insignem quod a lucri cupiditate proficiscitur* — b 5.

In his qui recte expressam Aristotelis disputationem agnoverit, ipse observabit tertium illud σημεῖον vss a 28—32 propositum ad rem

μέρος. σημεῖον δ' ὅτι ἔστιν· κατὰ μὲν γὰρ τὰς ἄλλας μοχθηρίας ὁ ἐνεργῶν ἀδικεῖ μέν, πλεονεκτεῖ δ' οὐδέν, οἷον ὁ ῥίψας τὴν ἀσπίδα διὰ δειλίαν ἢ ὁ κακῶς εἰπὼν διὰ χαλεπότητα ἢ οὐ βοηθήσας χρήμασι δι' ἀνελευθερίαν· ὅταν δὲ πλεονεκτῇ, πολλάκις κατ' οὐδεμίαν τῶν τοιούτων, ἀλλὰ μὴν οὐδὲ κατὰ πάσας, κατὰ πονηρίαν δέ γε τινά (ψέγομεν γάρ) καὶ κατ' ἀδικίαν. ἔστιν ἄρα γε ἄλλη τις ἀδικία ὡς μέρος τῆς ὅλης, καὶ ἄδικόν τι ἐν μέρει τοῦ ὅλου ἀδίκου τοῦ παρα τὸν νόμον. ἔτι εἰ ὁ μὲν τοῦ κερδαίνειν ἕνεκα μοιχεύει καὶ προσλαμβάνων, ὁ δὲ προστιθεὶς καὶ ζημιούμενος δι' ἐπιθυμίαν, οὗτος μὲν ἀκόλαστος δόξειεν ἂν εἶναι μᾶλλον ἢ πλεονέκτης, ἐκεῖνος δ' ἄδικος, ἀκόλαστος δ' οὔ· δῆλον ἄρα ὅτι διὰ τὸ κερδαίνειν. ἔτι περὶ μὲν τἆλλα πάντα ἀδικήματα γίνεται 1130

17. ὁ ἐνεργῶν] Kᵇ ἐνεργῶν. 22. ἄρα γε] Kᵇ γάρ. 24. ἔτι] Kᵇ ὅτι. 26. Kᵇ μᾶλλον δόξει εἶναι ἤ.

nihil aliud afferre nisi quod jam primi argumenti alterâ parte a 19—22 (ὅταν δὲ πλεονεκτῇ .... κατ' ἀδικίαν) bene sit provisum. Quod enim illic, ut priora 1129 a 32 sq. suadebant, τὸ πλεονεκτεῖν appellatur, tertio autem (et secundo) argumento τὸ κερδαίνειν, sententiae differentiam haud efficit. Nec mirum, in tali re quodammodo bis idem dici. Solet enim Aristoteles ubi plura argumenta vel σημεῖα congerit quum tentare multiplices demonstrandi vias quasi, e quibus quae e re, e verbis, e syllogisticâ ratione magis placeant eligantur, tum in iis quae ultima adjicit minus diligens esse.

Difficilius hôc in capite aliud est, quod ad ipsam sententiam pertinet. Vim enim omnem argumentorum quae proferuntur in voce κατ' οὐδεμίαν τῶν τοιούτων, ἐπ' οὐδεμίαν μοχθηρίαν vs 20. 31 positam esse videmus. Quid vero? an nullum inter vitia ll. Γ. Δ tractata est quod ad lucrum faciundum spectet? Ne ἡ ἀνελευθερία quidem (illam potius dico quae ὑπερβάλλει τῷ λαμβάνειν, quam eam cujus mentio fit vs 19, ἐλλείπουσα τῷ δοῦναι)? Imo ipsum nomen τῆς αἰσχροκερδείας testatur, profecto illam esse τῶν κερδαινόντων. Nec dubitabit quisquam eum qui jam pro exemplo est τοῦ κερδαίνειν ἕνεκα μοιχεύοντα vs 24 quam maxime αἰσχροκερδῆ appellare. Qua in re verum quidem est, videri Aristotelem Δ 3 certam quandam differentiam statuere quum scriberet (οἱ αἰσχροκερδεῖς) ἕνεκα κέρδους καὶ τούτου μικροῦ ὀνείδη ὑπομένουσιν. τοὺς γὰρ τὰ μεγάλα μὴ ὅθεν δὲ δεῖ λαμβάνοντας μηδὲ ἃ δεῖ οὐ λέγομεν ἀνελευθέρους .... ἀλλὰ πονηροὺς μᾶλλον καὶ ἀσεβεῖς καὶ ἀδίκους 1122 a 2—7; nec tamen minus verum, etiamsi ad rem hoc forte cui sufficiat, nihilominus argumentandi rationem de qua agimus (E 4) ita vix excusari. Quamquam multum interest utrum talis negligentia ei acciderit qui primum viam sibi praeparaturus est, an ei qui iisdem argumentis de ipsâ re jam actum esse velit.

1130 a 29 ἡ ἐπαναφορὰ ἐπί τινα μοχθηρίαν ἀεί, οἷον εἰ ἐμοίχευσεν, ἐπ' ἀκολασίαν, εἰ ἐγκατέλιπε τὸν παραστάτην, ἐπὶ δειλίαν, εἰ ἐπάταξεν, ἐπ' ὀργήν· εἰ δ' ἐκέρδανεν, ἐπ' οὐδεμίαν μοχθηρίαν ἀλλ' ἢ ἐπ' ἀδικίαν. ὥστε φανερὸν ὅτι ἔστι τις ἀδικία παρὰ τὴν ὅλην ἄλλη ἐν μέρει συνώνυμος, ὅτι ὁ ὁρισμὸς ἐν τῷ αὐτῷ γένει· ἄμφω γὰρ ἐν τῷ πρὸς ἕτερον ἔχουσι τὴν δύναμιν, ἀλλ' ἡ μὲν περὶ τιμὴν ἢ χρήματα ἢ σωτηρίαν, ἢ εἴ τινι ἔχοιμεν ἑνὶ ὀνόματι περιλαβεῖν ταῦτα πάντα, καὶ δι' ἡδονὴν τὴν ἀπὸ τοῦ κέρδους, ἡ δὲ περὶ ἅπαντα περὶ ὅσα ὁ σπουδαῖος. E 4

1130 b

31. $K^b L^b N^b$ εἰ δ' ἐπάταξεν.
4. ἅπαντα] K^b πάντα.

33. συνώνυμος ὅτι ὁ ὁρισμὸς ἐν τῷ αὐτῷ γένει: v. ad 1129 a 27; qui locus quod ὁμωνυμίαν statuerat jam quasi corrigitur.

2—5. In principali hoc loco primum dicendum de oppositionis ratione, qua altera injustitia duabus rebus, τῷ περὶ ὃ (vs 2. 3) atque τῷ οὗ ἕνεκα (δι' ἡδονὴν τὴν ἀπὸ τοῦ κέρδους vs 4), altera uno τῷ περὶ ὃ descripta est. Inconcinnum hoc vocetur, nec tamen in Aristotele ita mirum, dummodo res ipsa doceat, quid velit illi ἡδονῇ ἀπὸ τοῦ κέρδους oppositum esse. Nec dubitabitur hac de re, dum probabile est κέρδος nil dici nisi quod proprie lucrum est; eodem igitur dici sensu quo est in illo αἰσχροκερδείας nomine quae cum vitiis affinibus cumque virtute oppositâ tota περὶ χρήματα est „ὧν ἡ ἀξία νομίσματι μετρεῖται" (1119 b 26). At obstat τὸ περὶ ὅ, quale vss 2. 3 circumscriptum est. Ita enim τὸ περὶ τιμήν, περὶ σωτηρίαν ad hominem injustum pertinere non posset, nisi quoad is quidem qui laesus est jacturam honoris, salutis faciat, at ipse homo improbus rem suam familiarem cui uni studeat auxerit. Attamen quum et contra rerum veritatem sit, ita segregare quae indidem nascuntur atque in iisdem hominibus iisdemque consiliis una sunt, et contra Aristotelis usum, qui quotiescunque τὸ περὶ ὃ describit ad id spectat quo motûs animi agentis feruntur: non poterit latere agnosci jam κέρδος etiam τιμῆς, σωτηρίας. Videndum igitur quomodo in alterâ injustitiâ tacite dicatur aut omnino nullum κέρδος appeti aut aliud praeter illa. Et ita quidem redit quaestio ad illam quam supra (ad 1129 b 3 extr.) attigimus, ut jam utrinque τὰ περὶ ἃ componenda sint quanam ratione differant. Nec tamen hac in re omnia expedita sunt. Quum enim generalis justitia vs 4 dicatur esse περὶ ἅπαντα περὶ ὅσα ὁ σπουδαῖος, scimus quidem virtutem universam plerumque referri ad πάθη καὶ πράξεις, in singulis autem modo affectuum modo actionum quoddam genus modo etiam bonorum vel rerum genus aliquod appellari in quo versentur; v. ad 1107 a 33. In istâ autem varietate hujus loci ratione (v. τὸ πρὸς ἕτερον vs 1 et verba opposita περὶ τιμὴν ἢ χρήματα ἢ σωτηρίαν vs 2) inducimur ut primum saltem quantum fieri potest vocem ἅπαντα vs 4 ad rerum bonorumque genera referamus. Quae enim inter cuncta

E 5 ὅτι μὲν οὖν εἰσὶ δικαιοσύναι πλείους, καὶ ὅτι ἐστί τις 1130b 6 καὶ ἑτέρα παρὰ τὴν ὅλην ἀρετήν, δῆλον· τίς δὲ καὶ ὁποία τις, ληπτέον. διώρισται δὴ τὸ ἄδικον τό τε παράνομον καὶ

6. εἰσὶ] K^b εἰσὶν αἱ. 8. K^bM^b διώρισται δέ.

illa neque ad τιμὴν neque ad χρήματα neque ad σωτηρίαν pertinebunt, generali justitiae relicta, τῇ ἐν μέρει abjudicata esse videantur. An praeterea quaerendum erit, num sint quaedam generalis justitiae partes vel quaedam ἀρεταὶ πρὸς ἕτερον, quae omnino per rerum vel bonorum genera περὶ ἃ sint nequeant describi? Sed vereor, ne sic sciscitemur quae ab Aristotele comperiri non possint. Sin contingat ut haec res bene sit gesta, denuo in oppositis vss 2. 3 haerebimus. Etenim qui certos generum fines et terminos scire voluerit, necessario inquiret quaenam sint illa ταῦτα πάντα vs 3, seu uno nomine seu pluribus designata. Ad illa igitur revocabitur de quibus jam egimus „περὶ ὅσα εὐτυχία καὶ ἀτυχία, ἃ ἐστὶ μὲν ἁπλῶς ἀεὶ ἀγαθά, τινὶ δ' οὐκ ἀεί" 1129 b 2 sq. Neque enim usquam diutius hac in re commoratus est. — Ergo haud pauca certe in his magis legentium judicio permissa quam ab ipso scriptore plene illustrata sunt. Qua in re non esset cur offenderemus, nisi disputatio de justitiâ, qualis quidem ad nos pervenit, nil fere abhinc de omni hac quaestione adderet: ut jam undique oporteat constare non tantum quid differant diversa justitiae genera, sed etiam quibusnam in rebus propria vis τῆς ἐν μέρει spectetur et quaenam ratio inter illam interque singulas reliquas virtutes, quatenus ad societatem hominum referuntur, intercedat.

b) 1130 b 6—29. Ad haec, quoniam certo ordine sententiarum se excipientium carent — id quod mox exemplis monstrabitur — satis sit praemittere, commune ea quae jam dicantur id habere ut quasi in limine inter utramque justitiam versentur. Nonnulla enim id agunt ut ad prius genus conversa disputationem absolvant (ἡ μὲν οὖν κατὰ τὴν ὅλην ἀρετὴν . . . ἀφείσθω b 18—20); alia ut esse alterum genus novâ demonstratione comprobent (ἐπεὶ δὲ τὸ ἄνισον b 10—16); alia ita loquuntur, tanquam absolutâ hac demonstratione et pridem relicto priore genere jam pergendum sit ad alterum genus (ὅτι μὲν οὖν εἰσὶ . . . ληπτέον b 6—8 atque ὥστε καὶ περὶ τῆς ἐν μέρει . . . ὡσαύτως b 16—18).

6. ὅτι μὲν οὖν εἰσὶ δικαιοσύναι πλείους. Ne haec quidem recte excipiunt praecedentia; nam quum universa cap. 4 argumentatio (σημεῖον δ' a 16) tum summa quae inde efficitur (ὥστε φανερὸν a 32 sq) ad unam injustitiam spectant. Unde facilis quidem aditus ad noscendum contrarium genus, nec tamen minus ad id transitu opus fierique illum notatu dignum erat. Certe vs 15 in eâdem re, ut solitum, ob id ipsum verba ὁμοίως δὲ καὶ ἡ δικαιοσύνη τῆς δικαιοσύνης adjecta sunt.

8. διώρισται δὴ τὸ ἄδικον κ. τ. λ. Particulâ hac δὴ oratio se applicat ad verba quae 1129 a 34. b 1 erant vel paene iterat illa. Nec quae hinc proficiscitur demonstratio (usque ad vs 16) aliis utitur ad rem propositam notionibus praeter τὸ παράνομον atque τὸ ἄνισον et contrarias. Quamvis enim facile erat, τὸ πλεονεκτεῖν τὸ κερδαίνειν τὸ

1130 b 9 *τὸ ἄνισον, τὸ δὲ δίκαιον τό τε νόμιμον καὶ τὸ ἴσον. κατὰ μὲν οὖν τὸ παράνομον ἡ πρότερον εἰρημένη ἀδικία ἐστίν. ἐπεὶ δὲ τὸ ἄνισον καὶ τὸ παράνομον οὐ ταὐτὸν ἀλλ' ἕτερον ὡς μέρος πρὸς ὅλον (τὸ μὲν γὰρ παράνομον οὐ πᾶν ἄνισον, τὸ δ' ἄνισον ἅπαν παράνομον), καὶ τὸ ἄδικον καὶ ἡ ἀδικία οὐ ταὐτὰ ἀλλ' ἕτερα ἐκείνων, τὰ μὲν ὡς μέρη τὰ δ' ὡς ὅλα· μέρος γὰρ αὕτη ἡ ἀδικία τῆς ὅλης ἀδικίας, ὁμοίως δὲ καὶ ἡ δικαιοσύνη τῆς δικαιοσύνης. [ὥστε καὶ περὶ τῆς ἐν μέρει δικαιοσύνης καὶ περὶ τῆς ἐν μέρει ἀδικίας λεκτέον, καὶ τοῦ δικαίου καὶ τοῦ ἀδίκου ὡσαύτως.] ἡ μὲν οὖν κατὰ τὴν ὅλην ἀρετὴν* E

10. *μὲν οὖν*] om. K^b. 11. *παράνομον*] K^b *παράνομον πλέον*; Bekk. c. cett. *πλέον*. 12. *πρὸς*] K^b *καὶ πρὸς*. 12. 13. (*τὸ μὲν γὰρ — παράνομον*)] e conj.; v. adnot. 16. [*ὥστε καὶ περὶ*] K^b *ὡς περὶ*. Seclusi haec — *ὡσαύτως* vs 18. 18. *καὶ τοῦ*] K^b *καί*.

κέρδος in quibus vim argumentationis in praecedenti cap. positam esse vidimus ad genus *τοῦ ἀνίσου* referre, jam ita agitur quasi ille *ἐκ σημείου συλλογισμὸς* (a 16) omnino non sit scriptus. Atque quae deinceps b 16 adjungitur sententia (*ὥστε καὶ περὶ τῆς ἐν μέρει δικαιοσύνης . . . λεκτέον . . . .*) hôc quidem loco post reliqua interposita, imprimis postquam bis dictum est *ζητοῦμεν δέ γε τὴν ἐν μέρει ἀρετῆς δικαιοσύνην* (a 14) et *τίς δὲ καὶ ὁποία τις ληπτέον* (b 7), ita est inanis ut ne excusari quidem possit.

11—13. *τὸ ἄνισον καὶ τὸ πλέον οὐ ταὐτὸν ἀλλ' ἕτερον . . . (τὸ μὲν γὰρ πλέον ἅπαν ἄνισον, τὸ δ' ἄνισον οὐ πᾶν πλέον*) Bekk. Mendosa haec esse undique apparet. Etenim quum et in eâ sententiâ quae praecedit b 10 et in ipsius hujus periodi conclusione b 13—16 id agatur ut diversa justitiae genera esse constet, *τὸ παράνομον τῷ ἀνίσῳ* opponatur et ita ratum sit oportet quod vs 8 praemittebatur. Eam enim rationem, quae inter *τὸ πλέον* et inter *τὸ ἄνισον* est, quemadmodum pridem 1129 b 6—11 monitum est, nonnisi ad unius alterius justitiae (*τῆς ἐν μέρει*) duplicem appellationem qua tum *πλεονεξία* tum *ἀνισότης* est spectare cognovimus. Itaque sano judicio jam Muretus, secutus vel vestigia ll. K^b vs 11, M^bO^b vs 12. 13 vel suum acumen, scripsit *τὸ ἄνισον καὶ τὸ παράνομον οὐ ταὐτὸν ἀλλ' ἕτερον . . . (τὸ μὲν γὰρ ἄνισον ἅπαν παράνομον, τὸ δὲ παράνομον οὐ πᾶν ἄνισον*); quamquam licebat a plerisque ll. minus longe recedere emendanti *τὸ μὲν γὰρ παράνομον οὐ πᾶν ἄνισον, τὸ δ' ἄνισον ἅπαν παράνομον*. Qua in re quum turbato omnino sententiarum ordine singula verba haud soleant integra servari, ne reprehendas correcturae audaciam; quod autem ita efficiatur *ὅτι τὸ ἄνισον ἅπαν παράνομον*, sententiam novam esse in qua commorari sane operae pretium esset, verum est, etiamsi inter istas difficultates forte dubitatio inde non fuerit nata.

18—29. Haec si eo ordine quo exstant legantur fidemque habeant continua ad unum finem spectare, ab eo scripta esse dicentur, cui prio-

E 5 τεταγμένη δικαιοσύνη καὶ ἀδικία, ἡ μὲν τῆς ὅλης ἀρετῆς 1130 b 19 οὖσα χρῆσις πρὸς ἄλλον, ἡ δὲ τῆς κακίας, ἀφείσθω. καὶ τὸ δίκαιον δὲ καὶ τὸ ἄδικον τὸ κατὰ ταύτας φανερὸν ὡς διοριστέον· σχεδὸν γὰρ τὰ πολλὰ τῶν νομίμων τὰ ἀπὸ τῆς ὅλης ἀρετῆς πραττόμενά ἐστιν· καθ' ἑκάστην γὰρ ἀρετὴν προστάττει ζῆν καὶ καθ' ἑκάστην μοχθηρίαν κωλύει ὁ νόμος. τὰ δὲ ποιητικὰ τῆς ὅλης ἀρετῆς ἐστὶ τῶν νομίμων ὅσα νενομοθέτηται περὶ παιδείαν τὴν πρὸς τὸ κοινόν. περὶ δὲ τῆς καθ' ἕκαστον παιδείας, καθ' ἣν ἁπλῶς ἀνὴρ ἀγαθός ἐστι,

---

23. πραττόμενα] K^b Vet. προσταττόμενα (margo O^b προταττόμενα); fuerit igitur vs 22 ὑπὸ pro ἀπὸ.

---

rem justitiam jam missam facturo videbatur το δίκαιον ejusdem generis breviter adumbrandum esse. Qua in re quod summum erat post cap. 2 vix eâ quae vss 22—24 efficitur descriptione egebat; etenim 1129 b 12—24 ad rem prorsus eadem legimus, ad rationem scribendi etiam pleniora atque (ut ita dicam) certiora, quoniam illic ipsa illa definitio justitiae tanquam perfectae virtutis, a qua nunc vs 18 sq. ad τὰ δίκαια vel νόμιμα proceditur, per earundem notionum repertam naturam efficiebatur. Itaque si quid erat cujus causa haec adjungenda viderentur, omnem harum sententiarum vim in alterâ parte (vs 25—29) spectari dicemus: scilicet ut oblatâ occasione peculiare quoddam τῶν νομίμων (et δικαίων) genus monstraretur, quo non tam ipsa virtutis officia imperantur quam ea quae ad imbuendos virtute animos necessaria sint. Et ita quidem res attingitur (ἡ παιδεία) quum ad universa Ethica gravissima tum a disputatione de justitiâ profecto haud aliena. Quid? quod etiam distinguendum esse additur inter duas παιδείας (τὴν πρὸς τὸ κοινόν, τὴν καθ' ἕκαστον). Et verum hoc et consentaneum Aristoteli (v. ad 1129 b 19—23); nec male verbis ὕστερον διοριστέον vs 28 ad ea ablegamur, quae ultimo Nic. cap. tentabuntur. At unum est propter quod sic quidem plura moveri videantur quam prosint. Quodsi enim ἡ νομίμη παιδεία civem tantum probum, nec bonum virum erudiat, probabile erit neque τὴν ὅλην ἀρετὴν ad quam alterum genus τῶν νομίμων (vs 22 s.) spectat revera plenam boni viri virtutem esse. Unde dubium fiet quod cap. 2 quidem constabat: an justitia sit τελεία ἀρετή, imo τελείας ἀρετῆς τελεία χρῆσις.

Jam vero in unam sententiam complexi quae ad singula hoc in capite (1130 b 6—29) adnotanda videbantur, dicemus vel istum transitum ab inventâ (cap. 3) alterâ justitiâ ad tractandam et explicandam eandem (inde a 1130 b 30) integrum non esse; vel quae 1130 b 6—29 leguntur profecto ita, hoc loco atque ordine scripta, non esse Aristotelis. Singula enim seu per se nullius ad rem sint momenti seu etiam memorabilia ob aliquam sententiae gravitatem haud quidem esse talia ut ullâ e parte possint vere ab Aristotele aliena vocari, sed disjecta quasi esse membra unde sanum orationis corpus nullo modo conficia-

πότερον τῆς πολιτικῆς ἐστὶν ἢ ἑτέρας, ὕστερον διοριστέον· οὐ E
γὰρ ἴσως ταὐτὸν ἀνδρί τε ἀγαθῷ εἶναι καὶ πολίτῃ παντί.
τῆς δὲ κατὰ μέρος δικαιοσύνης καὶ τοῦ κατ' αὐτὴν δικαίου
ἓν μέν ἐστιν εἶδος τὸ ἐν ταῖς διανομαῖς τιμῆς ἢ χρημάτων
ἢ τῶν ἄλλων ὅσα μεριστὰ τοῖς κοινωνοῦσι τῆς πολιτείας (ἐν
τούτοις γὰρ ἔστι καὶ ἄνισον ἔχειν καὶ ἴσον ἕτερον ἑτέρου), ἓν

30. κατ' αὐτὴν] K[b] κατὰ ταύτην. 33. ἑτέρου] fort. ἑτέρῳ.

tur. Haec satis certa; quod ultra est, anceps. Conjicias fuisse duas hac de re disputationes, quarum altera paene tota ad nos pervenerit, altera ita perierit ut hic illic fragmenta quaedam ejus idoneo loco inserta atque ita servata sint. Nec tamen pro hujus quidem capitis ratione minus probabile videatur, ipsum scriptorem nonnullas libri sui partes plus semel tentasse; inchoata quaedam aut displicuisse ipsi aut exarata saltem non esse; quibus, quum deleta non essent, aliorum manu in aliquem ordinem adaptatis jam impediri potius reliquam disputationem quam adjuvari.

4) 1130 b 30 — 1133 b 28. Accedentes ad principalem hanc disputationem, qua altera justitia (ἡ κατὰ μέρος), relata ad diversa rerum agendarum genera, pertractatur, memores eorum quae modo demonstrata sunt esse decebit. Quodsi enim in transitu ad illam 1130 b 6 — 29 pleraque male disposita fragmentisque referta sunt, probabile erit, neque illum sermonem, ad quem transitus parabatur, praesertim in ipsâ juncturâ, integrum esse. Et deest profecto τῆς κατὰ μέρος δικαιοσύνης, ad cujus εἴδη illico 1130 b 30 sq. properatur, omnis definitio (v. etiam ad 1130 b 6) qua τῇ καθόλου plus semel definitae (cap. 3; 1130 b 19. 20) aeque opponatur. Imo corruptelae quam dicimus ne haec quidem ultima sunt vestigia. Etenim Aristotelem, postquam diversa rei genera distinxerit, ita vel voluisse vel potuisse ad primum eorundem generum explicandum pergere ut 1131 a 9 ad τὸ διανεμητικὸν pergitur (v. infra) confidenter negabimus. Verum enimvero ita dum agnoscuntur quae cernuntur oculis, nihilominus cavebimus, ne ob id universae disputationi quo ordine atque qua ratione in libris nobis tradita est fidem nullam tanquam vere Aristotelicae habeamus. Longe enim aliud est certis argumentis e verbis quae scripta legimus effecisse hic illic scriptoris vocem vel non plenam ad nos pervenisse vel intermistâ aliâ turbatam, aliud ipsos excogitare quonam modo disposita summa sententiarum maxime placeat, atque quae ita videantur quoniam librum quem habemus labibus quibusdam inquinatum repererimus ei libro quem fingamus Aristotelicum donare.

Quae igitur in Nic. de hac justitiâ tradita sunt, quatuor deinceps partibus absolvitur; ut discernantur εἴδη quaedam 1130 b 30 — 1131 a 9, succedant τὸ διανεμητικὸν — 1131 b 24, τὸ διορθωτικὸν — 1132 b 20; ἀντιπεπονθὸς quoddam — 1133 b 28.

4 a) 1130 b 30—1131 a 9.

30—33: circumscribitur primum εἶδος τοῦ δικαίου τοῦ κατὰ τὴν

E 5 δὲ τὸ ἐν τοῖς συναλλάγμασι διορθωτικόν. τούτου δὲ μέρη 1131 a 1
δύο· τῶν γὰρ συναλλαγμάτων τὰ μὲν ἑκούσιά ἐστι τὰ δὲ

---

2. $K^b M^b L^b$ pr. τῶν γὰρ ἀδικημάτων.

κατὰ μέρος δικαιοσύνην. In his quoniam de Aristotelis potius doctrinâ quam de rei veritate qualem quis suâ mente conceperit agitur, hinc proficiscamur. Scimus (v. ad 1130 b 2—5) quid omnino sit τὸ περί τι justitiae particularis; quod si componatur cum iis rebus quae jam vs 31. 32 τοῦ ἑνὸς εἴδους esse dicuntur (τιμῆς ἢ χρημάτων ἢ τῶν ἄλλων ὅσα —), elucet scriptorem in his differentiam τῶν εἰδῶν non posuisse. Ergo quod proprium quaeritur inde aptum est quod prior species in distribuendis iisdem rebus versatur in quibus altera species aliter occupata est. Distributionem vero bonorum eam dicit Aristoteles quae in republicâ est; ad rem enim publicam ipsorum bonorum notionem refert (ὅσα μεριστὰ τοῖς κοινωνοῦσι τῆς πολιτείας vs 32), ad eandem 1131 a 26 sq. τὴν ἀξίαν in qua propria hujus εἴδους natura spectatur, atque dum in primo cap. 7 absolutam jam ejus imaginem alteri generi opponit, sola commemorat quae publici juris sunt (τὸ διανεμητικὸν δίκαιον τῶν κοινῶν 1131 b 27). Itaque quae sine dubio etiam inter privatos distributio accidit, eam aut mentione vix dignam esse aut forte passim (cf. ἀεὶ 1131 b 28) sub aliâ lege esse putavit. — Quid igitur si jubeamur longe ultra haec procedere? Verum enim est, et rem suadere neque ab Aristotelis reliquâ disputatione (imprimis ll. περὶ φιλίας) alienum esse ut ea lex qua τὸ διανεμητικὸν pro dignitate quadam hominum res impertit ad omnem fere hominum consuetudinem inter se referatur, in qua plerumque ne est quidem quod διανέμεται, sed alter alteri ἀπονέμει ἃ δεῖ. Num igitur philosophus dicendus jam haec omnia cogitatione complexus esse? At non solum nomen ipsum τοῦ διανεμητικοῦ, sed universa obloquitur disputationis ratio. Ea enim quae modo diximus multo latius patent quam totum genus particularis justitiae. Annon universus virtutis usus πρὸς ἕτερον i. e. ἡ καθόλου δικαιοσύνη id agit ut honorem, res, omnis generis officia κατ' ἀξίαν cuique tribuamus? Quibus in rebus ut plerumque nullum κέρδος propositum est (nisi forte omne peccatum omnisque κακία in alios πλεονεξίᾳ τινὶ debetur): ita nec particulari justitiae seu universae seu εἴδει τινὶ ullus est locus. Ergo qui istum in modum Aristotelicam notionem τοῦ διανεμητικοῦ, E 5. 6 explicatam, enucleare sibi videntur, reputent an velint, dum εἶδος ἓν quasi exornent, reum facere eundem Aristotelem quod τὰ γένη, in quibus discernendis adhuc E 1—5 operam omnem impendit, male distinxerit.

1—9: alterum εἶδος, τὸ διορθωτικόν, ita describitur ut diversa genera τῶν συναλλαγμάτων, in quibus omne versatur, proponantur. Sunt enim τὰ συναλλάγματα τὸ ἐν ᾧ, ipsorum vero συναλλαγμάτων idem τὸ περί τι quod in priore genere: τιμή, χρήματα, τὰ ἁπλῶς ἀγαθά. — Appellantur autem συναλλάγματα h. l. omnia unde obligatio, quam JJ.CC. dicunt, fit: et contractuum genera (ἑκούσια συναλλ.) et delictorum (ἀκούσια συναλλ.); ut nomen jam sit usu diverso ab illo quem Labeo testatur definiens contractum „ultro citroque obligationem

1131 a 3 ἀκούσια, ἑκούσια μὲν τὰ τοιάδε οἷον πρᾶσις ὠνὴ δανεισμὸς ἐγγύη χρῆσις παρακαταθήκη μίσθωσις· ἑκούσια δὲ λέγεται, ὅτι ἡ ἀρχὴ τῶν συναλλαγμάτων τούτων ἑκούσιος. τῶν δ' ἀκουσίων τὰ μὲν λαθραῖα, οἷον κλοπὴ μοιχεία φαρμακεία προαγωγεία δουλαπατία δολοφονία ψευδομαρτυρία, τὰ δὲ βίαια, οἷον αἰκία δεσμὸς θάνατος ἁρπαγὴ E

7. $K^b L^b$ προαγωγία K^b δολαπατία.

quod Graeci συνάλλαγμα vocant" (Ulpian. in fr. 19 Dig. de verborum signific. L 16). Sed contractûs nomine dixeris illum ita usum esse ut fere ad τὸ συνάλλαγμα quod Aristoteles dicit accedat qui C. J. tit. D d. re jud. 42, 1 L 52 scripsit „quoniam ex male contractu et delicto oritur." — Quaecunque igitur συναλλάγματα sunt seu volentium seu nolentium, ad ea omnia hoc εἶδος δικαίου aeque refertur (v. 1131 b 25 τὸ διορθωτικὸν ὃ γίνεται ἐν τοῖς συναλλάγμασι καὶ τοῖς ἑκουσίοις καὶ τοῖς ἀκουσίοις), bipartitum quidem pro illo generum discrimine, sed eandem ut videtur in utroque genere rationem sequens (δύο μέρη vs 1, nec εἴδη δύο). Atque agitur ubique una res ut διόρθωσις (vel etiam ἐπανόρθωσις 1132 a 18) fiat. Qua voce quid in altero genere τῶν συναλλαγμάτων dicatur per se constat. Nam ἐν τοῖς ἀκουσίοις b 6—9 omnibus sive per vim aguntur sive fraude nil justi vel recti inesse potest nisi ut perpetrato facinore accedat qui vindicet corrigatque male facta: id quod judicis esse apparet. At in altero genere ambigitur. Fuerunt enim qui ἐν τοῖς ἑκουσίοις putarent ipsorum τῶν συναλλαττόντων hanc justitiam esse, ut nisi forte inter eos male disceptatio orta fuerit (ὅταν ἀμφισβητῶσιν 1132 a 19) de re judiciariâ haud sit cogitandum. Scilicet ita quidem Aristoteles, quoad prior pars τῶν συναλλαγμάτων spectatur, temere τὸ ἐν τοῖς τοιούτοις διορθωτικὸν (ne dicam ἐπανορθωτικὸν) δίκαιον appellasset quod revera simpliciter erat τὸ ἐν τοῖς ἑκουσίοις συναλλάγμασι δίκαιον. Imo erit in utroque genere idem. Quemadmodum enim non est τοῦ διορθωτικοῦ δικαίου ut emetiatur quomodo irascendum sit vel cum aliorum uxoribus agendum, sed factâ injuriâ aut delato crimine quantum fieri potest curat ne αἰκίσας τις vel μοιχεύσας minus doleat quam quem ipse laesit: ita nec quomodo emendum vendendum conducendum sit proponit, sed in commercio si quis queratur quod ab altero fraudatus sit videt ut suum quisque habeat. Cui uni rei dum ὁ διορθῶν eandem semper legem secutus dat operam, non potest non ad illa δίκαια regredi quae singulorum συναλλαγμάτων pro eorum naturâ propria sunt. Etenim haec nisi perspexerit, et ipsa varia et diversa a lege τῆς διορθώσεως, quid sit lucrum contra fas atque quantum factum sit, in obscuro erit. Sed invento illo unâ in omnibus rebus corrigendi et exaequandi ratione utitur ut τὸ μέσον fiat κατὰ τὴν ἀριθμητικὴν ἀναλογίαν. An haec ἐν τοῖς ἀκουσίοις συναλλάγμασι solis vera sunt? At quae ἐν ταῖς ἀλλακτικαῖς κοινωνίαις (1132 b 31) aguntur, quam maxime ni fallor τῶν ἑκουσίων sunt; quod vero in iisdem justum est, ad τὸ ἀντιπεπονθός refertur, diversum sane nomen a nomine τοῦ διορθωτι-

E 6 πήρωσις κακηγορία προπηλακισμός.* *ἐπεὶ δ' ὅ τ' ἄδικος ἄνισος καὶ τὸ ἄδικον ἄνισον, δῆλον ὅτι καὶ μέσον τί ἐστι τοῦ ἀνίσου. τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ ἴσον· ἐν ὁποίᾳ γὰρ πράξει ἐστὶ τὸ πλέον καὶ τὸ ἔλαττον, ἔστι καὶ τὸ ἴσον. εἰ οὖν τὸ ἄδικον ἄνισον, τὸ δίκαιον ἴσον· ὅπερ καὶ ἄνευ λόγου δοκεῖ πᾶσιν. ἐπεὶ δὲ τὸ ἴσον μέσον, τὸ δίκαιον μέσον τι ἂν εἴη. ἔστι δὲ

14. τι ἂν] K^b ἄν τι (O^b τι).

κοῦ. Nec profecto mercantes inter se id juris propositum habent ne alteruter lucretur, sed δίκαιον illis est ut utriusque commodo serviatur. Sin injuria qua facta esse videatur, coram judice διόρθωσιν petunt, nimirum injuriae, non pretii quod inter se merci statuerant.

Haec de naturâ τοῦ διανεμητικοῦ atque τοῦ διορθωτικοῦ jam ab initio pluribus, quamvis breviter, praemittenda videbantur, ne si deinceps ex improviso pro disputationis quae sequitur ratione in istas quaestiones incidissemus longi esse cogeremur.

4 b) 1131 a 9—b 24. τὸ διανεμητικὸν (τὸ ἐν ταῖς διανομαῖς) δίκαιον.

9. ἐπεὶ δ' ὅ τ' ἄδικος ἄνισος καὶ τὸ ἄδικον ἄνισον, ... (— vs 13 δοκεῖ πᾶσιν) Prorsus eodem modo haec de particulari justitiâ agere incipiunt quo 1129 b 11 verbis ἐπεὶ δ' ὁ παράνομος ἄδικος ἦν, ὁ δὲ νόμιμος δίκαιος .... de generali agi coeptum est. Atqui regressus scriptor ad ea quibus primum 1129 a 32 sq. duplex justitiae natura ostendebatur, ita ut etiam nunc ab injusto ordiatur nec fieri inde conclusionem ad noscendum justum silentio praetermittat (εἰ οὖν τὸ ἄδικον ἄνισον, τὸ δίκαιον ἴσον vs 12. 13; cf. 1129 a 33), iis omnino utitur notionibus τοῦ ἴσου, τοῦ μέσου, τοῦ δικαίου et opp. quae cuncta ad totum genus particularis justitiae pertinent. Istâque viâ proficiscentes quasi necopinantes ad alterum ejus εἶδος, τὸ ἐν ταῖς διανομαῖς vs 25, perducimur quasi hoc unum sit. Quam disputandi rationem inter eos quorum attentio modo 1130 b 30—1131 a 9 ad duo εἴδη ejusdem generis discernenda evocata est neque Aristotelicam neque omnino sanam esse quis non videt? Neque enim poterat ita agi nisi aut ante monitum erat quo pergeretur, aut de partitione generis nondum erat provisum. — Sin hasce ob causas prima haec cap. 6 verba, hoc quidem loco posita, haud integra tradita esse censeantur, altera subnascetur suspicio annon etiam quae antecedunt in extremâ parte mutilata sint; ut conjiciatur primitus ab eo qui illam divisionem exposuit quaedam addita fuisse, ne omnes certe quae de summâ re ad 1130 b 30 sq. et ad 1131 a 1 movendae erant quaestiones judicio legentium permitterentur.

14. ἐπεὶ δὲ τὸ ἴσον μέσον, τὸ δίκαιον μέσον τι ἂν εἴη. Advocata jam vs 10 notio τοῦ μέσου, unde nil efficitur nisi justum inter minus quoddam et plus vel inter parum atque nimium locum medium tenere (καὶ ᾗ μὲν μέσον, τινῶν· ταῦτα δ' ἐστὶ πλεῖον καὶ ἔλαττον vs 16 s.), quamquam ad id quod comprobandum est haud necessaria est, cur ab Aristotele non sit neglecta vel e cap. 9 facile intelligitur. Ipsa vero

ὅλως ἀριθμοῦ· ἡ γὰρ ἀναλογία ἰσότης ἐστὶ λόγων, καὶ ἐν τέτταρσιν ἐλαχίστοις. ἡ μὲν οὖν διῃρημένη ὅτι ἐν τέτταρσι, δῆλον. ἀλλὰ καὶ ἡ συνεχής· τῷ γὰρ ἑνὶ ὡς δυσὶ χρῆ-
31 b ται καὶ δὶς λέγει· οἷον ὡς ἡ τοῦ α πρὸς τὴν τοῦ β, οὕτω καὶ ἡ τοῦ β πρὸς τὴν τοῦ γ. δὶς οὖν ἡ τοῦ β εἴρηται· ὥστ' ἐὰν ἡ τοῦ β τεθῇ δίς, τέτταρα ἔσται τὰ ἀνάλογα. ἔστι δὲ καὶ τὸ δίκαιον ἐν τέτταρσιν ἐλαχίστοις, καὶ ὁ λόγος ὁ αὐτός· διῄρηνται γὰρ ὁμοίως, οἷς τε καὶ ἅ. ἔσται ἄρα ὡς ὁ α ὅρος πρὸς τὸν β, οὕτως ὁ γ πρὸς τὸν δ, καὶ ἐναλλὰξ ἄρα, ὡς ὁ α πρὸς τὸν γ, ὁ β πρὸς τὸν δ. ὥστε καὶ τὸ ὅλον πρὸς τὸ ὅλον· ὅπερ ἡ νομὴ συνδυάζει· κἂν οὕτω συντεθῇ, δικαίως συνδυάζει. ἡ ἄρα τοῦ α ὅρου τῷ γ καὶ ἡ τοῦ β τῷ δ σύζευξις τὸ ἐν διανομῇ δίκαιόν ἐστι, καὶ μέσον τὸ δίκαιον τοῦτ' ἐστὶ τοῦ παρὰ τὸ ἀνάλογον· τὸ γὰρ ἀνάλογον μέσον, τὸ δὲ δίκαιον ἀνάλογον. καλοῦσι δὲ τὴν τοιαύτην ἀναλογίαν

31. λόγων] $K^b O^b$ λόγου.
1. 2. pro α — β — γ K^b πρώτου — δευτέρου — τρίτου et perinde vs 6. 7 et 9. 2. 3. K^b ἐὰν τὸ δεύτερον δὶς τεθῇ. 5. $K^b M^b O^b$ διῄ-ρηται. ἔσται] om. K^b. 11. $K^b L^b$ τὸ παρὰ τὸ.

haud infitias iturus erat quum morem Pythagoreorum, qui longe ali[illegible] modo numeris οὐ μοναδικοῖς ipsarum rerum naturam exprimere si[illegible] videbantur, consensu omnium improbaret in Metaph. 1080 b 30 μοναδ[illegible] κοὺς δὲ τοὺς ἀριθμοὺς εἶναι πάντες τιθέασι πλὴν τῶν Πυθαγορεί[illegible] ὅσοι τὸ ἓν στοιχεῖον καὶ ἀρχήν φασιν εἶναι τῶν ὄντων· ἐκεῖνοι [illegible] ἔχοντα [an ἔχοντας?] μέγεθος, καθάπερ εἴρηται πρότερον sc. ib. 16—[illegible]

5. ἔσται ἄρα ὡς ὁ α ὅρος πρὸς τὸν β . . . (—b 12). Proportio[illegible] ratio quae ἐν τῷ διανεμητικῷ spectatur exponitur, cognita illa (ἄ[illegible] minus ex naturâ τῆς ἀναλογίας (sunt enim diversae), quam ex illis q[illegible] jam jam de ipsâ re audivimus a 18—22.

7. ὥστε καὶ τὸ ὅλον πρὸς τὸ ὅλον. Ut et res et vocabula (τὸ ὅλ[illegible] συνδυάζειν, συντιθέναι, σύζευξις vs 8. 9) docent, numeros α et β [illegible] hominum sunt numeris γ et δ quibus rerum portiones significan[illegible] quasi additione augeri vult Aristoteles: $\frac{a}{b} = \frac{c}{d} = \frac{a+c}{b+d}$ ut om[illegible] undique concinant.

12. καλοῦσι δὲ τὴν τοιαύτην ἀναλογίαν γεωμετρικὴν οἱ μαθημα[illegible] κοί. Euclides quidem, matheseos quasi parens, hac de re ita egit ut exorsus a definitionibus universe dicat primum V 3 λόγος ἐστὶ δύο μεγεθῶν ὁμογενῶν ἡ κατὰ πηλικότητα πρὸς ἄλληλα ποιὰ σχέσις, deinde V 6: τὰ δὲ τὸν αὐτὸν ἔχοντα λόγον μεγέθη ἀνάλογον καλείσθω, V 8: ἀναλογία δέ ἐστιν ἡ τῶν λόγων ταυτότης (al. ὁμοιότης; fuit qui mallet scribi ἰσότης, ut 1131 a 31 Aristoteli videbatur); V 9: ἀναλογία δ' ἐν τρισὶν ὅροις ἐλαχίστη (al. ἐλαχίστοις; cf. ad 1131 a 14) ἐστίν. Hir profectus idem nil in varietate rationum atque analogiarum demo

E 7 γεωμετρικὴν οἱ μαθηματικοί· ἐν γὰρ τῇ γεωμετρικῇ συμβαίνει καὶ τὸ ὅλον πρὸς τὸ ὅλον ὅπερ ἑκάτερον πρὸς ἑκάτερον. ἔστι δ' οὐ συνεχὴς αὕτη ἡ ἀναλογία· οὐ γὰρ γίνεται εἷς ἀριθμῷ ὅρος, ᾧ καὶ ὅ. τὸ μὲν οὖν δίκαιον τοῦτο τὸ ἀνάλογον· τὸ δ' ἄδικον τὸ παρὰ τὸ ἀνάλογον. γίνεται ἄρα τὸ μὲν πλέον τὸ δὲ ἔλαττον. ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων συμβαίνει· ὁ μὲν γὰρ ἀδικῶν πλέον ἔχει, ὁ δ' ἀδικούμενος

15. αὕτη] K[b] αὐτή. 16. ᾧ] om. K[b] pr.

strandâ commoratus unum id genus persequitur in quo ratio vel divisione vel multiplicatione exprimitur. Atqui hanc ipsam causam fuisse viri harum rerum periti autumant unde factum sit ut ista appellatio, usque ad nostra tempora usu recepta, placeret, quum posteriores illi generi quod solum ab Euclide geometrico tractatum esset quasi in honorem praeceptoris nomen *γεωμετρικῶν λόγων καὶ ἀναλογιῶν* indiderint, quamquam bene scirent, neque hoc genus neque aliud quod cogitari possit unius partis mathematicorum magis proprium esse quam reliquarum.

13. *ἐν γὰρ τῇ γεωμετρικῇ συμβαίνει καὶ τὸ ὅλον πρὸς τὸ ὅλον κ. τ. λ.* Haec ab eo addita fere qui ad id respiceret quod ultimum (b 7 s.) de analogiâ *τοῦ ἐν διανομῇ δικαίου* dictum erat. Nam revera hoc quidem (*ὅτι τὸ ὅλον πρὸς τὸ ὅλον κ. τ. λ.*) ne mathematicâ ratione id est unde haec generis species apta est, neque ethicâ ratione id quod in distribuendo valeat, alienum sit ab alterô justitiae genere (*τοῦ διορθωτικοῦ*). Ut enim illic sint quae jam *ὅλα* vocari possint (v. ad b 7), sunt etiam hic; si vero sunt, profecto non esset justitia, nisi ad id genus paritatis redigerentur ad quod omnino pro cujusque rei naturâ spectari potest.

15. 16. *ἔστι δ' οὐ συνεχὴς αὕτη ἡ ἀναλογία*: sero hoc, de quo ut dubitetur omnino ipsa res (v. a 19) non permittit, in gratiam sententiae prioris a 32—b 3 adjungitur.

16 sq. *τὸ μὲν οὖν δίκαιον τοῦτο τὸ ἀνάλογον.* Probabile, jam ut in extremâ disputatione iterari et quasi colligi quae effecta sunt; sed observandum paene neglectum in his esse quod hujus generis (*τὸ δίκαιον τοῦτο* b 16; *τὸ ἓν εἶδος* b 23) proprium est. Neque enim *τὸ ἀνάλογον* solum in reliquis quoque generibus valet (v. 1132 a 1. 2; ib. b 32. 33), sed item commune omnibus ut duorum alteri plus, alteri minus contigerit (b 17—20) ubicunque justitia laesa fuerit; id quod pridem receptâ cap. 2 appellatione *τοῦ πλεονέκτου* agnitum est. Qua in re quum ibidem 1129 b 8 adjiceretur *ὅτι δοκεῖ καὶ τὸ μεῖον κακὸν ἀγαθόν πως εἶναι*, etiam ea sententia quae jam tertia et ultima 1131 b 20—23 exponitur universe ad particularem justitiam partesque ejus quotquot sunt spectare dicta est. Ergo difficultas illa, quâ prima verba pertinentia ad *τὸ διανεμητικὸν* premi vidimus (v. ad 1131 a 9), eadem quodammodo in extremis verbis h. c. redit: annon ita iterum de hac notione agitur quasi nesciamus (v. 1130 b 30 sqq.) esse praeter eam alias ejusdem generis species?

1131 a 31 ὅλως ἀριθμοῦ· ἡ γὰρ ἀναλογία ἰσότης ἐστὶ λόγων, καὶ ἐν E 6
τέτταρσιν ἐλαχίστοις. ἡ μὲν οὖν διῃρημένη ὅτι ἐν τέτταρσι, δῆλον. ἀλλὰ καὶ ἡ συνεχής· τῷ γὰρ ἑνὶ ὡς δυσὶ χρῆ-
1131 b ται καὶ δὶς λέγει· οἷον ὡς ἡ τοῦ α πρὸς τὴν τοῦ β, οὕτω καὶ ἡ τοῦ β πρὸς τὴν τοῦ γ. δὶς οὖν ἡ τοῦ β εἴρηται· ὥστ' ἐὰν ἡ τοῦ β τεθῇ δίς, τέτταρα ἔσται τὰ ἀνάλογα. ἔστι δὲ καὶ τὸ δίκαιον ἐν τέτταρσιν ἐλαχίστοις, καὶ ὁ λόγος ὁ αὐτός· διῄρηνται γὰρ ὁμοίως, οἷς τε καὶ ἅ. ἔσται ἄρα ὡς ὁ α ὅρος πρὸς τὸν β, οὕτως ὁ γ πρὸς τὸν δ, καὶ ἐναλλὰξ ἄρα, ὡς ὁ α πρὸς τὸν γ, ὁ β πρὸς τὸν δ. ὥστε καὶ τὸ ὅλον πρὸς τὸ ὅλον· ὅπερ ἡ νομὴ συνδυάζει· κἂν οὕτω συντεθῇ, δικαίως συνδυάζει. ἡ ἄρα τοῦ α ὅρου τῷ γ καὶ ἡ τοῦ β τῷ δ σύζευξις τὸ ἐν διανομῇ δίκαιόν ἐστι, καὶ μέσον τὸ δίκαιον τοῦτ' ἐστὶ τοῦ παρὰ τὸ ἀνάλογον· τὸ γὰρ ἀνάλογον μέσον, τὸ δὲ δίκαιον ἀνάλογον. καλοῦσι δὲ τὴν τοιαύτην ἀναλογίαν

31. λόγων] $K^b O^b$ λόγου.
1. 2. pro α — β — γ K^b πρώτου — δευτέρου — τρίτου et perinde vs. 6. 7 et 9. 2. 3. K^b ἐὰν τὸ δεύτερον δὶς τεθῇ. 5. $K^b M^b O^b$ δι[ῄ]ρηται. ἔσται] om. K^b. 11. $K^b L^b$ τὸ παρὰ τὸ.

haud infitias iturus erat quum morem Pythagoreorum, qui longe [...] modo numeris οὐ μοναδικοῖς ipsarum rerum naturam exprimere [...] videbantur, consensu omnium improbaret in Metaph. 1080 b 30 μονα[δι]κοὺς δὲ τοὺς ἀριθμοὺς εἶναι πάντες τιθέασι πλὴν τῶν Πυθαγορ[είων] ὅσοι τὸ ἓν στοιχεῖον καὶ ἀρχήν φασιν εἶναι τῶν ὄντων· ἐκεῖνοι [...] ἔχοντα [an ἔχοντας?] μέγεθος, καθάπερ εἴρηται πρότερον sc. ib. 16— [...]

5. ἔσται ἄρα ὡς ὁ α ὅρος πρὸς τὸν β . . . (—b 12). Proportio[n]is ratio quae ἐν τῷ διανεμητικῷ spectatur exponitur, cognita illa (ἄ[...]) minus ex naturâ τῆς ἀναλογίας (sunt enim diversae), quam ex illis qu[ae] jam jam de ipsâ re audivimus a 18—22.

7. ὥστε καὶ τὸ ὅλον πρὸς τὸ ὅλον. Ut et res et vocabula (τὸ ὅλον, συνδυάζειν, συντιθέναι, σύζευξις vs 8. 9) docent, numeros α et β qui hominum sunt numeris γ et δ quibus rerum portiones significantur quasi additione augeri vult Aristoteles: $\frac{a}{b} = \frac{c}{d} = \frac{a+c}{b+d}$ ut om[nia] undique concinant.

12. καλοῦσι δὲ τὴν τοιαύτην ἀναλογίαν γεωμετρικὴν οἱ μαθηματικοί. Euclides quidem, matheseos quasi parens, hac de re ita egit [ut] exorsus a definitionibus universe dicat primum V 3 λόγος ἐστὶ δύο μεγεθῶν ὁμογενῶν ἡ κατὰ πηλικότητα πρὸς ἄλληλα ποιὰ σχέσις, deinde V 6: τὰ δὲ τὸν αὐτὸν ἔχοντα λόγον μεγέθη ἀνάλογον καλείσθω, V 8: ἀναλογία δέ ἐστιν ἡ τῶν λόγων ταὐτότης (al. ὁμοιότης; fuit qui mallet scribi ἰσότης, ut 1131 a 31 Aristoteli videbatur); V 9: ἀναλογία δὲ ἐν τρισὶν ὅροις ἐλαχίστη (al. ἐλαχίστοις; cf. ad 1131 a 14) ἐστίν. Hinc profectus idem nil in varietate rationum atque analogiarum demon-

:τρικὴν οἱ μαθηματικοί· ἐν γὰρ τῇ γεωμετρικῇ συμ- 1131 b 13 ι καὶ τὸ ὅλον πρὸς τὸ ὅλον ὅπερ ἑκάτερον πρὸς ἑκά- . ἔστι δ' οὐ συνεχὴς αὕτη ἡ ἀναλογία· οὐ γὰρ γίνεται ιθμῷ ὅρος, ᾧ καὶ ὅ. τὸ μὲν οὖν δίκαιον τοῦτο τὸ ἀνά- ·· τὸ δ' ἄδικον τὸ παρὰ τὸ ἀνάλογον. γίνεται ἄρα τὸ τλέον τὸ δὲ ἔλαττον. ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων συμ- ι· ὁ μὲν γὰρ ἀδικῶν πλέον ἔχει, ὁ δ' ἀδικούμενος

τη] K^b^ αὐτή. 16. ᾧ] om. K^b^ pr.

ἀ commoratus unum id genus persequitur in quo ratio vel divi- vel multiplicatione exprimitur. Atqui hanc ipsam causam fuisse ırum rerum periti autumant unde factum sit ut ista appellatio, ad nostra tempora usu recepta, placeret, quum posteriores illi quod solum ab Euclide geometrico tractatum esset quasi in ım praeceptoris nomen γεωμετρικῶν λόγων καὶ ἀναλογιῶν indi- , quamquam bene scirent, neque hoc genus neque aliud quod :i possit unius partis mathematicorum magis proprium esse quam ırum.

:. ἐν γὰρ τῇ γεωμετρικῇ συμβαίνει καὶ τὸ ὅλον πρὸς τὸ ὅλον . Haec ab eo addita fere qui ad id respiceret quod ultimum) de analogiâ τοῦ ἐν διανομῇ δικαίου dictum erat. Nam revera ıidem (ὅτι τὸ ὅλον πρὸς τὸ ὅλον κ. τ. λ.) ne mathematicâ ratione unde haec generis species apta est, neque ethicâ ratione id n distribuendo valeat, alienum sit ab alterô justitiae genere (τοῦ ›τικοῦ). Ut enim illic sint quae jam ὅλα vocari possint (v. ad ınt etiam hic; si vero sunt, profecto non esset justitia, nisi ad us paritatis redigerentur ad quod omnino pro cujusque rei naturâ ri potest.

ı. 16. ἔστι δ' οὐ συνεχὴς αὕτη ἡ ἀναλογία: sero hoc, de quo ut tur omnino ipsa res (v. a 19) non permittit, in gratiam senten- rioris a 32—b 3 adjungitur.

ı sq. τὸ μὲν οὖν δίκαιον τοῦτο τὸ ἀνάλογον. Probabile, jam ut remâ disputatione iterari et quasi colligi quae effecta sunt; sed andum paene neglectum in his esse quod hujus generis (τὸ ν τοῦτο b 16; τὸ ἐν εἶδος b 23) proprium est. Neque enim τὸ ιον solum in reliquis quoque generibus valet (v. 1132 a 1. 2; 32. 33), sed item commune omnibus ut duorum alteri plus, alteri contigerit (b 17—20) ubicunque justitia laesa fuerit; id quod ı receptâ cap. 2 appellatione τοῦ πλεονέκτου agnitum est. Qua quum ibidem 1129 b 8 adjiceretur ὅτι δοκεῖ καὶ τὸ μεῖον κακὸν ν πως εἶναι, etiam ea sententia quae jam tertia et ultima 1131 -23 exponitur universe ad particularem justitiam partesque ejus ıot sunt spectare dicta est. Ergo difficultas illa, quâ prima verba entia ad τὸ διανεμητικὸν premi vidimus (v. ad 1131 a 9), eadem mmodo in extremis verbis h. c. redit: annon ita iterum de hac e agitur quasi nesciamus (v. 1130 b 30 sqq.) esse praeter eam ·jusdem generis species?

ἔλαττον τοῦ ἀγαθοῦ. ἐπὶ δὲ τοῦ κακοῦ ἀνάπαλιν· ἐν ἀγαθοῦ γὰρ λόγῳ γίνεται τὸ ἔλαττον κακὸν πρὸς τὸ μεῖζον κακόν· ἔστι γὰρ τὸ ἔλαττον κακὸν μᾶλλον αἱρετὸν τοῦ μείζονος, τὸ δ' αἱρετὸν ἀγαθόν, καὶ τὸ μᾶλλον μεῖζον. τὸ μὲν οὖν ἓν εἶδος τοῦ δικαίου τοῦτ' ἐστίν· E

τὸ δὲ λοιπὸν ἓν τὸ διορθωτικόν, ὃ γίνεται ἐν τοῖς συναλλάγμασι καὶ τοῖς ἑκουσίοις καὶ τοῖς ἀκουσίοις. τοῦτο δὲ τὸ δίκαιον ἄλλο εἶδος ἔχει τοῦ προτέρου. τὸ μὲν γὰρ διανεμητικὸν δίκαιον τῶν κοινῶν ἀεὶ κατὰ τὴν ἀναλογίαν ἐστὶ τὴν εἰρημένην· καὶ γὰρ ἀπὸ χρημάτων κοινῶν ἐὰν γίγνηται ἡ διανομή, ἔσται κατὰ τὸν λόγον τὸν αὐτὸν ὅνπερ ἔχουσι 5

27. K[b] τοῦ πρότερον. 28. δίκαιον] om. K[b].

4 c) 1131 b 25—1132 b 20. τὸ διορθωτικὸν (seu ἐπανορθωτικὸ[illegible] v. 1132 a 18) δίκαιον.

25. τὸ δὲ λοιπὸν ἕν: duo enim tantum proposita sunt 1130 b 3[illegible] 33 ἓν μὲν . . . ἓν δέ. Et omnino in his diligenter curatur, ne ea qua[illegible] illic reperta sunt temere negligantur: adsunt τὰ συναλλάγματα, quip[illegible] ad quae τὸ διορθωτικὸν totum spectet; adsunt eorundem duo gene[illegible] propter quae in genere hoc justi δύο μέρη (1131 a 1) discernenda su[illegible] nec desideratur in opposito genere τοῦ διανεμητικοῦ vs 28. 29 men[illegible] τῶν κοινῶν in quibus versatur. Ut dubitatio nulla relinquatur q[illegible] Aristoteli in his ipsis rebus diversa et propria horum generum nat[illegible] expressa visa fuerit. Quae vero jam additurus est (1131 b 27—1[illegible] a 2) perque totum hoc caput imprimis explicaturus, eo se vertunt[illegible] eadem res per diversitatem analogiarum, ad quas hic illic opera ju[illegible] tiae accomodanda est, illustretur.

29. καὶ γὰρ ἀπὸ χρημάτων κοινῶν ἐὰν γίγνηται ἡ διανομ[illegible] Quum inter ea quae sunt μεριστὰ τοῖς κοινωνοῦσι τῆς πολιτείας prim[illegible] locum τιμὴ et χρήματα teneant (1130 b 31. 32), apparet in vete[illegible] quidem rebus publicis nullam rem ne exceptâ quidem vectigalium et tributi dispensatione tam saepe tantoque studio agitatam esse quam ut jura, munera, magistratûs, praemia, quae omnia τιμῆς sunt, recte vel civium classibus vel singulis quibusdam impertirentur. Unde factum est ut et ἡ ἀξία, ad quam in distribuendo spectant, 1131 a 24 sq. huc potissimum referretur. Quapropter quum vs 29 etiam ad opum distri- butionem respiciendum esse videretur, consentaneum erat hanc rem particulis καὶ γὰρ . . . ἐὰν tanquam vel adhuc neglectam vel min[illegible] saepe occurrentem significari. Nec minus probabile, quod in tale nego- tium prorsus alia ἡ ἀξία (κατὰ τὰ εἰσενεχθέντα ὑφ' ἑκάστων vs 3[illegible]) advocatur. Sunt enim in unâ republicâ pro diversis officiorum atque usûs generibus quae a civibus vel suscipiuntur vel accipiuntur diversae item τῆς ἀξίας rationes. Qua in re quomodo Aristoteles singulas quasque quaestiones, quae in civitate passim moventur, expedire voluerit, ne jam inquiramus; sed poscere illum ἐν ταῖς διανομαῖς eorum-

πρὸς ἄλληλα τὰ εἰσενεχθέντα. καὶ τὶ ἄδικον τὸ ἀντικεί- 1131 b 31
μενον τῷ δικαίῳ τούτῳ παρὰ τὸ ἀνάλογόν ἐστιν. τὸ δ' ἐν
τοῖς συναλλάγμασι δίκαιον ἔστι μὲν ἴσον τι, καὶ τὸ ἄδι-
κον ἄνισον, ἀλλ' οὐ κατὰ τὴν ἀναλογίαν ἐκείνην ἀλλὰ κατὰ 1132 a
τὴν ἀριθμητικήν. οὐθὲν γὰρ διαφέρει, εἰ ἐπιεικὴς φαῦλον

---

31. K[b] εἰς ἄλληλα προσενεχθέντα. 32. τούτῳ] K[b] τουτω τό. 33. ἔστι] Bekk. ἐστί.

---

dum hominum (οἷς δίκαιον) variam aestimationem aptam illam a rerum distribuendarum (ἅ, ἐν οἷς τὸ δίκαιον) varietate, hinc constet.

31. 32. καὶ τὸ ἄδικον ... παρὰ τὸ ἀνάλογόν ἐστιν. Separetur haec sententia a proxime antecedenti καὶ γὰρ ἀπὸ χρημάτων .. vs 29 sq. atque referatur ad illam, qua τὸ δίκαιον τὸ διανεμητικὸν universe ut jam τὸ ἄδικον spectabatur (τὸ μὲν γὰρ ... vs 27—29). Ita enim ad vocem τὸ ἀνάλογον necessarium supplementum „τὸ εἰρημένον" (v. vs 29) praesto erit, sine quo recta oppositio τοῦ διορθωτικοῦ vs 31 sq., in quo item est ἄδικον παρ' ἀναλογίαν τινά, nulla esset.

33. τὸ δ' ἐν τοῖς συναλλάγμασι δίκαιον ἐστὶ [quidni ἔστι? recte enim Bekk. nolebat δίκαιόν ἐστι exhibere] μὲν ἴσον τι: nec minus est τὸ μέσον v. 1132 a 14; itemque necessario τινὲς οἷς δίκαιον atque τινὰ ἃ ἴσα καὶ δίκαια. Quae enim 1131 a 9 ad τὸ διανεμητικὸν tendebat demonstratio haud prius quam verbis καὶ ἡ αὐτὴ ἔσται ἰσότης οἷς καὶ ἐν οἷς (vs 20 sq.) ad ea perveniebat quae prioris generis propria, aliena ab hoc sunt.

2. κατὰ τὴν ἀριθμητικὴν quam etiam nos dicimus; in qua paritatis ratio addendo aut minuendo efficitur.

2 s. οὐθὲν γὰρ διαφέρει εἰ ἐπιεικὴς φαῦλον ἀπεστέρησεν ἢ φαῦλος ἐπιεικῆ κ. τ. λ. Quodsi enim hoc justitiae genus diversitatem hominum quibuscum agit non agnoscit, ad rerum tantum paritatem efficiendam spectat quae augendo ac diminuendo comparari potest. Objicitur quidem, at illud in judicando certe haud semper verum esse; differre enim utrum ἀρχὴν ἔχων ἐπάταξεν an ἄρχοντα et alia multa 1132 b 28 sq., ut judicis esse appareat hominibus passim uti quales sunt diversis inter se. Unde fuerunt qui porro censerent, bonum judicem in aliis rebus διορθοῦντα justum esse, in aliis διανέμοντα; atque nonnisi exempli gratia et quasi casu factum esse ut Aristoteles ad τὸ διορθωτικὸν potissimum tam multis judicis mentionem fecerit. Sed videas ne ita tum rei veritas tum Aristotelis sententia obscuretur. Rectissime enim ille quid velit ita explicat ut in hoc genere πρὸς τοῦ βλάβους (vel πάθους vs 9. 13) τὴν διαφορὰν μόνον spectari dicat vs 4. Atqui damnum an quis ab alio acceperit quantumque, certe sciri nequit nisi perspectâ ratione qua cum altero conjunctus est. Nam profecto qui a magistratu vel a judice recte castigatus fuerit, nullo modo passus est quod exaequandum sit nec fuit omnino illi συνάλλαγμά τι; sin quis parentem aut magistratum verberaverit, non tantum corpus laesit sed etiam sanctam auctoritatem, ut justa poena non sit Pythagoricum illud ἀντιπεπονθὸς idem eodem retribuens. Sed est ἐπανορ-

1132 a 3 ἀπεστέρησεν ἢ φαῦλος ἐπιεικῆ, οὐδ' εἰ ἐμοίχευσεν ἐπιεικὴς ἢ φαῦλος· ἀλλὰ πρὸς τοῦ βλάβους τὴν διαφορὰν μόνον βλέπει ὁ νόμος, καὶ χρῆται ὡς ἴσοις, εἰ ὁ μὲν ἀδικεῖ ὁ δ' ἀδικεῖται, καὶ εἰ ἔβλαψεν ὁ δὲ βέβλαπται. ὥστε τὸ ἄδικον τοῦτο ἄνισον ὂν ἰσάζειν πειρᾶται ὁ δικαστής· καὶ γὰρ ὅταν ὁ μὲν πληγῇ ὁ δὲ πατάξῃ, ἢ καὶ κτείνῃ ὁ δ' ἀποθάνῃ, διῄρηται τὸ πάθος καὶ ἡ πρᾶξις εἰς ἄνισα· ἀλλὰ πειρᾶται τῇ ζημίᾳ ἰσάζειν, ἀφαιρῶν τοῦ κέρδους. λέγεται γὰρ ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις, κἂν εἰ μή τισιν οἰκεῖον ὄνομα εἴη, τὸ κέρδος, οἷον τῷ πατάξαντι, καὶ ἡ ζημία τῷ παθόντι· ἀλλ' ὅταν γε μετρηθῇ τὸ πάθος, καλεῖται τὸ μὲν ζημία τὸ δὲ κέρδος. ὥστε τοῦ μὲν πλείονος καὶ ἐλάττονος τὸ ἴσον μέσον, τὸ δὲ κέρδος καὶ ἡ ζημία τὸ μὲν πλέον τὸ δ' ἔλαττον ἐναντίως, τὸ μὲν τοῦ ἀγαθοῦ πλέον τοῦ κακοῦ δ' ἔλαττον κέρδος, τὸ δ' ἐναντίον ζημία· ὧν ἦν μέσον τὸ ἴσον, ὃ λέγομεν εἶναι δίκαιον· ὥστε τὸ ἐπανορθωτικὸν δίκαιον ἂν εἴη E 7

4. K[b] βλέπει μόνον. 11. εἴη] K[b] ἡ (O[b] δοκῇ).

θωτική; nam postquam quantum quis detrimenti acceperit repertum est, eodem modo vindicatur in bono viro ac in malo, in obscuro atque in nobili cive. Cf. ad 1131 a 1—9. Quantum vero a toto hoc genere nec minus ab omni judicis officio τὸ διανεμητικὸν distet, etiam inde perspicitur si ut par est ad eum rerum statum spectetur qui perfec[illegible] negotio illinc τοῦ διανέμοντος, hinc τοῦ διορθοῦντος conficitur. Etenim διόρθωσιν quidem nacti ita ἔχουσι τὰ αὑτῶν (a 28), ut αὐτὰ δι' αὑτ[illegible] γένηται (b 17) atque τὸ ἴσον ἔχωσι καὶ ὕστερον καὶ πρότερον (b 1[illegible] Id igitur istud justitiae genus propositum habet, ut tueatur ipsas [illegible] quales sunt reparandoque male mutatas restituat. At διανομὴ nu[illegible] est nisi quum rerum aut novus status constituitur (velut deductâ co[illegible] loniâ) aut prior temporum vice, accedentibus vel opibus vel oneribus, necessario mutatur.

10. λέγεται γὰρ ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν . . . τὸ κέρδος. Iam vides haud frustra a nobis in cap. 4 (v. ad 1130 b 2—5) de κέρδους notione dubitatum esse. Neque enim temere judex atque lex civitatis κέρδους loco habebit quod forte cum detrimento rei familiaris expleverit vel libidinem vel odium; nec sine causa in eos qui τῇ καθόλου ἀδικίᾳ adversus alterum indulserint ita vindicabit tanquam τὴν ἐν μέρει adamaverint.

18. 19. ὥστε τὸ ἐπανορθωτικὸν δίκαιον . . . . κέρδους. Haec est principalis h. c. sententia plenaque rei definitio; ad quam postquam profectus a notione τοῦ ἴσου (1131 b 33) adhibitâ τοῦ μέσου notione (1132 a 14 s.) scriptor pervenit et in judice tale μέσον quaerere qui jus petant ostendit (ἄρα vs 24), reliqua in eum finem adjungit, ut qua ratione agentes perficiant quod illâ definitione propositum est intelli-

ὸ μέσον ζημίας καὶ κέρδους. διὸ καὶ ὅταν ἀμφισβητῶσιν, πὶ τὸν δικαστὴν καταφεύγουσιν· τὸ δ' ἐπὶ τὸν δικαστὴν ἶναι ἐστὶν ἐπὶ τὸ δίκαιον· ὁ γὰρ δικαστὴς βούλεται εἶναι οἷον ίκαιον ἔμψυχον· καὶ ζητοῦσι δικαστὴν μέσον, καὶ καλοῦσιν νιοι μεσιδίους, ὡς ἐὰν τοῦ μέσου τύχωσι, τοῦ δικαίου τευξόμε-οι. μέσον ἄρα τι τὸ δίκαιον, εἴπερ καὶ ὁ δικαστής. ὁ δὲ ικαστὴς ἐπανισοῖ, καὶ ὥσπερ γραμμῆς εἰς ἄνισα τετμημέ-

---

.. ἐστὶν — εἶναι] om. K[b].

,tur. Ipso vero hoc loco τὸ ἐπανορθωτικὸν appellat, qua voce iam magis quam nomine τοῦ διορθωτικοῦ fit legentes monemur id i in hoc genere ut injuria vel imminens vel commissa aut retineatur t e medio tollatur. V. τὸ ἐπανόρθωμα τοῦ ἀδικήματος 1135 a 13; ὺς ἔχοντας ἐπανόρθωσιν opp. ἀνίατοι 1165 b 18, cf. 1383 a 20; τὸ :ιεικὲς ἐπανόρθωμα νομίμου δικαίου 1137 b 12. 26; vb. ἐπανορθοῦν 37 b 22; 1287 a 27; 1289 a 3; 1371 b 3; 1382 b 23; 1397 a 12; 1 b 21.

19. διὸ καὶ ὅταν ἀμφισβητῶσιν, ἐπὶ τὸν δικαστὴν καταφεύγουσιν: et ipsi rati, justum esse medium; nam judicem volunt medium ha-re (vs 22. 23); judex vero δίκαιον (διορθωτικὸν) ἔμψυχον. Vides tur recto syllogismo ad unam conclusionem pergi. Sin ad rem ectetur, apparet τὸ ἀμφισβητεῖν fere in altero tantum genere (τῶν ουσίων συναλλαγμάτων) locum habere. In quo quandocunque homi-s ipsi inter se recte egerint, sane nec judicis nec διορθώσεως indige-nt: id quod profecto multo melius est, ut item in altero genere lto melius si τὰ ἀκούσια συναλλάγματα omnino nulla fuerint. In e enim re minime Aristoteles obloqueretur Platoni, vituperanti si ἀπορίᾳ οἰκείων „χρῆται δικαίῳ ἐπακτῷ παρ' ἄλλων ὡς δεσποτῶν καὶ κριτῶν" d. Rep. Γ p. 405. Nec sine periculo illud ἔμψυχον αιον (vs 22) cf. 1354 a 24 s.; ib. b 12 s.; 1134 a 35 διὸ οὐκ ἐῶμεν ειν ἄνθρωπον. At longe aliud est haec vidisse, aliud Aristotelem ere dicentem, τὸ διορθωτικὸν quorumlibet hominum esse privatim er se in quibusdam rebus (nescio quibus) agentium nec magis ad licem quam reliqua justi genera pertinere. V. supra ad 1131 a 1—9. eque enim video cur illi commercium, quod omne justitiae cujusdam ge gubernatur, inter se habere vellent, si inde unum τοῦ διορθωτι-οῦ fructum carpere possent, ut tandem eadem post haberent quae ante, ec κέρδος nec ζημίαν. Imo τὸ ὀρθὸν illud, cui ἡ διόρθωσις studet, n plurimis quidem rebus omnibus propositum est neque est quisquam qui velit cum suae rei detrimento alieno lucro inservire, sed quod reli-quis inter alia quae agunt observandum esse videtur id a judice unum ipsumque per se spectatur: ut ad illum dum ἐπανορθοῖ recte advoce-tur qui rationem hujus generis τοῦ ὀρθοῦ perspecturus sit.

25. καὶ ὥσπερ γραμμῆς εἰς ἄνισα τετμημένης κ. τ. λ. Quae una ab initio quasi linea dicitur vel τὸ ὅλον vs 28, summa est tum lucri um damni, πράξεώς τε καὶ πάθους (vs 9), fructûs laborisque, quae

νης, ᾧ τὸ μεῖζον τμῆμα τῆς ἡμισείας ὑπερέχει, τοῦτ' E 7 ἀφεῖλε καὶ τῷ ἐλάττονι τμήματι προσέθηκεν. ὅταν δὲ δίχα διαιρεθῇ τὸ ὅλον, τότε φασὶν ἔχειν τὰ αὑτῶν, ὅταν λάβωσι τὸ ἴσον. τὸ δ' ἴσον μέσον ἐστὶ τῆς μείζονος καὶ ἐλάττονος κατὰ τὴν ἀριθμητικὴν ἀναλογίαν. διὰ τοῦτο καὶ ὀνομάζεται δίκαιον, ὅτι δίχα ἐστίν, ὥσπερ ἂν εἴ τις εἴποι δίχαιον, καὶ ὁ δικαστὴς διχαστής. ἐπὰν γὰρ δύο ἴσων ⟨ἓν⟩ ἀφαιρεθῇ ἀπὸ θατέρου, πρὸς θάτερον δὲ προστεθῇ, δυσὶ τούτοις ὑπερέχει θάτερον· εἰ γὰρ ἀφῃρέθη μέν, μὴ προσετέθη
1132 b δέ, ἑνὶ ἂν μόνον ὑπερεῖχεν. τοῦ μέσου ἄρα ἑνί, καὶ τὸ μέσον, ἀφ' οὗ ἀφῃρέθη, ἑνί. τούτῳ ἄρα γνωριοῦμεν τί τε ἀφελεῖν δεῖ ἀπὸ τοῦ πλέον ἔχοντος, καὶ τί προσθεῖναι τῷ ἔλαττον

27. Kᵇ ἀφεῖλε τῷ ἐλάττονι τμήματι. ὅταν. 28. KᵇLᵇ τὸ αὐτοῦ (var et MᵇOᵇ). 31. εἴ τις] Kᵇ τις. 32. ⟨ἓν⟩ conj. add.
2. τί τε] Kᵇ τί.

hominibus jure paritatis inter se conjunctis in societate rerum vel co[illegible] mercii, qualem inter se habuerunt, progenita est. Quam quidem su[illegible] mam judex non alio modo scire potest, nisi cognitis atque composi[illegible] iis rerum partibus quae singulis sociis seu jure seu injuriâ contigeru[illegible] Quod ni computarit judex, non poterit justam illam dimidiam (τὴν ἡ[illegible] σειαν vs 26, quae infra b 6. 9 notatur ββ) emetiri unde quid par[illegible] quid nimium sit dijudicat.

32. ἐπὰν γὰρ δύο ἴσων (i. e. δυοῖν ἴσων, ut 1133 a 16 ἐκ δύο [illegible] τρῶν) ἀφαιρεθῇ . . . . δυσὶ τούτοις . . . Unde sunt δύο ταῦτα vs [illegible] Nimirum flagitat recta ratio, ut in verbis ἐπὰν γὰρ . . . ἀφαιρεθῇ, [illegible] θάτερον δὲ προστεθῇ addatur commune utriusque verbi subjectum „[illegible]".

1. καὶ τὸ μέσον, ἀφ' οὗ ἀφῃρέθη, ἑνί i. e. ἐκεῖνον ἀφ' οὗ ἀ[illegible] ρέθη (ὑπερέχει) ἑνί.


2. τούτῳ ἄρα γνωριοῦμεν τί τε ἀφελεῖν δεῖ. At ita quidem fa[illegible] lius hoc intellectu videatur quam est; accedunt enim nonnullae res, [illegible] quibus Aristoteles verba non fecit. Nam priusquam illuc pervenia[illegible], constare debebit quousque atque quanam ratione vere homines illi li[illegible] gantes et ipsi pro paribus habendi sint quum sint impares (a 5), et [illegible] parem rerum statum (illam ΒΒ vs 6. 9) redigendi, quum sua cuiq[illegible] (quae diversa sunt) debeantur. Quem ad finem non solum τὸ συνά[illegible] λαγμα in quo jam versantur diligenter segregandum erit a reliquis re[illegible] bus quas forte iidem communes habent, sed etiam videndum quid fort[illegible] in ipso illo συναλλάγματι diversitati τῆς ἀξίας concedi oporteat. Ha[illegible] si acumine judicis recte discreta et quasi a re discissa fuerint, jam a[illegible] exaequandum procedet.

5. ἀπὸ τοῦ μεγίστου: sunt enim, quum dimidia illa vel media quam judex mente suâ descripsit necessario adhibeatur, tres (ut superlativo opus sit).

χοντι· ᾧ μὲν γὰρ τὸ μέσον ὑπερέχει, τοῦτο προσθεῖναι δεῖ ῷ ἔλαττον ἔχοντι, ᾧ δὲ ὑπερέχεται, ἀφελεῖν ἀπὸ τοῦ με- ίστου. ἴσαι αἱ ἐφ' ὧν αα, ββ, γγ ἀλλήλαις· ἀπὸ τῆς αα φηρήσθω τὸ αε, καὶ προσκείσθω τῇ γγ τὸ ἐφ' οὗ γδ, ὥστε ὅλη ἡ δγγ τῆς αε ὑπερέχει τῷ γδ καὶ τῷ γζ· τῆς ρα ββ τῷ γδ. [ἔστι δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν τοῦτο·

. K^b ἀφήιρηται — πρόσκειται. ἐφ' οὗ] conj.; ἐφ' ὧν Bekk. c. ll. . ὅλη ἡ] K^b ὅλην. K^b corr. ὑπερέχειν. 9—11. [ἔστι δὲ — τοιοῦτον] ιultis susp.; Bekk. sine uncis scr. 9. K^b ἔστι δὲ τοῦτο, om. τοῦτο ost τεχνῶν.

6 — 9. In his unum mendum; scr. vs 7 τὸ ἐφ' οὗ (pro ὧν) ΓΔ el etiam ἐφ' ᾧ, ut 1133 a 7. 8. Reliqua facili negotio perspicientur teris quae leguntur in lineas ita transcriptis



putandus fere est ipse scriptor ista in libro suo delineasse: ut per ulos legentes docerentur paria inter se τὰ ΑΕ, ΓΔ, ΓΖ esse, id quod ere neglexit. — Ceterum operae pretium erit aliquando locos quibus istoteles ad figuras geometricas demonstrationem suam retulit (velut b 5—11; 452 a 19—26; ib. b 17—22; 684 b 25 s.; 685 a 2 s.; 698 s.; 702 b 28 s.) in unum colligere, ut quem morem tali in re obser- erit perspiciatur.

9. ἔστι δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν τοῦτο. Haec verba, quae sequentibus usque ad „καὶ τοιοῦτον" vs 11 totidem fere vocabulis proximo capite (1133 a 14 — 16) iterum exstant, hoc quidem loco reto, Trendelenburgio, aliis temere interposita esse videbantur. At- ae si circumspiciatur an quid hic sit quo referantur, unum tantum venietur, ut dictum sit: quemadmodum in reliquis artibus, ita etiam τῆς διορθωτικῆς (δικαστικῆς) τέχνης sufficere ut quomodo a parte τοῦ ποιοῦντος procedendum sit intellegatur; profecto enim id quod ita τῷ πάσχοντι efficiatur idem esse; quodsi igitur τὸ ἴσον quaeratur, atis esse vidisse τὸν ἰσάζοντα, atque contigisse utrique quod cuique justum est, dummodo judex hinc illinc emensus lucrum ac damnum suo munere recte functus fuerit. Nec prorsus absimilis Platonis in Gorgia 476 oratio. Qui quum demonstraturus sit, beneficium accidere ei qui justâ poenâ afficiatur, neque enim, si faciat καλόν τι qui τὸ δί- καιον faciat, minus πάσχειν καλὰ qui patiatur δίκαια, pro causâ addit „οἷον ἂν ποιῇ τὸ ποιοῦν, τοιοῦτον τὸ πάσχον πάσχειν". Sin quis di- xerit, talem sententiam ad Aristotelis quidem disputationem haud de- siderari nec magis ad τὸ διορθωτικὸν quam ad multa alia attinere; accedere ut verbis illis ἔστι δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν τοῦτο haud dictum sit quo spectetur: equidem non valde obloquar.

ἀνῃροῦντο γὰρ ἄν, εἰ μὴ ἐποίει τὸ ποιοῦν καὶ ὅσον καὶ οἷον, E 7
καὶ τὸ πάσχον ἔπασχε τοῦτο καὶ τοσοῦτον καὶ τοιοῦτον].
ἐλήλυθε δὲ τὰ ὀνόματα ταῦτα, ἥ τε ζημία καὶ τὸ κέρδος, ἐκ 5
τῆς ἑκουσίου ἀλλαγῆς· τὸ μὲν γὰρ πλέον ἔχειν ἢ τὰ ἑαυτοῦ κερδαίνειν λέγεται, τὸ δ' ἔλαττον τῶν ἐξ ἀρχῆς ζημιοῦσθαι, οἷον ἐν τῷ ὠνεῖσθαι καὶ πωλεῖν καὶ ἐν ὅσοις ἄλλοις ἄδειαν ἔδωκεν ὁ νόμος. ὅταν δὲ μήτε πλέον μήτ' ἔλαττον ἀλλὰ αὐτὰ δι' αὐτῶν γένηται, τὰ αὑτῶν φασὶν ἔχειν, καὶ οὔτε ζημιοῦσθαι, οὔτε κερδαίνειν· *ὥστε κέρδους τινὸς καὶ ζημίας μέ-

10. ὅσον] K[b] pr. πόσον. 13. K[b] τὰ αὐτοῦ. 15. K[b] ἐν τοῖς ἄλλοις. 16. K[b]O[b] δέδωκεν. 17. δι' αὐτῶν] Bekk. δι' αὑτῶν. 18—20. *ὥστε — ὕστερον*] corrupta.

11. *ἐλήλυθε δὲ τὰ ὀνόματα ταῦτα, ἥ τε ζημία καὶ τὸ κέρδος.* Paulo remotiora τὰ ὀνόματα ταῦτα quae ultimum 1132 a 19 occurrerint videantur, praesertim quum ad universam rei demonstrationem, quae inde usque ad b 9 secuta est, illis quidem opus non fuerit. Sed omnino haec sententia incipiens a voce ἐλήλυθε δὲ, perducta ad illud ὥστε vs 18 ita similis iis est quae a 10 inchoata „λέγεται γὰρ“ ib. 18. 19 absolvebantur „ὥστε τὸ ἐπανορθωτικὸν δίκαιον . . . μέσον ζημίας καὶ κέρδους“, ut moveatur suspicio an credi possit eundem in eâdem disputatione utraque scripsisse.

15. *καὶ ἐν ὅσοις ἄλλοις ἄδειαν ἔδωκεν ὁ νόμος.* Neque igitur in hoc genere seu ἑκουσίου ἀλλαγῆς (b 13) seu συναλλαγμάτων ἑκουσίων (1131 a 2; b 26), si quidem legibus fides habenda est, per se τὸ πλέον ἔχειν ἢ τὰ ἑαυτοῦ contra fas est (vindicandum enim publice esset) nec per se διορθώσεως indiget. Et profecto Aristoteli, nisi hoc placuisset, universa ἡ χρηματιστικὴ quam vocat in Pol. e bonâ republicâ ablegauda erat: quod genus austeritatis ab illius ingenio alienum esse scimus. Nec tamen ideo frustra alterum μέρος τοῦ διορθωτικοῦ huc retulisse videbitur. Quodsi enim sunt lucra quaedam quae sint licita, sunt permulta iniqua in quibus legum praesidio opus est; neque est quin sciat, totum hoc genus commercii refertum esse controversiis (a 19) unde, nisi sit aliquis διορθῶν, ipsi explicare se non poterunt.

18. *ὥστε κέρδους τινὸς καὶ ζημίας μέσον τὸ δικαιόν ἐστι τῶν παρὰ τὸ ἑκούσιον.* Quoniam dudum constat τὸ δίκαιον (sc. τοῦτο) κέρδους καὶ ζημίας μέσον εἶναι, circumspicientibus an quid reperiri possit quod hujus loci sit proprium, vox τῶν παρὰ τὸ ἑκούσιον se obtulerit. Sed obstat anceps praepositionis παρὰ natura, qua haud vetamur τῶν παρὰ τὸ ἑκούσιον interpretari quasi sit „ἐν τοῖς ἑκουσίοις“. Ita vero id tantum conclusione firmatum esset quod inde a vsu 12 praemittebatur, deesset quo ad alterum genus traduceremur. Sin τὸ παρὰ in contrariam rationem accipiamus (id quod appositum ad κέρδους pronomen τινὸς videatur suadere), ne additâ quidem per conjecturam ante τῶν παρὰ τ. ἑ. particulâ καὶ efficiemus quod sanum sit. Redibit igitur illa

E ἴσον τὸ δίκαιόν ἐστι τῶν παρὰ τὸ ἑκούσιον, τὸ ἴσον ἔχειν καὶ πρότερον καὶ ὕστερον.*

8 δοκεῖ δέ τισι καὶ τὸ ἀντιπεπονθὸς εἶναι ἁπλῶς δίκαιον, ὥσπερ οἱ Πυθαγόρειοι ἔφασαν· ὡρίζοντο γὰρ ἁπλῶς τὸ δίκαιον τὸ ἀντιπεπονθὸς ἄλλῳ. τὸ δ' ἀντιπεπονθὸς οὐκ ἐφαρμόττει οὔτ' ἐπὶ τὸ διανεμητικὸν δίκαιον οὔτ' ἐπὶ τὸ διορθω-

---

19. K^b τῶι παρά. καὶ] om. K^b. 22. K^b (ut solet) πυθαγόριοι. 24. $K^bL^bO^b$ τὸ νεμητικόν.

---

suspicio quam ad b 11 indicavi sc. ultimas has capitis sententias, quum neque ipsae ad commodum finem perductae sint neque in cognoscendâ re quidquam proficiant, fragmentum potius putandas esse disputationis Aristotelicae quidem, nec tamen ejusdem, cujus pars verba λέγεται γὰρ .... ὥστε τὸ ἐπανορθωτικὸν δίκαιον .. (a 10—18) erant.

4 d) 1132 b 21—1133 b 28. τὸ ἀντιπεπονθὸς (τὸ ἐν ταῖς ἀλλακτικαῖς κοινωνίαις v. 1132 b 31).

Accedit hoc capite ad duo genera justi, quae ab initio (1130 b 31. 33 et 1131 b 25 „τὸ λοιπὸν ἕν") sola proposita fuerant et rursus jam vsu 24 tanquam principalia agnoscuntur, tertium aliquod genus: quod veterum opinione commendatum tale quidem quale illi laudabant accipi nequit, relatum vero imprimis ad mercium permutationem redactumque ad analogiam quandam haud est negligendum.

Ita in iis quae libris tradita sunt hac de re agitur neque obscuris verbis nec per se (opinor) improbabili sententiâ: ut nisi gravissimis argumentis convicti haud ita facile iis fidem habituri simus qui longe aliter ac nunc legantur haec ab ipso Aristotele tractata fuisse ostendere sibi videntur.

Nomen vero hujus generis, receptum a veteribus, paullo secus habet atque priora nomina, τὸ διανεμητικόν τὸ διορθωτικόν, quae simpliciter attributa ad τὸ δίκαιον sunt. Τὸ ἀντιπεπονθὸς enim, vel quod aliquantum plenius vsu 23 dicitur τὸ ἀντιπεπονθὸς ἄλλῳ, naturam enunciationis in brevius contractae habet, ut τὸ δίκαιον τὸ ἀντιπεπονθὸς illud justum sit quod exsistet si quis idem (pro meritis suis) toleraverit vel rursus acceperit. V. εὔνοιαν ἐν ἀντιπεπονθόσι 1155 b 33.

21. 22. ἁπλῶς bis caute adjicitur ut τὸ ἀντιπεπονθὸς stricte dictum eo referri appareat ubi idem eodem retribuatur (cf. „βούλονταί γε" vs 25).

24. οὔτ' ἐπὶ τὸ διανεμητικὸν δίκαιον οὔτ' ἐπὶ τὸ διορθωτικόν. Quum is qui de talione quaerit aperte et alia et cum aliis et aliter agat quam qui distributurus est τὰ κοινὰ atque ὅσα μεριστὰ τοῖς κοινωνοῦσι τῆς πολιτείας (1131 b 28; 1130 b 32), haud improbabile videtur demonstrationem vs 28 sq. sententiae hujus, qua τὸ ἀντιπεπονθὸς ab utroque genere differre dicitur, tantum ad alterum genus referri quod

τικόν· καίτοι βούλονταί γε τοῦτο λέγειν καὶ τὸ Ῥαδαμάνθυος E
δίκαιον·

εἴ κε πάθοι τά κ' ἔρεξε, δίκη κ' ἰθεῖα γένοιτο.

πολλαχοῦ γὰρ διαφωνεῖ· οἷον εἰ ἀρχὴν ἔχων ἐπάταξεν, οὐ δεῖ ἀντιπληγῆναι, καὶ εἰ ἄρχοντα ἐπάταξεν, οὐ πληγῆναι μόνον δεῖ ἀλλὰ [καὶ] κολασθῆναι. ἔτι τὸ ἑκούσιον καὶ τὸ ἀκούσιον διαφέρει πολύ. ἀλλ' ἐν μὲν ταῖς κοινωνίαις ταῖς ἀλ-

27. εἴ κε] K[b] εἰ καί. τὰ κ'] Bekk. τά κ'. 30. [καὶ] om. K[b].

et posteriore loco commemoratum est et minus facile discernitur. Etenim quamquam in brevitate praecedentis capitis praeter alia multa quae quaeri possint etiam id sit ambiguum, an quae postuletur damni reparatio in delictis per se satis poenae necessariae sit: tamen utcunque exaequato lucro alterius cum alterius damno utrumque ἀντιπάσχειν τι elucet. Itaque ni alia et graviora accedant non est cur hunc locum suspectum habeamus.

25. καὶ τὸ Ῥαδαμάνθυος δίκαιον: hujus enim auctoritas etiam antiquior quam Pythagoreorum erit. In decreto autem quod vs 27 laudatur vide annon κ' (τὰ κ' ἔρεξε) sit καί, ut scribendum sit τὰ κ' pro τά κ'.

28—31. πολλαχοῦ γὰρ διαφωνεῖ . . . sc. vera διόρθωσις et merum τὸ ἀντιπεπονθός. Etenim quum ea quae jam (οἷον vs 28; ἔτι vs 30) commemorantur ad rem potius de qua lis est cognoscendam pertineant quam ad homines quales ipsi sint aestimandos, minime obstat quod supra recte dicebatur χρῆσθαι ὡς ἴσοις ὁ νόμος sc. ἐν τῷ διορθωτικῷ a 5. Cf. ad 1132 a 2 s. Qui igitur putant Aristotelem, quoniam in his magistratûs a privatis, alii ab aliis discernantur, ad τὸ διανεμητικὸν neque ad τὸ διορθωτικὸν spectare, hinc quidem probabile argumentum vix efficient. Imo si forte in eo non offendunt quod ita ipsi poenas inter ea rerum genera esse faciunt quae distribuuntur (κοινά, μεριστὰ τοῖς κοινωνοῦσι τῆς πολιτείας): saltem hoc reputent quomodo diversa delictorum genera simpliciter ad τὸ διορθωτικὸν ab eo referri potuerint (1131 a 5 sq.), qui in eodem justi genere noluerit omnino ad hominum, qui egerint, diversum statum respici. An est δουλαπατία praeter τὸ ἑκούσιον (vs 30)? Parricidiumve num fieri potest a quolibet in quemlibet? vel crimen laesae majestatis locum habeat nisi in eum commisso facinore qui non sit homo privatus atque ab eo qui noverit?

31. ἀλλ' ἐν μὲν ταῖς κοινωνίαις ταῖς ἀλλακτικαῖς συνέχει (sc. τοὺς ἀνθρώπους seu τὴν πόλιν vs 34) τὸ τοιοῦτον δίκαιον τὸ ἀντιπεπονθός. Quum in universâ disputatione inde a 1133 a 5 usque ad extremum caput de commercio quod proprie dicitur agatur, quamquam primum neque id „εἰ τὸ κακῶς ζητοῦσι“ (vs 34) negligendum videbatur, tamen τὰς ἀλλακτικὰς κοινωνίας ad sola τὰ ἑκούσια συναλλάγματα relatas esse apparet: id quod etiam per ipsam nominum rationem probabile fit. Quo in genere omnium principalis est ementium vendentiumque societas. Nec tamen ita jam haec res spectatur quemadmodum cap. 7.

E 8 λακτικαῖς συνέχει τὸ τοιοῦτον δίκαιον τὸ ἀντιπεπονθός, κατ' 1132 b 32 ἀναλογίαν καὶ μὴ κατ' ἰσότητα· τῷ ἀντιποιεῖν γὰρ ἀνάλογον συμμένει ἡ πόλις. ἢ γὰρ τὸ κακῶς ζητοῦσιν· εἰ δὲ μή, δουλεία δοκεῖ εἶναι, εἰ μὴ ἀντιποιήσει· ἢ τὸ εὖ· εἰ δὲ 1133 a μή, μετάδοσις οὐ γίνεται, τῇ μεταδόσει δὲ συμμένουσιν. διὸ καὶ Χαρίτων ἱερὸν ἐμποδὼν ποιοῦνται, ἵν' ἀνταπόδοσις ᾖ· τοῦτο γὰρ ἴδιον χάριτος· ἀνθυπηρετῆσαι γὰρ δεῖ τῷ χαρισαμένῳ, καὶ πάλιν αὐτὸν ἄρξαι χαριζόμενον. ποιεῖ δὲ

4. Bekk. ἀνθυπηρετῆσαί τε ex $L^b O^b$.

Nam quod ab initio homines ad societatem inter se adducit, non est ἡ διόρθωσις, sed ipsa ἡ ἀλλαγή; quae quamvis esse non possit nisi dato juris (διορθωτικοῦ) auxilio adversus omnia fraudis genera, tamen ipsa longe aliud est atque διόρθωσις diversamque legem analogiae sequitur. V. ad 1131 a 1 — 9. — At illud videatur verum esse, Aristotelem quum sic τὸ ἀντιπεπονθὸς post τὸ διορθωτικὸν tractaret, rerum et quasi temporum rationem quodammodo commutasse. Etenim γίνεται μὲν ἡ πόλις τοῦ ζῆν ἕνεκα (quo χρεία illa pertinet unde omnis ἀλλαγὴ nascitur), ἔστι δὲ τοῦ εὖ ζῆν (quod maxime in verâ justitiâ positum est); v. 1252 b 29 al. Quod quum reputassent nonnulli viri docti hinc magis quam sententiarum quarundam difficultate (v. ad b 24) in suspicionem adducti esse videntur, ut universam capp. 6 — 8 disputationem ordine perturbato traditam esse ipsumque Aristotelem primo τὸ ἀλλακτικὸν δίκαιον (τὸ ἀντιπεπονθός), deinde τὸ διανεμητικόν, ultimo loco τὸ διορθωτικὸν pertractasse conjicerent. Quae si aperte necessariâ rei ratione poscerentur, equidem haud scio an et tutius et verius esse putarem, scriptoris vel socordiam vel errorem notavisse quam ita novum Aristotelem effingere. At tantum abest, ut philosopho non licuerit aliter de justitiâ agere nisi nascentem quasi et crescentem hominum societatem secutum, ut diversus capitum ordo bene cum ejusdem doctrinâ congruat. Qui enim omne quod vere sit δίκαιον inter cives (πολιτικὸν) esse dixit („ἐπὶ κοινωνῶν βίου ... ἐλευθέρων καὶ ἴσων" κ. τ. λ. 1134 a 26), haud temere profecto, principe loco iis generibus dato quae in republicâ sunt τῷ διανεμητικῷ et τῷ διορθωτικῷ, ultimum id tractaverit (τὸ ἀλλακτικόν) quod est quidem etiam in civitate, sed nec natum inde neque ipsum legibus institutum longeque latius patens quam omnis reipublicae societas.

34. κατ' ἀναλογίαν καὶ μὴ κατ' ἰσότητα: hoc enim, quod veterum illud ἀντιπεπονθὸς b 21—27 non habebat, excipiendum videtur ut omnino illi nomini locus sit.

34. ἢ γὰρ τὸ κακῶς ζητοῦσιν sc. ἀντιποιεῖν (b 33) nimirum κακῶς παθόντες; pariterque supplendum quod 1133 a 1 sequitur „ἢ τὸ εὖ". Vim vero eam, de qua agitur, continendae societatis (συμμένειν 1132 b 34 et 1133 a 2) in alterâ tantum parte (τῇ τοῦ εὖ) positam esse animadvertas. Quae enim neglectâ injuriarum vindicatione accideret servitus, aliena quidem ab universâ civitatis naturâ est, sed alio spectat.

5. καὶ πάλιν (i. e. redditâ jam prioris beneficii gratiâ) αὐτὸν ἄρξαι

1133 a 6 τὴν ἀντίδοσιν τὴν κατ' ἀναλογίαν ἡ κατὰ διάμετρον σύζευξις, οἷον οἰκοδόμος ἐφ' ᾧ α, σκυτοτόμος ἐφ' ᾧ β, οἰκία ἐφ' ᾧ γ, ὑπόδημα ἐφ' ᾧ δ. δεῖ οὖν λαμβάνειν τὸν οἰκοδόμον παρὰ τοῦ σκυτοτόμου τοῦ ἐκείνου ἔργου, καὶ αὐτὸν ἐκείνῳ μεταδιδόναι τὸ αὑτοῦ. ἐὰν οὖν πρῶτον ᾖ τὸ κατὰ τὴν ἀναλογίαν ἴσον, εἶτα τὸ ἀντιπεπονθὸς γένηται, ἔσται τὸ λεγόμενον. εἰ δὲ μή, οὐκ ἴσον, οὐδὲ συμμένει· οὐθὲν γὰρ κωλύει κρεῖττον εἶναι τὸ θατέρου ἔργον ἢ τὸ θατέρου· δεῖ οὖν ταῦτα ἰσασθῆναι. *ἔστι δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν· ἀνῃροῦντο γὰρ ἄν, εἰ μὴ ἐποίει τὸ ποιοῦν καὶ ὅσον καὶ οἷον, καὶ τὸ πάσχον ἔπασχε τοῦτο καὶ τοσοῦτον καὶ τοιοῦτον.* οὐ γὰρ ἐκ E 8

---

7. οἷον] om. Kb. 14—16. *ἔστι δὲ — τοιοῦτον*] et hinc aliena vid.
16. καὶ τοιοῦτον] om. Kb.

χαριζόμενον. Hoc quidem, ad quod omnis τοῦ διορθωτικοῦ ratio qualis ante proposita est nihil valere apparet, neque analogiâ illâ quâ mox Aristoteles hoc genus justi descripturus est implicari constat. Nec tamen quemquam fugiet quam necesse fuerit et propter rem et quasi Charitum causâ hoc ipsum non praetermitti.

10. καὶ αὐτὸν ἐκείνῳ μεταδιδόναι τὸ αὑτοῦ i. e. οἰκίαν. Ita jam ipsa permutatio (ἡ κατὰ διάμετρον σύζευξις vs 6) circumscribitur; quae ut fiat (δεῖ vs 8) inter volentes, persuasum esse utrique permutantium oportet se dando accipiendoque cum commodo suo vel certe sine jacturâ sua habere: qua in re (ἐὰν οὖν vs 10) omnis quaestio posita est. Erit autem hoc, si primum (πρῶτον vs 10) omnino diversae quaecunque res unâ aestimatione inter se componi possint, deinde (εἶτα vs 11) eae res quae utrinque praesto sunt, compensatae ex illâ aestimatione ad paritatem permutentur. Ita enim jam „γίνεται τὸ ἀντιπεπονθός". Nam tria esse oportet, ut id eveniat quo spectatur, τὸ συμμένειν vs 12 vel ἡ κοινωνία. „Οὔτε γὰρ ἂν μὴ οὔσης ἀλλαγῆς κοινωνία ἦν, οὔτ' ἀλλαγὴ ἰσότητος μὴ οὔσης, οὔτ' ἰσότης μὴ οὔσης συμμετρίας" b 17 sq.

14—16. ἔστι δὲ τοῦτο . . . καὶ τοιοῦτον καὶ τοσοῦτον. Haec verba quae jam 1132 b 9—11 legi meminimus, hoc quidem loco placent viris doctis. Dici enim (ut Trendelenburg ait) „was von diesem Beispiele vs 7—10 gilt, gilt auch von den übrigen τέχναι, die ohne einen Entgelt im quantum und quale aufgehoben würden". Quibus timeo ut assentiri possit. Neque enim jam id agitur ut intellegatur cur variae τέχναι inter homines sint, sed quomodo rerum permutatione societas stet; neque commercio inter se utuntur quia τὸ ποιοῦν ποιεῖ ὃ πάσχει τὸ πάσχον, sed quia alter indiget iis rebus quae alter (quem ποιοῦντα τῷ πάσχοντι non recte opposueris) vel habet vel efficit, et vice versâ; nec denique exemplum illud sutoris et architecti vs 7 sq. ita insigne videtur ut non quod inter istos verum est per se ad quaslibet artes transferatur. Imo responderis illis, nec dicere philosophum quae dicentem

δύο ἰατρῶν γίνεται κοινωνία, ἀλλ' ἐξ ἰατροῦ καὶ γεωργοῦ, καὶ ὅλως ἑτέρων καὶ οὐκ ἴσων· ἀλλὰ τούτους δεῖ ἰσασθῆναι. διὸ πάντα συμβλητὰ δεῖ πως εἶναι, ὧν ἐστὶν ἀλλαγή. ἐφ' ὃ τὸ νόμισμ' ἐλήλυθε, καὶ γίνεταί πως μέσον· πάντα γὰρ μετρεῖ, ὥστε καὶ τὴν ὑπεροχὴν καὶ τὴν ἔλλειψιν, πόσα ἄττα δὴ ὑποδήματ' ἴσον οἰκίᾳ ἢ τροφῇ. δεῖ τοίνυν ὅπερ

---

19. K^b pr. διὸ ταῦτα. 21. μετρεῖ, ὥστε] K^b μετρίωστε. 22. ἄττα] om. K^b.

---

faciant, nec quae faciant dicentem hujus loci esse. At quae subsequuntur οὐ γὰρ ἐκ δύο ἰατρῶν . . . vs 16—18, dummodo integra essent quae praecedunt, rectissimam produnt sententiam. Ostendunt enim — id quod summi hanc ad rem momenti est — ipsam illam diversitatem rerum permutandarum, in qua haereatur (vs 12 s.), in causâ esse propter quam commercium petatur. Quae sententia deletis illis verbis vs 14—16 si non optime, at melius sane elucebit quam iisdem interjectis.

19 (—22). ἐφ' ὃ τὸ νόμισμ' ἐλήλυθε. Non ita mirum quidem per se, prius hac in re pecuniam commemorari quam χρείαν illam unde pecuniae usus et aptus est et intellegi potest (a 26—29; b 6—13), quoniam τὸ συμβλητὸν rerum venalium in pretio earundem ante oculos est. At illud quaeri possit an prudenter pecunia advocata sit, priusquam omnino ratio analogiae, qualis primum vs 22—24 (atque iterum vs 32—33) describitur, fuerit cognita. Qui enim de usu pecuniae admonitus fuerit, etiam minus perspiciet, quamobrem ut aestimentur et inter se computentur res venales ab hominibus, qui sane ipsi pecuniâ non taxantur (ὅπερ οἰκοδόμος πρὸς σκυτοτόμον, τοσαδὶ . . . vs 22; cf. vs 32) proficiscendum sit. Dixeris scriptorem ipsum haec non satis commode disposita esse concessisse, quum mox vs 25 (δεῖ ἄρα ἑνί τινι πάντα μετρεῖσθαι, ὥσπερ ἐλέχθη πρότερον) ad rem diligentius magisque suo loco retractandam revertendum esse significaret. — Ceterum qua ratione pecunia jam dicatur vs 20 μέσον esse, quippe ad quam tanquam ad mensuram undique res maxime diversae referantur, ut uno pretii genere aestimentur discernantur componantur, satis liquet. Aliquantum profecto diversa τοῦ μέσου notio ab eâ quae in ethicis solemnis est.

22 sq. ὅπερ οἰκοδόμος πρὸς σκυτοτόμον . . . „Quanto plus (ad communem vitae usum) opera architecti valet quam sutoris opera, tanto plura calceamenta singulis aedibus in aequo ponenda.“ In hominibus enim artificibus vel operariis (οἰκοδόμος, σκυτοτόμος, γεωργὸς vs 32) nil quaeritur nisi ars eorum seu opera (ut eodem jure dici potuerit ὅπερ οἰκοδομία πρὸς σκυτοτομίαν) vel etiam id quod illâ arte operâque conficitur. Annon id tandem agitur ut rerum summa diversitas κατὰ τὸ ποιόν, inventâ ratione aestimandi eam, numeri vel copiae differentiâ (τῷ ποσῷ) exaequetur? Neque obloquitur Aristoteles: certo enim τὸ τοσαδὶ in formulâ ejus vs 23 computando reperietur, dummodo emetiendo τὸ ὅπερ . . . vs 22. 32 constet; atqui τὸ μετρεῖν illud, unde

1133 a 23 οἰκοδόμος πρὸς σκυτοτόμον, τοσαδὶ ὑποδήματα πρὸς οἰκίαν [ἢ τροφήν]. εἰ γὰρ μὴ τοῦτο, οὐκ ἔσται ἀλλαγὴ οὐδὲ κοινωνία. τοῦτο δ', εἰ μὴ ἴσα εἴη πως, οὐκ ἔσται. δεῖ ἄρα ἑνί τινι πάντα μετρεῖσθαι, ὥσπερ ἐλέχθη πρότερον. τοῦτο δ' ἐστὶ τῇ μὲν ἀληθείᾳ ἡ χρεία, ἣ πάντα συνέχει· εἰ γὰρ μηθὲν δέοιντο ἢ μὴ ὁμοίως, ἢ οὐκ ἔσται ἀλλαγὴ ἢ οὐχ ἡ αὐτή. οἷον δ' ὑπάλλαγμα τῆς χρείας τὸ νόμισμα γέγονε κατὰ συνθήκην· καὶ διὰ τοῦτο τοὔνομα ἔχει νόμισμα, ὅτι οὐ φύσει ἀλλὰ νόμῳ

---

23. K^b^ τόσαδε. 24. [ἢ τροφήν] male add. 26. K^b^ τοῦτο δ' ὅτι τῇ. 27. K^b^ ἡ χρεία πάντα.

---

omnis res pendet, ipse ubique ad res (πάντα vs 20. 25. b 14. 22; τὰ διαφέροντα b 19) neque ad homines retulit. Quare cavendum est ne in interpretandâ ejus sententiâ nimium nominibus οἰκοδόμος σκυτοτόμος γεωργὸς vs 22. 32 tribuatur. Prorsus enim alia est ratio publicae illius ἀξίας in cap. 6 quae vere hominum est.

24. ἢ τροφήν. Absonum hoc est in exemplo cujus apodosis non poterat non ad similitudinem protaseos (ὅπερ . . .) conformari. Debetur ἢ τροφὴν alteri exemplo vs 32. b 4; cf. vs 17. 22.

26. τοῦτο (sc. τὸ μετροῦν) δ' ἐστὶ τῇ μὲν ἀληθείᾳ ἡ χρεία ἣ πάντα συνέχει. Audi Platonem, cujus haud absimiles quidem, sed aliquantum minus distinctas his de rebus sententias Rep. *B* p. 371, Legg. *IA* p. 918 legimus, dicentem ποιήσει δὲ αὐτὴν i. e. τὴν πόλιν, ὡς ἔοικεν, ἡ ἡμετέρα χρεία (Rep. *B* p. 369). Cujus quidem χρείας cur id munus quod revera est, ut ex illâ res venales aestimentur interque se comparentur, ad pecuniam tanquam ad ὑπάλλαγμα ejus translatum videatur esse, facile intellegitur; et ipsa enim eam naturam habet ut vix emetiri eam seu numero seu mensurâ possimus. Reliqua vero multa sunt quae ad explendam harum rerum cognitionem desiderantur, (velut qui fiat ut passim res quarum et est maxima χρεία et videtur esse multo minoris sint quam superfluae quaedam et speciosae); de quibus aut quid Aristoteles judicaverit aut an omnino quaesiverit, in hac ejus brevitate frustra disceptabitur.

27. εἰ γὰρ μηθὲν δέοιντο ἢ μὴ ὁμοίως . . . Si aut nulla χρεία fuerit aut alterius multo minor, cessaret commercium aut ad paritatem non perveniret (οὐχ ἡ αὐτὴ ἀλλαγή). Optativo εἰ δέοιντο cogitandum proponitur quod forte nonnunquam fiat, at ab hac re quoniam de mercantium consuetudine agitur alienum est.

30. διὰ τοῦτο τοὔνομα ἔχει νόμισμα ὅτι . . . νόμῳ: negligitur ergo quod inter utrumque nomen est, τὸ νομίζεται. Ceterum sententiam tum quae in his proponitur (τὸ κατὰ συνθήκην, νόμῳ, ἐφ' ἡμῖν μεταβαλεῖν), tum quae de eâdem re b 10—23 sequitur (οὐκ ἀεὶ ἴσον δύναται b 13, τὸ ἐξ ὑποθέσεως b 21) magis ad ipsam monetam quam ad aurum argentumque, unde plerumque pecunia conficitur, spectare apparet.

ἐστί, καὶ ἐφ' ἡμῖν μεταβαλεῖν καὶ ποιῆσαι ἄχρηστον. ἔσται 1133 a
δὴ ἀντιπεπονθός, ὅταν ἰσασθῇ, ὥστε ὅπερ γεωργὸς πρὸς σκυτοτόμον, τὸ ἔργον τὸ τοῦ σκυτοτόμου πρὸς τὸ τοῦ γεωργοῦ. εἰς σχῆμα δ' ἀναλογίας οὐ δεῖ ἄγειν, ὅταν ἀλλάξωνται· εἰ δὲ 1133 b
μή, ἀμφοτέρας ἕξει τὰς ὑπεροχὰς τὸ ἕτερον ἄκρον. ἀλλ' ὅταν ἔχωσι τὰ αὑτῶν, οὕτως ἴσοι καὶ κοινωνοί, ὅτι αὕτη ἡ ἰσότης δύναται ἐπ' αὐτῶν γίνεσθαι. γεωργὸς α, τροφὴ γ, σκυτοτόμος β, τὸ ἔργον αὐτοῦ τὸ ἰσασμένον δ. εἰ δ' οὕτω μὴ ἦν ἀντιπεπονθέναι, οὐκ ἂν ἦν κοινωνία. ὅτι δ' ἡ χρεία

31. $K^b M^b O^b$ μεταβάλλειν.
1. οὐ] delebat post alios Trendlbg. K^b δ' οὐ διάγειν ἀναλογίας.
2. K^b ὑπερβολάς. 3. K^b τὸ αὐτῶν. 4. α] K^b τὸ α.

31. ἔσται δὴ ἀντιπεπονθός (— b 6 οὐκ ἂν ἦν κοινωνία). Ut disputatio in proximis b 6 sqq. ad eam rem revertitur quae jam vs 31 quasi acta relinquitur (ad χρείαν atque νόμισμα, unde ἡ ἀλλαγὴ pendet): ita in his a 31 — b 6 iterum tractatur quae modo vs 22—25 circumscribebatur ipsa τῆς ἀλλαγῆς ratio. Quodsi componantur inter se quae utroque loco hanc ad rem afferuntur, eadem fere brevius illic hic paullo pluribus verbis dici videntur, nisi forte novi aliquid unâ illâ sententiâ „εἰς σχῆμα δ' ἀναλογίας" a 33 — b 2 contineri censeatur.

33 s. εἰς σχῆμα δ' ἀναλογίας οὐ δεῖ ἄγειν. Esse τὸ ἀντιπεπονθὸς κατ' ἀναλογίαν καὶ μὴ κατ' ἰσότητα a primo initio 1132 b 32 dictum est, delineata ἡ ἀντίδοσις ἡ κατ' ἀναλογίαν 1133 a 6 s., permutationis lex ib. 22—24 atque denuo vs 32. 33 ita descripta ut non tantum esse analogiam appareat sed etiam geometricam esse. Quapropter iis qui difficultati horum verborum ita succurrere volebant, ut deletâ particulâ οὐ conjecturâ scriberent εἰς σχῆμα δ' ἀναλογίας δεῖ ἄγειν, certo primum obstat quod de eâ quidem re pridem actum esse decebat; deinde vero vix dixerint cur τῷ κατ' ἰσότητα, quod procul esse jubeatur, τὸ σχῆμα τῆς ἀναλογίας opponendum fuerit; denique si id spectabatur ne injusta ὑπεροχὴ in alterâ parte esset (b 2) reputandum istam iniquitatem haud prohiberi quacunque analogiâ; esset enim idem ὑπεροχῆς genus non tantum si κατ' ἰσότητα, sed profecto etiam si κατ' ἀναλογίαν neglectâ illâ κατὰ διάμετρον copulatione (a 6) permutatio fieret. Imo mutandum nil est. Dicitur enim, si quidquam dicitur, σχῆμα esse ἀναλογίας quando aequali loco sint quae ipsâ re sunt conjuncta (α et γ atque β et δ a 7. 8; b 4. 5); ut ei, qui εἰς σχῆμα ἀναλογίας ἄγειν velit rem, dicendum sit „quanto plus ad communem vitam architectus faciat quam sutor, tanto pluris esse opus architecti quam sutoris." Sin commercium sit inter utrumque (ὅταν ἀλλάξωνται b 1) inverso ordine atque solutâ analogiae figurâ plura dentur oportere ab eo qui minoris sit. Id quod sane ἐν τῷ διανεμητικῷ secus erat. — Et ita quidem unice intelligitur quid velint b 2 ἀμφότεραι αἱ ὑπεροχαί.

6 sq. ὅτι δ' ἡ χρεία συνέχει — Reditur ad τὴν χρείαν „ἣ πάντα

ἔχει ὥσπερ ἕν τι ὄν, δηλοῖ ὅτι ὅταν μὴ ἐν χρείᾳ ὦσιν ἀλ-
λήλων, ἢ ἀμφότεροι ἢ ἅτερος, οὐκ ἀλλάττονται, [ὥσπερ
χν, οὗ ἔχει αὐτὸς δέηταί τις, οἷον οἴνου, διδόντες σίτου ἐξα-
γωγῆς. δεῖ ἄρα τοῦτο ἰσασθῆναι.] ὑπὲρ δὲ τῆς μελλούσης ἀλ-
λαγῆς, εἰ νῦν μηδὲν δεῖται, ὅτι ἔσται ἐὰν δεηθῇ, τὸ νόμι-
σμα οἷον ἐγγυητής ἐσθ' ἡμῖν· δεῖ γὰρ τοῦτο φέροντι εἶναι
λαβεῖν. πάσχει μὲν οὖν καὶ τοῦτο τὸ αὐτό· οὐ γὰρ ἀεὶ ἴσον

8—10. [ὥσπερ — ἰσασθῆναι] hic susp. 9. οὗ ἔχει] K^b οὐχί. τις] om. K^b. διδόντες] K^b δόντες. 11. ἐὰν] K^b ἄν. 12. φέροντι] K^b φανερόντι.

συνέχει“ a 27 (v. ad a 31). Quum enim duo sint, quae ab illâ pendent, τὸ συνέχειν atque τὸ μετρεῖν: ad hoc prius quaestionis ratio ferebat, ad illud quod re prius est explicandum deinde acceditur. Similiter duplici modo pecunia τῆς χρείας ὑπάλλαγμα (a 29) est; nam quum magis idonea quam ipsa χρεία mensura sit rerum utilium (v. ad a 26), tum et ipsa jam omni generi χρείας subveniens (οἷον ἐγγυητής b 12) non potest non perpetuum inter homines commercium efficere, quoniam et comparatur ex illo et eidem suppetit. Unde apparet aliquantum differre quae de eâdem re a 26—31 et quae b 6—28 disputentur nec sane repetitam quaestionem sine fructu esse.

8. ἢ ἀμφότεροι i. e. ὥστε μηθὲν δεῖσθαι a 27; ἢ ἅτερος i. e. ὥστε μὴ ὁμοίως δεῖσθαι a 28.

8—10. ὥσπερ ὅταν . . . δεῖ ἄρα τοῦτο ἰσασθῆναι. Vix sana haec. Etenim si placebat, ei rerum conditioni qua commercium tollitur (ὅταν μὴ . . . οὐκ ἀλλάττονται vs 7. 8) particulâ ὥσπερ contrariam opponere, desideratur id ipsum quod summum est. Dictum enim „illo quidem modo οὐκ ἀλλάττονται, ὥσπερ (ἀλλάττονται) ἐὰν οὗ ἔχει αὐτὸς δέηταί τις οἷον οἴνου, διδόντες (οἶνον) σίτου ἐξαγωγῆς“; sed omissum „ἐάν τε αὐτοὶ δέωνται σίτου“. Quamquam enim qui ita significatur rerum status (vini abundantia, inopia frumenti) notissimus Atticae ipsius erat, tamen legentium cogitationi permitti non poterat, in quó omnis oppositionis ratio posita est. Atque praeterea si recte spectabatur principalis de qua agitur sententia (ὅτι ἡ χρεία συνέχει vs 6), pergendum potius vs 10 δεῖ δὲ τοῦτο ἰσασθῆναι, quam δεῖ ἄρα. — Ceterum quum olim vulgo cum ll. L^b M^b O^b scriberetur σίτου ἐξαγωγήν, id certe correcturae Bekkeri debetur, ut omnino in his de quadam sententiâ agi possit. Nec tamen cunctis verbis istis vs 8—10 plane e medio sublatis quidquam desideratur.

10. ὑπὲρ δὲ τῆς μελλούσης ἀλλαγῆς . . . . ὅτι ἔσται . . Ita igitur efficitur ut homines datâ facultate futuris atque ignotis adhuc temporibus providendi praesens commercium quod tanquam sibi inutile inter missuri erant (οὐκ ἀλλάττονται vs 8) libenter admittant.

13. πάσχει μὲν οὖν καὶ τοῦτο (τὸ νόμισμα) τὸ αὐτό sc. ὅπερ
χρεία ἐστίν: illa enim eadem iisdem hominibus modo b
nt modo indigentibus exoptatissima; pecuniâ au

E 8 δύναται· ὅμως δὲ βούλεται μένειν μᾶλλον. διὸ δεῖ πάντα 1133b 14 τετιμῆσθαι· οὕτω γὰρ ἔσται ἀεὶ ἀλλαγή, εἰ δὲ τοῦτο, κοινωνία. τὸ δὴ νόμισμα ὥσπερ μέτρον σύμμετρα ποιῆσαν ἰσάζει· οὔτε γὰρ ἂν μὴ οὔσης ἀλλαγῆς κοινωνία ἦν, οὔτ' ἀλλαγὴ ἰσότητος μὴ οὔσης, οὔτ' ἰσότης μὴ οὔσης συμμετρίας. τῇ μὲν οὖν ἀληθείᾳ ἀδύνατον τὰ τοσοῦτον διαφέροντα σύμμετρα γενέσθαι, πρὸς δὲ τὴν χρείαν ἐνδέχεται ἱκανῶς. ἓν δή τι δεῖ εἶναι, τοῦτο δ' ἐξ ὑποθέσεως· διὸ νόμισμα καλεῖται· τοῦτο γὰρ πάντα ποιεῖ σύμμετρα· μετρεῖται γὰρ πάντα νομίσματι. οἰκία α, μναῖ δέκα β, κλίνη γ. τὸ δὴ α τοῦ β ἥμισυ, εἰ πέντε μνῶν ἀξία ἡ οἰκία [ἢ ἴσον]· ἡ δὲ κλίνη δέκατον μέρος τὸ γ τοῦ β· δῆλον τοίνυν πόσαι κλῖναι ἴσον οἰκίᾳ, ὅτι πέντε. ὅτι δ' οὕτως ἡ ἀλλαγὴ ἦν πρὶν τὸ νόμισμα εἶναι, δῆλον· διαφέρει γὰρ οὐδὲν ἢ κλῖναι πέντε ἀντὶ οἰκίας, ἢ ὅσου αἱ πέντε κλῖναι.

23. τὸ δὴ α] Kᵇ Oᵇ τὸ α. 24. [ἢ ἴσον] susp. 26. ὅτι πέντε] om. Lᵇ pr.; ὅτι δέκα rc. δ' οὕτως] Kᵇ δὴ οὕτως. 27. εἶναι] e Mᵇ; ἢ Lᵇ c. al.

...adem neque ubique nec semper tantundem utilium rerum comparari potest, quantum aut ejusdem rei pro illâ pridem permutatum est aut quantum aliarum rerum tunc in vicem earum mercium venibat quarum loco illud pretium acceptum est. Est igitur utrinque similitudo; sed item est differentia; pecunia enim „βούλεται μένειν μᾶλλον" vs 14. Nam vix acciderit ut quondam ejus ad explendam inopiam nullus sit usus; id quod in ceteris rebus, dummodo earum abundantia sit, passim fit.

16. τὸ δὴ νόμισμα . . . ἰσάζει. Recte δή: quo enim omnes res τετίμηνται (vs 15), id necessario omnium mensura quaedam est. Nec minus recte quod sequitur οὔτε γάρ; explicatur enim quem ad finem necessarium τῷ μετρεῖν — ἰσάζειν perveniatur. Nihilominus inde a vsu 16 sensim ad alium pecuniae usum transitur, qui quidem a 28 sq. unus commemorabatur: nam aliud profecto ἐγγυητὴν εἶναι μελλουσῶν ἀλλαγῶν, aliud παρούσης μέτρον; et hoc quidem re prius est. Cf. ad b 6 sq.

21. διὸ νόμισμα καλεῖται: et ad nomen igitur derivandum ut ad pleraque bis acceditur, v. a 30. Sententia enim eadem, sive ad τὸ κατὰ συνθήκην quod νόμῳ est (a 29. 30) refertur, sive minus accurate demonstranti sufficere videtur τοῦ ἐξ ὑποθέσεως mentio b 21.

24. ἢ ἴσον (τῷ β) sc. εἰ δέκα μνῶν ἀξία ἡ οἰκία. Tam negligenter hoc adjicitur (neque enim vs 26 eo respicitur omisso ad ὅτι πέντε supplemento „ἢ δέκα"), ut quaeri possit quidni omissum potius omnino sit. — De re quamquam aliunde notum est adnotetur et hinc constare,

τί μὲν οὖν τὸ ἄδικον καὶ τί τὸ δίκαιόν ἐστιν, εἴρηται. E δ ιωρισμένων δὲ τούτων δῆλον ὅτι ἡ δικαιοπραγία μέσον ἐστὶ τοῦ ἀδικεῖν καὶ ἀδικεῖσθαι· τὸ μὲν γὰρ πλέον ἔχειν τὸ δ' ἔλαττόν ἐστιν. ἡ δὲ δικαιοσύνη μεσότης ἐστὶν οὐ τὸν αὐτὸν

32. $K^b L^b$ μεσότης τις ἐστίν, οὐ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον (sim. O^b).

cives Graecarum civitatum permodicum plerumque sumtum in privatas domos impendisse.

5) 1133 b 29 — 1134 a 16. Absolvitur disputatio de particulari justitiâ. Etenim quum inde a cap. 6 omnis opera ad id conversa sit ut explicetur quid per genera diversa sit justum (1133 b 29), jam breviter inde colligitur, quid esse dicenda sit δικαιοπραγία (1133 b 30—32); quomodo justitia sit mediocritas (1133 b 32 — 1134 a 1); qualis sit omnino homo justus (1134 a 1—6) et qualis injustorum habitus (1134 a 6—13). Quodammodo igitur postquam τὸ δίκαιον cognitum est, αἱ πτώσεις τοῦ δικαίου recensentur. Quodsi vero videndum est, quam necessarium ad rem hoc caput sit atque quam opportune isto suo loco in fine positum, primo ad ultimam ejus sententiam animum advertas „τοῦ δ' ἀδικήματος . . . μεῖζον τὸ ἀδικεῖν" 1134 a 12 i. e. τῶν ἄκρων χεῖρον τὸ ἀδικεῖν. Quis enim attente ll. ΓΔ legerit, quin haec dum audit meminerit, item in plerisque reliquis virtutibus ethicis hoc ultimum Aristotelem quaerere utrum ἄκρον vilius sit? Quemadmodum autem extrema vox capitis 9 ad similitudinem ceterarum virtutum hanc revocat, ita universum caput id cavet, ne peculiari ratione qua pro propriâ rei naturâ libro E actum est efficiatur, ut universi operis quasi junctura jam videatur soluta esse. Beati homines agendo; et ita quidem ut ἡ ἐνέργεια virtutis sit vel ethicae vel dianoëticae. Quarum illa (ἡ ἠθικὴ) in mediocritate quadam spectatur. Virtutum igitur imago hominumque qui mediocritatem amplexi earum compotes sunt proponenda est. Quae quum etiam ad libr. E pertineant, nil hucusque audivimus nisi quid sit τὸ δίκαιον (τὸ διανεμητικὸν τὸ διορθωτικὸν τὸ ἀλλακτικόν). Ergo non opportune tantum sed necessario, priusquam ad alia pergatur, caput quoddam suppeditatur, unde cernatur, esse hic quoque τὸ μέσως (in juste facto), μεσότητα atque ἄκρα (in habitu ipso) imprimis vero τὸν μέσον et eum qui illi sit e contrario opponendus. Sin minus vel aliter atque in reliquis virtutibus usitatae hae notiones huc quadrent, id saltem ita esse ostendatur.

29. τί τὸ ἄδικον . . . καὶ τί τὸ δίκαιον. Sola ea dici quae ad τὴν ἐν μέρει ἀρετῆς δικαιοσύνην (1130 a 14) pertinent, inde constat quod per totum caput τὸ ἀδικεῖν nil aliud est nisi τὸ πλέον ἔχειν (b 31) vel τὸ πλέον νέμειν ἑαυτῷ. Nec tamen ad examinandam Aristotelis doctrinam de virtute inutile fuerit si quis quaestiones hôc cap. motas etiam ad τὸν νόμιμον atque ad τὸν παράνομον applicaverit, ut 1108 b 7—9 (u. v.) promissum erat.

30—32. Δικαιοπραγία quae media sit inter τὸ πλέον καὶ τὸ ἔλαττον ἔχειν vs 31 in re potius gestâ quam in ipso agendi modo spectatur; ut δικαιοπράγημα (v. 1135 a 12) magis proprium nomen fuisset.

E 9 τρόπον ταῖς πρότερον ἀρεταῖς, ἀλλ' ὅτι μέσου ἐστίν· ἡ δ' 1133 b 33 ἀδικία τῶν ἄκρων. καὶ ἡ μὲν δικαιοσύνη ἐστὶ καθ' ἣν ὁ δί- 1134 a καιος λέγεται πρακτικὸς κατὰ προαίρεσιν τοῦ δικαίου, καὶ διανεμητικὸς καὶ αὑτῷ πρὸς ἄλλον καὶ ἑτέρῳ πρὸς ἕτερον, οὐχ οὕτως ὥστε τοῦ μὲν αἱρετοῦ πλέον αὑτῷ ἔλαττον δὲ τῷ πλησίον, τοῦ βλαβεροῦ δ' ἀνάπαλιν, ἀλλὰ τοῦ ἴσου τοῦ κατ' ἀναλογίαν, ὁμοίως δὲ καὶ ἄλλῳ πρὸς ἄλλον. ἡ δ' ἀδικία

---

32 — 1134 a 1. Justitiam particularem τοῦ μέσου esse ab eo suo jure affirmari poterat qui per tria genera diligenter demonstraverat ὅτι μέσον τὸ δίκαιον; v. 1131 a 14; 1132 a 17; cf. 1133 a 20—22. At quaeritur num probatâ eâ mediocritate quae hinc colligatur praeter inanem communis nominis speciem quidquam profectum sit. Res enim ipsa aliam comparandi rationem flagitare videtur. Nam quum universa virtus ethica ita mediocritas esse dicta sit ut περὶ πάθη καὶ πράξεις μεσότης esset, nimirum et ipsa justitia particularis, quoniam vetat πλεονεκτεῖν lucrumque iniquum spernit, suum habet πάθος suasque πράξεις in quibus versatur: insitum animo habendi amorem studiumque illud quo nolumus inferiores esse. In his vero quoniam ἔλλειψις aut non est (ἐν πᾶσι γὰρ τὸ ἔλαττον οὐδεὶς ὑπομένει 1163 b 9) aut ad quoddam inertiae genus pertinet cujus correctio a justitiâ certe haud est speranda, non habemus quod huic virtuti recte opponamus nisi ὑπερβολήν, neque est revera illa quidem mediocritas. Conjiciatur igitur, ista dubitatio ne glisceret neu forte universam virtutis ethicae definitionem impugnare videretur, Aristotelem jam aliud genus μεσότητος excogitasse quo se reciperet.

33 s. ἡ δ' ἀδικία sc. μία οὖσα καὶ ἡ αὐτὴ ἅμα ἀμφοτέρων τῶν ἄκρων. Dici neutro genere τὰ ἄκρα ut in justitiâ τὸ μέσον (1133 b 33) vix est quod adnotetur.

1. 6. καὶ ἡ μὲν δικαιοσύνη . . . ἡ δ' ἀδικία. Particulâ καὶ nonnulla adjunguntur quibus plenius explicentur, quae modo 1133 b 32 sq. de utroque genere breviter delineata sunt.

2. πρακτικὸς κατὰ προαίρεσιν τοῦ δικαίου: cf. 1129 a 8 (δικαιοσύνη) ἀφ' ἧς πρακτικοὶ τῶν δικαίων εἰσὶ . . . καὶ βούλονται τὰ δίκαια. Majore etiam diligentiâ quam in reliquis virtutibus singulae notiones quibus plena virtutis natura describenda est in justitiâ supplentur (v. ad 1133 b 29—1134 a 16 extr.). Nam omnino quidem omnem ethicam virtutem et πρακτικὴν (τῶν βελτίστων) — 1104 b 28; 1114 b 28 — et ἕξιν προαιρετικὴν esse — 1106 b 36 — audivimus.

3. καὶ διανεμητικός. Difficile dictu utrum Aristoteles quum de universâ justitiâ particulari agens id nomen admitteret quod inter tria ejus justitiae genera unius proprium erat, a duobus alienum videri poterat, negligentior in deligendis verbis fuisse dicendus sit, an ita quum scriberet voluerit τῷ διανεμητικῷ praecipuam aliquam dignitatem, cui τὸ διορθωτικὸν atque τὸ ἀλλακτικὸν quodam modo essent subdita, attribuere. In utramque enim partem tacente magistro disputari potest.

6. ἡ δ' ἀδικία τοῦ ἀδίκου sc. πρακτική ἐστι (κατὰ προαίρεσιν) v. vs 1. 2: tenetur enim oppositio μὲν vs 1 . . . δὲ vs 6, quamquam alia

ναντίον τοῦ ἀδίκου, τοῦτο δ' ἐστὶν ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις τοῦ
φελίμου ἢ βλαβεροῦ παρὰ τὸ ἀνάλογον. διὸ ὑπερβολὴ καὶ
λλειψις ἡ ἀδικία, ὅτι ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεώς ἐστιν, ἐφ'
αὑτοῦ μὲν ὑπερβολῆς τοῦ ἁπλῶς ὠφελίμου, ἐλλείψεως
δὲ τοῦ βλαβεροῦ· ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων τὸ μὲν ὅλον ὁμοίως, τὸ
δὲ παρὰ τὸ ἀνάλογον, ὁποτέρως ἔτυχεν. τοῦ δὲ ἀδικήματος

---

constructio item cum genitivo (διανεμητικὸς vs 3) intervenit, primo
quidem illa obvoluta quasi (πλέον .. ἔλαττον vs 4, tanquam διανέμων
praecederet), sed expressa in τοῦ ἴσου vs 5.

11. ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων τὸ μὲν ὅλον ὁμοίως, τὸ δὲ παρὰ τὸ ἀνάλογον
ὁποτέρως ἔτυχεν. Quum appareat priore membro ἐφ' αὑτοῦ μὲν . . .
βλαβεροῦ vs 9—11 eandem rem exponi quae in justitiâ vs 3 verbis
„καὶ αὐτῷ πρὸς ἄλλον" significetur, sequitur jam verbis ἐπὶ δὲ τῶν
ἄλλων ad alterum accedi („καὶ ἑτέρῳ πρὸς ἕτερον" vs 3), ut is qui aut
justum aut injustum sese praestat ipse nullam partem sit accepturus.
Neque enim mirum quum jam ad exprimendam oppositionis rationem
triplici μὲν, tribus δὲ vs 10. 11 opus fuerit, in priore quod diximus
membro de ejus contra quem injuste agitur sorte, quippe de qua
dubitatio relicta non sit, verba non fieri. Ergo ἐπὶ τῶν ἄλλων
„si aliis, non sibi, injustus aliquis attribuat sortes" τὸ μὲν ὅλον ὁμοίως
κc. ἔχει, quoniam etiam tum erit et qui fructûs nimium, damni parum
accipiet et alius qui inique aut onere prematur aut bono careat. Quid
igitur in his restat quin definitum sit (ὁποτέρως ἔτυχεν)? nimirum id
unum uter utri praeferatur. Quod ni sciatur nesciri etiam πῶς vel
ποτέρως τὸ παρὰ τὸ ἀνάλογον cadat certum est; nec tamen minus cer-
tum, ipsum nomen τοῦ ἀνάλογον ad plura referri, ut recta sententia
oppositorum membrorum naturae potius quam nominum rationi inter
se (τὸ ὅλον — τὸ παρὰ τὸ ἀνάλογον) debeatur. — Praeterea reputan-
dum, τὸ ὁποτέρως ἔτυχεν ita tantum verum esse quatenus breviter et
universe dici nequit, quo se favor injustitiae vertat; ipse enim vir in-
justus dum agit suo animo nec casu abripitur atque semper, dum
alienum lucrum contra fas admittit, aliquo modo πλεονεκτεῖ καὶ αὐτὸς
ἢ χάριτος ἢ τιμωρίας ἢ ὁπωσοῦν cf. 1137 a 1.

12. τοῦ δὲ ἀδικήματος τὸ μὲν ἔλαττον τὸ ἀδικεῖσθαί ἐστι . . . V.
supra ad 1133 b 29—1134 a 16. Quodsi τὰ ἄκρα inter se comparanda
erant, quum non esset nisi unum vitium, necessario ad τὸ ἀδικεῖσθαι
et τὸ ἀδικεῖν perveniebatur. Quodam modo igitur eadem quaesti
retractatur dum 1138 a 28—b 5 pluribus disputatur πότερον φαυλό
τερον τὸ ἀδικεῖσθαι ἢ τὸ ἀδικεῖν (ad q. l. v.). Peculiaris vero huj
loci et capitis ratio suadebat cautionem, ne quum de virtute at
vitio ageretur appareret, ita quidem componi quod μετὰ κακίας
ψεκτὸν est (τὸ ἀδικεῖν, 1138 a 32) cum re plane alienâ quae
κακίας καὶ ἀδικίας sit (τὸ ἀδικεῖσθαι, 1138 a 34). Unde probab
accidit ut jam per vocabula minus propria (ἔλαττον . . . μεῖζον),
ad an.ous quasi nomen ἀδικήματος, oppositio fieret.

E 9 τὸ μὲν ἔλαττον τὸ ἀδικεῖσθαί ἐστι, τὸ δὲ μεῖζον τὸ ἀδικεῖν. 1134 a 13 περὶ μὲν οὖν δικαιοσύνης καὶ ἀδικίας, τίς ἑκατέρας ἐστὶν ἡ φύσις, εἰρήσθω τοῦτον τὸν τρόπον, ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τοῦ δικαίου καὶ ἀδίκου καθόλου.

---

13. K[b] ἔλαττον ἀδικεῖσθαί.

Quae adhuc libri *E* tractavimus capita (1—9), quamquam haud vacent tum difficultatibus tum corruptelis, tamen uno tenore rem ad quandam perfectionem perducere demonstratum est. Quodsi a proximis verbis „περὶ μὲν οὖν δικαιοσύνης καὶ ἀδικίας . . ." 1134 a 14—16 nil aliud flagitetur nisi absolutae operae respectus quidam, haud ita male ibi praedicari videatur, jam εἰρῆσθαι περὶ δικαιοσύνης καὶ ἀδικίας, περὶ δικαίου καὶ ἀδίκου καθόλου.

Sequitur inde a 1134 a 17 altera pars hujus libri, si in unum quae ibi exstant complecti fas est. Singula enim capita (non Bekkeriana dico, sed rei capita) aut ita se excipiunt ut nec scriptoris verbis nec rei sententiarumque ratione prodatur, omnino ullam quasi viam universae disputationi praescriptam esse, aut interpositis nonnullis sententiis disjunguntur potius quam copulantur; quae enim interponuntur modo fragmenti sermonis intercepti similitudinem exhibent (1134 a 17—23), modo plenam sententiam sed in qua quaerendum sit quo spectet (1135 a 5—8; 1134 a 23—26; 1137 a 26—30). Accedit denique quod sunt quae bis ita tractentur, ut probabilis causa repetitionis nulla sit. Ecce tabula capitum quae dico.

1) 1134 a 26—1135 a 5: inter cives esse quod vere justum sit, et quomodo a politico differat τὸ οἰκονομικόν (— 1134 b 18); politicorum autem justa alia φύσει esse, alia τάξει (— 1135 a 5).
2) 1135 a 8—1136 a 9: quae bene aut male facta sint, si in jus vocentur, judicio subjicienda esse prout ad eum pertineant qui fecerit; idem enim committit modo ἀτυχῶν τις, modo ἀδικῶν τις, modo ἄδικος.
3) 1136 a 10—1137 a 4. περὶ τοῦ ἀδικεῖν καὶ ἀδικεῖσθαι τρία ἀπορεῖται
   a. πότερον ἔστιν ἑκόντα ἀδικεῖσθαι (—1136 b 14).
   b. πότερον ἔστιν αὐτὸν ἀδικεῖν (—1136 b 25).
   c. πότερον ὁ νείμας ἀδικεῖ ἢ ὁ ἔχων (—1137 a 4).
4) 1137 a 4—26: refutantur qui putant facilia esse quae a justitiā imperentur.
5) 1137 a 31—1138 a 3: περὶ ἐπιεικείας, πῶς ἔχει πρὸς δικαιοσύνην.
6) 1138 a 4—28: probatur non esse τὸ ἀδικεῖν αὐτόν.
7) 1138 a 28—b 5: φαυλότερον τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι.
8) 1138 b 5—14: admittitur τὸ ἀδικεῖν αὐτόν, quoad in uno homine plura sunt vel quasi plures qui inter se agunt.

Singula quaeque ista capita diligenter conscripta et elaborata sunt, ut negligentiae vel properationi, qualis nonnunquam in Aristotele quum ad extremam aliquam disputationem accedit percipitur, in his nil possit tribui. Neque est ullum caput in quo aut sententia aut genus

1134 a 17 *ἐπεὶ δ' ἔστιν ἀδικοῦντα μήπω ἄδικον εἶναι, ὁ ποῖα ἀδικήματα ἀδικῶν ἤδη ἄδικός ἐστιν ἑκάστην ἀδικίαν, οἷον κλέπτης ἢ μοιχὸς ἢ λῃστής; ἢ οὕτω μὲν οὐδὲν διοίσει; καὶ γὰρ ἂν συγγένοιτο γυναικὶ εἰδὼς τὸ ἧ, ἀλλ' οὐ διὰ προαιρέσεως ἀρχὴν ἀλλὰ διὰ πάθος. ἀδικεῖ μὲν οὖν, ἄδικος δ' οὐκ ἔστιν, E

20. *οὐ διὰ*] K[b] *οὐ.*

scribendi ab illo alienum sit. Unaquaeque igitur per se contemplatus, nihil ab Aristotele abjudicare volet qui in talibus audaciam evitaturus est; idemque de viâ ac ratione qua in universâ re procedendum fuerit cum illo expostulare valde dubitabit. Nihilominus id negandum est, librum in hunce ordinem redactum ab ipso philosopho editum esse; ordinemque, quamvis turbatum in integrum restituendi desit facultas, tamen fere omnem turbatum esse satis constat. Id quod in posterioribus capitibus ita ostendi potest, ut ne multis quidem verbis opus sit. Aperte enim quod supra septimo loco posuimus in alienam migravit sedem, sextum ab octavo, quae capita ejusdem et rei et judicis sunt, distinens. Qui vero sextum illud cum octavo scripsit, certo non prius in eundem librum tertium inseruit. Perspicua in his vestigia exstant, non duorum quidem scriptorum certa, sed certa dissertationum duarum. Quae quum nunc in unum opus consertae sint, necessario alium quendam praeter Aristotelem agnoscemus qui manu potius quam cum arte collecta composuit. (Cf. ad 1130 b 18—29 extr. et ad 1131 a 9.)

Haec praemittenda erant, ne aut per singulos locos distracta demonstratio commentariorum fines egrederetur aut illata suo loco judicia probabili fundamento carere viderentur. —

17—23. Differre *τὸν ἀδικοῦντα* atque *τὸν ἄδικον*, praeter alia quae ejusdem generis sunt, secundo quod supra posuimus capite (1135 a 8 sqq.) accurate demonstratur. Fuerunt igitur, qui h. l. *τὴν ἀπορίαν* proponi dicerent ad quam solvendam illic redeatur. Nec tamen recte. In eandem enim sententiam quae infra est jam inde a verbis *ἢ οὕτω μὲν οὐδὲν διοίσει* vs 19 acceditur ad solvendam quaestionem, sed abrupto sermone vs 23 inchoata res relinquitur. Ne illud quidem verum est redire disputationem p. 1135 ad hanc quaestionem; quoniam ab aliâ ad aliam rem nullâ viâ ac ratione, sine ullo partium vinculo transitur, atque quod pridem imperfectum omissum erat priore operâ plane neglectâ prorsus alio loco absolvitur. Imo si quid conjicere lubeat, probabilius dicatur istos versûs 17—23 invito Aristotele, cui ita tentata minus placuerint, hoc Ethicorum loco editos esse. Nam profecto *τὸ εἰδὼς τὸ ἧ*, unde vs 20 initium fit argumentandi, minus bene *τὰ ποῖα ἀδικήματα* illustrat de quibus (vs 17) quaerebatur. Annon *τὸ εἰδότα πράττειν* eodem spectat quo *τὸ ἐκ προαιρέσεως* (vs 20), ad eum qui agit? Poterant haec in rectum cursum reduci; at ipsa impediebant potius propositum.

18. *ἄδικος ἑκάστην ἀδικίαν, οἷον . . . μοιχὸς . .* Cf. 1130 a 24—27. Aut ad generalem justitiam solam in his spectatur aut promiscue ad omnem. Nec tamen id hujus loci proprium est. Notandum enim et

οἷον οὐδὲ κλέπτης, ἔκλεψε δέ· [οὐδὲ μοιχός, ἐμοίχευσε δέ·] 11. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. *πῶς μὲν οὖν ἔχει τὸ ἀντιπεπονθὸς πρὸς τὸ δίκαιον, εἴρηται πρότερον· δεῖ δὲ μὴ λανθάνειν ὅτι τὸ ζητούμενόν ἐστι καὶ τὸ ἁπλῶς δίκαιον καὶ τὸ

---

22. οἷον οὐδὲ] K^b οἷον οὐ. [οὐδὲ μοιχός, ἐμοίχευσε δέ] susp. 25. 26. K^bL^b καὶ πολιτικόν.

---

reputandum, per totam istam alteram libri *E* partem, si unum caput 1138 a 4—28 exceperis, ita fere agi quasi de duabus justitiis, nedum de posterioris tribus generibus nil ante disputatum sit.

22. οὐδὲ μοιχός, ἐμοίχευσε δέ. Quum ille οὐκ ἄδικος ὃς ἀδικεῖ (vs 21) nemo sit nisi ipse ὁ μοιχεύων qui vs 20 in litem vocatus est, certe verbis his „οὐδὲ . . ." additis non egebat.

23 sq. πῶς μὲν οὖν ἔχει τὸ ἀντιπεπονθὸς . . . . (— 26 τὸ πολιτικὸν δίκαιον). Quum neque ea quae praecedunt vs 17—23 atque cap. 9, nec quae jam secutura est disputatio ullo modo ad τὸ ἀντιπεπονθὸς magis attineant quam ad quamlibet aliam hujus libri partem, istud „πῶς μὲν οὖν . . . εἴρηται· δεῖ δὲ μὴ λανθάνειν" hoc quidem loco positum non solum ab Aristotelico usu sed omnino a rectâ ratione scribendi abhorret. Neque illud quidem recte habet, hucusque quum peractum sit, justum dicere „τὸ ζητούμενον" (vs 25). Taceo alia. Satis enim apparet, haec verba si ab ipso Aristotele scripta sint, at ita scripta esse ut ad disputationem longe aliter dispositam referrentur.

1) 1134 a 26—1135 a 5.

Duas hujus capitis partes in eo versari dixeris ut prius demonstretur inter quosnam sit τὸ δίκαιον (hinc enim τὸ πολιτικὸν ab eo quod uno nomine τὸ οἰκονομικὸν appellari potest discernitur — 1134 b 8), deinde unde sit (sc. tum φύσει tum τάξει — 1135 a 5). Utrumque et ad rem et in Aristotelis doctrinâ, quam aliunde novimus, tam necessarium locum obtinet ut in integro περὶ τοῦ δικαίου libro deesse vix possit. Qua in re ne necesse quidem est, alia scripta vel Politicorum locos laudemus. Sed sufficit de priore quaestione eorum admoneri quae in Nicomacheorum libris περὶ φιλίας, imprimis *Θ* 12. 13 et *I* 2 leguntur; alterum vero πότερον φύσει ἢ τάξει jam ab ipso initio, ne multa congerantur, quaeri meminimus, v. 1094 b 14 τὰ δὲ καλὰ καὶ τὰ δίκαια . . . . τοσαύτην ἔχει διαφορὰν καὶ πλάνην ὥστε δοκεῖν νόμῳ μόνον εἶναι, φύσει δὲ μή. Imo etiam hoc est longius progredi quam res poscit. Utramque justitiam ἐν τῷ πρὸς ἕτερον versari scimus (1130 b 1); atqui idcirco in his τὸ πολιτικὸν probari, postponi τὸ οἰκονομικόν, quia illic vere est ὁ ἕτερος, hic minus, tam apertum est ut liceat mirari, cur non nomine quoque τοῦ πρὸς ἕτερον retento et ita habitâ prioris definitionis ratione indicatum sit, per unam rei scientiam recte de variis quaestionibus agi. Deinde qui justus est secundum generalem justitiam νόμιμος supra vocabatur, leges autem tum pro reipublicae formâ tum pro legislatoris indole variae (1129 b 11—25): num igitur omnia seu νόμιμα seu δίκαια a voluntate civitatis hominumque apta sunt, an est quod φύσει stet?

Ergo certum est, talem disputationem qualis in his exstat priori

1131 a 26 πολιτικὸν δίκαιον. τοῦτο δέ ἐστιν ἐπὶ κοινωνῶν βίου πρὸς τὸ εἶναι αὐτάρκειαν, ἐλευθέρων καὶ ἴσων ἢ κατ' ἀναλογίαν ἢ κατ' ἀριθμόν· ὥστε ὅσοις μή ἐστι τοῦτο, οὐκ ἔστι τούτοις πρὸς E 1 §

26. δέ ἐστιν] Bekk. min. δ' ἔστιν.

doctrinae succurrere et fere ab illâ postulari; nec minus constat, eam quam legimus ita vss 23—26 ad praecedentia adsertam esse ut suspicandum sit suo loco illam esse dejectam. Sed aliud est haec intellexisse, aliud eo progredi ut putemus e cognito Aristotelis consilio turbatum opus ipsos posse restituere. Id enim olim conatus Trendelenburgius (historische Beiträge zur Philosophie Bd. III pag. 399—444), ut quum alias molestias tum hujus capitis difficultates e medio tolleret, libro *E* in novum ordinem redacto post inventam τὴν ἐν μέρει ἀρετῆς δικαιοσύνην (cap. 4) capitis noni maximam partem ponebat, deinde τὸ ἀντιπεπονθός (cap. 8); succedere ea de quibus nunc agimus (1134 a 23 sqq.) interpositâque divisione illâ τῆς κατὰ μέρος 1130 b 30—1131 a 9 pergi ad τὸ διανεμητικὸν atque τὸ διορθωτικόν (cap. 6. 7). Quam conjecturam qui per singula quaeque perpendere velit (id quod h. l. fieri nequit) videat annon ita remotis nonnullis vel multis molestiis tum in re tum passim in verbis subnascantur aliae et forte majores. Et omnino quidem magis probabile est, tum laesis nonnullis pristini libri paginis quaedam intercidisse maleque reliqua conglutinata esse, tum e duabus dissertationibus sub finem potissimum congesta esse aut quae praesto essent aut quae magis placuissent, quam integra capita soluto prioris ordinis vinculo nescio quo casu temere esse permista.

26. τοῦτο δέ ἐστιν (vel quod Bekk. min. correxit „δ' ἔστιν") sc. τὸ πολιτικὸν δίκαιον. Id esse τὸ ζητούμενον (vs 25) in MM. saepius iteratur 1194 b (3) 21; 1195 a 6; (1196 a 31).

27. πρὸς τὸ εἶναι αὐτάρκειαν. Hoc hominum societati in republica jam a Platone propositum est (Rep. *B* 369 b γίνεται πόλις ἐπεὶ τυγχάνει ἕκαστος ἡμῶν οὐκ αὐτάρκης, ἀλλὰ πολλῶν ἐνδεής), idemque in Nic. provisum quum τὸ αὔταρκες quod ad beatitatem desideratur etiam ea complecti diceretur quae omnino civibus sufficerent 1097 b 8 sq.

27. ἐλευθέρων καὶ ἴσων ἢ κατ' ἀναλογίαν ἢ κατ' ἀριθμόν. Ubi δημοκρατικῶς ipsa libertas paritatem efficere videtur, ibi τὸ ἴσον κατ' ἀριθμὸν est. Neque enim id quaeritur quales revera sint, sed quamnam ad ἀξίαν pro reipublicae ratione aestimentur. Ita fit ut ἐν ἐλευθέροις καὶ ἴσοις per se fere idem esse possit quod ἐν δημοκρατίᾳ, velut 1261 a 29 sq., quem Politicorum locum etiam ob sententiam in his commentariis memorare fas est: ἐξ ὧν δὲ δεῖ ἓν γενέσθαι, εἴδει διαφέρει. διόπερ τὸ ἴσον τὸ ἀντιπεπονθὸς σώζει τὰς πόλεις, ὥσπερ ἐν τοῖς ἠθικοῖς εἴρηται πρότερον· ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς ἐλευθέροις καὶ ἴσοις (in quibus vix esse videtur τὸ εἴδει διαφέρον) ἀνάγκη τοῦτ' (τὸ ἀντιπεπονθὸς) εἶναι· ἅμα γὰρ οὐχ οἷόν τε πάντας ἄρχειν. Nimirum αἱ κοινωνίαι αἱ ἀλλακτικαί, ad quas supra Nic. *E* 8 τὸ ἀντιπεπονθὸς referebatur, atque ista ἀλλαγὴ ἐν τῷ ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι res satis inter se diversae sunt.

28. ὥστε ὅσοις μή ἐστι τοῦτο: sine verbo igitur, si ad sequentem

E 10 ἀλλήλους τὸ πολιτικὸν δίκαιον, ἀλλὰ τὶ δίκαιον καὶ καθ' ὁμοιότητα. ἔστι γὰρ δίκαιον, οἷς καὶ νόμος πρὸς αὐτούς· νόμος δ', ἐν οἷς ἀδικία· ἡ γὰρ δίκη κρίσις τοῦ δικαίου καὶ τοῦ ἀδίκου· ἐν οἷς δ' ἀδικία, καὶ τὸ ἀδικεῖν ἐν τούτοις· [ἐν οἷς δὲ τὸ ἀδικεῖν, οὐ πᾶσιν ἀδικία·] τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ πλέον αὑτῷ νέμειν τῶν ἁπλῶς ἀγαθῶν, ἔλαττον δὲ τῶν ἁπλῶς κακῶν. διὸ οὐκ ἐῶμεν ἄρχειν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὸν λόγον, ὅτι ἑαυτῷ τοῦτο ποιεῖ καὶ γίνεται τύραννος. ἔστι δ' ὁ ἄρχων φύλαξ

29. ἀλλὰ τὶ] Bekk. ἀλλά τι. 30. πρὸς αὐτούς] Bekk. πρὸς αὑτούς. 32. 33. [ἐν οἷς — ἀδικία] male add.

disputationem prospiciatur, inter mares et feminas, inter viros et impuberes nec κατ' ἀναλογίαν nec κατ' ἀριθμὸν paritatem esse constat. Tertium enim genus, τὸ δεσποτικόν, per nomen ἐλευθέρων exceptum.

30—34. ἔστι γὰρ δίκαιον ..... ἔλαττον δὲ τῶν ἁπλῶς κακῶν. Continua per membra argumentatio. In qua primum quidem nonnihil mutandum erit; vsu 30 enim scribendum οἷς καὶ νόμος πρὸς αὐτούς (i. e. πρὸς ἀλλήλους); praeterea vs 32. 33 verba ἐν οἷς δὲ τὸ ἀδικεῖν, οὐ πᾶσιν ἀδικία, parum eleganter dicta et supervacanea ad sententiam, ejicienda. Quae restant ita quidem, quatenus inde per particulam διὸ vs 35 recte pergitur ad proxima, sunt perspicua. Verumtamen quoniam prudens illa publici periculi significatio (a 35—b 8) a demonstrandâ justi naturâ quasi in deverticulum ipsa transit, nihilo minus quaeritur, quo spectet omnis haec argumentatio vs 30—34 vel quid velit illud γὰρ unde vs 30 orditur. Qua de re ita censeo. Ad rem quae necessaria sunt, brevius quidem sed plenius b 13—15 iterum leguntur. Quodsi enim τὸ δίκαιον aeque ac τὸ ἄδικον nonnisi inter eos est, inter quos lex valet; lex vero nonnisi inter eos qui pares sunt pariterque participes honorum in civitate: recte colligitur, τὸ δίκαιον revera esse τὸ πολιτικὸν δίκαιον quippe quod (a 27) ἐν ἐλευθέροις καὶ ἴσοις sit. Quominus autem haec demonstratio vs 30—34 confecta esse dici possit, impedit quod deest una illa enunciatio ὅτι ἐπεφύκει νόμος ἐν οἷς ὑπάρχει ἰσότης (b 14. 15). Aut igitur haec affluente aliarum sententiarum copiâ (διὸ ... vs 35 sq.) ab ipso Aristotele neglecta est, aut (id quod forte voces ἦν ... ἦσαν b 14 videantur probare) invito illo per corruptelam elisa.

35. διὸ οὐκ ἐῶμεν ἄρχειν ἄνθρωπον: qui enim necessario admittitur ἄρχων b 1, legibus inserviens non ipse ἄρχει. — De sententiâ ita prolatâ ad Politica, velut ad 1282 b 3; 1287 a 33; 1272 b 7; 1281 a 35; 1286 a 7; 1288 a 18; cf. Rhet. 1354 b 12 al., erit agendum. Neque enim haec res in Aristotele simplex est, quum modo imperium veri regis, qui patris fere instar gubernans (v. 1160 b 26. 27; 1259 b 1) legibus vix eget, praeter omnia laudet, modo reversus quasi ad res quales inter Graecos usu veniebant, in unis legibus positam πολιτείαν commendet, ut quantum fieri potest praesidium sit contra malas potentium cupiditates.

1. καὶ γίνεται τύραννος: quo quidem facili negotio perveniet, dum

1134 b 2 τοῦ δικαίου, εἰ δὲ τοῦ δικαίου, καὶ τοῦ ἴσου. ἐπεὶ δ' οὐθὲν αὐ πλέον εἶναι δοκεῖ, εἴπερ δίκαιος· οὐ γὰρ νέμει πλέον τ ἁπλῶς ἀγαθοῦ αὑτῷ, εἰ μὴ πρὸς αὐτὸν ἀνάλογόν ἐστιν· ἑτέρῳ ποιεῖ· καὶ διὰ τοῦτο ἀλλότριον εἶναί φασιν ἀγαθ τὴν δικαιοσύνην, καθάπερ ἐλέχθη καὶ πρότερον. μισθ ἄρα τις δοτέος, τοῦτο δὲ τιμὴ καὶ γέρας· ὅτῳ δὲ μὴ ἱκα τὰ τοιαῦτα, οὗτοι γίνονται τύραννοι. τὸ δὲ δεσποτικὸν δίκα

---

res omnis penes ipsum est (ἀνθρώπου ἄρχοντος). Paulo enim al idem vs 8 (οὗτοι γίνονται τύραννοι) de iis dictum est, qui tanqu φύλακες τοῦ δικαίου vel νομοφύλακες evocati, ut per ministerium eor ὁ λόγος qualis receptus in civitate est valeat, nihilo minus contra fid pro ministris domini fieri volunt.

2—7. ἐπεὶ δ' οὐθὲν αὑτῷ πλέον .... μισθὸς ἄρα τις δοτ Ecce exemplum illarum propositionum, in quibus anceps est, utr malis dicere interpositis pluribus sententiis apodosin additâ partic ἄρα vel simili firmari, an jam τὸ ἀνακόλουθον adesse; abruptâ c constructione per particulam ἄρα ad inceptum sermonem reverti.

5. διὸ ἑτέρῳ ποιεῖ: „alius igitur gratia facit quodcunque faci Liquet enim, τὸ πλέον νέμειν (vs 3) in τῷ ποιεῖν non posse intell quae notio supra in verbis simillimis ὅτι ἑαυτῷ τοῦτο ποιεῖ a 35 re ex vsu a 33 arcessebatur.

6. καθάπερ ἐλέχθη καὶ πρότερον: 1130 a 3, quo loco de ge rali justitiâ quaerebatur. At ita, ut ratio τοῦ ἀλλότριον ἀγαθὸν e τὸ πρὸς ἕτερον, quod omni justitiae commune est.

8—18. Delineantur τὰ οὐ πολιτικὰ δίκαια (λεγόμενα καθ' ὁμο τητα a 29). Quorum tria jam genera appellantur τὸ δεσποτικὸν πατρικὸν τὸ οἰκονομικὸν (πρὸς γυναῖκα), quamquam sunt plura v. 11 b 35 sq. διαφέρει δὲ καὶ τὰ δίκαια· οὐ γὰρ ταὐτὰ γονεῦσι πρὸς τέ καὶ ἀδελφοῖς πρὸς ἀλλήλους, οὐδ' ἑταίροις καὶ πολίταις, ὁμοίως δὲ ἐπὶ τῶν ἄλλων φιλιῶν (velut etiam υἱῷ πρὸς πατέρα cet. 1158 b 15 Tria autem illa praecipua sunt; cf. Polit. Α, ubi τῆς οἰκονομικῆς pr ter τὴν χρηματιστικὴν partes proponuntur ἡ δεσποτικὴ ἡ γαμικὴ τεκνοποιητικὴ seu πατρική. In his, quum de re omnia concinant, n fugiet quoddam in nomine τῆς οἰκονομικῆς discrimen. Sed vereor is usus, qui vs 17 Nicomacheis placuit, ut τὸ οἰκονομικὸν non tant τῷ πολιτικῷ sed etiam τῷ πρὸς τέκνα καὶ κτήματα oppositum ad un matrimonium referatur, longius a recepto recedat. V. 1278 b 38 τέκνων ἀρχὴ καὶ γυναικὸς καὶ τῆς οἰκίας πάσης ἣν δὴ καλοῦμεν οἰ νομικήν; 1138 b 5 κατὰ μεταφορὰν δὲ καὶ ὁμοιότητά ἐστιν οὐκ αὐ πρὸς αὐτὸν δίκαιον ἀλλὰ τῶν αὐτοῦ τισίν, οὐ πᾶν δὲ δίκαιον ἀλλὰ δεσποτικὸν ἢ τὸ οἰκονομικόν: an probabile, in istis scriptorem lib rorum non fuisse memorem? Ne in MM. quidem quidquam vitu randum dum 1194 b 20 scribunt εἰ καὶ ἔστιν αὐτῷ (τῷ δούλῳ sc.) καιόν τι, τὸ οἰκονομικὸν δίκαιον πρὸς αὐτόν ἐστιν.

καὶ τὸ πατρικὸν οὐ ταὐτὸν τούτοις ἀλλ' ὅμοιον· οὐ γάρ ἐστιν ἀδικία πρὸς τὰ αὐτοῦ ἁπλῶς, τὸ δὲ κτῆμα καὶ τὸ τέκνον, ἕως ἂν ᾖ πηλίκον καὶ μὴ χωρισθῇ, ὥσπερ μέρος αὐτοῦ, αὐτὸν δ' οὐθεὶς προαιρεῖται βλάπτειν· διὸ οὐκ ἔστιν ἀδικία πρὸς αὐτά. οὐδ' ἄρα ἄδικον οὐδὲ δίκαιον τὸ πολιτικόν· κατὰ νόμον γὰρ ἦν, καὶ ἐν οἷς ἐπεφύκει εἶναι νόμος· οὗτοι δ' ἦσαν οἷς ὑπάρχει ἰσότης τοῦ ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι. διὸ μᾶλλον

9. τούτοις] scr. τούτῳ. 10. $K^b L^b$ καὶ τέκνον. 11. $K^b O^b$ καὶ χωρισθῇ. 13. πρὸς αὐτά] e conj.; πρὸς αὐτόν Bekk. c. ll. ἄδικον] K^b ἀδικία ὄν.

9. οὐ ταὐτὸν τούτοις: quum jam genera cum genere componenda sint, vix verum plurale istud ταῦτα erit, quod non habet ad quod devinctum sit.

10. 11. τὰ αὐτοῦ ἁπλῶς . . . μέρος αὐτοῦ: illud, si simillima discernere lubeat, magis ad servos (κτήματα, ὄργανα ἔμψυχα), hoc ad liberos pertinet. Utrosque vero ab injusto homine, siquidem ille nonnisi πρὸς ἕτερον peccat, non peti satis liquet (v. supra).

12. διὸ οὐκ ἔστιν ἀδικία πρὸς αὐτόν (Bekk.) Sine dubio jam ad hanc quoque conclusionem via firmata erat, atque adrideat forsitan alicui, ita ad quaestionem, de qua infra plus semel audiemus, aditum aperiri. Attamen qui probe intellexerit, proximâ sententiâ adeo tantummodo ad liberos servosque spectari ut vs 13 ne commemorentur quidem πρὸς οὓς esse ἄδικον et δίκαιον negetur: assentiet potius conjecturâ scribenti πρὸς αὐτά. Sic enim demonstrationis partes recte sese excipient.

14. ἐν οἷς ἐπεφύκει εἶναι νόμος. Ἐν οἷς: etenim περὶ αὐτῶν, velut περὶ τεκνοποιίας, τροφῆς, παιδείας, leges esse, quibus parentes vel etiam heri quam maxime obligati sint, infitiari sane non est in animo.

14. 15. οὗτοι δ' ἦσαν οἷς ὑπάρχει ἰσότης τοῦ ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι. Praeterita quae antecedunt ἦν . . . ἐπεφύκει, quamquam commode ad priora (a 30 ἔστι δίκαιον οἷς καὶ νόμος πρὸς αὐτούς) referuntur, tamen per se pro ratione sententiarum hypothetice dicta possunt esse. At ἦσαν necessario respicientis est. Unde difficultas quaedam oritur (v. ad a 30—34). Neque enim hoc in capite neque usquam in Nic. ista ἰσότης τοῦ ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι tanquam fundamentum omnis reipublicae postulata est. Certe illa ἰσότης ἢ κατ' ἀναλογίαν ἢ κατ' ἀριθμὸν a 27 etiam inter eos est, quorum aliqua pars justam ob causam ad magistratûs non admittitur. Et omnino Aristoteles eo usque progreditur, ut civem (de cive enim in his quaeritur) esse dicat ᾧ ἐξουσία κοινωνεῖν ἀρχῆς βουλευτικῆς ἢ κριτικῆς (1275 b 18), sed libertatis civitatisque esse τὸ ἐν μέρει ἄρχεσθαι καὶ ἄρχειν (1317 b 2) in ipsi videtur, sed τοῖς δημοτικοῖς (ib. vs 10 s.).

15. διὸ μᾶλλον πρὸς γυναῖκά ἐστι δίκαιον sc. idcirco quia propius illam paritatem ratio quae inter conjuges est accedit. Nimirum

1134 b 16 *πρὸς γυναῖκά ἐστι δίκαιον ἢ πρὸς τέκνα καὶ κτήματα· το*
γάρ ἐστι τὸ οἰκονομικὸν δίκαιον· ἕτερον δὲ καὶ τοῦτο τοῦ π
τικοῦ. τοῦ δὲ πολιτικοῦ δικαίου τὸ μὲν φυσικόν ἐστι τὸ

18. *τοῦ δὲ — φυσικὸν*] K^b *δικαίου(.) τὸ μὲν γὰρ φυσικόν.*

ἄρχει quidem et vir et pater, sed *γυναικὸς* (ut Pol. *Α* loquuntur) π
τικῶς, at *τέκνων βασιλικῶς*.

16. *τὸ οἰκονομικὸν δίκαιον*: hoc nomen, quod totius generis
videatur, hic ad unum conjugium relatum esse supra notavimus. (
res etiam si vs 17 cum M^b *ἕτερον δὲ τοῦτο τοῦ πολιτικοῦ* pro ἕτ
δὲ καὶ τοῦτο . . scribatur, stabit ni longe plura mutata fuerint.
mutilatum esse sermonem inde potius conjeceris quod K^b vss 17
ita exhibet *ἕτερον δὲ καὶ τοῦτο τοῦ πολιτικοῦ δικαίου τὸ μὲν*
φυσικόν κ. τ. λ.

18 sqq. Quod — 1135 a 5 exponitur discrimen inter *τὸ φυσ*
et inter *τὸ νομικὸν δίκαιον* re quidem etiam ad *τὸ οἰκονομικὸν*
tinebit: velut si in Persis *ἡ τοῦ πατρὸς ἀρχὴ* male *τυραννικὴ* est f
(1160 b 27 sq.), contra naturam est quod *τῷ δοκεῖν* (1134 b 20)
in legem abiit seu usu illorum receptum est. Refertur autem ab i
totum discrimen ad *τὸ πολιτικὸν* in quo potissimum cernatur.
Quaestio sane ita gravissima movetur, trita illa in scholis Graecor
sed quae vix usquam melius diligentiusve in libris quos novimus
ctata sit quam in hac quamquam brevi Aristotelis disputatione.
vero primum illi *τὸ φυσικὸν δίκαιον* id quod *πανταχοῦ* valet; q
enim alterum addit *οὐ τῷ δοκεῖν ἢ μή* vs 20 ita tantum novâ not
cognitionem augeret, si placuisset dicere unde fidem inter omnes
beat quod etiam sine decreto humano ratum est. At illud verum
τὸ πανταχοῦ; dummodo recte intelligatur, necessario includere *τὸ*
Huic *φυσικῷ* quod tanquam *νομικὸν* opponitur, quemadmodum n
vocatur *τὸ θέσει* vel *συνθήκῃ* s. *κατὰ συνθήκην* (1134 b 32. 35)
τάξει (1135 a 10), ita nimirum iis et locorum et temporis finibus c
tinetur, intra quos illa *θέσις συνθήκη τάξις* vim habet. Verumta
ut in hac quaestione totus quasi Aristoteles noscatur, aliquot ad
bantur loci, unde et loquendi usus non ubique idem et quaedam ip
rei varietas intellegatur. Ad id enim quod hic *φυσικὸν δίκαιον* vo
tur prope accedit non tantum quod 1094 b 16 (cf. 1194 b 30 s
φύσει erat (opp. *νόμῳ*), sed etiam *τὸ πρῶτον* (opp. *τὸ νομικόν*) 1
b 34, *τὸ τῇ ἀληθείᾳ* 1196 b 2, *τὸ ἁπλῶς* 180 b 34, quamquam
quidem (*τὸ ἁπλῶς*) etiam in plane aliam partem spectare potest.
item affine est *τὸ ἄγραφον* quod jam a Socrate praedicabatur ve
Xen. Mem. IV 4, 19 ubi *τὸ φυσικὸν δίκαιον* per *τοὺς ἀγράφους νόμ*
circumscribitur *τοὺς ἐν πάσῃ χώρᾳ κατὰ ταὐτὰ νομιζομένους*; cf.
Nic. 1162 b 21 s. *τὸ δίκαιον τὸ μὲν ἄγραφον, τὸ δὲ κατὰ νόμ*
Quod nomen rursus socium habet *τὸ κοινόν*: v. 1368 b 7 *νόμος ἴδ*
et illi oppositus *νόμος κοινὸς* i. e. „*ὅσα ἄγραφα παρὰ πᾶσιν ὁμολο*
σθαι δοκεῖ“. Paulo aliter 1373 b 4 s. *λέγω . . . ἴδιον μὲν (νόμον)*
ἑκάστοις ὡρισμένον πρὸς αὑτούς, καὶ τοῦτον τὸν μὲν ἄγραφον τὸν
γεγραμμένον, κοινὸν δὲ τὸν κατὰ φύσιν. Denique ne *τὰ ἐπιεικῆ* (

10 νομικόν, φυσικὸν μὲν τὸ πανταχοῦ τὴν αὐτὴν ἔχον δύναμιν, 1134 b 19 καὶ οὐ τῷ δοκεῖν ἢ μή, νομικὸν δὲ ὃ ἐξ ἀρχῆς μὲν οὐθὲν διαφέρει οὕτως ἢ ἄλλως, ὅταν δὲ θῶνται, διαφέρει, οἷον τὸ μνᾶς λυτροῦσθαι, ἢ τὸ αἶγα θύειν ἀλλὰ μὴ * δύο πρόβατα, ἔτι ὅσα ἐπὶ τῶν καθ' ἕκαστα νομοθετοῦσιν, οἷον τὸ θύειν Βρασίδᾳ, καὶ τὰ ψηφισματώδη. δοκεῖ δ' ἐνίοις πάντα εἶναι τοιαῦτα, ὅτι τὸ μὲν φύσει ἀκίνητον καὶ πανταχοῦ τὴν αὐτὴν

20. οὐ τῷ] K^b οὕτω. 21. οἷον] K^b οὕτως ἢ ἄλλως(,) οἷον. 22. * δύο] corruptum vid.; Διὶ vulg. e conj. Lamb. 24. πάντα εἶναι] ex uno M^b; εἶναι πάντα Bekk. c. cett. ll.

Idem in hoc discrimine negligenda sunt; nam τῷ γεγραμμένῳ νόμῳ tum ὁ κοινὸς opponitur 1375 a 28 sqq., qui idem (ib. vs 32) κατὰ φύσιν est, tum τὰ ἐπιεικῆ, utraque vero id habent ut ἀεὶ μένει καὶ οὐδέποτε μεταβάλλει. — At aliena a nostro Nic. loco sententia ea est quae MM. 1195 a 7 legitur „τὸ δὲ πολιτικὸν (δίκαιον) ἐστι τὸ νόμῳ, οὐ τὸ φύσει".

22. ἢ τὸ αἶγα θύειν ἀλλὰ μὴ δύο πρόβατα. Vix probabile usquam legem fuisse latam ne duae oves deo offerrentur. Nihilominus conjectura Lambini, ἀλλὰ μὴ Διὶ πρόβατα scribentis, doctrinae potius specimen est quam veri similis. Quodsi enim Aristoteles ad Thebanorum morem, cujus mentio fit Herod. II, 42, spectasset: sane scripsisset τὸ αἶγας Διὶ θύειν, ἀλλὰ μὴ πρόβατα. Atque in tali re postquam corruptela incidit, desperata fere medela est.

23. οἷον τὸ θύειν Βρασίδᾳ: id quod Amphipolitanis praecipue placuit (Thucyd. V, 11). Cf. 1361 a 34 sq. ubi inter τιμῆς genera praeter θυσίας commemorantur τεμένη, τάφοι, εἰκόνες.

24. καὶ τὰ ψηφισματώδη. At est item ψηφισμάτων usus necessarius, quo a lege male generali ad τὸ φυσικὸν regressus fiat. V. disputationem περὶ τοῦ ἐπιεικοῦς.

24—30. δοκεῖ δ' ἐνίοις κ. τ. λ. Errant qui ita refutantur, quod praepostere de iis ipsis judicant quae naturalia (φύσει) sunt. Neque enim in rerum naturâ omnia ita comparata sunt ut lege necessitatis devincta sint, velut ignis qui nunquam non urit, sed sunt pleraque quae quum a naturâ quidem ad certum quendam vel habitum vel finem ferantur, tamen passim a suâ ipsorum quasi naturâ aberrent, ut possint et κατὰ φύσιν et παρὰ φύσιν exsistere. Cujus generis exemplum est, cui laeva manus dexterior sit (vs 34. 35). V. 198 b 35 πάντα τὰ φύσει ἢ ἀεὶ οὕτω γίνεται ἢ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ; 1027 a 8 οὐ πάντα ἐξ ἀνάγκης . . . ἀλλὰ τὰ πλεῖστα ὡς ἐπὶ τὸ πολύ . . . unde ἀνάγκη εἶναι τὸ κατὰ συμβεβηκὸς ὄν; 770 b 12 οὐδὲν γίνεται παρὰ φύσιν περὶ τὴν ἀεὶ καὶ τὴν ἐξ ἀνάγκης (φύσιν sc.), ἀλλ' ἐν τοῖς ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ μὲν οὕτω γινομένοις, ἐνδεχομένοις δὲ καὶ ἄλλως; 777 a 20 ἐν τοῖς μὴ ἀδυνάτοις ἄλλως ἔχειν ἀλλ' ἐνδεχομένοις τὸ κατὰ φύσιν ἐστὶ τὸ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. Haec enim sunt Aristoteli τὰ ἐνδεχόμενα (καὶ εἶναι καὶ μὴ εἶναι, καὶ οὕτως ἔχειν καὶ ἄλλως) in quibus ratio τοῦ οὗ ἕνεκα valet ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, sed sunt etiam συμβεβηκότα in alias partes. Cujus

1134 b 26 ἔχει δύναμιν, ὥσπερ τὸ πῦρ καὶ ἐνθάδε καὶ ἐν Πέρσ καίει, τὰ δὲ δίκαια κινούμενα ὁρῶσιν. τοῦτο δ' οὐκ ἔστιν οὔ ἔχον, ἀλλ' ἔστιν ὥς. καίτοι παρά γε τοῖς θεοῖς ἴσως οὐ μῶς· παρ' ἡμῖν δ' ἔστι μέν τι καὶ φύσει, κινητὸν μὲν πᾶν. ἀλλ' ὅμως ἐστὶ τὸ μὲν φύσει τὸ δ' οὐ φύσει. πο δὲ φύσει τῶν ἐνδεχομένων καὶ ἄλλως ἔχειν, καὶ ποῖον ἀλλὰ νομικὸν καὶ συνθήκῃ, εἴπερ ἄμφω κινητὰ [ὁμοίω δῆλον. * καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁ αὐτὸς ἁρμόσει διορισμός· σει γὰρ ἡ δεξιὰ κρείττων, καίτοι ἐνδέχεταί τινας ἀμφι

32. εἴπερ] fort. εἰ· καί. [ὁμοίως] susp. 33. K[b] δῆλον καὶ ἐπὶ ἄλλων(·) καὶ ὁ αὐτός.

rei causa ἡ ὕλη est istorum generum, non admittens illa vel cons tiam vel perfectionem. V. 731 b 24—31 τῶν ὄντων τὰ μὲν ἀΐδια θεῖα, τὰ δ' ἐνδεχόμενα καὶ εἶναι καὶ μὴ εἶναι .... τὸ δὲ μὴ ἀΐ ἐνδεχόμενόν ἐστι .. μεταλαμβάνειν καὶ τοῦ χείρονος καὶ τοῦ βελτίο 1027 a 13 ἡ ὕλη ἔσται αἰτία ἡ ἐνδεχομένη παρὰ τὸ ὡς ἐπὶ τὸ π ἄλλως τοῦ συμβεβηκότος (seu τοῦ παρὰ φύσιν). Itaque nil mirum etiam in rebus humanis κινητὰ esse vel mutationem subire quae φυ vel φύσει sint (δίκαια); τῶν ἐνδεχομένων enim sunt quaecunque homines pertinent et est in illis tanquam ὕλη minus egregia illa φ μὴ ἁπλῇ (1154 b 21 sq.; v. etiam ad 1094 b 21). At in diis, a qu talis ὕλη aliena est, consentaneum ejusdem τοῦ δικαίου naturam ceram et immotam qualis est elucere: καίτοι παρά γε τοῖς θεοῖς ἰ οὐδαμῶς vs 28.

27. τοῦτο (i. e. τὸ κινητὰ εἶναι τὰ δίκαια πάντα) δ' οὐκ οὕτως ἔχον: an ἁπλῶς μὲν οὐκ ἔστιν οὕτως ἔχον?

32. εἴπερ ἄμφω κινητὰ ὁμοίως. Quamvis quodammodo, quum τὸ φύσει quidem vicissitudini rerum temporumque exemtum sit, ὁμοίως recte dici possit, tamen h. l., quum de discrimine duorum nerum agatur, additâ hac voce vera sententia obscuratur potius. Qu enim illa differentia expressa fuerit verbis, in eo posita esse videbi quod aliter τὰ νομικά, aliter τὰ φυσικὰ mutationi obnoxia Suspectum ὁμοίως.

33. δῆλον ... ὁ αὐτὸς διορισμός. Unde δῆλον? et quinam dio διορισμός? Sin per se recta τῶν φύσει et τῶν νομικῶν distin auditoribus philosophi praesto sit ipsique definitionem, id quod d cillimum est, efficere tacente magistro possint: quid tandem reli disputatione opus erat? Desideratur post δῆλον sententia script quâ propositâ illud δῆλον ratum sit, vox „ὁ αὐτὸς διορισμὸς" hal quo referatur. Nec necesse est multa intercidisse conjiciamus; cf. quae in ipsâ hac quaestione rem ita dirimunt „τὸ γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ π διαμένον τοῦτο φύσει δίκαιον προφανές" 1195 a 3, sententiâ s Aristotelicâ.

34. καίτοι ἐνδέχεταί τινας ἀμφιδεξίους γενέσθαι. Pridem in t recepto πάντας erat neque Zellio e libris quidquam aliud suppete

ξίους γενέσθαι. τὰ δὲ κατὰ συνθήκην καὶ τὸ συμφέρον τῶν δικαίων ὅμοιά ἐστι τοῖς μέτροις· οὐ γὰρ πανταχοῦ ἴσα τὰ οἰνηρὰ καὶ σιτηρὰ μέτρα, ἀλλ' οὗ μὲν ὠνοῦνται, μείζω, οὗ δὲ πωλοῦσιν, ἐλάττω. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ μὴ φυσικὰ ἀλλ' ἀνθρώπινα δίκαια οὐ ταὐτὰ πανταχοῦ, ἐπεὶ οὐδ' αἱ πολιτεῖαι, ἀλλὰ μία μόνον πανταχοῦ κατὰ φύσιν ἡ ἀρίστη. (* τῶν

4. οὐδ' αἱ] $K^b L^b$ οὐδ(ὲ). 5—8. (* τῶν δὲ — καθόλου γάρ *) aliena ab h. l.

nisi quod Vet. „omisit πάντας". At Bekkerus rursus quasi omnes ll. consentiant ne commemorat quidem illud πάντας, τινὰς exhibens. Quamobrem a Fritzschio negligentiae arguitur, nec mirum, quum in aliquot certe ll. πάντας esse constare videatur; neque illud mirum, Fritzschio ipsi placere quod falsum est. Sententiarum enim ratio spernit τὸ πάντας; atque MM., quorum auctoritas advocatur, dum suo more (nec male pro suo more) 1194 b 33—39 loquacius explicant quod Aristoteles breviter dixit, id unum ostendunt, aliter disputari a summo magistro, aliter in commentariis. — De re, quomodo Aristoteles laevam a dextrâ manu differre censuerit, legas 648 a 13 et 665 a 22.

35. τὰ δὲ κατὰ συνθήκην καὶ τὸ συμφέρον τῶν δικαίων ... — 1135 a 4. Alterum genus. In quo idem quod ἐν τοῖς φύσει contra naturam accidit, ut δίκαια alia apud alios sint, legitimum est. Nec male jam haec δίκαια κατὰ τὸ συμφέρον vocantur, dummodo ne summum illud κοινῇ συμφέρον intellegatur οὗ στοχαζόμενος (1129 b 15) sapientissimus quisque imprimis τὰ φυσικὰ δίκαια suae civitati sancta esse volet.

4. ἐπεὶ οὐδ' αἱ πολιτεῖαι sc. πανταχοῦ αἱ αὐταί. Οὐδ': etenim φανερὸν ὅτι δεῖ πρὸς τὴν πολιτείαν κεῖσθαι τοὺς νόμος (1282 b 10 al.); ergo si haud ubique eadem reipublicae forma conducit, multo minus quae inde apta sunt νομικὰ apud omnes eadem esse poterunt.

5. ἀλλὰ μία μόνον πανταχοῦ κατὰ φύσιν ἡ ἀρίστη: erit haec pro Nicomacheorum quidem auctoritate ἡ βασιλεία, v. 1160 a 35 τούτων (i. e. τῶν τριῶν πολιτείας εἰδῶν) δὲ βελτίστη μὲν ἡ βασιλεία. Sed nimium fere est quod hic additur πανταχοῦ; neque omnino quid censendum sit περὶ τῶν νομικῶν adjectis his verbis melius perspicitur: an illa quoque cuncta κατὰ φύσιν ad unam quae per se optima sit formam redigi possint? — M^b quasi interrupto sermone ἀλλὰ μία μὲν κ. τ. λ. exhibet.

5. τῶν δὲ δικαίων .... καθόλου γὰρ (a 8). Haec in confiniis duorum capitum, quorum neutri addicta sunt, interposita veram profecto sententiam atque eam exhibent, quae fere quolibet loco disputationis περὶ δικαίου possit adjungi. Modo scire cupies quorsum spectet. Sed ἕκαστον τῶν δικαίων (vel τὸν νόμον πάντα 1137 b 13) καθόλου εἶναι καὶ ἕν, τὰ δὲ πραττόμενα πολλά, si id unum assumseris, multa haec non omnia ad illam unitatem nata esse (εὐθὺς γὰρ τοιαύτη ἡ τῶν πρακτῶν ὕλη 1137 b 19), idoneum argumentum esse apparet unde via ad utilissimam quaestionem quae superest περὶ ἐπιεικείας et possit

1135 a 6 δὲ δικαίων καὶ νομίμων ἕκαστον ὡς τὰ καθόλου πρὸς τὰ κ ἕκαστα ἔχει· τὰ μὲν γὰρ πραττόμενα πολλά, ἐκείνων ἕκαστον ἕν· καθόλου γάρ.*) — διαφέρει δὲ τὸ ἀδίκημα κα ἄδικον καὶ τὸ δικαίωμα καὶ τὸ δίκαιον· ἄδικον μὲν ἐστι τῇ φύσει ἢ τάξει· τὸ αὐτὸ δὲ τοῦτο, ὅταν πραγ ἀδίκημά ἐστι, πρὶν δὲ πραχθῆναι, οὔπω, ἀλλ' ἄδικον. ὁμι

6. νομίμων] Zwinger conj. νομικῶν. 9. καὶ τὸ — δίκαιον] om. 10. τὸ αὐτὸ] $K^b L^b$ αὐτὸ. 11. $K^b L^b O^b$ ἄδικον ὅτι (K^b τι) ὅταν πρ ἀδίκημα ἐστίν. ὁμοίως κ. τ. λ.

muniri et muniatur p. 1137. Illuc igitur referre liceat quae h. l. ι nullum habent.

2) 1135 a 8—1136 a 9.

Exorsus in his ita Aristoteles quasi de recto usu vocabulc (δίκαιον — δικαίωμα, δικαιοπράγημα atque ἄδικον — ἀδίκημα) quaesit sit (1135 a 8—15), mox quum nec δικαιοπραγῆσαι nec ἀδικῆσαι possit nisi qui ἑκὼν fecerit (— a 23), ad τὸ ἑκούσιον et τὸ ἀκο aggreditur quid sit (a 23—31—b 2); τὸ ἑκούσιον enim unde abeit, Iam esse πρᾶξιν quae vel justa vel injusta sit πλὴν κατὰ συμβεβ (— b 8); at ubi adsit praeterea quaeri an etiam consilium praeces — 1135 b 11. Quibus praemissis liquet, eorum quae in malam pa committantur coram judice tria genera esse: aut enim ἁμαρτήματα forte ἀτυχήματα sunt (quae ignarus quis peccavit) — b 19; aut κήματα (quae sciens perpetravit sed imprudens, abreptus plerun affectu quodam animi ratusve justam se causam habere) — 1136 aut denique quae injusti hominis facinora censentur (consulto ε male fecit) — a 3. Quas differentias item in bene factis esse pr bile est — a 5. Accedit quoddam discrimen in ipso τῶν ἀκου genere: alia enim aliis propius ad culpam accedunt — 1136 a 9.

Universâ hac disputatione non male dicas in brevius contr ad usum judicis traduci ea quae libro Γ 1—7 explicata sunt. enim τὸ ἀκούσιον atque τὸ ἑκούσιον, ἡ βούλευσις, ἡ προαίρεσις ctanda ei erant, qui progrediens ad pleniorem scientiam quid propı esset τῆς ἀρετῆς conquireret, quid ad τὴν κατ' ἀρετὴν ἐνέργειαν cessarium. Iam vero quasi inverso ordine ad easdem notiones re diendum esse ostenditur, quandocunque propositâ qualibet re g quid de illâ censendum sit quaeratur. Quod quaerendi genus ad un quamque quidem virtutem attinet; sed quam recte in justitia pot mum monstratum sit, nemo non videbit.

10. ἄδικον . . . τῇ φύσει ἢ τάξει. Unâ hac voce ad praece caput respici videatur, quamquam ad discrimen illud τοῦ φύσει a τοῦ νομικοῦ in eâ quae jam sequitur disputatione parum animus vertitur.

11. πρὶν δὲ πραχθῆναι, οὔπω. In tempore hanc differentiam positam haud probabile est; sed id quod res ipsa mente conc per se dicitur (τὸ ἄδικον, τὸ δίκαιον) secretâ inde omni temporis rat

E δὲ καὶ δικαίωμα. καλεῖται δὲ μᾶλλον δικαιοπράγημα τὸ κοινόν, 11.
δικαίωμα δὲ τὸ ἐπανόρθωμα τοῦ ἀδικήματος. καθ' ἕκαστον δὲ αὐτῶν, ποῖά τε εἴδη καὶ πόσα καὶ περὶ ποῖα τυγχάνει ὄντα, ὕστερον ἐπισκεπτέον. ὄντων δὲ τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων τῶν εἰρημένων, ἀδικεῖ μὲν καὶ δικαιοπραγεῖ, ὅταν ἑκών τις αὐτὰ πράττῃ· ὅταν δ' ἄκων, οὔτ' ἀδικεῖ οὔτε δικαιοπραγεῖ ἀλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκός· οἷς γὰρ συμβέβηκε δικαίοις εἶναι ἢ ἀδίκοις, πράττουσιν. ἀδίκημα δὲ καὶ δικαιοπράγημα ὥρισται τῷ ἑκουσίῳ καὶ ἀκουσίῳ· ὅταν γὰρ ἑκούσιον ᾖ, ψέγεται, ἅμα δὲ καὶ ἀδίκημα τότ' ἐστίν· ὥστ' ἔσται τι ἄδικον μέν, ἀδίκημα δ' οὔπω, ἐὰν μὴ τὸ ἑκούσιον [illegible]ροσῇ. λέγω δ' ἑκούσιον μέν, ὥσπερ καὶ πρότερον εἴρηται,

---

[illegible]ene diversum esse ab iis probatur quae in tempore agentium sunt [illegible] δικαιώματα, ἀδικήματα).

12. καλεῖται δὲ μᾶλλον δικαιοπράγημα τὸ κοινόν: profecto enim [illegible] ἐπανόρθωμα et ipsum est δίκαιόν τι πραχθέν. — Ceterum quod ita [illegible] proprio usu nominis δικαίωμα placet, haud ubique Aristotelico ser[illegible]oni ratum est: cf. 1373 b 1 τὰ δ' ἀδικήματα πάντα καὶ τὰ δικαιώ[illegible] διέλωμεν, aliosque locos Rhetoricorum, in quibus δικαιοπράγημα [illegible]nino non reperitur.

15. ὕστερον ἐπισκεπτέον. Quod ita verbis καθ' ἕκαστον δὲ αὐτῶν [illegible] vs 13—15 promittitur, id in Nicomacheis quidem libris qui super[illegible]nt certo non est. Nugae enim, si quis putaverit ea ipsa dici quae [illegible]x b 11 sqq. distinguantur. Multo verius aliquis dixerit, Rhetorica [illegible] quem modo laudavi loco (1373 b 1) ad hoc propositum accedere. S[illegible]d et hoc alienum. Aut negligentia Aristotelis arguatur; aut verba [illegible]a 13—15 ab alio male adscripta esse conjiciatur; aut partem tan[illegible] hujus disputationis seu a scriptore confectam esse seu ad nos per[illegible]isse.

17. ὅταν ἑκών τις αὐτὰ πράττῃ: hoc igitur ad illud ὅταν πραχθῇ [illegible] 10 accedat oportet ut sit ἀδίκημα vel δικαίωμα.

18 s. ἀλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκός· οἷς γὰρ συμβέβηκε κ. τ. λ. Dudum de hac quaestione constat: v. E 3. Et reditur ad eandem b 2—8 eo co[illegible]ilio ut aeque in utramque partem ita censendum esse demonstre[illegible], vel ut caveatur ne forte homines contra veritatem sibi ipsis pla[illegible]ant, laudem τῶν (κατὰ συμβεβηκὸς) δικαίων suam facientes, dedecus τῶν (κ. συμβ.) ἀδίκων ad necessitatem transferentes. Ad hoc enim erroris genus jam Γ 3 et 7 spectabatur.

23—b 2. λέγω δὲ ἑκούσιον μέν, ὥσπερ καὶ πρότερον εἴρηται . . . Descriptio haec primum τοῦ ἑκουσίου, deinde vs 31 sq. τοῦ ἀκουσίου tam bene cum iis convenit quae l. Γ praecipue cap. 1. 2 disputata sunt ut et auctor suo jure illud ὥσπερ εἴρηται praemittere et interpres brevis esse possit. Tria enim, in quibus summa res posita est (τὸ ἐφ' ἡμῖν, τὸ εἰδότα, τὸ μὴ βίᾳ) non tantum sunt utrobique, sed etiam bene expressa sunt. Nec tamen differentia quaedam abest. Primum enim

1135 a 24 ὃ ἄν τις τῶν ἐφ' αὑτῷ ὄντων εἰδὼς καὶ μὴ ἀγνοῶν πράττῃ K μήτε ὃν μήτε ᾧ μήτε οὗ ἕνεκα, οἷον τίνα τύπτει καὶ τίνι καὶ τίνος ἕνεκα, καὶ ἐκείνων ἕκαστον μὴ κατὰ συμβεβηκὸς μηδὲ βίᾳ, ὥσπερ εἴ τις λαβὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ τύπτοι ἕτερον, οὐχ ἑκών· οὐ γὰρ ἐπ' αὐτῷ. ἐνδέχεται δὲ τὸν τυπτόμενον πατέρα εἶναι, τὸν δ' ὅτι μὲν ἄνθρωπος ἢ τῶν παρόντων τις γινώσκειν, ὅτι δὲ πατὴρ ἀγνοεῖν. ὁμοίως δὲ τὸ τοιοῦτον διωρίσθω καὶ ἐπὶ τοῦ οὗ ἕνεκα, καὶ περὶ τὴν πρᾶξιν ὅλην. τὸ δὴ ἀγνοούμενον, ἢ μὴ ἀγνοούμενον μὲν μὴ ἐπ' αὐτῷ δ' ὄν, ἢ βίᾳ, ἀκούσιον· πολλὰ γὰρ καὶ τῶν φύσει ὑπαρχόντων εἰδό-
1135 b τες καὶ πράττομεν καὶ πάσχομεν, ὧν οὐθὲν οὔτε ἑκούσιον οὔτ' ἀκούσιόν ἐστιν, οἷον τὸ γηρᾶν ἢ ἀποθνήσκειν. ἔστι δ' ὁμοίως ἐπὶ τῶν ἀδίκων καὶ τῶν δικαίων καὶ τὸ κατὰ συμβεβηκός· καὶ γὰρ ἂν τὴν παρακαταθήκην ἀποδοίη τις ἄκων καὶ διὰ φόβον, ὃν οὔτε δίκαια πράττειν οὔτε δικαιοπραγεῖν φατέον ἀλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκός. ὁμοίως δὲ καὶ τὸν ἀναγκαζόμενον καὶ ἄκοντα τὴν παρακαταθήκην μὴ ἀποδιδόντα κατὰ συμβεβηκὸς φατέον ἀδικεῖν καὶ τὰ ἄδικα πράττειν. τῶν

25. ὃν] K^b ὃ. ᾧ — οὗ ἕνεκα] K^b corr. ὡς — ὅν. ἕνεκα] in Ll. deest. 25. 26. K^b τύπτειν καὶ τίνος ἕνεκα. 26. K^b ἑκάτερον.
5. ὃν] ex uno K^b (vulg. 4. 5. καὶ γὰρ ἂν εἰ — φόβον, οὔτε).

nonnulla p. 1135 melius illustrantur quam l. Γ factum est; ut videri possit grata fuisse scriptori ob ipsam sententiam iterum de iisdem dicendi et emendandi occasio. Nam commune quasi genus τῶν ἑκουσίων et τῶν ἀκουσίων primamque notionem a qua proficiscendum sit τὰ ἐφ' ἡμῖν esse (v. vs 24), supra minus apparebat; cf. ad 1111 a 22 — 24. Eodemque spectat quod commemoratis illis quae naturalia sunt (a 3 — b 2 πολλὰ τῶν φύσει ὑπαρχόντων) genus τῶν οὔτε ἑκουσίων οὔτε ἀκουσίων distinctius proditur quam illic; v. ad 1110 b 20 s. Ab altera parte ne mirum quidem, non omnia quae l. Γ explicabantur vel propter brevitatem hujus loci vel propter sententiae rationem huc recepta esse; velut τὸ ἐν μεταμελείᾳ quod accedere oportet ut quis vere ἄκων egisse dici possit 1110 b 18 s. (hoc enim plerumque humanam κρίσιν — b 26 — fugit). Sed id notandum est, gravissimum illud discrimen inter τὸ ἀγνοοῦντα ποιεῖν et inter τὸ δι' ἄγνοιαν, quod l. Γ diligenter observatur (v. ad 1110 b 24—27), toto hoc capite (—1136 a 5) prorsus neglectum esse. Aliud enim τὸ μετ' ἀγνοίας b 12.

2 (—8). ἔστι δ' ὁμοίως . . . τὸ κατὰ συμβεβηκός. In voce ὁμοίως ratio inest propter quam denuo (cf. a 18 s., ad q. l. v.; a 26) ad τὸ κατὰ συμβεβηκὸς accedatur; atque quae sequitur argumentatio (καὶ γὰρ vs 4; ὁμοίως δὲ vs 6) ad idem τὸ ὁμοίως per duo genera accommodata est.

E 11 *δὲ ἑκουσίων τὰ μὲν προελόμενοι πράττομεν τὰ δ' οὐ προελόμενοι, προελόμενοι μὲν ὅσα προβουλευσάμενοι, ἀπροαίρετα* 1135 b
§ *δὲ ὅσα ἀπροβούλευτα. τριῶν δὴ οὐσῶν βλαβῶν τῶν ἐν ταῖς κοινωνίαις, τὰ μὲν μετ' ἀγνοίας ἁμαρτήματά ἐστιν, ὅταν μήτε ὃν μήτε ὃ μήτε ᾧ μήτε οὗ ἕνεκα ὑπέλαβε πράξῃ· ἢ γὰρ οὐ βαλεῖν ἢ οὐ τούτῳ ἢ οὐ τοῦτον ἢ οὐ τούτου ἕνεκα ᾠήθη, ἀλλὰ συνέβη οὐχ οὗ ἕνεκα ᾠήθη, οἷον οὐχ ἵνα τρώσῃ ἀλλ' ἵνα κεντήσῃ, ἢ οὐχ ὅν, ἢ οὐχ ὥς. ὅταν μὲν οὖν παραλόγως*

---

11. K[b] *προβουλευτά.* 14. *βαλεῖν*] K[b] *βάλλειν.* 16. *οὐχ ὥς*] K[b] *οὐχ ᾧι.*

---

11. *τριῶν δὴ οὐσῶν βλαβῶν τῶν ἐν ταῖς κοινωνίαις* . . . Jam ad id pervenitur (*δή*), cujus causâ ad *τὸ ἑκούσιον* cognatasque illi notiones modo reversum erat. Et id quidem probabile, hac in re ad ea damna quae et singulis et cunctis nullo homine auctore accidunt omnino non respici; sed ipsum hoc loquendi genus *βλάβαι* (b 17) *αἱ ἐν ταῖς κοινωνίαις* fere novum hoc in libro est. Semel *βλάβος* erat 1132 a 4, cap. 8 *κοινωνίαι αἱ ἀλλακτικαί*; at solemnia alia nomina (*ζημία, τὸ πρὸς ἕτερον* s. *ἄλλον*), quae sane facile ad usum hujus loci conformari poterant.

12. *τὰ μὲν μετ' ἀγνοίας ἁμαρτήματά ἐστιν.* Primum genus ab initio sine nomine esse, a ratione hujus sermonis abhorret. Quare conjectura Spengeli, qui quum viderit mox vs 16—19 ejusdem generis alteri parti idem *ἁμαρτημάτων* nomen inditum esse dubitat (ad 1374 b 5) annon vs 12 scribendum sit *τὰ μὲν μετ' ἀγνοίας ἐστὶν ὅταν κ.τ.λ.*, certe improbanda est. Reputandum enim, tum partitionem illam vs 16—19 ab scriptore qui tria tantum promiserit superadditam esse, tum vim vocabulorum *ἁμαρτεῖν, ἁμάρτημα* eam esse ut maxime vario usui pateant et oppositionis potius ratione quam suâ naturâ ad distinctum quoddam genus referantur. Cujus rei in contrariam quasi partem exemplum sit 1396 a 21; quo loco *ἁμαρτήματα* dicuntur quae tam foede ab Atheniensibus contra socios commissa sunt ut vix *ἀδικημάτων* nomine satis severe notata fuerint. Quid igitur ita mirum, h. l. primum ad oppositum genus *τῶν ἀδικημάτων* (vs 19 sq.) spectanti ea quoque *ἁμαρτήματα* esse quae mox diversitate quâdam in ipso genere obortâ proprio nomine *ἀτυχήματα* appellentur. — Difficilius hac in re illud videatur, cur in primum hoc genus non omne *τὸ ἀκούσιον* receptum sit, sed neglectis iis quae *βίᾳ* fiunt unum *τὸ δι' ἄγνοιαν* (vel, ut hic est, *τὸ μετ' ἀγνοίας*). Profecto enim eam rationem idoneam esse negabimus, quod *τὰ βίᾳ* supra quum *τὸ κατὰ συμβεβηκὸς ἀδίκημα* discernendum esset (a 26; b 6 s.) imprimis commemorata sunt. Nam *τὸ κατὰ συμβεβηκὸς* universo generi *τῶν ἀκουσίων* commune est, neque est ullum *ἀτύχημα* quod seu juste seu injuste factum dici possit nisi *κατὰ συμβεβηκός*.

16. *ὅταν μὲν οὖν παραλόγως* . . . *ἀτύχημα* atque vs 19 *ἀτυχεῖ δὲ, ὅταν ἔξωθεν* sc. *ᾖ ἡ ἀρχὴ τῆς αἰτίας*. Conferatur huc Rhet. locus 1374 b 5—10, unde apparet omnino jubere Aristotelem *ἀτυχήματα* et *ἁμαρτήματα* discerni causamque differentiae ad *τὸ παράλογον* et *τὸ μὴ*

1135 b 17 ἡ βλάβη γένηται, ἀτύχημα, ὅταν δὲ μη παραλόγως, ἄνευ E 1
δὲ κακίας, ἁμάρτημα· ἁμαρτάνει μὲν γαρ ὅταν ἡ ἀρχὴ ἐν ἑαυτῷ ᾖ τῆς αἰτίας, ἀτυχεῖ δ' ὅταν ἔξωθεν. ὅταν δὲ

παράλογον referri. Ne tamen nimium huic duorum locorum consensui detur monet in iisdem major quaedam dissensio. Etenim quum utrobique eadem ratio sententiae esset, in Rhetoricis id genus quod Nicomachea optime tanquam tertium commemorant (καθ' ἃ ἀδικήματα ὁ ἀδικῶν ἄδικός ἐστιν 1136 a 2) plane neglectum est. Aliena enim ab Aristotele ea diligentia qua aut in discernendo opera datur ut semper eadem genera enumerentur, aut in definiendo ne quando singula vocabula, quae semel probata sint, loco suo moveantur. — Ad rem vero idem bene sibi constare solet; id quod etiam in hac τοῦ ἀτυχεῖν definitione observatur. Nam qui περὶ τῆς τύχης praecipuus locus est (Phys. *B*) ad eandem sententiam pergit quae breviter h. l. significatur; cf. 197 a 18 καὶ τὸ φάναι εἶναί τι παράλογον τὴν τύχην ὀρθῶς· ὁ γὰρ λόγος ἢ τῶν ἀεὶ ὄντων ἢ τῶν ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, ἡ δὲ τύχη ἐν τοῖς γινομένοις παρὰ ταῦτα; atque principalis definitio 197 a 5 ἡ τύχη αἰτία κατὰ συμβεβηκὸς ἐν τοῖς κατὰ προαίρεσιν τῶν ἕνεκά του.

17 s. ὅταν δὲ μὴ παραλόγως, ἄνευ δὲ κακίας, ἁμάρτημα. Negligentius haec descripta sunt; vides enim, ἄνευ κακίας (atque μὴ παραλόγως) etiam alterum genus — τὰ ἀδικήματα vs 19 sq. — esse. Sin recorderis, at τὰ ἁμαρτήματα proprium habere τὸ μετ' ἀγνοίας, obscurius cur omnino τὸ ἄνευ κακίας sit additum: quid enim dicatur μετὰ ἀγνοίας idemque μετὰ κακίας fieri? Similia quidem verba de eadem re 1374 b 7. 8 sunt, sed longe alia illic rectiorque oppositionis ratio. Scilicet quum τὸ ἀτύχημα tanquam novi quid et quasi ex improvisu obortum sit (v. ad vs 12), fieri potuit ut in id potior pars operae absumeretur.

18. ὅταν ἡ ἀρχὴ ἐν αὐτῷ ᾖ τῆς αἰτίας: dicitur vero nunc ea causa quae ἀρχὴ τῆς ἀγνοίας ἢ τοῦ μὴ εἰδέναι est. Poterat enim et forte debebat sciri quod μὴ παραλόγως accidit; neque igitur ἔξωθεν effectum est ut ignarus peccaret. Prope haec ad ea accedunt quae *Γ* 2 de differentiâ τοῦ δι' ἄγνοιαν et τοῦ ἀγνοοῦντα disputata sunt (v. ad 1110 b 24—27, et quae illic subsequuntur); ut inde diversa judicandi ratio, quam aptam a notione τοῦ ἀκουσίου modo ad a 23 sq. commemoravimus, eo magis eluceat.

19 (—1136 a 1). ὅταν δὲ εἰδὼς μὲν μὴ προβουλεύσας δέ, ἀδίκημα His in utramque partem alterum genus, quippe in quo adsit τὸ ἑκού- σιον (εἰδὼς γάρ), absit τὸ προβουλεῦσαι seu ἡ προαίρεσις vs 25 seu τ ἐπιβουλεῦσαι vs 33 vel etiam ἡ πρόνοια vs 26, circumscriptum es Neque igitur eo cadit τὸ ἀκούσιον vel species ejus, neque μοχθηρία et ἀδικίας crimen. In iis vero quae praeterea adduntur satis erit in tellexisse, idonea ad illustrandam rem esse quae adjecta sint exempl (οἷον vs 20); quodsi enim ita descriptos generis fines impletos e putaverimus, undique quaestiones difficiles exsurgent quibus haec qu dem disputatio impar est. Itaque cur vs 21 τοῖς διὰ θυμὸν ita prim locus detur, ut vs 25—33 ad eadem redeatur, haud obscurum. Ir cundia enim Aristoteli tum etiam alibi maxime φυσικὸν καὶ ἀναγκαῖ

E 11 εἰδὼς μὲν μὴ προβουλεύσας δέ, ἀδίκημα, οἷον ὅσα τε διὰ 11 θυμὸν καὶ ἄλλα πάθη, ὅσα ἀναγκαῖα ἢ φυσικά, συμβαίνει τοῖς ἀνθρώποις· ταῦτα γὰρ βλάπτοντες καὶ ἁμαρτάνοντες ἀδικοῦσι μέν, καὶ ἀδικήματα ἔστιν, οὐ μέντοι πω ἄδικοι διὰ ταῦτα οὐδὲ πονηροί· οὐ γὰρ διὰ μοχθηρίαν ἡ βλάβη· ὅταν δ' ἐκ προαιρέσεως, ἄδικος καὶ μοχθηρός. διὸ καλῶς

---

23. *ἀδικήματα ἔστιν*] Bekk. *ἀδικήματά ἐστιν.*

πάθος (vs 21) esse, tum prae aliis affectibus omni dolo vacare videbatur; cf. imprimis *H* 7 (*ὁ μὲν οὖν θυμώδης οὐκ ἐπίβουλος* 1149 b 14). Ne tamen ideo quaecunque *διὰ θυμὸν* fiant hujus generis esse censeas; diversissima enim illa ipsa inter se (v. ad 1125 b 30), neque ullo modo probabile, *τὸν χαλεπὸν* illum 1126 a 26 utique *ἄνευ προαιρέσεως* peccare. At id satis perspicuum, cur maluerit iram jam commemorare quam *ἐπιθυμίαν*. Nam cupido, quamquam neque omnino verum est judicium et ab hac certe disputatione alienum quod l. l. Rhet. plurimi Libri exhibent „*τὰ γὰρ δι' ἐπιθυμίαν ἀπὸ πονηρίας*" (1374 b 10), tamen est *δολοπλόκου κυπρογενοῦς* 1149 b 16. Similiter etiam id consentaneum est, potissimum eorum affectuum mentionem fieri praeter iram *ὅσα ἀναγκαῖα ἢ φυσικά* vs 21. Reliqua enim (*τὰ ἴδια καὶ ἐπίθετα* 1118 b 9, *τὰ μὴ φύσει* 1148 b 15 sq.) pleraque ne exsistunt quidem nisi *ἀπὸ μοχθηρίας* inque iis qui *δι' ἔθος* (1148 b 17) depravati sunt; sin sunt quae quibusdam cognata sint vel in morbi similitudinem abierint, non mirum est ad rem tam difficilem nunc non descendi.

22. *ταῦτα γὰρ βλάπτοντες καὶ ἁμαρτάνοντες ἀδικοῦσι μέν*: en jam vox *ἁμαρτεῖν* non proprio illo usu qui vs 12—19 erat. V. ad b 12.

25. *ὅταν δὲ ἐκ προαιρέσεως, ἄδικος καὶ μοχθηρός.* Primum ita attingitur tertium genus, ad quod deverso interim sermone ad *τὰ ἐκ θυμοῦ* vs 25—33 post 1136 a 1 rite reditur. Quod quidem genus proprium nomen non habet nisi esse hasce *βλάβας* (vel etiam *ἀδικήματα*) *ἀδίκων καὶ μοχθηρῶν ἀνδρῶν* seu *διὰ μοχθηρίαν.*

25—33. *ὅτι τὰ ἐκ θυμοῦ ἀδικήματα μόνον.* Quae ab iratis committuntur „*οὐκ ἐκ προνοίας κρίνεται*", nec tamen haec sola (v. ad b 19): cf. 951 b 27 *τὸ μὲν γὰρ ἀδικεῖν καὶ δι' ὀργὴν καὶ διὰ φόβον καὶ δι' ἐπιθυμίαν καὶ δι' ἄλλα πολλὰ γίνεται, καὶ οὐ μόνον ἐκ προνοίας*; cf. 952 a 1—5. Agitur autem hoc Problematum loco de jure dicundo; atque videtur vox *ἐκ προνοίας* in legibus judiciisque solemnis fuisse; v. 1188 b 35 (30); 1226 b 38 (33); 1300 b 25 s. Sententia vero per duobus argumentis (*οὐ γὰρ* vs 26; *ἔτι δὲ* vs 27—33) firmatur; quorum priore ita agitur tanquam *ἐκ προνοίας* is tantum agat qui prior quasi *ἐνόησε περὶ ἀδικήματος ἢ φαινομένου ἀδικήματος.* In posteriore, quamquam et ipsi multa potuerint objici, id certe verum est cundos injuriam injuriâ ulciscentes quodam justitiae studio duci, c si forte satis excogitaverint quod commissuri fuerint *τὸ ἄδικον* quam *ἄδικον* sibi proposuisse. De generosâ hac (ut ita dicam) irae urâ, qua inter affectûs eminet, tum e Platone (velut Rep. 440 *ὅταν κεῖσθαί τις ἡγῆται, οὐκ ἐν τούτῳ ζεῖ τε καὶ χαλεπαίνει καὶ ξυμμαχεῖ*

1135 b 26 τὰ ἐκ θυμοῦ οὐκ ἐκ προνοίας κρίνεται· οὐ γὰρ ἄρχει ὁ θυμῷ ποιῶν, ἀλλ' ὁ ὀργίσας. ἔτι δὲ οὐδὲ περὶ τοῦ γενέσθαι ἢ μὴ ἀμφισβητεῖται, ἀλλὰ περὶ τοῦ δικαίου· ἐπὶ φαινομένῃ γὰρ ἀδικίᾳ ἡ ὀργή ἐστιν. οὐ γὰρ ὥσπερ ἐν τοῖς συναλλάγμασι περὶ τοῦ γενέσθαι ἀμφισβητοῦσιν, ὧν ἀνάγκη τὸν ἕτερον εἶναι μοχθηρόν, ἂν μὴ διὰ λήθην αὐτὸ δρῶσιν· ἀλλ' ὁμολογοῦντες περὶ τοῦ πράγματος, περὶ τοῦ ποτέρως δίκαιον ἀμφισβητοῦσιν. ὁ δ' ἐπιβουλεύσας οὐκ ἀγνοεῖ, ὥστε ὁ μὲν οἴεται E 1

29. ἐν τοῖς] K[b] τοῖς. 32. K[b] pr. περὶ δὲ τοῦ ποτέρως.

τῷ δοκοῦντι δικαίῳ;) tum ex Aristotele (velut infra 1149 a 25 – 32) plura afferrem, si majus quid huic loco propositum esset quam ut partitio τῶν βλαβῶν commode illustraretur. Quid? quod toto hoc capite τῆς ἀκρασίας, ad quam discrimina ista quam maxime spectare constat, ne mentio quidem fit? cf. inter reliqua 1151 a 10 καὶ οἱ ἀκρατεῖς ἄδικοι μὲν οὐκ εἰσίν, ἀδικοῦσι δέ.

29. οὐ γὰρ ὥσπερ ἐν τοῖς συναλλάγμασι . . . Necessario hinc respicietur ad locum 1131 a 2—9, quo solo Aristoteles exposuerit quid dicat συνάλλαγμα. At quae illic in genere τῶν ἀκουσίων καὶ βιαίων sunt, et ipsa saepe ἐκ θυμοῦ fiunt velut αἰκία θάνατος πήρωσις κακηγορία προπηλακισμός; ut plerumque ibi περὶ τοῦ ποτέρως δίκαιον (vs 32) quaerendum sit. Alia quidem ratio τῶν ἀκουσίων καὶ λαθραίων est, sed ne haec quidem tanquam unum genus dici, exemplum adulterii (1131 a 6) doceat; neque enim quisquam διὰ λήθην (vs 31) adulteratum neque Aristoteles unumquemque qui ita peccaverit certo μοχθηρόν (vs 30. 31) dicere putandus est. Imo τὰ συναλλάγματα jam ad vulgare commercium spectant quo vitae usui et rei familiari prospicitur; cujus generis sunt τὰ ἑκούσια συναλλάγματα 1131 a 3. 4 nec minus αἱ ἀλλακτικαὶ κοινωνίαι 1132 b 31. In his enim si coram judice lis est (τὸ ἀμφισβητεῖν vs 30), ut ἡ ἄδεια quam lex Graecorum amplam dabat (v. 1132 b 15 s.) jam locum non habeat, fraudis cujusdam vel doli incusatur qui reus est; neque igitur ἄνευ προνοίας, sed διὰ μοχθηρίαν peccavit, si recte inculpatur. — Ergo reputandum est an sit credibile eundem qui modo cap. 5 notionem συναλλάγματος descripserit, jam cap. 10 dum in nominum differentiâ vis argumentorum posita sit lon diversum vocis illius usum approbasse.

33. ὁ δ' ἐπιβουλεύσας οὐκ ἀγνοεῖ, ὥστε ὁ μὲν οἴεται ἀδικεῖσθαι ὁ δ' οὔ. Verba ὥστε . . . ὁ δ' οὔ tum ex loquendi usu Aristotelico t ad sententiam per se idonea sunt, quibus res de qua inde a vs quaeritur rite absolvatur. Demonstratum enim est ὅτι ὁ ἐκ θυμοῦ πράττων ἀδικεῖσθαι οἴεται, nec necesse est addi, ergo eundem sibi deri ἀντιποιεῖν, ἀλλ' οὐκ ἀδικεῖν. Sano igitur judicio Zellius jubet verba ὁ δ' ἐπιβουλεύσας οὐκ ἀγνοεῖ parentheseos loco haberi. forte eadem omnino ejicienda esse censueris; nam accedit quod ille ἐν τοῖς συναλλάγμασι peccat (vs 29 s.) non satis recte ἐπιβουλεύσας dicitur ipsumque praedicatum οὐκ ἀγνοεῖ paene claudicat.

E 11 § ἀδικεῖσθαι, ὁ δ' οὔ. ἂν δ' ἐκ προαιρέσεως βλάψῃ, ἀδικεῖ, καὶ 1136 a κατὰ ταῦτ' ἤδη τὰ ἀδικήματα ὁ ἀδικῶν ἄδικος, ὅταν παρὰ τὸ ἀνάλογον ᾖ ἢ παρὰ τὸ ἴσον· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ δίκαιος, ὅταν προελόμενος δικαιοπραγῇ. δικαιοπραγεῖ δ', ἂν μόνον ἑκὼν πράττῃ. τῶν δ' ἀκουσίων τὰ μέν ἐστι συγγνωμονικὰ τὰ δ' οὐ συγγνωμονικά· ὅσα μὲν γὰρ μὴ μόνον ἀγνοοῦντες ἀλλὰ καὶ δι' ἄγνοιαν ἁμαρτάνουσι, συγγνωνομικά, ὅσα δὲ μὴ δι' ἄγνοιαν, ἀλλ' ἀγνοοῦντες μὲν διὰ πάθος δὲ μήτε φυσικον μήτ' ἀνθρώπινον, οὐ συγγνωμονικά.

---

8. K^b πάθος μήτε. 9. fort. scr. ἀνθρωπικόν c. $L^bM^bO^b$.

---

1. ἂν δ' ἐκ προαιρέσεως βλάψῃ (οὐκ ἀντιποιῶν οὐδὲ ἀμυνόμενος), ἀδικεῖ. Tertium genus, v. 1135 b 19 s. (ib. 25). Quoniam autem sine dubio ἀδικοῦσι et ii qui ἀδικήματα tantum produnt, ad supplendam sententiam hanc desiderantur quae subsequuntur καὶ κατὰ ταῦτ' ἤδη κ. τ. λ. Tollatur igitur plena interpunctio post ἀδικεῖ quae ap. Bekk. est.

2. ὅταν παρὰ τὸ . . . ἴσον. Cavetur ne ἡ βλάβη forte sit ἀντιποίησις tantum; v. ad vs 1.

3—5. Cur in brevi hac descriptione eorum quae recte fiunt primum genus, quod in bonam partem fere εὐτύχημα vocandum erat, neglectum sit, non ita difficile est intellectu.

5—9. Si verum est id quod ab initio ad universum hoc caput praemisimus, jam legem proponi e qua de diversis rebus gestis diverse judicandum sit, consentaneum talem quaestionem adjungi: συγγνώμη enim necessario ad τὸν κρίνοντα pertinet. Nec desunt alia unde colligatur, haec cum prioribus ab eodem in unam sententiam scripta esse. Quod enim ad 1135 a 23 sq. et b 18 adnotavimus, recipi inter τὰ ἀκούσια non tantum τὰ δι' ἄγνοιαν (ut lib. Γ) sed etiam ἃ ἀγνοῶν τις ἔπραξε, jam expressis verbis ita ratum fit, ut ista differentia non ad negligentiam sed ad diversam sententiam referenda sit. Praeterea etiam hic (v. ad 1135 b 12) inter ea, de quibus quaerendum sit, τὰ βίᾳ omittuntur, quamvis et res et locus 1110 a 23—26 doceant, ignosci iis quoque qui malis pressi potius quam coacti necessitatem excusent. — Sin videatur h. l. severius judicari, dum nonnullis quae ἀκούσια sunt negatur συγγνώμη: verum quidem non tantum omnino ξύγγνωμον τὸ ἀκούσιον videri (ut apud Thucydidem est III, 40), sed etiam praeter τὰ ἀκούσια permultis atque variis quae male facta sint ignosci (v. ad 1109 b 32; cf. infra 1145 b 36 — 1146 a 4). Sed nascitur ista differentia non tam inde, quod austerior judex nolit συγγνώμην ἔχειν, quam quod mitiore judicio plura nomine ἀκουσίων digna habita sunt. — Ceterum ex oppositionis ratione (ὅσα μὲν . . . ὅσα δὲ vs 6. 7) apparet, rem ita quidem non absolvi: tertium enim quoddam genus superest quod silentio praeteritur sc. ea ὅσα ἀγνοοῦντες μόνον, διὰ πάθος δὲ φυσικὸν καὶ ἀνθρώπινον. Quae commemorantur, ad triplicem divisionem quae 1135 b 11 proponebatur recte applicari poterunt; nam cuncta ad id spectant quod illic (b 12—19) primum genus erat; et ita quidem

1136 a 10 *ἀπορήσειε δ' ἄν τις, εἰ ἱκανῶς διώρισται περὶ τοῦ ἀδ κεῖσθαι καὶ τοῦ ἀδικεῖν, πρῶτον μὲν εἰ ἔστιν ὥσπερ Εὐρ πίδης εἴρηκε, λέγων ἀτόπως*

μητέρα κατέκτα τὴν ἐμήν, βραχὺς λόγος,
ἑκὼν ἑκοῦσαν, ἢ θέλουσαν οὐχ ἑκών.

---

12. *ἀτόπως*] K^b *τὸ πῶς.*

---

ut *τὰ συγγνωμονικὰ* ipsa sint *ἀτυχήματα*, *τὰ οὐ συγγνωμονικὰ* aliqı pars *τῶν ἁμαρτημάτων*.

3) 1136 a 10 — 1137 a 4.

Descenditur ad quasdam *ἀπορίας*, quas deinceps 1136 b 15 (*ἔτι δ' ὁ προειλόμεθα δύ' ἐστὶν εἰπεῖν*; cf. ib. a 34 s.) tres se sibi tractand proposuisse scriptor significat. Singulas vero quaestiones istas, quan quam ita de iis agitur, ut videantur dudum sermonibus hominum v in scholis teri solitae fuisse, tamen eas esse negari non poterit qu satis commode praecedenti disputationi subjungantur. Illic enim (v. s a 5—9) quodammodo eo res vertebatur quasi de jure dicundo quaer retur. Judicis vero quantum intersit, si verum sit volenti non fieri i juriam, nemo non videt; pariterque de reliquis *τῶν ἀποριῶν* censebitu Itaque etiamsi recte arguetur, at eandem rem aliter jure publico, al ter ab Ethicorum magistro aestimandam tractandamque esse, tam capita haec inter se probabili quodam rerum vinculo non carere co cedatur necesse est. At multo magis ipsi rei et sententiae aliam di ponendi rationem conducere nihilo secius satis constabit. Utrumq enim quod p. 1135 didicimus, ut recte genera seu male seu bene f ctorum distinguantur utque qui locus *συγγνώμης* sit sciatur, necessar ad aliud caput quod restat refertur sc. ad *τὴν ἐπιείκειαν*. V. 1374 4 sq. *ἐφ' οἷς τε δεῖ συγγνώμην ἔχειν, ἐπιεικῆ ταῦτα, καὶ τὸ τὰ ἁμα τήματα καὶ τὰ ἀδικήματα μὴ τοῦ ἴσου ἀξιοῦν μηδὲ τὰ ἁμαρτήματα κ τὰ ἀτυχήματα.*

a) 1136 a 10 — b 14. *πότερον ἔστιν ἑκόντα ἀδικεῖσθαι;*

10. *εἰ ἱκανῶς διώρισται περὶ τοῦ ἀδικεῖσθαι καὶ ἀδικεῖν.* Siqu dem his verbis ad ea quae modo disputata sunt respicitur (ut videtu quum vs 16. 17. 19 ad illam sententiam provocatur *ὅτι τὸ ἀδικεῖν κ τὸ δικαιοπραγεῖν ἅπαν ἑκούσιον*), offendes in voce *περὶ τοῦ ἀδικεῖσθ* Neque enim de hoc in praecedenti capite sermo fuit, neque omni quae forte de eâ re dicenda sint ad doctrinam ethicam similem v habent ac quae ad *τὸ ἀδικεῖν* pertinent. V. etiam ad b 3 sq.

Breviter atque cautius eandem hanc quaestionem 1134 a 12 (ad q. l. ...) tentatam esse vidimus. Ad quam si redeundum esse videbatur, in ... fere disputatione suo loco fuisset, in qua reputandum erat εἰ ἑκα... διώρισται περὶ τοῦ ἀδικεῖσθαι καὶ ἀδικεῖν (1136 a 10). Neque e... dubium est quin hic quidem interposita distineat quae cognatio... habent (a 4—28 et b 5—14), ipsa vero nullo prorsus vinculo cum contineatur quae vel praecedunt vel subsequuntur.

29. τὸ μὲν γὰρ ἔλαττον, τὸ δὲ πλέον ἔχειν ἐστὶ τοῦ μέσου. ... quidem recte habere videtur oppositionis ratio — modo ne du... comperissemus aliquantum differre τὸ ἀδικεῖν et τὸ ἔχειν πλέον. ἀλλ' ὅμως vs 31 sq.

δὲ πλέον ἔχειν ἐστὶ τοῦ μέσου· [καὶ ὥσπερ ὑγιεινὸν μὲν ἐν ἰατρικῇ, εὐεκτικὸν δὲ ἐν γυμναστικῇ·] ἀλλ' ὅμως χεῖρον τὸ ἀδικεῖν· τὸ μὲν γὰρ ἀδικεῖν μετὰ κακίας καὶ ψεκτόν, καὶ κακίας ἢ τῆς τελείας καὶ ἁπλῶς ἢ ἐγγύς (οὐ γὰρ ἅπαν τὸ ἑκούσιον μετὰ ἀδικίας), τὸ δ' ἀδικεῖσθαι ἄνευ κακίας καὶ ἀδικίας. καθ' αὑτὸ μὲν οὖν τὸ ἀδικεῖσθαι ἧττον φαῦλον, κατὰ συμβεβηκὸς δ' οὐθὲν κωλύει μεῖζον εἶναι κακόν. ἀλλ' οὐδὲν μέλει τῇ τέχνῃ, ἀλλὰ πλευρῖτιν λέγει μείζω νόσον προσπταίσματος· καίτοι γένοιτ' ἄν ποτε θάτερον κατὰ

---

30. 31. [καὶ ὥσπερ — γυμναστικῇ] susp. 33. καὶ ἁπλῶς] K[b] ἁπλῶς. ἅπαν] K[b] πᾶν.
1. K[b]L[b]O[b] μεῖζον κακόν.

---

30. καὶ ὥσπερ ὑγιεινὸν μὲν ἐν ἰατρικῇ, εὐεκτικὸν δὲ ἐν γυμναστικῇ. Haec ut tradita sunt sine ullâ sunt constructionis ratione, neque ejecta valde desiderarentur. Sed licet conjicere ὑγιεινοῦ . . . εὐεκτικοῦ, ut quae justo plus atque minus sint iis ex aequo ponantur quae contra rectam rationem aliarum sunt scientiarum; in colendo enim et exercendo corpore ἄμφω (τὰ ἄκρα) φαῦλα sunt et fere ὁμοίως φαῦλα.

33. καὶ κακίας ἢ τῆς τελείας [καὶ om. K[b]] ἁπλῶς ἢ ἐγγύς. Est quidem κακία ἡ τελεία ipsa injustitia (generalis) comparata cum aliis vitiis; v. ὅλη κακία 1130 a 10. Sed verbis proximis οὐ γὰρ vs 33 monemur ut ad eam potius sententiam respiciamus quâ ὁ ἀδικῶν p. 1135 b atque ὁ ἄδικος diversi esse demonstrabantur; injustum enim eum tantum esse in cujus facinore praeter τὸ ἑκούσιον adfuerit προαίρεσις vel πρόνοια. Nam id quidem male objeceris, illic in auctoribus τῶν ἀδικημάτων, quum ab omni pravitate liberentur (οὐ πονηροί· οὐ γὰρ διὰ μοχθηρίαν ἡ βλάβη 1135 b 24), ne ἀτελῆ quidem κακίαν τινὰ admitti.

35. καθ' αὑτὸ μὲν οὖν τὸ ἀδικεῖσθαι ἧττον φαῦλον: ergo per se t plerumque id quod sine culpâ omni est sed damnum includit (τὸ ἀδικεῖσθαι) minus malum censetur esse quam quod cum lucro conjunctum culpâ foedatur (τὸ ἀδικεῖν). Sed est Aristotele auctore modus in his quoque rebus, ut sint summa damna, velut vitae jactura, quae recte magis fugiantur quam leviora peccata. V. ad 1110 a 26 (et ad 1110 a 4 sq.).

2. ἀλλ' οὐδὲν μέλει τῇ τέχνῃ: cf. 1104 a 6 s. ὁ περὶ τῶν καθ' ἕκαστα (ἐν οἷς τὸ κατὰ συμβεβηκὸς γίνεται) λόγος οὔτε ὑπὸ τέχνην οὔθ' ὑπὸ παραγγελίαν οὐδεμίαν πίπτει; ad q. l. v. — In proximis „ἀλλὰ πλευρῖτιν λέγει μείζω νόσον προσπταίσματος" apparet tum πρόσπταισμα dici id damni in corpore quod quis pedem vel aliud membrum offendens et forte lapsus acceperit, tum νόσον quodlibet damnum vel vulnus extrinsecus inflictum. Cujus usûs exempla in thesauris linguae gr. congesta sunt.

3. καίτοι γένοιτ' ἄν ποτε θάτερον i. e. τὸ πρόσπταισμα μείζων νόσος: quamquam id exemplum quo mox (εἰ . . . vs 4. 5) res illustratur ad morborum genera quotquot sunt sane non pertinet.

συμβεβηκός, εἰ προσπταίσαντα διὰ τὸ πεσεῖν συμβαίη E 15 ὑπὸ τῶν πολεμίων ληφθῆναι καὶ ἀποθανεῖν. κατὰ μεταφορὰν δὲ καὶ ὁμοιότητά ἐστιν οὐκ αὐτῷ πρὸς αὐτὸν δίκαιον ἀλλὰ τῶν αὐτοῦ τισίν, οὐ πᾶν δὲ δίκαιον ἀλλὰ τὸ δεσποτικὸν ἢ τὸ οἰκονομικόν· ἐν τούτοις γὰρ τοῖς λόγοις διέ-

5. καὶ] Kᵇ ἤ. 6. KᵇMᵇOᵇ οὐχ αὐτῶι.

8) 1138 b 5—14.

Fragmentum hoc sermonis esse suâ sede expulsum non tantum respicientibus ad ea quae proxime antecedunt apertum erit, sed etiam ipsa prima verba reputantibus. Qui enim dicit κατὰ μεταφορὰν δὲ καὶ ὁμοιότητά ἐστιν [an ὁμοιότητα ἔστιν?] οὐκ αὐτῷ πρὸς αὐτὸν δίκαιον aperte profectus a sententiâ negante ὅτι ἁπλῶς οὐκ ἔστι δίκαιον αὐτῷ πρὸς αὐτὸν disputat. Quae quidem sententia his ipsis verbis omnino hoc in libro non est; nec tamen eandem obscurum est quum ad universam hanc περὶ τοῦ δικαίου doctrinam pertinere tum prope ad quaestionem περὶ τοῦ ἑαυτὸν ἀδικεῖν accedere (v. b 10 sq.).

Quid vero illi sibi voluerint qui haec contra Platonem disseri dixerunt, ne intelligo quidem. Nam contra Platonem, quippe qui in Rep. justitiam omnino οὐ περὶ τὴν ἔξω πρᾶξιν, ἀλλὰ περὶ τὴν ἐντὸς περὶ ἑαυτὸν καὶ τὰ ἑαυτοῦ (p. 443 c) esse censeat, profecto ab initio, si ita placet, omnia disputata et definita sunt. Quid enim magis illius doctrinae contrarium cogitari possit quam illa „χρῆσις ἀρετῆς πρὸς ἕτερον" ceteraque fere omnia? Quodsi igitur lubet (nec re nec verbo ullo cogente) in extremis libri verbis ad Platonem spectare, dicendum potius erat: jam probari, ne spretas quidem illius sententias prorsus a veritate abhorrere. —

5. κατὰ μεταφορὰν δὲ καὶ ὁμοιότητα: una res in duobus nominibus; cf. Γ 9 ubi is quidem qui infamiam non timet dicitur ἀνδρεῖος κατὰ μεταφορὰν vocari 1115 a 15, at ib. 19 ὁ περὶ πενίαν ἄφοβος καὶ οὗτος ἀνδρεῖος καθ' ὁμοιότητα.

7. ἀλλὰ τοῖς αὐτοῦ τισιν sc. ἔστι πως δίκαιον. Ipsi igitur (αὐτῷ vs 6) secum (πρὸς αὐτὸν) non est justum, sed τὰ αὐτοῦ τινα habent rationem justi: πρὸς τίνα? nimirum πρὸς ἄλληλα. Unde apparet τὰ αὐτοῦ dici quae plura et diversa in uno animo insint; v. ἐν τούτοις vs 10 (14). Nam si de liberis uxore servis, qui item αὐτοῦ τινα (vel τινες) sunt, cogitatum esset, voci οὐκ αὐτῷ πρὸς αὐτὸν ex adverso positum esset „ἀλλὰ (αὐτῷ) πρὸς τὰ αὐτοῦ", ut fere est 1134 b 10 sq. Neque igitur ipsum τὸ οἰκονομικὸν ἢ δεσποτικὸν δίκαιον (quod cap. 10 erat) huc spectat, sed justum quoddam ex illorum similitudine conformatum.

8. ἐν τούτοις γὰρ τοῖς λόγοις: haud usitatum Aristoteli loquendi genus; nec tamen dubium, quid ita dicatur. „Ubi enim ita de animi partibus disserendum sit, ut quid inter illas juris sit quaeratur, nec minus ubi τὸ οἰκονομικὸν atque τὸ δεσποτικὸν δίκαιον locum habet: ibi potiori cuidam quod ratione pollet inferius aliquid oppositum est ' debeat rationi alterius obtemperare."

E 15 στηκε τὸ λόγον ἔχον μέρος τῆς ψυχῆς πρὸς τὸ ἄλογον. εἰς 1138b ἃ δὴ βλέπουσι καὶ δοκεῖ εἶναι ἀδικία πρὸς αὑτόν ὅτι ἐν τούτοις ἔστι πάσχειν τι παρὰ τὰς ἑαυτῶν ὀρέξεις· ὥσπερ οὖν

---

9. K^b ἔχον τῆς ψυχῆς.

---

10. εἰς ἃ δὴ βλέπουσι καὶ δοκεῖ: in quibus enim τὸ δίκαιόν πως, in iis etiam ἀδικία πως v. 1134 a 30 sq. Vides enim ad tritam quaestionem περὶ τοῦ ἑαυτὸν ἀδικεῖν nunc progrediente tantum sermone accedi. Nec tamen ita ut nova sit. Nam verba ὅτι ἐν τούτοις (vs 10) docent, illud argumentum quo esse ὁ ἑαυτὸν ἀδικῶν negatur quia „ἑκὼν πάσχει, ἀδικεῖται δ' οὐθεὶς ἑκών" (a 12) satis notum esse: hinc enim arcetur. Ἔστι γὰρ (v. 11 s.) πάσχειν (ὑφ' ἑαυτοῦ vel potius ὑπό τινος τῶν αὑτοῦ) παρὰ τὰς ἑαυτοῦ (vel potius παρὰ τὰς τοῦ ἑτέρου τῶν ἑαυτοῦ μορίων) ὀρέξεις. Verissime.

11. ὥσπερ οὖν ἄρχοντι καὶ ἀρχομένῳ ... καὶ τούτοις, etiamsi ἡ ἰσότης τοῦ ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι ab his aliena est (v. 1134 b 15). —

Absolutâ jam interpretatione venia sit ab ultimo capite *E* 15 ad priora illa 11. 12, adhibitâ M. Moralium de eâdem re disputatione, respiciendi. Ita enim per exemplum ostendi potuerit, haud temere ab interprete Nic. in criticis quaestionibus et iis quae jam obviam factae sunt et quae pleraeque in proximis ll. occurrent, M. Moralium, quamquam sint antiquissimi quasi ethicorum Aristoteleorum commentarii, raram mentionem fieri.

In MM. igitur p. 1195 b 4—1196 b 3 de iis rebus quas dicimus amplo et diligenti sermone agitur. Quem si cum Nic. capp. 11. 12 atque simul cum cap. 15 composueris, haec quidem ita constabunt ut omnis dubitatio absit.

1. Facto initio ad similitudinem Nic. *E* 11 (1136 a 10) tres quaestiones tractantur eaedem et eodem ordine quo capp. Nic 11. 12; ut primum τὸ ἑκουσίως ἀδικεῖσθαι rejiciatur — 1195 b 34, deinde τὸ ἑαυτὸν ἀδικεῖν — 1196 a 33, postremo demonstretur τὸν νείμαντα potius quam τὸν ἔχοντα reum faciundum esse.

2. In alterâ τῶν ἀπορειῶν, quae in Nic. bis exponitur, ita agit auctor MM.

a) ut ipse suâ viâ incedat, probans neminem sibi ipsi injuriam inferre posse nisi et κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον πλεῖον καὶ ἔλαττον ἔχειν possit et ἅμα καὶ ἀκουσίως καὶ ἑκουσίως πράττειν 1196 a 6—13—17. Quae demonstratio in Nic. paucis verbis quodammodo praeparata erat cap. 15. 1138 a 18. 19.

b) e cap. 12 nil omnino huc transfert; quod in cap. 15 summum est (1138 a 4—20) certe non ita in suum usum convertit, ut vis sententiarum eadem agnosci possit; verba enim 1195 b 37—1196 a 7 ne ad conclusionem quidem omnino perducuntur.

c) at minora quaedam e cap. 15 et recepit et explicuit: tum argumentum ἐκ τῶν κατὰ μέρος ἀδικημάτων 1138 a 24—26 = 1196 a 17—25; tum (id quod notatu dignum) sententiam illam de injuriâ

καὶ ἀρχομένῳ εἶναι πρὸς ἄλληλα δίκαιόν τι καὶ E 15

——

illatâ κατὰ τὸ οἰκονομικὸν δίκαιον 1138 b 8—13 = 1196

3. de tria colligentur. Primum auctorem illum utramque Nic. tionem (tum c. 11. 12 tum c. 15) inter manus habuisse, quum praeter alia ipsam dispositionem susceperit, posterioris com- argumenta. Alterum: eundem etiam totum c. 15, non excepto ultimo illo fragmento, ita conscriptum legisse quale nunc exstet. ium: non dubitasse illum e duobus vel capitibus vel libris pro- cue in unum conferre quae sibi placuissent deque suo, si visum et, interponere: virum mediocris ingenii, ut verba ejus fidem exiguam beant, aut recte esse expressa quae vellet transcribere aut non a olente quae integra reperisset immutata esse.

Nic. Z. περὶ τῶν διανοητικῶν ἀρετῶν.

De hoc libro, qui et ipse Nicomacheorum et Eudemiorum communis traditus est, paullo aliter a VV. dd. atque in libro E disceptatur. Nam id quidem in dianoëticis virtutibus non minus quam in justitiâ con- cederetur oportebat, disputationem hac de re ad utraque Ethica e pro- posito necessariam esse; at fuerunt qui hanc quidem quae Nic. Z ex- stet totam Eudemi esse demonstrare sibi viderentur, ut ipsius Aristotelis [illegible] opera in his periise censenda esset; fuerunt qui in contrariam partem [illegible] disputarent. Qua in re, ut probabile est, tum singula quaedam (voca[illegible] bula, loquendi genera, enunciationes, sententiae) ad probandum au[illegible] consensum aut discrepantiam a reliquo alterutro opere congeruntur [illegible] tum universus disputationis tenor vel disserendi ratio hinc eade[illegible] illinc diversa esse dicuntur.

Quodsi quis in hanc litem (id quod h. l. fieri nequit) ita velit i[illegible]- quirere ut undique omnia exponantur dirimanturque, imprimis vide[illegible]at ne inter multiplices quaestiunculas universam rem vel omnino par[illegible]um observarit vel occupatus in singulis e conspectu dimittat. Ita en[illegible]im accidit ut quae pro ratione susceptae operae nullius sunt momenti t[illegible]an- quam speciosa suspiciantur. Sunt vero in utrisque Ethicis omnia si[illegible]il- lima utrinque: res eaedem, eaedem fere ubique sententiae, eadem [illegible]do- cendi ratio, persimile scribendi genus, paene idem vocabulorum q[illegible]ae dicuntur technicorum usus. Itaque si duas haberemus disputatio[illegible]nes illas, quarum alteram non superesse dolemus, fortasse diligenti op[illegible]eri efficeremus utra utris Ethicis adscribenda esset. At jam longe majores tentantur. Quid enim, quum pleraque hoc in libro et cum Eudemiis et cum Nic. concinere constet, si vel ab hac vel ab illâ parte seu in rebus seu in verbis nonnulla accedant quibus maximus ille concentus paullulum augeatur quasi? Nil ita comprobatum erit, nisi simul in alteram partem reperta fuerint, quae sint magis disparia quam ut in Aristotele, quem in conformandis verbis ad priora verba, sententiis ad sententias, definitionibus ad definitiones ita curiosum esse haud novi- mus, unâ esse possint. Imo ii quidem qui Eudemo favent etiam i reputent, annon forte nonnulla Eudemica, propter quae hic liber Eud .mum olere dicatur, inverso ordine ex ipso hoc libro magistri a di pulo petita atque alio loco in usum conversa esse possint.

τούτοις. περὶ μὲν οὖν δικαιοσύνης καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἠθικῶν ἀρετῶν διωρίσθω τὸν τρόπον τοῦτον· 1138 b 13

Liceat igitur singula quaeque quae quidem graviora videntur nunc postponere — erit enim inter interpretandum facultas de iis dicendi; leviora et futilia quae permulta congeruntur silentio praetereantur; in universum vero praemittam, videri copias illas quibus provinciam hujus libri aut Aristotelis aut Eudemi ditioni subacturi sint inter se fere pares esse, ad exsequendum autem propositum nullo modo sufficientes. — Cui judicio unum hoc subjungatur. In iis enim huj. libri capp., quibus αἱ διανοητικαὶ ex ordine circumscribuntur, verum est universam disputandi rationem haud esse absimilem illi qua fere Eudemus in plerisque τῶν ἠθικῶν usus est. Sed v. ad cap. 6 περὶ νοῦ. —

Quodsi igitur ad libr. Z tanquam ad Aristotelicum aggrediamur, utile videtur ut et id ab initio constet, quid sit in prioribus Nic. ll. propter quod haec disputatio necessaria fuerit. Sunt autem plura.

1. Etenim — id quod primum summumque est — desiderantur αἱ τοῦ λόγον ἔχοντος ἀρεταὶ s. αἱ διανοητικαὶ tum ob illud ἔργον ἀνθρώπου (A 6), tum ob ipsam εὐδαιμονίαν (A 13) ad quam universa Ethica spectant. Opus enim humanum esse ψυχῆς ἐνέργειαν scimus (κατὰ λόγον, μετὰ λόγου, οὐκ ἄνευ λόγου 1098 a 7. 8. 14), in animo vero τὸ μὲν (λόγον ἔχει) ὡς ἐπιπειθὲς λόγῳ, τὸ δὲ ὡς ἔχον καὶ διανοούμενον ib. 4). Beatitas autem, quum sit ψυχῆς ἐνέργειά τις κατ' ἀρετὴν τελείαν (1102 a 5), ab humanâ virtute apta est, humana vero virtus, ad quam ἡ τοῦ θρεπτικοῦ non pertineat, omnis in duabus illis partibus posita est tum τοῦ ὀρεκτικοῦ tum ejus quod ipsum λόγον ἔχει, illinc ἠθική, hinc διανοητική (1102 b 11 sqq.).

2. Ab hoc diversum quod ne ipsa quidem virtus ethica esse potest, nisi accedat alterum genus; idque iterum complures ob causas.

a. Virtus τοῦ ὀρεκτικοῦ inde nascitur quod τὸ ὀρεκτικὸν ad obedientiam rationis factum est (1102 b 30). Nisi igitur mire contendatur, patrem imperantem (1103 a 3) et omnino τὸν νουθετοῦντα, ἐπιτιμῶντα, ἐπὶ τὰ βέλτιστα παρακαλοῦντα (1102 b 34. 16) id unum spectare, ne quod sibi alumnus ultro proposuerit inconsideratâ vehementiâ vel etiam ignaviâ perdat, apparet eum qui ita rationem seu τὸν λόγον dicat (anceps enim vocabulum) imprimis illam dicere mentem qua ipsi fines bonorum concipiuntur. Est igitur quidam λόγος cui τὰς ἀρχὰς τῶν πρακτῶν (τὸ οὗ ἕνεκα — τὸ καλὸν) perceptas debemus, inque hujus obsequio virtus τοῦ ὀρεκτικοῦ posita est.

b. Sed est praeterea virtus ethica ἕξις προαιρετική. Atqui ad προαίρεσιν aliud διανοίας genus flagitatur quod fine aliquo undecunque proposito in eo versatur ut viam et rationem reperiat qua ad illum recte perveniatur. Hic est ille λόγος propter quem saepe dicitur ὅτι τῶν ἀρχῶν οὐκ ἔστι λόγος. Apertum vero, sine virtute τοῦ λογιστικοῦ s. βουλευτικοῦ ethicam virtutem non esse, quoniam προαιρετική est. V. quae praemisimus ad Γ 1—8 (pag. 132).

c. Ea mediocritas ad quam natura virtutis ethicae refertur μεσότης est ὡρισμένη λόγῳ atque τὸ μέσον quo spectat κατὰ τὸν (ὀρθὸν) λόγον est. Qua in definitione nec de summo fine agitur nec de iis quae

1138 b 18 ἐπεὶ δὲ τυγχάνομεν πρότερον εἰρηκότες ὅτι δεῖ τὸ μέ- Z
σον αἱρεῖσθαι καὶ μὴ τὴν ὑπερβολὴν μηδὲ τὴν ἔλλειψιν, τὸ

19. καὶ μὴ] K^b μή.

cujuslibet finis causâ excogitantur; sed est hoc tertium quoddam, quod intermedium dicas esse.

Recensui haec, non quod in prioribus Nic. ll. alia non reperiantur unde constet hanc institutionem perfectam non esse nisi plena τοῦ λόγου (vel τοῦ λόγον ἔχοντος) cognitio accesserit, sed quod ista ab ipso Aristotele insignibus locis expressa leguntur. Suntque eadem, si rem et sententiam spectes, omnia item in Eudemiis. Apparet autem, diverso modo illa ad disputationem l. Z referri; neque enim omnia ad totum genus τῶν διανοητικῶν nec singula ad easdem singulas. Ut enim breviter loquar, propter id quod primum posui (No. 1) omnes αἱ διανοητικαί; propter 2 a ὁ νοῦς qui quidem ad τὰ πρακτὰ pertinet; propter 2 b ἡ φρόνησις; eademque si verbis 1106 b 36 confidas („ἡ ἀρετὴ ἕξις .. ἐν μεσότητι οὖσα ... ὡρισμένη λόγῳ καὶ ὡς ἂν ὁ φρόνιμος ὁρίσειεν") iterum propter 2 c.

Neque quidquam inter haec libro Z, quamquam non videntur plan distincta animo scriptoris obversata esse, prorsus neglectum est. Etenim quum in eo esset ut necessitudinem inter novam disputationem inte que universum opus ipse ostenderet (Z 1), non tam ad id spectavi quod haud temere primum esse censebamus, sed ad 2 c (τὸν λόγ καθ' ὃν τὸ μέσον δεῖ εἶναι). Deinde quum Z 2 denuo quasi ad opera suam proficisceretur, meliora (ut ita dicam) ab initio pollicitus haere videtur in 2 b (ἐν τῷ λόγῳ τῷ βουλευτικῷ ἢ λογιστικῷ). Obscure t tum omnino (ut solet) ad 2 a (τὸν νοῦν ἐν ᾧ αἱ ἀρχαί εἰσιν) anin legentium advertit Z 6. 12. Quod vero antiquissimum erat (1), ad sero quidem accessit cap. ultimo, sed egregiâ disputatione τὴν φρό σιν atque τὴν σοφίαν (quae conjunctae recte pro cuncto genere διανοητικῶν sunt) in ipsam beatitudinem accivit.

Cap. 1. *Quoniam τὸ μέσον (quod virtuti ethicae propositum est) ex praeceptis rationis conformandum est, desideratur definitio qui sit ille ὀρθὸς λόγος, quôque ipse in praecipiendo spectet.*

18. τυγχάνομεν πρότερον εἰρηκότες: quaerendum de altero membro „τὸ δὲ μέσον . . ." vs 20. Ὁ λόγος enim (ὁ ὀρθὸς) dum universe de ethicâ virtute quaerebatur in Nic. ter arcessitus est: 1103 b 31 τὸ μὲν οὖν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον πράττειν κοινὸν καὶ ὑποκείσθω, ῥηθήσεται δ' ὕστερον περὶ αὐτοῦ καὶ τί ἐστιν ὁ ὀρθὸς λόγος καὶ πῶς ἔχει πρὸς τὰς ἄλλας ἀρετάς. 1107 a 1 ἔστιν ἄρα ἡ ἀρετὴ ἕξις προαιρετική, ἐν μεσότητι οὖσα τῇ πρὸς ἡμᾶς ὡρισμένῃ λόγῳ καὶ ὡς ἂν ὁ φρόνιμος ὁρίσειεν. 1114 b 29 (εἴρηται ὅτι αἱ ἀρεταὶ . . . ἕξεις . . πρακτικαὶ . .) καὶ οὕτως ὡς ἂν ὁ ὀρθὸς λόγος προστάξῃ. Quodsi diversae sententiae sunt ὅτι πρακτέον κατὰ τὸν λόγον τὸν ὀρθόν et illa ὅτι τὸ μέσον καὶ τὴν μεσότητα κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον δεῖ εἶναι, id quod h. l. proprium est, si unquam, semel ante dictum est 1107 a 1 (praesertim si illic e probabili conjecturâ dativus ὡρισμένῃ receptus fuerit). Sed vide quae ad l. l. supra adnotavimus; neque enim illic τὸ ἔστιν ἄρα

Z 1 δὲ μέσον ἐστὶν ὡς ὁ λόγος ὁ ὀρθὸς λέγει, τοῦτο διέλωμεν. ἐν πάσαις γὰρ ταῖς εἰρημέναις ἕξεσι, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, ἔστι τις σκοπὸς πρὸς ὃν ἀποβλέπων ὁ τὸν λόγον ἔχων ἐπιτείνει καὶ ἀνίησιν, καί τις ἔστιν ὅρος τῶν μεσοτήτων, ἅς μεταξύ φαμεν εἶναι τῆς ὑπερβολῆς καὶ τῆς ἐλλείψεως, οὔσας κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον. ἔστι δὲ τὸ μὲν εἰπεῖν οὕτως ἀληθὲς μέν, οὐθὲν δὲ σαφές· καὶ γὰρ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπι-

21. ἕξεσι] K[b] πράξεσι.

1106 b 36 si singula verba perpendantur ex omni parte certo fundamento nititur. Satis enim fecisse in tali re Nicomachea sibi videntur, si res et sententia ad universam doctrinam accommodata atque ita probata sit. Id quod in τὸ μέσον istud cadit. Etenim quamvis de hoc ipso τοῦ λόγου officio, diverso illo a reliquis ejusdem officiis verba non sint facta, tamen in eâdem re consilia illa *B* 9 data versantur. Cf. ultima illic verba ἀποκλίνειν δὲ δεῖ ὁτὲ μὲν ἐπὶ τὴν ὑπερβολήν, ὁτὲ δὲ ἐπὶ τὴν ἔλλειψιν (1109 b 24): hoc enim est τὸ ἐπιτείνειν καὶ ἀνιέναι h. l. vs 23; reperitur vero ita ἡ μεσότης quae recta sit, atque per τὸν λόγον reperitur, nec profecto per βουλευτικὸν illum qui unum ὁ πῶς ἔσται καὶ διὰ τίνων (1112 b 15 s.) propositum habet. — Ex Eudemiis, si quis τὸ πρότερον εἰρηκότες vs 18 ad illa velit referre, praesto est vox sententiae cuidam non integrae interposita 1222 b 7 ...ς δ' ὁ ὀρθὸς λόγος καὶ πρὸς τίνα δεῖ ὅρον ἀποβλέποντας λέγειν τὸ μέσον, ὕστερον ἐπισκεπτέον, quae verba mire convenire videntur cum 1138 b 23. 34. Nec tamen Eudemia illo quidem loco id dicunt quod ... summum est ὅτι τὸ μέσον ἐστὶν ὡς ὁ λόγος λέγει vel κατὰ τὸν λόγον, ut a notione mediocritatis quasi refugiatur ad rectam rationem. Disputatio enim ibi vix eo usque progressa est ut virtutem (quoniam ... βελτίστων est πρακτική, τὸ δὲ βέλτιστον τὸ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, τὸ δὲ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον μέσον) in mediocritate omnino positam esse evincat v. 1222 a 6—9; b 13. Ergo illic quidem τὸ μέσον ultimum, ὁ ὀρθὸς λόγος aut illo prius aut unâ percipitur.

20. τοῦτο διέλωμεν: multo usitatius hoc (περὶ τούτου) διελώμεθα dicitur.

23. ἐπιτείνει καὶ ἀνίησιν: confer τὴν συμμετρίαν ἢ ἀνιεμένη διαφέρει ἕως τινός 1173 a 26. 27.

τίς ἐστιν [Bekk. quidni τίς ἐστιν?] ὅρος τῶν μεσοτήτων. Verum est quod monent, istum vocis ὅρος usum hucusque non esse in Nic., at esse in Eud. (velut l. c. 1222 b 8). Quid igitur? Constat eundem vicies in unius Pol. occurrere. Num igitur probaturi sunt, Politicorum auctorem alium esse atque Nicomacheorum?

26. ἀληθὲς μέν, οὐθὲν δὲ σαφές. Hoc Fritzschius ita acerbe dictum esse putat, ut in discipulo Eudemo qui aliquid emendaturus sit probabilitatem habeat, in magistro, qui sua referat, nullam. Scilicet Analyticorum auctor quum 100 a 14 scriberet ὃ δὲ ἐλέχθη μὲν πάλαι, οὐ σαφῶς δὲ ἐλέχθη, πάλιν εἴπωμεν non ad sua ipsius verba respexit. Taceam alia; neque omnino rem commemorassem, nisi hoc e tribus

1138 b 27 μελείαις, περὶ ὅσας ἐστὶν ἐπιστήμη, τοῦτ' ἀληθὲς μὲν εἰπεῖν, ὅτι οὔτε πλείω οὔτε ἐλάττω δεῖ πονεῖν οὐδὲ ῥαθυμεῖν, ἀλλὰ τα μέσα καὶ ὡς ὁ ὀρθὸς λόγος· τοῦτο δὲ μόνον ἔχων ἂν τις οὐθὲν ἂν εἰδείη πλέον, οἷον ποῖα δεῖ προσφέρεσθαι πρὸς τὸ σῶμα, εἴ τις εἴπειεν ὅτι ὅσα ἡ ἰατρικὴ κελεύει καὶ ὡς ὁ ταύτην ἔχων. διὸ δεῖ καὶ περὶ τὰς τῆς ψυχῆς ἕξεις μὴ μόνον ἀληθὲς εἶναι τοῦτ' εἰρημένον, ἀλλὰ καὶ διωρισμένον τίς τ' ἐστὶν ὁ ὀρθὸς λόγος καὶ τούτου τίς ὅρος.

27. K[b] ἀληθὲς εἰπεῖν. 31. K[b] c. cett. εἴποιεν. ὅσα] K[b] ὡς.
33. K[b] ἀληθῶς. 34. τίς τ'] K[b] τίς.

argumentis, quae quidem illi ad demonstrandam discordiam inter libr. Z ceteraque Nicomachea gravissima videntur, unum esset. De reliquis duobus v. ad 1141 b 23 et ad 1144 a 29.

34. *τίς δ' ἐστὶν ὁ ὀρθὸς λόγος καὶ τούτου* (i. e. *τοῦ ὀρθοῦ λόγου*, jam enim *ὁ ὅρος τῶν μεσοτήτων* vs 23 negligitur) *τίς ὅρος*. Quaeretur igitur, ubinam haec quae desiderari modo probavit scriptor praestiterit. Et ad illud quidem *τίς ὁ ὀρθὸς λόγος* aperte respondere sibi videbatu[illegible] cap. 14 quum bis scriberet (*ἡ ἀρετὴ . . . ἕξις ἡ*) *κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγο*[illegible] *ὀρθὸς δ' ὁ κατὰ τὴν φρόνησιν* atque *ὀρθὸς δὲ λόγος περὶ τῶν τ*[illegible] *οὕτων ἡ φρόνησίς ἐστιν* 1144 b 22 s. 28. Qua in re si aut putaver[illegible] hoc quidem non magis *σαφῶς* esse dictum quam quod 1138 b 31 sp[illegible] nebatur „*ὡς ἡ ἰατρικὴ κελεύει*", aut objeceris cap. 14 *τὴν φρόνη*[illegible] ad moderandum *τὸ μέσον* (1138 b 19. 20) omnino non esse advocat[illegible] superest ut ipsum philosophum reum facias. Qui vero hoc respo[illegible] quoniam aliud non est, contentus fuerit, neque alterum „*τοῦ ὀρ*[illegible] *λόγου τίς ὅρος*" eodem in cap. neglectum esse dicet. Annon quum re[illegible]cepto virtutis scopo (1144 a 8) per *τὴν φρόνησιν* e multitudine virtutum unitatem effici (1144 b 32 — 1145 a 2) atque ministerio ejus ipsi sapientiae debitum locum muniri (1145 a 6—11) audiamus, est hic quidam *ὅρος τῆς φρονήσεως*? Quodsi Eudemia extrema 1249 a 21 — b 25 in eandem sententiam plenius disputant, nec necessarium est illuc confugere nec probabile eo usque prospicere. Ea enim est Z 1 ratio ut quae flagitentur disputatione huj. libr. debeant praestari; sin minus illa videretur sufficere, in extremo cap. 14 locus erat legentium animos ad ultimam consummationem doctrinae evocandi. Imo nonnulla Eud. *H* 15 (velut 1249 b 3—6) tam similia sunt verbis huj. cap. ut paene videantur ex ipso libro Z Nic. illuc translata esse.

Cap. 2. Postquam cap. 1 id unum demonstratum est, ethicae virtutis causâ *περὶ φρονήσεως* quaerendum esse, novo initio facto jam ad majora transitur.

Regressus enim Arist. ad universam dianoëticam virtutem (1139 a 1 — 3) postquam *τὴν διάνοιαν* bipartitam esse ostendit a 3 — 15, in utriusque partis proprium munus, in quo virtus ejus perspiciatur, inquirere sibi proponit a 15 — 17. Quod munus quum a parte *τοῦ λογιστικοῦ* (*πρακτικῆς διανοίας*) veritas sit concordans cum appetitu recti,

2 τὰς δὴ τῆς ψυχῆς ἀρετὰς διελόμενοι τὰς μὲν εἶναι 1138 b 35 τοῦ ἤθους ἔφαμεν τὰς δὲ τῆς διανοίας. περὶ μὲν οὖν τῶν 1139 a ἠθικῶν διεληλύθαμεν, περὶ δὲ τῶν λοιπῶν, περὶ ψυχῆς πρῶτον εἰπόντες, λέγωμεν οὕτως. πρότερον μὲν οὖν ἐλέχθη δύ' εἶναι μέρη τῆς ψυχῆς, τό τε λόγον ἔχον καὶ τὸ ἄλογον· νῦν δὲ περὶ τοῦ λόγον ἔχοντος τὸν αὐτὸν τρόπον διαιρετέον. καὶ ὑποκείσθω δύο τὰ λόγον ἔχοντα, ἓν μὲν ᾧ θεωροῦμεν τὰ τοιαῦτα τῶν ὄντων ὅσων αἱ ἀρχαὶ μὴ ἐνδέχονται ἄλλως ἔχειν, ἓν δὲ ᾧ τὰ ἐνδεχόμενα· πρὸς γὰρ

35. τὰς μὲν] K^b τὰ μέν.
3. μὲν οὖν] K^{b}M^b μέν. 4. 5. καὶ τὸ ἄλογον — ἔχοντος] om. K^b.
8. K^b ἓν δὲ τῶν ἃ ἐνδέχονται.

sed a parte τοῦ ἐπιστημονικοῦ (θεωρητικῆς διανοίας) ipsa veritas vs 17—31, sequitur omnis τῆς διανοίας munus esse veritatem virtutesque τὰς διανοητικὰς esse quibus vera cognoscimus b 12. 13. Hinc igitur quinque hujus generis virtutes esse videntur b 14—18, quae singulae deinceps per sequentia capita definiuntur.

Quae capitis 2 ratio, satis illa (opinor) probabilis, quominus statim ab omnibus agnosceretur, obstabant nonnulla; et primum quidem particula δὴ in introitu 1138 b 35. Ita enim indicari videbatur, eâ quae sequatur disputatione, quamquam de universâ dianoëticâ virtute sit, tamen spectari nonnisi ad illum λόγον (ὀρθὸν) de quo cap. 1 agebatur i. e. ad unam τὴν φρόνησιν, ut quae ad reliquum τὸ διανοητικὸν pertinerent omnia illius causâ essent addita. Quâ opinione nimium quidem particulae δὴ tribuitur; sed verum est, multo rectius habere „τὰς δὲ τῆς ψυχῆς ἀρετὰς διελόμενοι"; id quod est in M^b.

Deinde vero obstabant sententiae 1139 a 31 — b 12 propositae, quas in argumento huj. cap. modo re coacti, quoniam ad illud sine ullo sunt usu, plane neglеximus. Quae quidem res molesta non potuerit non dubitationem injicere, an recte interpretemur. Nihilominus ei qui diligenter et saepius haec perscrutatus erit, stabit sententia ita praesenti argumentatione sese excipere quae 1139 a 2. 3; ib. 15—17; ib. 26—31; dein b 12. 13; b 15 sq. legantur, ut illa a 31 — b 12 ad πράξεως et προαιρέσεως naturam spectantia pro importune interpositis sint habenda.

Denique v. ad 1139 a 17 sqq.

1. ἔφαμεν: v. 1103 a 3 sq.; in Eud. 1221 b 27—31; 1220 a 4 sq.

3. πρότερον μὲν οὖν ἐλέχθη: v. 1102 a 27; b 13 sqq.; Eud. 1219 b 28 sq.: qui loci id diversi habent, ut in Nic. τὸ ὀρεκτικὸν primum τῷ ἀλόγῳ adscriptum sub finem (1103 a 1) dicatur quodammodo et ipsum λόγον ἔχειν; at in Eud. ab initio „ὑπόκειται δύο μέρη ψυχῆς τὰ λόγου μετέχοντα".

6—8. ἓν μὲν ᾧ . . . . ἓν δὲ ᾧ τὰ ἐνδεχόμενα. De hoc inter τὰ ὄντα discrimine v. quae ad 1094 b 21 et ad 1134 b 24—30 adnotata sunt. — Quodsi vs 8 sq. propter hanc rerum cognitarum partitionem

1139 a 9 τὰ τῷ γένει ἕτερα καὶ τῶν τῆς ψυχῆς μορίων ἕτερον τῷ Z γένει τὸ πρὸς ἑκάτερον πεφυκός, εἴπερ καθ' ὁμοιότητά τινα καὶ οἰκειότητα ἡ γνῶσις ὑπάρχει αὐτοῖς. λεγέσθω δὲ τούτων τὸ μὲν ἐπιστημονικὸν τὸ δὲ λογιστικόν· τὸ γὰρ βουλεύε-

---

12. $K^b M^b$ *τὸ δὲ λογικόν.* *βουλεύεσθαι*] K^b *βούλεσθαι.*

---

similis quaedam in mente cognoscenti differentia postulatur, habes sententiam qua saepe et vario modo Arist. nititur. Etsi enim Empedocleum illud *ὅτι ἡ γνῶσις τοῦ ὁμοίου τῷ ὁμοίῳ* (1000 b 6 sq.) respuit, tamen aliquam affinitatem inter rem perceptam interque id quo percipitur esse vult. Cujus quidem sententiae vis quo pertineat, haud satis ab omni parte constat (multa enim „*τῷ γένει ἕτερα*“ vs 9); at agnoscitur illa per universam doctrinam, sive de sensibus agitur quibus *τὰ αἰσθητὰ* percipiuntur, sive de summâ mente cui *τὸ νοητὸν* ipsa *ἡ νόησις* est. Valetque eadem etiam ita ut qua dignitate quodque rerum genus inter reliqua est, eâdem fere sit inter animae mentisve partes ea pars, quae generi illi addicta est: cf. 1141 a 20 *ἄτοπον εἴ τις. . . τὴν φρόνησιν σπουδαιοτάτην οἴεται εἶναι, εἰ μὴ τὸ ἄριστον τῶν ἐν τῷ κόσμῳ ἄνθρωπός ἐστιν.*

11. *λεγέσθω δὲ τούτων τὸ μὲν ἐπιστημονικὸν τὸ δὲ λογιστικόν.* Cavendum ne hac appellatione rem actam esse putemus. Solet enim Arist. singulis locis proponere quantum ad illos fere necessarium vel sufficere videatur. Etenim si verum est *ὅτι βουλευόμεθα περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν πρακτῶν* (*μόνον*, ut 1112 a 30 diligenter evictum est), longe abest ut *τὸ βουλευτικὸν* et quod idem esse dicitur *τὸ λογιστικὸν* ad totum genus *τῶν ἐνδεχομένων* spectet. Sunt enim inter ea pleraque quae aut omnino per homines non fiunt aut jam sunt facta. Quae omnia nisi mentis cognitioni subtracta esse debent, desideratur alia quaedam animi facultas quae in iis versetur. Neque enim recte objicietur, illa quidem quae sint facta non jam esse *ἐνδεχόμενα*; nam si mente concipiendi sunt, profecto ita sunt concipienda ut fiebant i. e. qua *ἐνδεχόμενα*. Verumtamen *τὸ λογιστικὸν* ex aequo positum *τῷ βουλευτικῷ* ad certum quoddam genus *τῶν λογισμῶν* refertur ut dicatur *νοῦς ὁ ἕνεκά του λογιζόμενος καὶ πρακτικός* (433 a 14). Et haec quidem diversa est a priore illâ partitio mentis qua, ut mox vs 17—31 fit, *τῇ θεωρητικῇ διανοίᾳ* opponitur *ἡ πρακτική*. Etenim *τὰ πρακτὰ* quidem cuncta *ἐνδεχόμενα* sunt, sed sunt multa *ἐνδεχόμενα* soli *τῇ θεωρίᾳ* proposita. Atque res eadem aliis verbis ita exponitur ut altera *ἡ διάνοια* spectare dicatur ad *γένεσιν*, altera *περὶ τὸ ὂν* esse; v. 100 a 9 *ἐὰν μὲν περὶ γένεσιν, τέχνης* (addas *ἢ φρονήσεως*)· *ἐὰν δὲ περὶ τὸ ὄν, ἐπιστήμης*; eodemque, id quod memorabile est, Eudemia animum advertebant quum primum ad hoc genus virtutum accederent 1221 b 29 „*αἱ μὲν τοῦ λόγου ἔχοντος διανοητικαί, ὧν ἔργον ἀλήθεια ἢ περὶ τοῦ πῶς ἔχει ἢ περὶ γενέσεως*“; cf. 1143 b 20 u. v. Apparet igitur neque istis quidem nominibus (*λογιστικόν — ἐπιστημονικόν*) rem absolvi neque alias distinguendi rationes hinc alienas esse. Et accedit hoc ipso in libro tertia, quum *ἡ φρόνησις* 1140 b 26. 27 (21); cf. 1144 b 14, quippe

Z 2 σθαι καὶ λογίζεσθαι ταὐτόν· οὐθεὶς δὲ βουλεύεται περὶ 1139
τῶν μὴ ἐνδεχομένων ἄλλως ἔχειν. ὥστε τὸ λογιστικόν ἐστιν
5 ἕν τι μέρος τοῦ λόγον ἔχοντος. ληπτέον ἄρ' ἑκατέρου τούτων τίς ἡ βελτίστη ἕξις· αὕτη γὰρ ἀρετὴ ἑκατέρου· ἡ δ' ἀρετὴ πρὸς τὸ ἔργον τὸ οἰκεῖον. τρία δ' ἐστὶν ἐν τῇ ψυχῇ τὰ κύρια πράξεως καὶ ἀληθείας, αἴσθησις νοῦς ὄρεξις. τούτων δ' ἡ αἴσθησις οὐδεμιᾶς ἀρχὴ πράξεως· δῆλον δὲ τῷ τὰ θηρία αἴσθησιν μὲν ἔχειν, πράξεως δὲ μὴ κοινωνεῖν. ἔστι δ' ὅπερ ἐν διανοίᾳ κατάφασις καὶ ἀπόφασις τοῦτ' ἐν ὀρέξει δίωξις καὶ φυγή· ὥστ' ἐπειδὴ ἡ ἠθικὴ ἀρετὴ ἕξις προαιρετική, ἡ δὲ προαίρεσις ὄρεξις βουλευτική, δεῖ διὰ

---

23. 24. K[b] δεῖ δὲ ταῦτα μὲν τόν.

---

quae sit περὶ τὸ ἐνδεχόμενον atque πρακτική, non τοῦ λογιστικοῦ dicatur, sed τοῦ δοξαστικοῦ; sed v. ad l. l.

17. τρία δ' ἐστὶν ἐν τῇ ψυχῇ τὰ κύρια πράξεως καὶ ἀληθείας. Quum quaeratur, quid sit τὸ ἔργον ἑκατέρου (τῶν λόγον ἐχόντων) — v. vs 15 sq. et 29 — a naturâ animae ordiendum videtur, in eam sententiam quae d. An. Γ 9, 1 est. Animalia enim omnino sunt quod sunt „τῷ τε κριτικῷ καὶ τῷ κινεῖν τὴν κατὰ τόπον κίνησιν" (432 a 15—17); motus autem hominis proprius est ἡ πρᾶξις, discernendi facultati proposita ἡ ἀλήθεια.

19. τούτων δ' ἡ αἴσθησις οὐδεμιᾶς ἀρχὴ πράξεως. Quum sensuum munus necessarium ad veritatem cognoscendam sit, ista quidem verba eo animum inducunt quasi demonstratio haec ad solam πρᾶξιν spectet, quâ tamen in his quidem (v. vs 26 sq.; b 12) ἡ ἀλήθεια revera superiorem locum tenet. Scilicet illud exordium vs 17 ab ipsâ re paullo remotius est, ut probabile sit, inde aequabili quasi gradu ad id quo tenditur aegre perventum iri. Id quod ob proxima quoque „δῆλον δὲ . . ." vs 19. 20 monendum. Quodsi enim inde argumentum efficitur quod bestiae sensibus praeditae nihilo secius πράξεως expertia sunt, sane eodem jure colligendum erat, nec τὴν ὄρεξιν sufficere ut actio esse possit. Neque ita mirum esset, si quis haec et alia quaedam contemplatus conjecisset, mutilatum sermonem ad nos pervenisse.

21. ἔστι δ' ὅπερ ἐν διανοίᾳ . . . ., τοῦτ' ἐν ὀρέξει . . . Obscurum ab initio, quaenam sit hujus enunciationis ratio ad priora atque ad propositum. At procedente oratione viam sic parari apparet qua probetur, alterius quidem mentis, τοῦ λογιστικοῦ, munere dudum hanc disputationem tanquam haud ignoto uti, quum 1106 b 36 ethica virtus προαιρετικὴ ἕξις, 1113 a 10 vero ἡ προαίρεσις dicta sit βουλευτικὴ ὄρεξις. Hinc enim colligitur, quae ita sint conjunctae, ὄρεξις et βούλευσις, easdem ad consensum inter se natas esse, ut proprium τοῦ λογιστικοῦ munus, de quo quaeritur, in rectâ cognitione earum rerum sit posita, ad quas recta appetitio fertur. Terminus medius, unde tota res pendet, ἡ προαίρεσις ejusque virtus („εἴπερ σπουδαία" vs 25).

τα τόν τε λόγον ἀληθῆ εἶναι καὶ τὴν ὄρεξιν ὀρθήν, εἴ- ἡ προαίρεσις σπουδαία, καὶ τὰ αὐτὰ τὸν μὲν φάναι ν δὲ διώκειν. αὕτη μὲν οὖν ἡ διάνοια καὶ ἡ ἀλήθεια ρακτική, τῆς δὲ θεωρητικῆς διανοίας καὶ μὴ πρακτικῆς ηδὲ ποιητικῆς τὸ εὖ καὶ κακῶς τἀληθές ἐστι καὶ ψεῦδος· τοῦτο γάρ ἐστι παντὸς διανοητικοῦ ἔργον, τοῦ δὲ πρακτικοῦ καὶ διανοητικοῦ ἡ ἀλήθεια ὁμολόγως ἔχουσα τῇ ὀρέξει τῇ ὀρθῇ. πράξεως μὲν οὖν ἀρχὴ προαίρεσις, ὅθεν ἡ κίνησις ἀλλ' οὐχ οὗ ἕνεκα, προαιρέσεως δὲ ὄρεξις καὶ λόγος ὁ ἕνεκά τινος· διὸ οὔτ' ἄνευ νοῦ καὶ διανοίας οὔτ' ἄνευ ἠθικῆς ἐστὶν ἕξεως ἡ προαίρεσις· εὐπραξία γὰρ καὶ τὸ

30. ἡ ἀλήθεια] KᵇOᵇ ἀλήθεια.   31—b 11. aliunde huc translata vid.

26. αὕτη μὲν οὖν ἡ διάνοια: ad hanc enim, tanquam ad dimidiam camque difficiliorem partem quaestionis, spectabatur et quae huju[illegible] causa commemorabatur ἡ ὄρεξις merito jam negligitur. Refertur autem ἡ πρακτικὴ tum ad ipsam πρᾶξιν tum ad ποίησιν (vs 27. 28), ut passim modo utriusque mentio fiat (vs 36 sq.), modo vel ἡ φρόνησις etia[illegible] τέχνης locum impleat vel ἡ τέχνη simul φρονήσεως (ut 100 a 9; c[illegible] 1147 a 28; v. ad vs 11).

31 sqq. πράξεως μὲν οὖν ἀρχὴ προαίρεσις . . . Denuo ad duplice[illegible] naturam τῆς προαιρέσεως, quam modo merito seponi (ad vs 26. 2[illegible]) diximus, reditur. Quae enim propter propositum vs 15 comparan[illegible] erant, vss 26—31 ita congesta sunt ut jam finis (b 12 s.) imponi atq[illegible] inde ad proxima pergi possit. Utique igitur his quae vss 31—b [illegible] adduntur ab initio viâ deverti neque in fine ad eam reverti dicend[illegible] est; quaeriturque id unum, utrum Aristoteles ipse putandus sit h[illegible] h. l., quamquam minus commode, interposuisse, an sententiae is[illegible] vere Aristotelicae e disputatione aliquâ de προαιρέσεως vel etiam φρο-νήσεως naturâ in alienum locum immigraverint.

31. ὅθεν ἡ κίνησις, ἀλλ' οὐχ οὗ ἕνεκα: principium enim ὡς [illegible] ἕνεκα (κινοῦν ἀκίνητον) est τὸ ὀρεκτὸν (v. d. An. Γ 10) vel τὸ πρα[illegible] ἀγαθὸν (ib. 433 b 16) vel, ut h. l. est vs 34. b 3, ἡ εὐπραξία.

33. οὔτ' ἄνευ νοῦ καὶ διανοίας: haec enim (διὸ) ad τὸν λόγον τὸν ἕνεκά τινος necessaria sunt. Idem 1112 a 15 dictum „ἡ προαίρεσι[illegible] μετὰ λόγου καὶ διανοίας“, nec nunc quaerendum quid differant [illegible] atque διάνοια; vides enim vs 35 τὴν διάνοιαν unam pro utroque [illegible] et b 4. 5 idem quod substantivo nomine νοῦς appelletur adjectivo δια-νοητικὸς mandatum esse. Cf. etiam τὸν νοῦν vs 18, τὴν διάνοι[illegible] vs 26 sq. — Ab alterâ parte („οὔτ' ἄνευ ἠθικῆς ἕξεως“) propter τὴν ὄρεξιν ad unamquamque προαίρεσιν habitus moralis flagitatur; mi[illegible] caute, dixeris; suffecisset sane ut vs 35 ἄνευ ἤθους; quae enim ἤθ[illegible] non in certam ἕξιν efficta sunt, nihilo minus appetunt mentemque ad rem gerendam evocant.

34. εὐπραξία γὰρ . . .: constat nimirum, omnem προαίρεσιν spe

ναντίον ἐν πράξει ἄνευ διανοίας καὶ ἤθους οὐκ ἔστιν. διά- 1139 a 35
οια δ' αὐτὴ οὐθὲν κινεῖ, ἀλλ' ἡ ἕνεκά του καὶ πρακτική·
ὕτη γὰρ καὶ τῆς ποιητικῆς ἄρχει· ἕνεκα γάρ του ποιεῖ 1139 b
ᾶς ὁ ποιῶν, καὶ οὐ τέλος ἁπλῶς ἀλλὰ πρός τι καὶ τινὸς
ὸ ποιητόν, ἀλλὰ τὸ πρακτόν· ἡ γὰρ εὐπραξία τέλος, ἡ

---

3. *δ' αὐτὴ*] K^b *αὐτή*. *ἀλλ' ἡ*] K^b *ἀλλ' ἢ*.
3. K^b *ἀλλὰ πρακτόν* (vulg. *ἀλλ' οὐ πρακτόν*).

---

are ad *εὐπραξίαν*; id quod probabile erit, siquidem *ἡ εὐπραξία τέλος* t (v. b 3), nec tamen verbis iisdem vel similibus in his Ethicis dictum t usquam.

36. *διάνοια δ' αὐτή*: videtur igitur ipsa per se omnis esse *θεω-ητική* — etiam quae *ἐν τοῖς ἐνδεχομένοις* versatur, ni fallor (cf. ad 11). Ad rem consentit locus 433 a 13, *τὸν νοῦν* in partem *τῆς ανοίας* substituens, „*κινητικὰ . . . νοῦς καὶ ὄρεξις· νοῦς δὲ ὁ ἕνεκά υ λογιζόμενος καὶ ὁ πρακτικός*".

1—4. *αὕτη γὰρ καὶ τῆς ποιητικῆς ἄρχει . . . ἡ γὰρ εὐπραξία τέλος.* obant haec, *τὴν πρακτικὴν διάνοιαν*, quae sola ad *προαίρεσιν* pertit, ad sustinendum totum opus sufficere unam; sub illam enim (seu b *φρόνησιν*) et omnem esse artem (*ποιητικήν, τέχνην*). Qua in re imum animadvertendum, per universam disputationem reliquam h. r., ad quam profecto conducebat ut sciretur quaenam ratio *τέχνης φρονήσεως* inter se esset, nusquam ad has quaestiones recurri; amquam fieri vix poterat ut res nec levis nec trita paucis verbis asi obiter absolveretur. — Sed videamus singula. *Ἄρχειν τὴν πρακτικὴν τῆς ποιητικῆς* probabile est, quoniam „*ὁ βίος πρᾶξις, οὐ ποίησις*" 1254 a 7. Alia enim inter has ratio intercedit atque inter *φρόνησιν* et *σοφίαν* (*θεωρητικήν*); v. 1145 a 6 sq. (*ἡ φρόνησις*) *οὐ κυρία ς σοφίας* (addas *οὐδὲ ἄρχει αὐτῆς* v. ib. vs 10) . . . *οὐ γὰρ χρῆται τῇ, ἀλλ' ὁρᾷ ὅπως γένηται κ. τ. λ.* Quae enim causa est ob quam 1—3 *ἡ ποιητικὴ* inferior esse dicitur, eadem *τὴν θεωρητικὴν* superiorem esse ostendit. Nam sicut ars quasi ministra est quia praeter am *τὴν ἐνέργειαν* (v. 1094 a 4 s.) seu *τὸ ποιῆσαι* atque praeter *τὸ ητὸν* (vs 2. 3) ad alia spectat, ita *ἡ θεωρητικὴ* ideo quoque suprema t, quod *ἀπ' αὐτῆς οὐδὲν γίνεται παρὰ τὸ θεωρῆσαι, ἀπὸ δὲ τῶν ακτῶν ἢ πλεῖον ἢ ἔλαττον περιποιούμεθα παρὰ τὴν πρᾶξιν* 1177 b s. — Quodsi quaeritur *πρὸς τί τὸ τέλος* sit artis (vs 2), difficile quim verba magistri afferre; vix enim ille usquam plus dixerit quam 40 b 6 „*τῆς μὲν γὰρ ποιήσεως ἕτερον τὸ τέλος* (sc. *τὸ ἔργον τὸ ρὰ τὴν ἐνέργειαν*)· *τῆς δὲ πράξεως οὐκ ἂν εἴη· ἔστι γὰρ αὐτὴ ἡ πραξία τέλος*". Sed de sententiâ ejus haud dubito. Quum enim riae artes sint, multarum quidem opera ad usum vitae arcessuntur, ae autem excellunt seu ad *τὴν παιδιὰν* quam *K* 6 dicit seu ad necessariam *ἀνάπαυσιν* illam (ib. 1176 b 34 s.; 1160 a 21—28) pertineunt. — Superest, ut dijudicetur quo sensu *τὸ ποιητὸν* vs 3 dicatur *τέλος τινός*. Intelligendum *τινὸς* i. e. *τινὸς ἀνθρώπου* — id quod adnotasse pro loci naturâ sufficiat.

3. *ἀλλὰ τὸ πρακτὸν* sc. *ἁπλῶς ἐστι τέλος*. Vulg. ante Bekk. (de

ὄρεξις τούτου· διὸ ἢ ὀρεκτικὸς νοῦς ἡ προαίρεσις ἢ ὄρεξις διανοητική, καὶ ἡ τοιαύτη ἀρχὴ ἄνθρωπος. οὐκ ἔστι δὲ προαιρετὸν οὐθὲν γεγονός, οἷον οὐθεὶς προαιρεῖται Ἴλιον πεπορθηκέναι· οὐδὲ γὰρ βουλεύεται περὶ τοῦ γεγονότος ἀλλὰ περὶ τοῦ ἐσομένου καὶ ἐνδεχομένου, τὸ δὲ γεγονὸς οὐκ ἐνδέχεται μὴ γενέσθαι· διὸ ὀρθῶς Ἀγάθων

μόνου γὰρ αὐτοῦ καὶ θεὸς στερίσκεται,
ἀγένητα ποιεῖν ἅσσ' ἂν ᾖ πεπραγμένα.

ἀμφοτέρων δὴ τῶν νοητικῶν μορίων ἀλήθεια τὸ ἔργον. καθ' ἃς οὖν ἕξεις μάλιστ' ἀληθεύει ἑκάτερον, αὗται ἀρεταὶ ἀμφοῖν.

ἀρξάμενοι οὖν ἄνωθεν, περὶ αὐτῶν πάλιν λέγωμεν. ἔστω δὴ οἷς ἀληθεύει ἡ ψυχὴ τῷ καταφάναι ἢ ἀποφάναι,

---

11. Kᵇ ἀγέννητα. Kᵇ om. πεπραγμένα. 14. ἄνωθεν] Kᵇ ἄλλοθεν. 15. ἡ ψυχὴ] KᵇMᵇ ψυχή.

---

ll. enim non satis constat) „ἀλλ' οὐ τὸ πρακτὸν" sc. τέλος ἐστὶ πρό τι καὶ τινός. Jam vides, utra oppositio recte habeat; agitur enim id ut ἡ ποιητική, quippe in quâ ἁπλῶς τὸ τέλος omnino non sit, ei ment (τῇ πρακτικῇ) subjiciatur cui τὸ ἁπλῶς τέλος propositum est, ἡ εὐπρα ξία. Et hanc quidem (merito enim eam εὐπραξίαν quae τῇ δυστυχί opponitur, velut 1100 a 21; 1233 b 25, nunc quidem missam facimu) adhuc in Eud. nunquam, semel in Nic. commemoratam legimus 10 8 b 21 ubi ipsum summum bonum εὔζωΐα τις καὶ εὐπραξία esse videb tur. Disertius 1325 a 22 (b 14) „ἡ εὐπραγία καὶ ἡ εὐδαιμονία τα τόν". Nec dubium igitur quin eadem sit τέλος, id quod l. c. 1140 b 7 atque 1325 b 21 iisdem verbis affirmatur. — De duplici formâ hu nominis qui quaerunt, ad tres quos modo laudavimus Polit. locos vertant animum; eodem enim cap. (H 3) et in eâdem re his illic πραγία est, semel εὐπραξία.

4. ἡ δὲ ὄρεξις τούτου· διὸ . . . Postquam a 35—b 3 demonstrat est, vim ejus διανοίας quae inde a vs a 33 dicatur etiam ad τὴν τικὴν pertinere, jam per communem finis propositi notionem red ad alterum illud quod τῇ προαιρέσει subest, τὴν ὄρεξιν, ut inde („ ") id quod quaeritur efficiatur, plena προαιρέσεως definitio. Quae du modo exprimitur, quorum posterior tantum („ὄρεξις βουλευτική") omnium Ethicorum receptus est: 1113 a 11 et 1139 a 23; 1226 b 17 - 1189 a 32.

5. καὶ ἡ τοιαύτη ἀρχὴ ἄνθρωπος: in hac enim parte est τὸ θρωπεύεσθαι, quo et a brutis (infantibusque) et a diis differimus.

5—11. Haec, ut decebat, in disputatione περὶ προαιρέσεως prae alia, quae non minus necessaria sunt, legimus 1112 a 21—34.

12. 13. V. ad a 31 sqq.

Cap. 3. 14—18. Enumerantur αἱ διανοητικαὶ ἀρεταί. Repert jam, quid sit virtus dianoëtica sc. quâ ἀληθεύομεν κατά τε τὸ ἐπισ μονικὸν (θεωρητικὸν) καὶ κατὰ τὸ λογιστικὸν (πρακτικόν). Quaprop

Z 3 πέντε τὸν ἀριθμόν· ταῦτα δ' ἐστὶ τέχνη ἐπιστήμη φρόνησις σοφία νοῦς· ὑπολήψει γὰρ καὶ δόξῃ ἐνδέχεται διαψεύδεσθαι. ἐπιστήμη μὲν οὖν τί ἐστιν, ἐντεῦθεν φανερόν, εἰ δεῖ ἀκριβολογεῖσθαι, καὶ μὴ ἀκολουθεῖν ταῖς ὁμοιότησιν. πάντες γὰρ ὑπολαμβάνομεν, ὃ ἐπιστάμεθα, μὴ ἐνδέχεσθαι 1139 b 16

20. μὴ] K^b μηδ'.

nunc audientes de quinque quibusdam agi et novum audimus et id quod procedente disputatione intelligimus a primâ propositione haud dissentire; distinctis enim in scientiâ principiis veri ab iis quae inde demonstrantur factâque divisione πράξεως et ποιήσεως, quinque efficiuntur. Qui numerus annon per ea quae post (cap. 10 et 11) adduntur ab ipso scriptore quodam modo auctus sit, infra erit quaerendum. Nec certe haec disputandi ratio mira videbitur in Aristotele, quem ne in ethicis quidem virtutibus curasse sciamus, ut nullam virtutem neglectam esse lectoribus persuaderet. V. ad 1105 b 23, ad 1115 a 5.

17. ὑπολήψει ... ἐνδέχεται διαψεύδεσθαι: cf. τὴν ἀπάτην τὴν κατὰ τὴν ὑπόληψιν γινομένην Anal. Pr. B 21 (66 b 18 sq.). Omissum igitur in definitione ἐπιστήμης 1140 b 31 „ὑπόληψις" ἀληθής, recte 1142 b 33 idem adjectum „οὐ ἡ φρόνησις ἀληθὴς ὑπόληψίς ἐστιν." At notâ dignum, quod MM. 1196 b 37 τὴν ὑπόληψιν tanquam parem ἐπιστήμῃ φρονήσει νῷ σοφίᾳ subjungunt. Cf. 427 b 24 s.

1) Ἐπιστήμη 1139 b 18—36.

Modo quidem vs 16 τέχνη primum locum habebat. Quam ob causam qui illic conjecturâ nomina transpositurus sit, etiam magis, re ipsâ suadente, νοῦν vs 17 ante σοφίαν ponet, ut et cap. 6. 7 factum est. Ἐπιστήμην vero et τέχνην primas ab Aristotele tractatas esse, quasi testimonio loci 981 b 25 firmatur „εἴρηται μὲν οὖν ἐν τοῖς ἠθικοῖς τίς διαφορὰ τέχνης καὶ ἐπιστήμης καὶ τῶν ἄλλων τῶν ὁμογενῶν"; (sed v. etiam 89 b 7—9). Ratio enim universae disputationis τῇ φρονήσει tanquam principi alterius generis magis favebat quam τῇ τέχνῃ.

Accurata igitur scientiae descriptio (b 18. 19) *ita absolvitur ut* *res quidem ad eam pertineant cognoscendae nonnisi eae, quae tum necessitatem habent tum aeternae sunt* (— b 24); *ratio vero cognoscendi, illius propria, per demonstrationem fiat profectam a principiis quae ipsa nequeunt demonstrari* — b 35. Cf. Anal. Post. 71 b 9 ἐπίστασθαι δ' οἰόμεθα ἕκαστον ἁπλῶς ὅταν τήν τε αἰτίαν οἰώμεθα γινώσκειν δι' ἣν τὸ πρᾶγμά ἐστιν ὅτι ἐκείνου αἰτία ἐστὶ (id quod per ἀπόδειξιν ἀπὸ τῆς οἰκείας ἀρχῆς fit) καὶ (sc. οἰώμεθα γινώσκειν) μὴ ἐνδέχεσθαι τοῦτ' ἄλλως ἔχειν.

19. εἰ δεῖ ἀκριβολογεῖσθαι καὶ μὴ ἀκολουθεῖν ταῖς ὁμοιότησιν. Nam ἐπιστήμη et ἐπίστασθαι usu loquendi ad quascunque fere res refertur quas quis noverit vel calleat; cf. ad 1094 a 7; vel v. 981 b 8 καὶ διὰ τοῦτο (i. e. διὰ τὸ δύνασθαι διδάσκειν) τὴν τέχνην τῆς ἐμπειρίας οἰόμεθα μᾶλλον ἐπιστήμην εἶναι. Quod vero e vulgari usu dictum ab eruditâ nominum distinctione alienum est, καθ' ὁμοιότητα s. κατὰ μεταφορὰν dictum esse videtur.

ἄλλως ἔχειν· τὰ δὲ ἐνδεχόμενα ἄλλως, ὅταν ἔξω τοῦ θεωρεῖν γένηται, λανθάνει εἰ ἔστιν ἢ μή. ἐξ ἀνάγκης ἄρα ἐστὶ τὸ ἐπιστητόν. ἀίδιον ἄρα· τὰ γὰρ ἐξ ἀνάγκης ὄντα ἁπλῶς πάντα ἀίδια, τὰ δ' ἀίδια ἀγένητα καὶ ἄφθαρτα. Z 3
ἔτι διδακτὴ πᾶσα ἐπιστήμη δοκεῖ εἶναι, καὶ τὸ ἐπιστητὸν μαθητόν. ἐκ προγινωσκομένων δὲ πᾶσα διδασκαλία, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ἀναλυτικοῖς λέγομεν· ἡ μὲν γαρ δι' ἐπαγωγῆς, ἡ δὲ συλλογισμῷ. ἡ μὲν δὴ ἐπαγωγὴ ἀρχή ἐστι καὶ τοῦ καθόλου, ὁ δὲ συλλογισμὸς ἐκ τῶν καθόλου. εἰσὶν 5

25. πᾶσα] $K^b M^b$ ἡ ἅπασα.

21. ἔξω τοῦ θεωρεῖν: ut jam sensibus non percipiatur; quo testimonio scientia haud indiget. Sic θεωρεῖν, ne plura congeram, 1169 b 33 „θεωρεῖν μᾶλλον τοὺς πέλας δυνάμεθα ἢ ἑαυτούς".

22. ἐξ ἀνάγκης . . τὸ ἐπιστητόν: nimirum quum plura ἀναγκαίου genera sint, hoc primum illud est unde reliqua pendent (1015 a 34 s.; b 7 s.). In quo genere rursus tanquam τὸ πρῶτον καὶ κυρίως ἀναγκαῖον eminet τὸ ἁπλοῦν (ib. b 11. 12), ipsa ἡ ἀρχή.

23. ἀίδιον ἄρα: aeternum enim praeter τὰ ἀκίνητα etiam ἡ κίνησις (251 b 13 al.) atque τὰ ἀεὶ ὡσαύτως γινόμενα (v. ad 1134 b 24 — 30).

25. ἔτι διδακτὴ πᾶσα ἐπιστήμη. . .: unde factum est ut B 1 (1103 [illegible] a 15) omnino dianoëtica virtus videretur τὸ πλεῖον ἐκ διδασκαλίας ἔχει[illegible] καὶ τὴν γένεσιν καὶ τὴν αὔξησιν. Sed accedit aliud. Quum enim τ[illegible] διδασκαλίᾳ (vs 27) duplex pateat via, ipsa autem scientia dicatur ἕξι[illegible] ἀποδεικτική (vs 31): sequitur τὴν ἐπαγωγήν, quae accurate loquent[illegible]i („ἀκριβολογουμένῳ" vs 19) quum συλλογισμῷ tum ἀποδείξει ex advers[illegible] opponitur, haud sane propriam esse scientiae. Neque igitur illa i[illegible] agit ut ad τὸ καθόλου perveniatur (vs 28. 29) neque ipsa τῆς ἀρχ[illegible]s est: 1140 b 33 s. τῆς ἀρχῆς τοῦ ἐπιστητοῦ οὐκ ἂν ἐπιστήμη εἴη: [illegible]f. 100 b 10 τῶν ἀρχῶν ἐπιστήμη μὲν οὐκ ἂν εἴη. Sed principiorum c[illegible]gnitione, sine quâ demonstratio nulla est, aliunde acceptâ in iis ve[illegible]satur quae ἐξ ἀρχῆς (ἐκ τῶν καθόλου vs 29) viâ ac ratione conclud[illegible]tur; cautiusque et rectius ex Aristotelicâ sententiâ ipsa ἡ σοφία di[illegible]itur ἐπιστήμη κεφαλὴν ἔχουσα τῶν τιμιωτάτων 1141 a 19, quam ἐ[illegible]ιστήμη περί τινας αἰτίας καὶ ἀρχάς 982 a 2; quamvis et talia [illegible]er quandam inopiam vocabulorum satis excusentur. Itaque ad res cog[illegible]oscendas ἐπιστήμη medio quasi loco est, neque ad summa princi[illegible]ia ascendens nec descendens ad ultima τὰ καθ' ἕκαστα; atque ratio[illegible]e cognoscendi alterâ tantum utitur, quum illius non sit inductio q[illegible]ae dicitur.

27. ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ἀναλυτικοῖς λέγομεν: 71 a 1 πᾶσα διδασκ[illegible]ία καὶ πᾶσα μάθησις ἐκ προϋπαρχούσης γίνεται γνώσεως, atque 81 a [illegible]40 (vel 68 b 13; 71 a 5 s.) μανθάνομεν ἢ ἐπαγωγῇ ἢ ἀποδείξει.

29. εἰσὶν ἄρα ἀρχαὶ ἐξ ὧν ὁ συλλογισμός, ὧν οὐκ ἔστι συλλογισμός: quod ni concedatur aut res εἰς ἄπειρον ἀναχθήσεται aut κύκλῳ γεν[illegible]

ἄρα ἀρχαὶ ἐξ ὧν ὁ συλλογισμός, ὧν οὐκ ἔστι συλλογισμός· ἐπαγωγὴ ἄρα. ἡ μὲν ἄρα ἐπιστήμη ἐστὶν ἕξις ἀποδεικτική, καὶ ὅσα ἄλλα προσδιοριζόμεθα ἐν τοῖς ἀναλυτι-

---

30. *ὁ συλλ.*] K^b *συλλ.* 31. *ἐπαγωγὴ ἄρα*] conj. del. Trendelenb.

σεται ἡ ἀπόδειξις (72 b 8 s.; ib. 16 s.); quo utroque cognitio tolleretur. Principia vero haec sunt illa *πρῶτα* s. *ἄμεσα* s. *ἀναπόδεικτα* unde demonstratio omnis proficiscitur 71 b 20. 27; 72 b 20.

31. *ἐπαγωγὴ ἄρα*. Haud mirum in hac voce multos offendisse. Videtur enim ita *τῷ νῷ* atque *τῇ νοήσει* summa dignitas derogata esse. Quâ in re, difficiliore illâ quam ut annotatione quâdam explicari possit, breviter dicam quid sentiam. Noluit enim sane Aristoteles universam veri cognitionem inductioni et experientiae tribuere, ut per eum liceat licere mentem omnia debere *τῇ ἐπαγωγῇ*. Nec tamen minus verum est, eundem dum de cognoscendis primis principiis faciat verba rem ta describere solere quasi fiat per inductionem. Velut Anal. Post. *B* 9 (quo capite magis perspicuitate excellens hac de re aegre reperias) xorsus 99 b 18 „*περὶ δὲ τῶν ἀρχῶν πῶς τε γίνονται γνώριμοι καὶ τίς γνωρίζουσα ἕξις, ἐντεῦθέν ἐστι δῆλον*“ jam paene peractâ disputaione 100 b 3 „*δῆλον δή*, inquit, *ὅτι ἡμῖν τὰ πρῶτα ἐπαγωγῇ γνωρίζειν ναγκαῖον· καὶ γὰρ ἡ αἴσθησις οὕτω τὸ καθόλου ἐμποιεῖ*“. Post quae lic *νοῦν* quidem advocat laudatque nec tamen quidquam addit, unde ognosci possit an quid ille de suo ad hunc *ἐπαγωγῆς* quasi fructum el contribuerit vel adjiciat. Quae quum ita sint, non possum non entire audacius eos (velut olim Trendelenburgium) conjecisse qui erba ista „*ἐπαγωγὴ ἄρα*“ nullo libro MS. accensente ejicere suo loco ellent. Idque eo magis, quoniam hic quidem locus inde a vsu 25 ad *ὴν διδασκαλίαν* respicit; atqui necessario reliquis sententiis efficitur, *ῶν ἀρχῶν* quatenus quidem *διδακταὶ καὶ μαθηταὶ* sint unam *ἐπαγωγὴν* esse. Neque igitur opus est e scriptis Aristotelis huc exempla nquirere quibus ostendatur, nonnunquam in unâ re occupatum scriorem dixisse quod cum universâ ipsius doctrinâ minus concineret elut 1227 b 34 in aliâ quaestione gravissimâ „*εἰ οὖν πάσης ὀρθότ τος ἢ ὁ λόγος ἢ ἡ ἀρετὴ αἰτία, εἰ μὴ ὁ λόγος, διὰ τὴν ἀρετὴν ἂν θὸν εἴη τὸ τέλος*“).

31. *ἐπιστήμη ἕξις ἀποδεικτική*. Tacite sepositâ inductione a sulgismo (vs 28) *τὸ ἀποδεικτικὸν* arcessitur; nam „*ἀπόδειξιν λέγω συλγισμὸν ἐπιστημονικόν*“ 71 b 18.

32. *καὶ ὅσα ἄλλα προσδιοριζόμεθα ἐν τοῖς ἀναλυτικοῖς*: v. 71 b 20 - *ἀνάγκη τὴν ἀποδεικτικὴν ἐπιστήμην ἐξ ἀληθῶν τ' εἶναι καὶ πρώων καὶ ἀμέσων καὶ γνωριμωτέρων καὶ προτέρων καὶ αἰτίων τοῦ συμεράσματος κ. τ. λ.* Haec videntur profecto *προσδιορισμὸν ἐπιστήμης καὶ ἀποδείξεως* efficere, frustraque Patricius ob verba ista vs 32, quia in Anal. non satisfieret, suspicionem movebat quasi Analytica Aristotelis non essent. Imo exoptatum, si philosophus dum in alio libro d alium ipsius librum provocat nusquam interpretibus majores difficultates attulisset.

ἄλλως ἔχειν· τὰ δὲ ἐνδεχόμενα ἄλλως, ὅταν ἔξω τοῦ θεωρεῖν γένηται, λανθάνει εἰ ἔστιν ἢ μή. ἐξ ἀνάγκης ἄρα ἐστὶ τὸ ἐπιστητόν. ἀίδιον ἄρα· τὰ γὰρ ἐξ ἀνάγκης ὄντα ἁπλῶς πάντα ἀίδια, τὰ δ' ἀίδια ἀγένητα καὶ ἄφθαρτα. ἔτι διδακτὴ πᾶσα ἐπιστήμη δοκεῖ εἶναι, καὶ τὸ ἐπιστητὸν μαθητόν. ἐκ προγινωσκομένων δὲ πᾶσα διδασκαλία, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ἀναλυτικοῖς λέγομεν· ἡ μὲν γαρ δι' ἐπαγωγῆς, ἡ δὲ συλλογισμῷ. ἡ μὲν δὴ ἐπαγωγὴ ἀρχή ἐστι καὶ τοῦ καθόλου, ὁ δὲ συλλογισμὸς ἐκ τῶν καθόλου. εἰσὶν

Z 3 §

25. πᾶσα] $K^b M^b$ ἡ ἅπασα.

21. ἔξω τοῦ θεωρεῖν: ut jam sensibus non percipiatur; quo testimonio scientia haud indiget. Sic θεωρεῖν, ne plura congeram, 1169 b 33 „θεωρεῖν μᾶλλον τοὺς πέλας δυνάμεθα ἢ ἑαυτούς".

22. ἐξ ἀνάγκης . . τὸ ἐπιστητόν: nimirum quum plura ἀναγκαίου genera sint, hoc primum illud est unde reliqua pendent (1015 a 34 s.; b 7 s.). In quo genere rursus tanquam τὸ πρῶτον καὶ κυρίως ἀναγκαῖον [illegible] eminet τὸ ἁπλοῦν (ib. b 11. 12), ipsa ἡ ἀρχή.

23. ἀίδιον ἄρα: aeternum enim praeter τὰ ἀκίνητα etiam ἡ κίνησις (251 b 13 al.) atque τὰ ἀεὶ ὡσαύτως γινόμενα (v. ad 1134 [illegible] 24 — 30).

25. ἔτι διδακτὴ πᾶσα ἐπιστήμη . . .: unde factum est ut B 1 (110[illegible] a 15) omnino dianoëtica virtus videretur τὸ πλεῖον ἐκ διδασκαλίας ἔχει[illegible] καὶ τὴν γένεσιν καὶ τὴν αὔξησιν. Sed accedit aliud. Quum enim [illegible] διδασκαλίᾳ (vs 27) duplex pateat via, ipsa autem scientia dicatur ἕ[illegible]ς ἀποδεικτική (vs 31): sequitur τὴν ἐπαγωγήν, quae accurate loque[illegible]ti („ἀκριβολογουμένῳ" vs 19) quum συλλογισμῷ tum ἀποδείξει ex adver[illegible]o opponitur, haud sane propriam esse scientiae. Neque igitur illa id agit ut ad τὸ καθόλου perveniatur (vs 28. 29) neque ipsa τῆς ἀρ[illegible]ῆς est: 1140 b 33 s. τῆς ἀρχῆς τοῦ ἐπιστητοῦ οὐκ ἂν ἐπιστήμη εἴη; cf. 100 b 10 τῶν ἀρχῶν ἐπιστήμη μὲν οὐκ ἂν εἴη. Sed principiorum cognitione, sine quâ demonstratio nulla est, aliunde acceptâ in iis versatur quae ἐξ ἀρχῆς (ἐκ τῶν καθόλου vs 29) viâ ac ratione concluduntur; cautiusque et rectius ex Aristotelicâ sententiâ ipsa ἡ σοφία dicitur ἐπιστήμη κεφαλὴν ἔχουσα τῶν τιμιωτάτων 1141 a 19, quam ἐπιστήμη περί τινας αἰτίας καὶ ἀρχάς 982 a 2; quamvis et talia per quandam inopiam vocabulorum satis excusentur. Itaque ad res cognoscendas ἐπιστήμη medio quasi loco est, neque ad summa principia ascendens nec descendens ad ultima τὰ καθ' ἕκαστα; atque ratione cognoscendi alterâ tantum utitur, quum illius non sit inductio quae dicitur.

27. ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ἀναλυτικοῖς λέγομεν: 71 a 1 πᾶσα διδασκαλία καὶ πᾶσα μάθησις ἐκ προϋπαρχούσης γίνεται γνώσεως, atque 81 a 40 (vel 68 b 13; 71 a 5 s.) μανθάνομεν ἢ ἐπαγωγῇ ἢ ἀποδείξει.

29. εἰσὶν ἄρα ἀρχαὶ ἐξ ὧν ὁ συλλογισμός, ὧν οὐκ ἔστι συλλογισμός: [illegible]cedatur aut res εἰς ἄπειρον ἀναχθήσεται aut κύκλῳ γεν[illegible]

)α ἀρχαὶ ἐξ ὧν ὁ συλλογισμός, ὧν οὐκ ἔστι συλλογι-ιός· ἐπαγωγὴ ἄρα. ἡ μὲν ἄρα ἐπιστήμη ἐστὶν ἕξις ἀπο-ικτική, καὶ ὅσα ἄλλα προσδιοριζόμεθα ἐν τοῖς ἀναλυτι-

---

'. ὁ συλλ.] K^b συλλ. 31. ἐπαγωγὴ ἄρα] conj. del. Trendelenb.

ται ἡ ἀπόδειξις (72 b 8 s.; ib. 16 s.); quo utroque cognitio tolleretur. incipia vero haec sunt illa πρῶτα s. ἄμεσα s. ἀναπόδεικτα unde de-onstratio omnis proficiscitur 71 b 20. 27; 72 b 20.

31. ἐπαγωγὴ ἄρα. Haud mirum in hac voce multos offendisse. detur enim ita τῷ νῷ atque τῇ νοήσει summa dignitas derogata esse. ιâ in re, difficiliore illâ quam ut annotatione quâdam explicari possit, eviter dicam quid sentiam. Noluit enim sane Aristoteles universam ri cognitionem inductioni et experientiae tribuere, ut per eum liceat)ere mentem omnia debere τῇ ἐπαγωγῇ. Nec tamen minus verum ;, eundem dum de cognoscendis primis principiis faciat verba rem describere solere quasi fiat per inductionem. Velut Anal. Post. B (quo capite magis perspicuitate excellens hac de re aegre reperias))rsus 99 b 18 „περὶ δὲ τῶν ἀρχῶν πῶς τε γίνονται γνώριμοι καὶ τίς γνωρίζουσα ἕξις, ἐντεῦθέν ἐστι δῆλον“ jam paene peractâ disputa-ne 100 b 3 „δῆλον δή, inquit, ὅτι ἡμῖν τὰ πρῶτα ἐπαγωγῇ γνωρίζειν αγκαῖον· καὶ γὰρ ἡ αἴσθησις οὕτω τὸ καθόλου ἐμποιεῖ“. Post quae c νοῦν quidem advocat laudatque nec tamen quidquam addit, unde gnosci possit an quid ille de suo ad hunc ἐπαγωγῆς quasi fructum l contribuerit vel adjiciat. Quae quum ita sint, non possum non ıtire audacius eos (velut olim Trendelenburgium) conjecisse qui :ba ista „ἐπαγωγὴ ἄρα“ nullo libro MS. accensente ejicere suo loco lent. Idque eo magis, quoniam hic quidem locus inde a vsu 25 ad ν διδασκαλίαν respicit; atqui necessario reliquis sententiis efficitur, ν ἀρχῶν quatenus quidem διδακταὶ καὶ μαθηταὶ sint unam ἐπαγω-ν esse. Neque igitur opus est e scriptis Aristotelis huc exempla ıquirere quibus ostendatur, nonnunquam in unâ re occupatum scri-ırem dixisse quod cum universâ ipsius doctrinâ minus concineret lut 1227 b 34 in aliâ quaestione gravissimâ „εἰ οὖν πάσης ὀρθό-τος ἢ ὁ λόγος ἢ ἡ ἀρετὴ αἰτία, εἰ μὴ ὁ λόγος, διὰ τὴν ἀρετὴν ἂν ὸν εἴη τὸ τέλος“).

31. ἐπιστήμη ἕξις ἀποδεικτική. Tacite sepositâ inductione a sul-ismo (vs 28) τὸ ἀποδεικτικὸν arcessitur; nam „ἀπόδειξιν λέγω συλ-ισμὸν ἐπιστημονικόν“ 71 b 18.

32. καὶ ὅσα ἄλλα προσδιοριζόμεθα ἐν τοῖς ἀναλυτικοῖς: v. 71 b 20 - ἀνάγκη τὴν ἀποδεικτικὴν ἐπιστήμην ἐξ ἀληθῶν τ' εἶναι καὶ πρώ-ν καὶ ἀμέσων καὶ γνωριμωτέρων καὶ προτέρων καὶ αἰτίων τοῦ συμ-ράσματος κ. τ. λ. Haec videntur profecto προσδιορισμὸν ἐπιστήμης ι ἀποδείξεως efficere, frustraque Patricius ob verba ista vs 32, qui-a in Anal. non satisfieret, suspicionem movebat quasi Analytica Ari-otelis non essent. Imo exoptatum, si philosophus dum in alio libro l alium ipsius librum provocat nusquam interpretibus majores diffi-ultates attulisset.

οις· ὅταν γάρ πως πιστεύῃ καὶ γνώριμοι αὐτῷ ὦσιν αἱ ἀρχαί, ἐπίσταται· εἰ γὰρ μὴ μᾶλλον τοῦ συμπεράσματος, κατὰ συμβεβηκὸς ἕξει τὴν ἐπιστήμην. περὶ μὲν οὖν ἐπιστήμης διωρίσθω τὸν τρόπον τοῦτον.

τοῦ δ' ἐνδεχομένου ἄλλως ἔχειν ἔστι τι καὶ ποιητὸν καὶ πρακτόν, ἕτερον δ' ἐστὶ ποίησις καὶ πρᾶξις· πιστεύομεν δὲ περὶ αὐτῶν καὶ τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις. ὥστε καὶ ἡ

---

33. ὅταν γάρ πως πιστεύῃ καὶ γνώριμοι αὐτῷ ὦσιν αἱ ἀρχαί. „πως“: hoc enim quonam habeat modo scientiae non est (v. ad vs 25) neque igitur hujus disputationis. Sed oportere principia reliquis omnibus rebus certiora (πιστότερα) et magis perspecta (γνωριμώτερα) sint, undique constat.

34. εἰ γὰρ μὴ μᾶλλον τοῦ συμπεράσματος sc. ὁ ἐπιστάμενος πιστεύει καὶ γνώριμοί εἰσιν αἱ ἀρχαί. Ita enim ne sunt quidem illi revera ἀρχαὶ γνώσεως. Atqui οὐκ ἐνδέχεται ἐπίστασθαι δι' ἀποδείξεως μὴ γινώσκοντι τὰς πρώτας ἀρχάς (99 b 20) et τὸ ἐπίστασθαι ὧν ἀπόδειξίς ἐστι (i. e. συμπέρασμα quodcunque) μὴ κατὰ συμβεβηκός, τὸ ἔχειν ἀπόδειξίν ἐστιν 71 b 28.

2) Τέχνη 1140 a 1—23.

Alterum genus rerum, in quibus ἡ διάνοια versatur, τὰ ἐνδεχόμενα sunt; interque haec differunt τὰ ποιητὰ et τὰ πρακτά. Erit igitur quaedam esse μετὰ λόγου ποιητικὴ ἕξις (— a 6); quam, si ratio recta sit, artem esse scimus — a 10. Spectat vero ars ad id ut fiat aliquid, quod scilicet nec necessitate fit neque a se s. φύσει; nec minus diversum est genus τῆ πράξεως, at affinis quodam modo arti fors — a 16. 17 — 20. Et it quidem ratum est quod ars vs 10 dicebatur esse, neque obscurum qui sit ἀτεχνία — a 23.

Post ea quae ab initio ad h. libr. praemisimus, nos quidem ha anquiremus cur e Poëticâ in Ethica traducta sit ἡ τέχνη, ut nec qua sivimus quid huc faciat scientiae (θεωρητικῆς) mentio. Imo si qu excusatione eget, longe aliud est. Nam Ethicorum propria quaest quae a Poëtico fere aliena est, ne verbo quidem hoc in libro tangit ut ignoremus, quonam sensu ars ad beatam vitam necessaria esse c seatur; v. ad 1139 b 1—4. — Neque id dubium est, quin brevis h descriptio quum ad τὸ διανοητικὸν spectaret mancam totius gen notionem proposuerit. Quemadmodum enim ad τὴν φρόνησιν, ut a sit πρακτικὴ ἕξις μετὰ λόγου ἀληθοῦς, alia virtus (τοῦ ἤθους) ad gitur, ita etiam minus ars in rectâ ratione, sine quâ esse nequit, posita est, sed accedat vel subsit oportet δύναμίς τις (ποιητική) ἄτεχνον (vs 21 s.) unum eum dixeris esse qui hoc in genere λόγον φε sequatur?

1. ἔστι τι καὶ ποιητὸν καὶ πρακτὸν i. e. aliud quid ποιητόν, πρακτόν. Loquuntur tali modo; neque usus iste particularum καὶ quidquam suspecti habet.

3. πιστεύομεν . . . καὶ τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις: v. ad 110

Z 4 μετὰ λόγου ἕξις πρακτικὴ ἕτερόν ἐστι τῆς μετὰ λόγου ποιη-1140 a 4 τικῆς ἕξεως. διὸ οὐδὲ περιέχεται ὑπ' ἀλλήλων· οὔτε γὰρ ἡ πρᾶξις ποίησις οὔτε ἡ ποίησις πρᾶξίς ἐστιν. ἐπεὶ δ' ἡ οἰκοδομικὴ τέχνη τίς ἐστι καὶ ὅπερ ἕξις τις μετὰ λόγου ποιητική, καὶ οὐδεμία οὔτε τέχνη ἐστὶν ἥτις οὐ μετὰ λόγου ποιητικὴ ἕξις ἐστίν, οὔτε τοιαύτη ἣ οὐ τέχνη, ταὐτὸν
5 ἂν εἴη τέχνη καὶ ἕξις μετὰ λόγου ἀληθοῦς ποιητική. ἔστι δὲ τέχνη πᾶσα περὶ γένεσιν, καὶ τὸ τεχνάζειν [καὶ] θεωρεῖν ὅπως ἂν γένηταί τι τῶν ἐνδεχομένων καὶ εἶναι καὶ μὴ εἶναι, καὶ ὧν ἡ ἀρχὴ ἐν τῷ ποιοῦντι ἀλλὰ μὴ ἐν τῷ

5. $K^b L^b O^b$ περιέχεται. 6. δ' ἡ] K^b δή. 11. [καὶ] secl. e conj. Trendelenb. al.

5. διὸ οὐδὲ περιέχονται ὑπ' ἀλλήλων: at supra τὸ τέλος certe τῆς πρακτικῆς dicebatur ἄρχειν καὶ τῆς ποιητικῆς 1139 b 1 s.; quod vero ita ἄρχει, idem et περιέχειν dici potest. Sed omnino inde a vs 1 ita agitur, quasi illa 1139 b 1 sq. non praecessissent. Neque enim is cui ea ante oculos erant quae illic non tantum de discrimine horum generum, verum etiam de ratione eorum inter se indicata sunt, jam ad unum τῶν ἐξωτερικῶν λόγων testimonium perfugisset.

9. 10. ταὐτὸν ἂν εἴη τέχνη καὶ ἕξις . . ποιητική. Effectae huic per inductionem vs 6 sq. definitioni, quae in extremo cap. vs 20 denuo proponitur, ad rem nil jam amplius additur. Quae enim vs 10 (ἔστι δὲ . .) — vs 20 de operâ artis propriâ, diversâ ab aliis quibusdam generibus, sequuntur, ea non tantum omnia rectae definitionis intelligentiâ ipsa continentur, sed multa relinquuntur quae aut insunt in illâ implicita aut per novam quaestionem illustranda erant.

11. τέχνη πᾶσα περὶ γένεσιν: ut etiam φρόνησις πᾶσα; v. ad 1139 a 11. Genus enim oppositum (τὸ ἐπιστημονικὸν) περὶ τὸ ὂν esse vidimus.

11. 12. καὶ τὸ τεχνάζειν, καὶ θεωρεῖν ὅπως . . . Scribendum esse „καὶ τὸ τεχνάζειν (sc. ἐστὶ) θεωρεῖν ὅπως . . .“ cum Trendelenburgio alii viderunt.

12. 13. τὶ τῶν ἐνδεχομένων . . . καὶ (τούτων τι) ὧν ἡ ἀρχὴ ἐν τῷ ποιοῦντι: utrumque hoc mox duplici voce „οὔτε γὰρ . . . οὔτε“ vs 14. 15 repeti neminem fugiet. Separantur ab eo genere quod penes hominem est (cf. „πᾶν τὸ δι' ἀνθρώπου“ 1112 a 33) tum quae necessitatem habent tum naturalia quaecunque seu et ipsa eandem semper legem sequuntur seu ἐνδεχόμενα sunt.

13. 15. ὧν ἡ ἀρχὴ ἐν τῷ ποιοῦντι . . . (ἃ) ἐν αὐτοῖς ἔχουσι τὴν ἀρχήν: hoc quidem ipsum id est quod naturam dicimus (τὰ μὲν γὰρ φύσει ὄντα πάντα φαίνεται ἔχοντα ἐν ἑαυτοῖς ἀρχὴν κινήσεως καὶ στάσεως κ. τ. λ. 192 b 13 s.); illud vero ut ἡ μεταβλητικὴ ἀρχὴ sit ἐν ἄλλῳ ἢ ἄλλο proprium est ejus δυνάμεως quae et universam artem amplectitur (v. 1046 a 36 — b 5).

ποιουμένῳ· οὔτε γὰρ τῶν ἐξ ἀνάγκης ὄντων ἢ γινομένων ἡ Z 4 τέχνη ἐστίν, οὔτε τῶν κατὰ φύσιν· ἐν αὐτοῖς γὰρ ἔχουσι ταῦτα τὴν ἀρχήν. ἐπεὶ δὲ ποίησις καὶ πρᾶξις ἕτερον, 5 ἀνάγκη τὴν τέχνην ποιήσεως ἀλλ' οὐ πράξεως εἶναι. καὶ τρόπον τινὰ περὶ τὰ αὐτά ἐστιν ἡ τύχη καὶ ἡ τέχνη καθάπερ καὶ Ἀγάθων φησὶ „τέχνη τύχην ἔστερξε καὶ τύχη τέχνην." ἡ μὲν οὖν τέχνη, ὥσπερ εἴρηται, ἕξις τις μετὰ λόγου ἀληθοῦς ποιητική ἐστιν, ἡ δ' ἀτεχνία τοὐναντίον μετὰ λόγου ψευδοῦς ποιητικὴ ἕξις, περὶ τὸ ἐνδεχόμενον ἄλλως ἔχειν.

16. ταῦτα τὴν] K^b ταύτην. 18. τὰ αὐτά] K^{b}M^b ταὖτ'.

16. ἐπεὶ δὲ . . . ἀνάγκη τὴν τέχνην . . οὐ πράξεως εἶναι: non satis firmam hanc conclusionem fore patet, ni eadem jam ante vs 1—6 demonstrata essent. Attamen lubebat, quum vs 11 sq. sermo ad discernenda genera accessisset, ne τὴν φρόνησιν quidem praeterire. Qua[illegible] enim prius allata erant, pleraque communia erant πράξεως et ποιήσεως [illegible] modo ne τὰ πραττόμενα ita τῷ πράττοντι opponantur ut vs 18. 1[illegible] recte τὰ ποιούμενα τῷ ποιοῦντι sunt opposita; v. ad 1139 b 1—4.

18. περὶ τὰ αὐτά ἐστιν ἡ τύχη καὶ ἡ τέχνη. Non adversatur illu[illegible] „τεχνικώταται (ἐργασίαι) ὅπου ἐλάχιστον τῆς τύχης" 1258 b 36 et [illegible]milia ut 1207 a 4; cf. et aliam ejusdem Agathonis sententiam in lo[illegible] Rhet. 1392 b 5 sq. Nec tamen ita multum omnino isti quaestioni d[illegible]bit qui obscuram esse omnem τύχης rationem reputaverit. Certe [illegible] item verum est, non minus τῆς πράξεως adjutricem fortunam es[illegible] multosque illi in rebus gerendis permultum debere. Nec temere fact[illegible] est, ut in iis capp. quibus accuratius in naturam τῆς τύχης inquire[illegible] (Phys. B 5. 6) Aristoteles dixerit „περὶ τὸ αὐτὸ διάνοια καὶ τύχ[illegible]" 197 a 7 et ib. b 3 „ἀνάγκη περὶ τὰ πρακτὰ εἶναι τὴν τύχην".

21. ἡ δ' ἀτεχνία: in reliquis dianoëticis virtutibus habitus vir[illegible] oppositus fere neglectus est.

3) Φρόνησις. 1140 a 24 — b 30.

Quum qualibet in re φρόνιμος censeatur is, qui proposito aliquo f[illegible] probando cujus non sit ars recte deliberat, universe vero φρόνιμος [illegible]cendus sit qui recto consilio de iis quae omnino ad vitam cond[illegible] utitur (— a 31), sequitur τὴν φρόνησιν, tum a scientiâ (propter τὸ βο[illegible]λευτικὸν) tum ab arte (quoniam ad aliud rerum genus spectat) divers[illegible] ἕξιν esse πρακτικὴν μετὰ λόγου — b 7. Unde haec laus iis praese[illegible] tribuitur, qui rebus domesticis vel publicis bene praefuerunt (b 11); [illegible] minus definitioni documento est nomen σωφροσύνης i. e. σωζούσης φρό[illegible]νησιν; intemperantia enim, dum pravas voluptates animo praecipit [illegible]xime expetendas esse, eas tantum mentis cogitationes pervertit, quas [illegible] vitam instituendam spectant — b 21. — Virtutem potius quam artem [illegible] φρόνησις se praestat; virtus τοῦ δοξαστικοῦ; neque in solâ ratione p[illegible]sita, oblivione enim non obruitur — b 30.

ρὶ δὲ φρονήσεως οὕτως ἂν λάβοιμεν, θεωρήσαντες 1140 a 24 λέγομεν τοὺς φρονίμους. δοκεῖ δὴ φρονίμου εἶναι τὸ ται καλῶς βουλεύσασθαι περὶ τὰ αὑτῷ ἀγαθὰ καὶ ροντα, οὐ κατὰ μέρος, οἷον ποῖα πρὸς ὑγίειαν ἢ ἀλλὰ ποῖα πρὸς τὸ εὖ ζῆν. σημεῖον δ' ὅτι καὶ περί τι φρονίμους λέγομεν, ὅταν πρὸς τέλος τι σπου- εὖ λογίσωνται, ὧν μή ἐστι τέχνη. ὥστε καὶ ὅλως ἂν ρόνιμος ὁ βουλευτικός. βουλεύεται δ' οὐθεὶς περὶ τῶν των ἄλλως ἔχειν, οὐδὲ τῶν μὴ ἐνδεχομένων αὐτῷ · ὥστ' εἴπερ ἐπιστήμη μὲν μετ' ἀποδείξεως, ὧν δ'

---

^{b} L^b πρός, M^b O^b ἢ πρός. 29. πρὸς] K^b πρὸς τό.

πρὸς τὸ εὖ ζῆν s. πρὸς εὐπραξίαν (v. b 7) s. πρὸς τἀνθρώπινον (v. b 21): τὴν εὐδαιμονίαν.

ὧν μή ἐστι τέχνη: hoc in eo qui περί τι φρόνιμος est (vs 29) quasi in eo qui omnino prudens est ad eandem rem suffece- „πρὸς τὸ εὖ ζῆν" vs 28. Nec sane sine causâ adjectum est; σθαι enim atque τὸ βουλευτικὸν (vs 30. 31) aequaliter ad τὸ atque ad τὸ πράττειν pertinet. — Conclusio igitur ὥστε καὶ εἴη φρόνιμος ὁ βουλευτικός vs 30 in eam brevitatem contracta quam satis habeatur ab unâ scientiâ τὴν φρόνησιν discerni. ue ratione pergitur: nam quod b 2 in apodosi subjungitur έχνη:" in priore sententiâ „βουλεύεται δ' οὐθεὶς..." (a 31—b 1) et quo nitatur.

sq. ὧν δ' αἱ ἀρχαὶ ἐνδέχονται ἄλλως ἔχειν: v des istas τὰς ἀρ- esse supremum finem ad quem deliberatio omnis refertur. quibusdam pravis stultisve hominibus aut perverse excogitatus esse negetur (b 17—20), ideo sane haud desinit certissimus et us esse, ut nil obstet quominus inde rectâ demonstratione con- r quid sanctae debeatur legi. — Non satis hac in re distinguit uo mentis munera. Illa enim deliberatio, quae propter τὸ ἐν- ι ἄλλως semper in varietate rerum quasi ambiguarum ver- aturum eventum operis propositi atque subsidiorum quae com- possint sufficientiam computat; v. 1112 b 15 sq. Qua in re um (ἀρχὴ) est quemcunque eventum suâ quasi viâ et ratione urari posse ut probabilis sit. Hanc vero ἀρχὴν nec virtus pro- neque intemperantia infitias ibit. At prorsus aliter deliberat universe vel in singulari aliquâ re ad fas et nefas tanquam ad n legem vitae suspicit; neque enim illi, dum rerum eventum, ta ferat, nil curat, accidere potest ut sua ἀρχὴ jam improba- ta sit. — Utra igitur deliberatio φρονήσεως est? — Scilicet versâ doctrinae Aristotelicae ratione, atque descriptâ τοῦ ἀν- ν ἀγαθοῦ vitaeque beatae naturâ qualis illi placuit, hujus ge- aestiones vix poterant e medio tolli semelque neglectae passim disputationi obsunt (cf. τὴν δεινότητα, τὴν ἀκρασίαν, τὸν πρα-

1140 a 34 αἱ ἀρχαὶ ἐνδέχονται ἄλλως ἔχειν, τούτων μή ἐστιν ἀπόδειξις (πάντα γὰρ ἐνδέχεται καὶ ἄλλως ἔχειν, καὶ οὐκ 7.
1140 b ἔστι βουλεύσασθαι περὶ τῶν ἐξ ἀνάγκης ὄντων), οὐκ ἂν εἴη ἡ φρόνησις ἐπιστήμη, οὐδὲ τέχνη· ἐπιστήμη μὲν ὅτι ἐνδέχεται τὸ πρακτὸν ἄλλως ἔχειν, τέχνη δ' ὅτι ἄλλο τὸ γένος πράξεως καὶ ποιήσεως. λείπεται ἄρα αὐτὴν εἶναι ἕξιν ἀληθῆ μετὰ λόγου πρακτικὴν περὶ τὰ ἀνθρώπῳ ἀγαθὰ καὶ κακά· τῆς μὲν γὰρ ποιήσεως ἕτερον τὸ τέλος, τῆς δὲ πράξεως οὐκ ἂν εἴη· ἔστι γὰρ αὐτὴ ἡ εὐπραξία τέλος. διὰ τοῦτο Περικλέα καὶ τοὺς τοιούτους φρονίμους οἰόμεθα εἶναι, ὅτι τὰ αὑτοῖς ἀγαθὰ καὶ τὰ τοῖς ἀνθρώποις δύνανται θεωρεῖν· εἶναι δὲ τοιούτους ἡγούμεθα τοὺς οἰκονομικοὺς καὶ τοὺς πολιτικούς. ἔνθεν καὶ τὴν σωφροσύνην τούτῳ προσαγορεύομεν τῷ ὀνόματι, ὡς σώζουσαν τὴν φρόνησιν. σώζει δὲ τὴν τοιαύτην ὑπόληψιν. οὐ γὰρ ἅπασαν ὑπόληψιν διαφθείρει οὐδὲ διαστρέφει τὸ ἡδὺ καὶ τὸ λυπηρόν, οἷον ὅτι τὸ τρίγω-

2. ἡ φρόνησις] $K^b M^b$ φρόνησις. 6. 7. τῆς μὲν γὰρ — εὐπραξία τέλος] Muret. post ποιήσεως vs 4 poni vult; recte. 7. αὐτὴ] $K^b M^b$ αὕτη. 12. ὡς] om. $K^b M^b$. 14. $K^b M^b$ καὶ λυπηρόν.

κτικὸν συλλογισμόν). Interpreti vero nonnunquam ad haec regredien-dum est, ne quis miretur cur nonnulla non interpretando ad perspicui-tatem perducantur.

35 s. καὶ οὐκ ἔστι βουλεύσασθαι . . . ὄντων: „neque ab alte-ra parte ulla deliberatio ad ea spectat quae non possunt non esse." Re-petitum hoc est e vsu 31 s. et recte eâdem parenthesi cum priore sen-tentiâ „πάντα γὰρ" interclusum. Nam si scriptor haec voluisset pro-tasi ὥστ' εἴπερ vs 33 adscribi, dicendum erat καὶ μή ἐστι β.

5. ἕξιν ἀληθῆ μετὰ λόγου: idem vs 20. 21; at ars bis erat ἕξις μετὰ λόγου ἀληθοῦς a 10. 20.

6. τῆς μὲν γὰρ ποιήσεως ἕτερον τὸ τέλος i. e. οὐκ αὐτὰ τὰ ἀνθρώπῳ ἀγαθὰ καὶ κακὰ in quibus τὸ εὖ πράττειν positum est. — V. a 1139 b 1—4.

9 s. τὰ αὑτοῖς ἀγαθὰ καὶ τὰ τοῖς ἀνθρώποις . . . Eadem prudentia est quâ sibi quisque et reliquis vel civibus bene consulit, quâ οἰκονομικὸς atque πολιτικὸς est. V. 1094 b 7 εἰ γὰρ καὶ ταὐτόν ἐστιν ἑνὶ καὶ πόλει (τἀνθρώπινον ἀγαθὸν) . . . et 1141 b 23 ἔστι δὲ καὶ ἡ πολιτικὴ καὶ ἡ φρόνησις ἡ αὐτὴ μὲν ἕξις . . .

11 s. σωφροσύνη = ἡ σώζουσα τὴν φρόνησιν vel σωτηρία τῆς φρονήσεως ut Plato (Crat. 411 e) loquitur. Si non prorsus recte, at profecto neque ita male ut Aristotele (nedum Platone) sit indignum. Sin rata sit etymologia, et vêrum et acumine plenum censebitur argumentum inde petitum — vs 20.

νον δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας ἔχει ἢ οὐκ ἔχει, ἀλλὰ τὰς περὶ τὸ 114 πρακτόν. αἱ μὲν γὰρ ἀρχαὶ τῶν πρακτῶν τὸ οὗ ἕνεκα τὰ πρακτά· τῷ δὲ διεφθαρμένῳ δι' ἡδονὴν ἢ λύπην εὐθὺς οὐ φαίνεται ἡ ἀρχή, οὐδὲ δεῖν τούτου ἕνεκεν οὐδὲ διὰ τοῦθ' αἱρεῖσθαι πάντα καὶ πράττειν· ἔστι γὰρ ἡ κακία φθαρτικὴ ἀρχῆς· ὥστ' ἀνάγκη τὴν φρόνησιν ἕξιν εἶναι μετὰ λόγου ἀληθῆ, περὶ τὰ ἀνθρώπινα ἀγαθὰ πρακτικήν. *ἀλλα μὴν

15. K^b δύο ὀρθάς. 17. ἢ λύπην] K^b ἡ λύπη. 18. ἡ ἀρχή] K^bM^b ἀρχή. δεῖν] K^b δεῖ. K^bM^bO^b ἕνεκα. 21—25. *ἀλλὰ μὴν — οὐ τέχνη*] locus susp.

16. αἱ ἀρχαὶ τῶν πρακτῶν τὸ οὗ ἕνεκα: „ὥσπερ ἐν τοῖς μαθηματικοῖς αἱ ὑποθέσεις" 1151 a 16. — Sententia vero haec vs 12—20 gravissima tum e priore disputatione satis constat tum cum sequenti concinit: v. 1113 a 34 ἡ ἀπάτη (περὶ τὸ βουλητὸν i. e. τὸ τέλος) διὰ τὴν ἡδονὴν ἔοικε γίνεσθαι; et τοῦ μὴ φαίνεσθαι (vs 18) vel τοιαύτης τῆς φαντασίας „αἴτιος ὁ ἄνθρωπος" 1114 a 31 — b 3; ex iis quae sequuntur v. 1144 a 34 s.; 1151 a 15 — 19. Cf. 917 a 16 διέφθαρται ἡ διάνοια διὰ φαύλας προαιρέσεις et 433 a 16 οὗ ἡ ὄρεξις, αὕτη ἀρχὴ τοῦ πρακτικοῦ νοῦ.

20 s. ὥστ' ἀνάγκη τὴν φρόνησιν . . . πρακτικήν. Eandem legimus definitionem vs 4—6; quae inde a vsu 6 disputata sunt, ad unam ultimam partem definitionis spectant „περὶ τὰ ἀνθρώπινα ἀγαθά": huc itur vocem ὥστ' ἀνάγκη referas. — Atqui notatu non indignum fuet, eodem fere modo in praecedenti cap. bis positâ eâdem definitione et alteram finem adesse.

21 sqq. ἀλλὰ μὴν τέχνης μέν ἐστιν ἀρετή κ. τ. λ. Ita haec pronuntur quasi jam in eo versaretur disputatio ut ab arte ἡ φρόνησις cerneretur; ea enim vis est particularum ἀλλὰ μήν. Quamquam de quaestione pridem b 2—7 actum est. Nec si nunc quamlibet ob iam virtutis ethicae ratio habenda esse videbatur, satis probabile plane negligi quod ante repetitam definitionem (v. ad vs 20) optime nstratum est indigere illius ope τὴν φρόνησιν (vs 13—20). Sed runt propius accedentibus plura quae significasse sufficiat. Agitur inde a cap. 2 de virtutibus inter quas et ars est et φρόνησις; e virtutibus dianoëticis. Quodsi vs 24 virtutem lubebat dicere m, certe illa non arti opponenda erat (vs 25), sed menti. Non porro, τὴν φρόνησιν moralem esse virtutem. Nec justâ argu-one firmata est conclusio δῆλον οὖν vs 24. Quae vero ab initio ur virtus vs 22 neque ethica est nec dianoëtica. Sin illa ἀρετὴ nino in perfectione quacunque posita est commemoranda erat, saltem est annon quemadmodum τέχνης est ἀρετὴ vs 22 (quam ocant 1141 a 12) ita etiam φρόνησις alia aliâ sit magis con- Taceo alia. — Etenim etiam ea quibus vs 25 ad reliqua mpedita sunt. Nam illud vs 25—28, utrius sit διανοίας prun quidem ex iis, quae 1139 a 6 sq. dicta sunt, facile dijudi-

1140 b 22 τέχνης μὲν ἔστιν ἀρετή, φρονήσεως δ' οὐκ ἔστιν· καὶ ἐν μὲν τέχνῃ ὁ ἑκὼν ἁμαρτάνων αἱρετώτερος, περὶ δὲ φρόνησιν ἧττον, ὥσπερ καὶ περὶ τὰς ἀρετάς. δῆλον οὖν ὅτι ἀρετή τίς ἐστι καὶ οὐ τέχνη.* δυοῖν δ' ὄντοιν μεροῖν τῆς ψυχῆς τῶν λόγον ἐχόντων, θατέρου ἂν εἴη ἀρετή, τοῦ δοξαστικοῦ· ἥ τε γὰρ δόξα περὶ τὸ ἐνδεχόμενον ἄλλως ἔχειν καὶ ἡ φρόνησις. ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἕξις μετὰ λόγου μόνον· σημεῖον δ' ὅτι λήθη τῆς μὲν τοιαύτης ἕξεως ἔστι, φρονήσεως δ' οὐκ ἔστιν. Z

24. ἧττον] K^b ἧττων. 29. τῆς μὲν] K^b τῆς μὲν τῆς ($L^b M^b O^b$ μὲν τῆς).

---

cetur. Quid vero quod adhuc τοῦ λογιστικοῦ videbatur esse ἡ φρόνησις, nunc τοῦ δοξαστικοῦ dicitur? Nam verum quidem, in Analyticis legi „δόξαν εἶναι περὶ τὸ ἀληθὲς μὲν ἢ τὸ ψεῦδος, ἐνδεχόμενον δὲ καὶ ἄλλως ἔχειν“ 89 a 2 (perlustratoque illo capite Anal. Post. *Α* 33 intelligitur, quam recte id quoque dici possit); nec tamen minus verum, in ipsis Ethicis aliter censeri 1111 b 31 (vel 1226 a 2 s.) „ἡ μὲν γὰρ δόξα δοκεῖ περὶ πάντα εἶναι καὶ οὐδὲν ἧττον περὶ τὰ ἀΐδια . . . ἢ τὰ ἐφ' ἡμῖν“; cf. 1146 b 29 s. Quorsum igitur haec vs 25—28 spectant? quibus rei cognitio nullo modo augetur, at propter eadem, ni plura addantur, prior et sententia et nominum usus anceps redditur. — Denique vs 28—30, quum negetur ἡ φρόνησις esse ἕξις μετὰ λόγου μόνον, probabile est ad illud vinculum respici quo illa cum ethicâ virtute contineatur; oblivionem enim (v. vs 29) virtuti minus quam menti officere pridem 1100 b 12—17 audivimus; sed in fine post iteratam definitionem vs 5. 20 ipsum hoc loquendi genus minus videatur distinct[illegible] esse quam loci ratio flagitat. An artis, alterius illius ἕξεως μετὰ λόγου, erit oblivio? — Quodsi igitur ea quae inde a vsu 21 „ἀλλὰ μὴν..“ subjuncta sunt uno obtutu contemplemur, nil quidem continet[illegible] quod equidem ajam Aristotelis certo non esse, sed ab initio male [illegible] priorem sermonem adhibita hôc saltem loco cuncta disputationi [illegible] versae officere potius quam proficere videntur.

4) *Νοῦς.* 1140 b 31 — 1141 a 8.

Quum constet et principia esse omnis scientiae quae ipsa demonstrari nequeant (1139 b 30 sq.) *et universam omnibus in rebus veritatem ad quinque illa quae ab initio enumerata sunt* (1139 b 16. 17) *referri: perlustratis omnibus generibus efficitur, principiorum illorum rectam notitiam uni deberi τῷ νῷ.*

Satis habetur hoc capite, τῷ νῷ certam et propriam quandam sedem parari. Eundem enim praeter τὰς ἀρχὰς τῶν ἀποδεικτῶν (1140 b 32) etiam aliud genus rerum propositum habere, infra cap. 12 ita exponitur ut de scriptoris sententiâ dubitatio nulla relinquatur. — Est autem hoc commune plerisque his capitibus (v. cap. 3. 4. 5. 6) ut in

Z 6 ἐπεὶ δ' ἡ ἐπιστήμη περὶ τῶν καθόλου ἐστὶν ὑπόληψις 11 καὶ τῶν ἐξ ἀνάγκης ὄντων, εἰσὶ δ' ἀρχαὶ τῶν ἀποδεικτῶν καὶ πάσης ἐπιστήμης (μετὰ λόγου γὰρ ἡ ἐπιστήμη), τῆς ἀρχῆς τοῦ ἐπιστητοῦ οὔτ' ἂν ἐπιστήμη εἴη οὔτε τέχνη οὔτε φρόνησις· τὸ μὲν γὰρ ἐπιστητὸν ἀποδεικτόν, αἱ δὲ τυγχάνουσιν οὖσαι περὶ τὰ ἐνδεχόμενα ἄλλως ἔχειν. οὐδὲ δὴ 1141 a

32. δ' ἀρχαὶ] $K^b M^b$ δ' αἱ ἀρχαί. 33. $K^b M^b$ γὰρ ἐπιστήμη.
1. οὐδὲ δὴ] K^b οὐδ' ἡ.

singulis virtutibus dianoëticis τὸ περὶ τί quaeratur. Quod postquam aut per vulgatam opinionem (πάντες γὰρ ὑπολαμβάνομεν 1139 b 19; πιστεύομεν καὶ τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις 1140 a 2) aut tentatâ ac rejectâ relatione ad reliqua genera (λείπεται 1140 b 4; 1141 a 7; v. 1142 b 13) inventum est, suapte accedente notione ἕξεως atque ἀληθείας confecta est definitio. Hac vero confectâ (v. 1139 b 31; 1141 a 7; ad 1140 b 20 s.) nil moratus scriptor neque in describendo modo quo vel ἡ ἕξις vel ὁ ἔχων agat neque in explicandâ jam ratione qua res ad summum vitae finem referatur, ad alia pergit.

Quâ in re similitudinem quandam inter Eudemia interque hunc libr. reperire non male sibi aliquis videatur. Eudemia enim in libro Γ, ab initio 1228 a 23 praefata ὅτι μεσότητές τέ εἰσιν αἱ ἀρεταὶ (ita enim scr.) καὶ αὗται προαιρετικαί, multo magis quam Nic. per singulas quasque virtutes hoc tanquam summum propositum tenent ut denique efficiatur adesse in unaquaque proprium quoddam illius mediocritatis genus. Quod postquam evicerunt, plerumque quasi comprobatâ universi generis definitone rem dimittunt; cf. 1231 a 34 sq.; ib. b 24; b 36; 1233 a 8; 1234 a 12. 18. — Dixeris igitur, in hac disputandi ratione quam et Eud. Γ et Nic. Z exhibeant eandem tenuitatem quandam non tam sermonis quam sententiarum percipi. Ne tamen nimium tali rei detur, observandum erit in Nic. Z nonnulla propter ipsam brevitatem disputationis necessario accidere quae idem auctor forte, spatio ut in Eud. Γ dato, maluisset evitare.

31. Τὴν ἐπιστήμην περὶ τῶν καθόλου esse nova est in h. libr. sententia; sane enim aliud ὅτι ἐκ τῶν καθόλου 1139 b 29; cf. 81 a 40. Nec tamen Aristoteli ad supplendas definitiones inusitatam esse talem procedendi rationem, ad 1106 b 36 monuimus; atque de re constat e Metaph., v. 1059 b 26 πᾶς γὰρ λόγος καὶ πᾶσα ἐπιστήμη τῶν καθόλου καὶ οὐ τῶν ἐσχάτων, cf. 1060 b 20; 999 a 26—29. V. in Nic. 1147 13 „μήδ' ἐπιστημονικὸν ὁμοίως εἶναι τῷ καθόλου τὸν ἔσχατον ὅρον". am τὰ καθ' ἕκαστα omnino αἰσθητὰ potius quam ἐπιστητά.

33. μετὰ λόγου γὰρ ἡ ἐπιστήμη sc. πᾶς δὲ λόγος ἀρχῆς δεῖται. nt vero τέχνη et φρόνησις et ipsae quidem „μετὰ λόγου", sed hujus idem ἀρχὴ ad virtutem refertur, artis omnino negligitur; ut τῷ νῷ n unius scientiae principia vindicentur.

35 s. αἱ δὲ τυγχάνουσιν οὖσαι περὶ τὰ ἐνδεχόμενα . . vel ad verba oris membri τὸ μὲν γὰρ ἐπιστητὸν vs 35 concinnius „τὰ δὲ ποιητὰ καὶ πρακτὰ τῶν ἐνδεχομένων ἐστίν".

σοφία τούτων ἐστίν· τοῦ γὰρ σοφοῦ περὶ ἐνίων ἔχειν ἀπόδειξίν ἐστιν. εἰ δὴ οἷς ἀληθεύομεν καὶ μηδέποτε διαψευδόμεθα περὶ τὰ μὴ ἐνδεχόμενα ἢ καὶ ἐνδεχόμενα ἄλλως ἔχειν, ἐπιστήμη καὶ φρόνησίς ἐστι καὶ σοφία καὶ νοῦς, τούτων δὲ τῶν τριῶν μηθὲν ἐνδέχεται εἶναι (λέγω δὲ τρία φρόνησιν ἐπιστήμην σοφίαν), λείπεται νοῦν εἶναι τῶν ἀρχῶν.

τὴν δὲ σοφίαν ἔν τε ταῖς τέχναις τοῖς ἀκριβεστάτοις

---

2. 3. K^b pr. ἀπόδειξίς. 7. νοῦν] K^b pr. γοῦν νοῦν, corr. οὖν νοῦν.

---

2. *τοῦ σοφοῦ περὶ ἐνίων ἔχειν ἀπόδειξίν ἐστιν*: quoniam sapientem decet etiam *τὰ ἐκ τῶν ἀρχῶν* scire (vs 17).

3—8. *εἰ δὴ οἷς ἀληθεύομεν* (v. 1139 b 15) . . . *τούτων δὲ τῶν τριῶν* . . . *λέγω δὲ τρία* . . . *λείπεται* . . Vides quam diligens sit et quantam diligentiae speciem prae se ferat haec argumentatio. Quodsi igitur quae in his jam neglectâ arte plus semel quatuor computantur, ea et ab initio (1139 b 16) scimus et modo in ipso hoc capite 1140 b 34—1141 a 2 non minus diligenti quaestione vidimus revera quinque esse: illustri exemplo discimus, parum Aristotelem dummodo de re constaret id agere consuesse, ut numerus cum numero, nomina cum nominibus concinerent. Quid vero quibusdam, si diversis locis vel libris in eâdem re hic *τὴν τέχνην* appellatam illic repudiatam reperissent, magis videretur probabile quam haberi gravissimum argumentum unde diversa vestigia hinc forte discipuli Eudemi, illinc magistri Aristotelis dignosci possent?

5. Σοφία. 1141 a 9—20.
Quum σοφὸς vulgo dicatur qui qualibet in arte perfectus est, omnino τὴν σοφίαν esse liquet perfectam scientiam [v. ad vs 16]. Quae perfectio in eo posita est, ut praeter ea quae rite demonstranda sunt summa quoque principia demonstrationis recte teneantur. Ergo sapientia est ubi νοῦς et ἐπιστήμη in unum coaluerunt.

9. *τὴν δὲ σοφίαν ἔν τε ταῖς τέχναις* . . . Particula ista *τε* non habet in proximis quo referatur. Neque id sine detrimento sententiae factum est; nam desideratur quaedam demonstratio per quam probabile sit non tantum ad artes sed etiam magis vel rectius ad alterum genus (*τὸ ἐπιστημονικὸν*) sapientiam referendam esse. Quod enim sequitur vs 12 s. *εἶναι δέ τινας σοφοὺς οἰόμεθα ὅλως*, si de verbis quaeratur, ad illa *ἐνταῦθα μὲν οὖν* vs 11 accommodatum est; ad sententiam vero res ita non absolvitur, siquidem scientia jam neque arti cuidam neque omnino arti opponi potest tanquam *τὸ ὅλον πρὸς τὸ μέρος*.

9. 10. *τοῖς ἀκριβεστάτοις τὰς τέχνας*: *ἀκριβεῖς* saepe et *ἐπιστήμαι* dicuntur et qui scientiâ utuntur (velut 982 a 13 *ὁ ἀκριβέστερος καὶ διδασκαλικώτερος τῶν αἰτίων σοφώτερος περὶ πᾶσαν ἐπιστήμην*; 1413 b 13 *Χαιρήμων ἀκριβὴς ὥσπερ λογογράφος*). De artificibus minus est usitatum; longe enim aliter Plato (Rep. 342 d, 395 b) medicos, gubernatores, *δημιουργοὺς ἐλευθερίας* dicit *ἀκριβεῖς*.

Z 7 τὰς τέχνας ἀποδίδομεν, οἷον Φειδίαν λιθουργὸν σοφὸν καὶ Πολύκλειτον ἀνδριαντοποιόν, ἐνταῦθα μὲν οὖν οὐθὲν ἄλλο σημαίνοντες τὴν σοφίαν ἢ ὅτι ἀρετὴ τέχνης ἐστίν· εἶναι δέ τινας σοφοὺς οἰόμεθα ὅλως οὐ κατὰ μέρος, οὐδ' ἄλλο τι σοφούς, ὥσπερ Ὅμηρός φησιν ἐν τῷ Μαργίτῃ „τὸν δ' οὔτ' ἄρ σκαπτῆρα θεοὶ θέσαν οὔτ' ἀροτῆρα οὔτ' ἄλλως τι σοφόν". *ὥστε δῆλον ὅτι ἡ ἀκριβεστάτη ἂν τῶν ἐπιστημῶν εἴη ἡ σοφία. δεῖ ἄρα τὸν σοφὸν μὴ μόνον τὰ ἐκ τῶν ἀρχῶν εἰδέναι, ἀλλὰ καὶ περὶ τὰς ἀρχὰς ἀληθεύειν. ὥστ' εἴη ἂν ἡ σοφία νοῦς καὶ ἐπιστήμη, ὥσπερ κεφαλὴν ἔχουσα ἐπιστήμη 1141 a

11. K^b Πολύκλητον. 14. K^bM^bO^b μαργείτῃ. 16. *ante ὥστε deest aliquid. ὅτε ἡ] K^bM^bO^b ὅτι.

10. οἷον Φειδίαν sc. λέγοντες: quod e verbo ἀποδίδομεν elici potest.

15. οὔτ' ἄλλως τι σοφόν: pergitur in Margite (qui et 1448 b 28—1449 a 2 ab Aristotele Homero datur) „πάσης δ' ἡμάρτανε τέχνης". Unde apparet laudato illo loco nil aliud potuisse comprobari nisi ipsum loquendi genus οὐδ' ἄλλο τι σοφούς vs 13.

16. ὥστε δῆλον . . . Tantum abest ut jam demonstratum sit sapientiam ad scientiam potius quam ad artium genus pertinere (v. ad vs 9), ut ex istâ voce ὥστε δῆλον aut levitatis cujusdam crimen nascatur aut suspicio, intercidisse nonnulla. Neque enim in reliquis his capp. 3—6 usquam tam negligenter actum est; quodque in illis placuit disputandi genus (v. ad cap. 6) sane diligentiâ destitutum jam nil habet quo commendetur.

18. ἀλλὰ καὶ περὶ τὰς ἀρχὰς ἀληθεύειν: scientia enim ipsa satis habet „πιστεύειν πως καὶ γνωρίμους αὐτῇ εἶναι τὰς ἀρχάς" (1139 b 33).

19. ὥσπερ κεφαλὴν ἔχουσα ἐπιστήμη τῶν τιμιωτάτων i. e. ἔχουσα καὶ τὰ τιμιώτατα, τὰς ἀρχάς, οὔσας ὥσπερ κεφαλὴν τῶν ἐπιστητῶν. —

1141 a 20—1142 a 30 (περὶ φρονήσεως).

Liceat ab initio de hac disputatione tanquam de unâ atque continuâ agere. Qui enim nobiscum censuerit, vocem illam 1141 b 2. 3 (u. v.) quae sola tali judicio obstare videatur fidem fere nullam habere, perlustratis his capitibus argumentum omne περὶ φρονήσεως esse profitebitur. Et ita quidem de illâ agitur, ut primum a scientiâ sapientiâque diversa et inferior illis dignitate esse demonstretur — 1141 b 8; deinde exponatur, ad quodnam genus rerum prudentium deliberatio spectet atque quaenam propter illam quum generalia tum specialia sciri oporteat — 1141 b 22. Tertium probatur, in hoc genere pro differentiâ eorum quibus consulatur differre τὴν πολιτικὴν ejusque partes (νομοθετικὴν βουλευτικὴν δικαστικήν) atque οἰκονομίαν et τὴν φρόνησιν proprie dictam, qua sibi quisque consulat; nec tamen hanc illis ita opponi posse ut prorsus ab iis sit segregata — 1142 a 11. Postremo nonnulla subjunguntur, quibus ad priorem (1141 b 8—22) φρονήσεως descriptionem respicitur. Quodsi enim ad singulas res agendas

1141 a 20 τῶν τιμιωτάτων.* *ἄτοπον γὰρ εἴ τις τὴν πολιτικὴν ἢ τὴν

20. **ante ἄτοπον plura interciderunt.

refertur, quae non liquent nisi expertis, puerorum illa esse nequit; quemadmodum etiam ad scientias, quanto quaeque minus notitiâ rerum per usum comparandâ eget, eo magis puerili jam aetati aditus patet — 1142 a 20. Neque id obscurum est, deliberantibus siquidem duplex quaedam cognitio opus est item duplex erroris genus accidere posse, ut aut generalia aut singula male computata sint — 1142 a 23. Denique qui viderit, τὴν φρόνησιν in singulis rebus gerendis versari, ex adverso oppositam illam esse concedet scientiae et maxime quidem τῷ νῷ cujus summa scientiae principia sunt — 1142 a 30.

Quodsi igitur hoc censemus universae hujus disputationis inde a 1140 a 20 argumentum esse, sequentia capp. 10. 11. 12 eâdem in re versari neminem fugiet. Εὐβουλίαν enim, σύνεσιν, γνώμην ad genus prudentiae referri apertum est; nec non νοῦς ille de quo cap. 12 quaeritur munere suo eidem φρονήσει subvenit. Itaque superest unum cap. 13, quod quasi commune est φρονήσεως atque σοφίας. Nec tamen id ipsum attento lectori priorum illorum capitum inopinatum. Iam enim ab initio (1141 a), ubi quidem ἡ φρόνησις per oppositionem aliorum generum illustrabatur, sapientia potissimum videbatur adhibenda esse: v. τὸν σοφὸν et τὴν σοφίαν 1141 a 24. 29—31; b 4; 1142 a 17; (cf. ib. 23—26 siquidem ἐπιστήμη et νοῦς conjuncta σοφία sunt); 1143 b 6.

Ergo, haec si probabilitatem aliquam habere videantur, quid ita fere efficiatur cernamus. Post priorem enim περὶ φρονήσεως disputationem, quam suo loco inter reliquas τὰς διανοητικὰς brevem quidem sed quodam modo rite absolutam cap. 5 legimus, inde a 1141 a 20 alia de eâdem occurrit longior et plenior, nec tamen illa aut ab initio ipsa integra aut soluta a nexu universo qualis hoc in libro esse debebat. Etenim 1141 a 20 in eum ejus locum quasi incidimus quo primum quidem de ipsâ naturâ φρονήσεως jam ante actum est: praecesserint enim nonnulla necesse est priusquam de dignitate hujus inter ceteras quaeri possit. Deinde vero in iis quae praecesserint satis certâ conjecturâ efficimus praeter ipsam definitionem φρονήσεως fuisse argumentationem quandam, unde tum sapientiam constet unam et perfectam virtutem τῆς θεωρητικῆς διανοίας esse, tum prudentiam τῆς πρακτικῆς (cf. 1139 a 26 s.). Quodsi enim quinque illae αἱ διανοητικαὶ in has duas prius non fuissent quasi contractae, neque ab initio comparatio illa τοῦ φρονίμου et τοῦ σοφοῦ (de qua diximus) sententiae satis conduceret nec totum cap. 13 recte rem absolveret nec denique ad idem cap. praemitti potuisset „τί μὲν οὖν ἐστὶν ἡ φρόνησις καὶ ἡ σοφία . . . καὶ ὅτι ἄλλου τῆς ψυχῆς μορίου ἀρετὴ ἑκατέρα, εἴρηται“ 1143 b 14—17 (ad q. l. v.).

Haec igitur is qui 1141 a 20 pergebat „ἄτοπον γὰρ“ aut ipse jam non reperiebat aut negligi posse putabat, dummodo reliqua aliquâ ratione cum prioribus conglutinarentur, ratus fortasse post cap. 5 istam partem disputationis haud desiderari.

20. ἄτοπον γὰρ εἴ τις . . . τὴν φρόνησιν σπουδαιοτάτην οἴεται εἶναι. Pluribus dehinc argumentis id efficitur (v. imprimis „εἰ δ᾽ ὅτι“ vs 33),

φρόνησιν σπουδαιοτάτην οἴεται εἶναι, εἰ μὴ τὸ ἄριστον τῶν 1141 a 21 ἐν τῷ κόσμῳ ἄνθρωπός ἐστιν. εἰ δὴ ὑγιεινὸν μὲν καὶ ἀγαθὸν ἕτερον ἀνθρώποις καὶ ἰχθύσι, τὸ δὲ λευκὸν καὶ εὐθὺ ταὐτὸν ἀεί, καὶ τὸ σοφὸν ταὐτὸν πάντες ἂν εἴποιεν, φρόνιμον δὲ ἕτερον· τὸ γὰρ περὶ αὑτὸ ἕκαστα εὖ θεωροῦν φαῖεν ἂν εἶναι φρόνιμον, καὶ τούτῳ ἐπιτρέψειαν αὐτά. διὸ καὶ τῶν θηρίων ἔνια φρόνιμά φασιν εἶναι, ὅσα περὶ τὸν αὑτῶν βίον ἔχοντα φαίνεται δύναμιν προνοητικήν. φανερὸν δὲ καὶ ὅτι οὐκ ἂν εἴη ἡ σοφία καὶ ἡ πολιτικὴ ἡ αὐτή· εἰ γὰρ

22. εἰ δὴ] bene M^b εἰ δ'. 25. εὖ] $K^b L^b O^b$ τὸ εὖ. 25. 26. φαῖεν ἂν] K^b φησὶν ($L^b M^b O^b$ φαῖεν). 26. K^b ἐπιτρέψει αὐτά. 27. φασιν] K^b φησιν.

τὴν φρόνησιν non summum locum in mente tenere, sed inferiorem sapientiâ. Hoc enim quamquam ad eandem sententiam facit, tamen in demonstrando non idem est ac si v. v. de sapientiâ quaereretur tanquam superiore quam prudentia. Sin cui ea res levior videatur, profecto hoc certum est abhinc ad τὰ πέντε illa τὸν ἀριθμὸν (1139 b 16) quibus per quinque capita 3—7 diligenter opera sit data ne verbo quidem respici, ut lectoribus ipsis permittatur an αἱ πέντε eaedem αἱ ἀμφοτέρων τῶν νοητικῶν μορίων virtutes (1139 b 12. 13) sint atque hae singulae (σοφία et φρόνησις). Molestissima haec; neque omnino solitum est Aristoteli, ut ab operâ suâ confectâ tacite, ut ita dicam, discedat vel sensim ad alia se abduci sinat. Atqui in ipsis verbis „ἄτοπον γάρ" (M^b ἄτοπον δὲ) species tantum continuae argumentationis inest. Τὰ τιμιώτατα enim quae modo sapientiae vindicata sunt τοῦ νοῦ erant oppositi τῇ ἐπιστήμῃ (v. ad vs 19) ut inde certe de ratione inter prudentiam (πρακτικὴν διάνοιαν) interque sapientiam (θεωρητικὴν) quicquam colligi nequeat. — Denique id notandum, jam vs 20 et denuo vs 29 primum hoc in libro (alia enim ratio 1140 b 10 erat) τὴν πολιτικὴν appellari. Ad quam respici omnino sane vel ob A 1 et A 3 acceptissimum est, sed in hac quidem disputatione probabile erat, a prudentiâ ad illam transitum parari i. e. agi de eâ praemissâ tali argumentatione qualis 1141 b 23—1142 a 11 exstat (cf. etiam ad 1142 a 11).

21. εἰ μὴ τὸ ἄριστον . . . ἄνθρωπός ἐστιν: primum argumentum; nam qualis res de qua quaeritur, talis mentis natura quae quaerit; v. ad 1139 a 6—8.

22 (—26). εἰ δὴ [M^b δ'] ὑγιεινὸν μὲν . . .: alterum argumentum, in quo propria quidem τῆς πολιτικῆς (vs 20) vis negligitur. Constat vero, id quod unum per se sit dignitate ei praecedere quod varietatem admittat. — Nec minus (tertio argumento vs 26—28) ἡ φρόνησις in inferiorem gradum deprimitur, siquidem illius inferiora animalium genera non prorsus expertia sunt.

28—33. Ejus argumenti quod modo vs 22—26 in praesentem quaestionem adhibitum est etiam inter illos insignis usus est quibus

1141 a 30 τὴν περὶ τὰ ὠφέλιμα τὰ αὑτοῖς ἐροῦσι σοφίαν, πολλαὶ ἔσονται σοφίαι· οὐ γὰρ μία περὶ τὸ ἁπάντων ἀγαθὸν τῶν ζῴων, ἀλλ' ἑτέρα περὶ ἕκαστον, εἰ μὴ καὶ ἰατρικὴ μία περὶ πάντων τῶν ὄντων. εἰ δ' ὅτι βέλτιστον ἄνθρωπος τῶν ἄλλων ζῴων, οὐδὲν διαφέρει· καὶ γὰρ ἀνθρώπου ἄλλα πολὺ 1141 b θειότερα τὴν φύσιν, οἷον τὰ φανερώτατά γε ἐξ ὧν ὁ κόσμος συνέστηκεν. [ἐκ δὴ τῶν εἰρημένων δῆλον ὅτι ἡ σοφία ἐστὶ καὶ ἐπιστήμη καὶ νοῦς τῶν τιμιωτάτων τῇ φύσει.] διὸ Ἀναξαγόραν καὶ Θαλῆν καὶ τοὺς τοιούτους σοφοὺς μὲν φρο- Z

30. τὰ αὑτοῖς] K^b τ' αὐτοῖς.
2. 3. [ἐκ δὴ — φύσει] importune interj.

nondum constat, omnino diversas esse τὴν πολιτικὴν atque τὴν σοφίαν. Id quod quasi obiter („φανερὸν δὲ καὶ" vs 28) commemoratur priusquam in supplendâ argumentatione propositâ pergitur.

33—b 2 (8). εἰ δ' ὅτι βέλτιστον ἄνθρωπος τῶν ἄλλων ζῴων ... „sin quis dixerit τῇ φρονήσει ideo primas partes deberi, quoniam homo inter animantia excellat, scientiae (σοφίας) augustiori naturae nihil ita derogatur (οὐθὲν διαφέρει)". Quartum argumentum; quod quidem ad rem cum primo convenit.

1. ἐξ ὧν ὁ κόσμος συνέστηκε: dicuntur τὰ θεῖα σώματα τὰ κατὰ τὸν οὐρανόν (1074 a 30; cf. 196 a 33); haec enim „φανερώτατα". Quamquam habet quodam modo et ipse homo quod astris divinius est, siquidem τοῦ νοῦ particeps est qui est θειότατον (1074 b 15. 25; al.).

2. 3. ἐκ δὴ τῶν εἰρημένων δῆλον ὅτι ἡ σοφία ... Contra haec id quidem non facit, quod definitio sapientiae jam a 18 s. absoluta est; iterari enim eandem definitionem in his plus semel vidimus ad 1140 b 20 s. Sed obsunt alia. Sive enim ad antecedentia spectatur, in iis quae inde a vs a 20 dicta sunt nil inesse apparet unde de vi sapientiae atque de ratione qua ἐπιστήμην et summum νοῦν in se recipiat quicquam disci possit; sive proxima reputantur, sententia διὸ Ἀναξαγόραν κ. τ. λ. ita ad τὰ θειότατα τὴν φύσιν (b 1) refertur, ut interpositâ definitione sapientiae distineantur quae conjunctissima sunt. Anaxagoras enim primus de divinâ mente cogitavit Thalesque primus τὸν κόσμον tanquam unum contemplatus est. Male igitur haec verba b 2. 3 ab eo inserta esse videntur, qui non sensisset disputationem περὶ σοφίας vs a 20 praeruptam esse. — In ipso loquendi genere certe inusitatius, quod nomen νοῦς cum genitivo objecti (τῶν τιμιωτάτων) conjunctum est.

3 sqq. διὸ Ἀναξαγόραν .... σοφοὺς μέν, φρονίμους δ' οὔ φασιν εἶναι: cf. exemplum διὰ τοῦτο Περικλέα ... in eâdem re 1140 b 8 sq. Intermedia haec quasi sunt. Quum enim rectissime ad illa adjungantur quae a 33—b 2 legimus, tum omissâ jam quaestione supremae dignitas prudentiae tribui possit haud male ad ipsam naturam atque vim τῆς φρονήσεως quae in usu spectatur (cf. ἄχρηστα δέ vs 7) accuratius explicandam (b 8 sqq.) transitum parant.

Z 7 νίμους δ' οὔ φασιν εἶναι, ὅταν ἴδωσιν ἀγνοοῦντας τὰ συμ- 1141 b
φέρονθ' ἑαυτοῖς, καὶ περιττὰ μὲν καὶ θαυμαστὰ καὶ χαλεπὰ καὶ δαιμόνια εἰδέναι αὐτούς φασιν, ἄχρηστα δ', ὅτι
8 οὐ τὰ ἀνθρώπινα ἀγαθὰ ζητοῦσιν. ἡ δὲ φρόνησις περὶ τὰ ἀνθρώπινα καὶ περὶ ὧν ἔστι βουλεύσασθαι· τοῦ γὰρ φρονίμου μάλιστα τοῦτ' ἔργον εἶναί φαμεν, τὸ εὖ βουλεύεσθαι, βουλεύεται δ' οὐθεὶς περὶ τῶν ἀδυνάτων ἄλλως ἔχειν, οὐδ' ὅσων μὴ τέλος τί ἐστι, καὶ τοῦτο πρακτὸν ἀγαθόν. ὁ δὲ ἁπλῶς εὔβουλος ὁ τοῦ ἀρίστου ἀνθρώπῳ τῶν πρακτῶν στοχαστικὸς κατὰ τὸν λογισμόν. οὐδ' ἐστὶν ἡ φρόνησις τῶν καθόλου μόνον, ἀλλὰ δεῖ καὶ τὰ καθ' ἕκαστα γνωρίζειν· πρακτικὴ γάρ, ἡ δὲ πρᾶξις περὶ τὰ καθ' ἕκαστα. διὸ καὶ ἔνιοι οὐκ εἰδότες ἑνίων εἰδότων πρακτικώτεροι καὶ ἐν τοῖς

---

12. τί ἐστι] Bekk. min. τι ἔστι. 13. ὁ τοῦ] K[b] τοῦ. 17. 18. Bekk. πρακτικώτεροι, — ἄλλοις οἱ.

8—12. ἡ δὲ φρόνησις ..... καὶ τοῦτο πρακτὸν ἀγαθόν. Opponitur jam per hanc descriptionem prudentia excelso illi scientiae generi vs 6. 7, cujus quibusdam fructus nullus esse videri possit. Quod si placuerit, ita quidem haud absque ratione iterari dicentur quae de eâdem re sane nec minus bene nec tenuius 1140 a 25 sqq. exposita sunt. Cf. etiam illustrem definitionem Rhet. 1366 b 21 φρόνησις δ' ἐστὶν ἀρετὴ διανοίας καθ' ἣν εὖ βουλεύεσθαι δύνανται περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν τῶν εἰρημένων εἰς εὐδαιμονίαν.

11 s. οὐδ' ὅσων μὴ τέλος τί ἐστι. Recte sic ipsum genus τῶν ἐνδεχομένων (vs 11) circumscriptum artioribus finibus quam cap. 2 (v. ad 1139 a 11) cognitioni τοῦ λογιστικοῦ vel prudentiae addicitur.

12—14: quaestio ista, quinam sit ὁ ἁπλῶς εὔβουλος, in quâ eâdem mox totius capitis (10) disputatio versatur, hic non alieno quidem loco, sed quasi in transitu ac nullo fere negotio absolvitur. Sed vide quam parum adstricta omnino abhinc sit hujus sermonis sententiarumque inter se conjunctio. Quid enim proxima vs 14 „οὐδ' ἐστὶν ἡ φρόνησις τῶν καθόλου μόνον"? An quicquam hucusque dictum est, quod faveat opinantibus esse illam solorum τῶν καθόλου? Imo paene ab initio constat, πρᾶξιν omnem esse ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα genusque illud cognoscendi, quo inter agendum opus sit, prae ceteris ad eadem τὰ καθ' ἕκαστα referri; v. 1110 b 6; ib b 31 sqq.; al.

16—22. Per exemplum a re medicâ petitum vss 18—21 ostenditur, ei qui prudenti deliberatione aliquid velit efficere id esse maxime necessarium ut rerum singularium notitiâ atque usu sit satis imbutus; quodsi enim perfecta scientia, quâ omnia complectamur, non adsit, recte agendo longe minus summorum generum ignorationem officere quam ipsarum rerum utilium. — Certa haec sunt, sed in verbis nonnulla parum consentanea.

17. ἔνιοι οὐκ εἰδότες: est vero ex horum numero etiam ὁ εἰδὼς

ἄλλοις, οἱ ἔμπειροι· εἰ γὰρ εἰδείη ὅτι τὰ κοῦφα εὔπεπτα καὶ κρέα καὶ ὑγιεινά, ποῖα δὲ κοῦφα ἀγνοεῖ, οὐ ποιήσει ὑγίειαν, ἀλλ' ὁ εἰδὼς ὅτι τὰ ὀρνίθεια [κοῦφα καὶ] ὑγιεινὰ ποιήσει μᾶλλον. ἡ δὲ φρόνησις πρακτική· ὥστε δεῖ ἄμφω ἔχειν, ἢ ταύτην μᾶλλον. [εἴη δ' ἄν τις καὶ ἐνταῦθα ἀρ-

20. Kᵇ ὀρνίθια. [κοῦφα καὶ] conj. del. Trendelenb. al. 22. 23. [εἴη δ' — ἀρχιτεκτονική] susp.

ὅτι τὰ ὀρνίθεια . . . ὑγιεινά vs 20. Nimirum ab initio quidem τὸ εἰδέναι ad universalia potissimum refertur ut ὁ εἰδώς, ni ἐπιστήμη ad τὸ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ἔχον relata esset, rectius diceretur ὁ ἐπιστήμων; deinde autem εἰδέναι videtur quicunque aliquid novit (γνωρίζειν vs 15). 17. 18. πρακτικώτεροι, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις οἱ ἔμπειροι Bekk.; magis placet „πρακτικώτεροι καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις (οἱ ἔμπειροι). Proprium enim hoc ἐμπειρίας, ut scientiae propositionem quam dicunt majorem, in quâ universa rei ratio exhibetur, non habeat quamvis bene experta rem reliquam omnem; cf. 981 a 21—30. Nec video quinam tandem praeter τοὺς ἐμπείρους („καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις") simili modo πρακτικοί sint. Commate vero ante καὶ sublato illud „καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις" ejus est qui ex affini genere exemplum petit; neque enim sanatio corporis ipsius φρονήσεως est, v. 1140 a 27.

18 sq. κοῦφον oppositum est τῷ ποιοῦντι βάρος 673 b 7; suâque naturâ propinquum et τῷ γλυκεῖ et τῷ θερμῷ, in nutriendo corpor... plurimum valet 442 a 2 sq.; cf. τὴν κουφότητα 676 a 35 quae prop... ad εὐπεψίαν accedit. Est igitur in his syllogismis τὸ κοῦφον primu... terminus major, ut ad τὸ ὑγιεινὸν quo quaestio spectat perveniatu... Quem terminum qui habet, scientiam vel sane principium scienti... habet; qui ignorat, caret rectâ ratione quamvis rem calleat. Quod igitur in oppositione diversorum generum cognoscendi vs 18 et 20 o... nis vis demonstrationis posita est, apparet τῷ ἐμπείρῳ vs 20 id ipsu... dari quod ignorat, notitiam τοῦ κούφου. Scribendum „ὅτι τὰ ὀρ... θεια ὑγιεινά".

22. ἢ ταύτην μᾶλλον i. e. eam vel φρόνησιν vel γνῶσιν quae καθ' ἕκαστα non negligit. Loquendi genus parum diligens, ut eti... in proximis; v. ad vs 12—14.

22 s. εἴη δ' ἄν τις καὶ ἐνταῦθα ἀρχιτεκτονική. Omnino qui... est ἄρχοντος ἀρετή 1277 a 14—17; b 25; atque ἡ ... comparata cum reliquis artibus ἀρχιτεκτονική ... Cf. etiam 194 b 1 sqq. Sed hae... enim mox id certe quaeri... quinam χείροτε...

Z 8 χιτεκτονική.] ἔστι δὲ καὶ ἡ πολιτικὴ καὶ ἡ φρόνησις ἡ αὐτὴ 1141 b μὲν ἕξις, τὸ μέντοι εἶναι οὐ τὸ αὐτὸ αὐταῖς. τῆς δὲ περὶ πόλιν ἡ μὲν ὡς ἀρχιτεκτονικὴ φρόνησις νομοθετική, ἡ δὲ ὡς* τὰ καθ' ἕκαστα τὸ κοινὸν ἔχει ὄνομα, πολιτική· αὕτη δὲ πρακτικὴ καὶ βουλευτική· τὸ γὰρ ψήφισμα πρακτὸν ὡς τὸ ἔσχατον. διὸ πολιτεύεσθαι τούτους μόνους λέγουσιν· μόνοι γὰρ πράττουσιν οὗτοι ὥσπερ οἱ χειροτέχναι. δοκεῖ

---

23. K^b ἡ πολιτικὴ φρόνησις ἡ αὐτή. 26. ὡς *τὰ] deest aliquid. 27. καὶ] om. K^bL^b. 28. ἔσχατον] K^b ἕκαστον. $K^bM^bO^b$ μόνον. 29. Bekk. post χειροτέχναι colon.

---

23. ἔστι δὲ καὶ ἡ πολιτικὴ καὶ ἡ φρόνησις ἡ αὐτὴ μὲν ἕξις ... Φρόνησις atque πολιτικὴ iisdem fere verbis hic inter se tum comparantur tum discernuntur quibus supra 1130 a 12 (u. v.) justitia generalis atque virtus ethica. Quodsi Fritzsche (v. ad 1138 b 26) hanc sententiam ὅτι ἡ αὐτὴ ἕξις cum priore, qua 1094 a 26 ἡ πολιτικὴ omnium κυριωτάτη καὶ μάλιστα ἀρχιτεκτονικὴ esse dicebatur, ita pugnare censebat, ut hinc efficere sibi videretur, ab alio hunc locum ab alio *A* 1 scriptum esse: sane miri acuminis praepostero tempore specimen dedit. Annon eodem fere jure secum pugnare ipse Aristoteles dicetur qui uno in capite E 3 justitiam τελείαν ἀρετὴν esse praedicaverit eandemque τὴν αὐτὴν virtuti vocaverit? Atqui illa politicae laus 1094 a 26 ne spectabat quidem ad τὴν φρόνησιν tanquam oppositam, sed ad alias artes; neque omnino *A* 1 φρονήσεως non dico mentio ulla facta est, at ratio nulla habetur nisi 1094 b 7—10; idque ibi ita ut bene cum 1141 b concinat sententia. — Ad οἰκονομίαν conversus Fritzsche istâ argumentatione aliquid dicebat (v. ad vs 31), in prudentiam invectus prorsus nihil. Sin idem ut Eudemum in locum Aristotelis tanquam auctorem huj. l. substituat, laudat verba 1218 b 13—16 remque ita confectam esse confidit, quoniam quod illic promissum sit („πρὸς δ' ἀλλήλας εἴ τι διαφέρουσιν — πολιτικὴ καὶ οἰκονομία καὶ φρόνησις — ὕστερον λεκτέον") jam bene exponatur: levitatem argues, ni malueris silentio transire.

26. ἡ δὲ ὡς τὰ καθ' ἕκαστα. In describendo priore genere probabile erat ἡ μὲν ὡς ἀρχιτεκτονική: quid vero ὡς τὰ κ. ἕκ.? Vet. scribit „ut circa singularia" i. e. ὡς περὶ τὰ κ. ἕκ. Sed fuisse videtur (plura enim in his mutilata sunt) ἡ δὲ ὡς χειροτεχνικὴ (vel ὡς πράττουσα) περὶ τὰ κ. ἕκ. v. vs 29. — Τὸ κοινὸν ὄνομα: manet enim is nominis usus quo ἡ νομοθετικὴ μόριόν ἐστι τῆς πολιτικῆς v. 1180 b 30.

27. αὕτη δὲ πρακτικὴ καὶ βουλευτική: tam breviter haec dicta sunt ut undique quaestiones relinquantur. Sane enim nec confecto psephismate publica prudentia toto munere perfuncta est; neque omnis deliberatio ad psephisma spectat, ad leges ferendas nulla; et omissa quae vs 33 in mentem venit ἡ δικαστική.

29 s. δοκεῖ δὲ καὶ φρόνησις μάλιστ' εἶναι ἡ περὶ αὐτὸν ..: si recte haec tradita sunt, necessario δὲ καὶ ad δοκεῖ referetur „et concedetur sane esse ct." Id quod ejus est qui per consensum omnium suam de-

δὲ καὶ φρόνησις μάλιστ' εἶναι ἡ περὶ αὐτὸν καὶ ἕνα· καὶ ἔχει αὕτη τὸ κοινὸν ὄνομα, φρόνησις· ἐκείνων δὲ ἡ μὲν οἰκονομία ἡ δὲ νομοθεσία ἡ δὲ πολιτική, καὶ ταύτης ἡ μὲν βουλευτικὴ ἡ δὲ δικαστική. εἶδος μὲν οὖν τι ἂν εἴη 9 γνώσεως τὸ* αὐτῷ εἰδέναι· ἀλλ' ἔχει διαφορὰν πολλήν·

33. δικαστική] K^b στοχαστική. 34. τὸ *αὐτῷ] in his corruptela („fortasse K^b pr." τὸ αὐτοῦ, M^b τὸ τὰ αὐτοῦ, L^b τὸ τὰ αὐτῷ).

finitionem ratam habet. At desideratur ista definitio, cujus locus rite erat post αὐταῖς vs 24 fere in hanc sententiam „ἡ μὲν γὰρ περὶ πόλιν πολιτική, ἡ δὲ περὶ ἕνα φρόνησις". — Hoc vero certum est, verba δοκεῖ δὲ καὶ nullo modo ferre eam conjunctionem cum proxime antecedentibus quae per Bekkerianam interpunctionem exsistit.

31. ἐκείνων δὲ ἡ μὲν οἰκονομία. Neque haec habent quo referantur: nullae enim ἐκεῖναι dictae sunt inter quas οἰκονομίας locus sit: res digito quasi tangitur tum infra 1142 a 9, tum supra 1140 b 10, sed agitur de illâ nusquam. — At alia quaestio movetur. Pridem enim ἡ οἰκονομικὴ inter eas enumerata est quae ὑπὸ τὴν πολιτικὴν sunt 1094 b 3; jam vero eadem videtur τῇ πολιτικῇ tanquam par apponi (v. ad vs 23 extr.). Nisi forte censueris in hoc ipso, ni plura addantur, diversitatem sententiae nondum exstare: quidni enim eadem prudentia, quae summo bono hinc rei publicae illinc domesticae consulit, et in duas partes abeat et alteri sui parti supremum imperium commiserit? Ceterum cuncta haec quae nunc per hos vss legimus ita tradita sunt ut ipsa potius aliunde firmamenti egere videantur quam alia et saniora vel improbare vel firmare posse.

33. ἡ μὲν βουλευτικὴ ἡ δὲ δικαστική: v. τοὺς δικανικοὺς καὶ δημηγορικοὺς λόγους τῶν πολιτευομένων 1181 a 4. E Rhetoricis autem (libr. *A*) de duplici hoc genere (cui illic tertium accedit τὸ ἐπιδεικτικόν) satis constat.

34. ἀλλ' ἔχει διαφορὰν πολλήν: *sed de hac prudentiâ qua sibi quisque consulit diversissime sentiunt homines* (v. 1094 b 14 τὰ καλὰ . . . τοσαύτην ἔχει διαφορὰν καὶ πλάνην ὥστε δοκεῖν κ. τ. λ.; cf. 1299 a 4). *Alii enim eum qui illâ satis sit imbutus a re publicâ plane abhorrere putant* (1142 a 1—9); *alii falli qui sibi videatur sua bene administrare posse nisi etiam rei et publicae et domesticae bene provisum sit* (καίτο . . . 1142 a 9 s.). *Praeterea neque id constat, quonam modo ipsa e quae singulorum sint recte tractentur* (ἔτι . . 1142 a 10. 11). Sic fe haec interpretabitur qui quantum fieri potest verba 1141 b 33 sq tradita tueri voluerit. Nec tamen nego mihi quidem imprimis illa „ αὐτῷ εἰδέναι" b 34 suspicionem movere. Variantur in iisdem opti libri $K^bL^bM^b$, aut τὸ τὰ αὐτῷ εἰδέναι exhibentes aut τὸ αὐτοῦ aut τὸ τὰ αὐτοῦ εἰδέναι; nec fere nisi continuo usu firmata ob brevitatem in eam sententiam intelligi possunt qua opus est — at 1142 a 1 est τὸ περὶ αὐτόν, ib 7 τὸ αὐτοῖς ἀγαθόν. Deinde vero particulis μὲν οὖν b 33 post ea quae praecesserunt cogitatio ad τὴν φρόνησιν proprie dictam ne evocatur quidem, multo enim magis inde a b 23 in politic

Z 9 καὶ δοκεῖ ὁ τὰ περὶ αὑτὸν εἰδὼς καὶ διατρίβων φρόνιμος 11 εἶναι, οἱ δὲ πολιτικοὶ πολυπράγμονες· διὸ Εὐριπίδης

πῶς δ' ἂν φρονοίην, ᾧ παρῆν ἀπραγμόνως
ἐν τοῖσι πολλοῖς ἠριθμημένῳ στρατοῦ
ἴσον μετασχεῖν;
τοὺς γὰρ περισσοὺς καί τι πράσσοντας πλέον —

ζητοῦσι γὰρ τὸ αὑτοῖς ἀγαθόν, καὶ οἴονται τοῦτο δεῖν πράττειν. ἐκ ταύτης οὖν τῆς δόξης ἐλήλυθε τὸ τούτους φρονίμους εἶναι· καίτοι ἴσως οὐκ ἔστι τὸ αὑτοῦ εὖ ἄνευ οἰκονομίας οὐδ' ἄνευ πολιτείας. ἔτι δὲ τὰ αὑτοῦ πῶς δεῖ διοικεῖν, ἄδηλον καὶ σκεπτέον. σημεῖον δ' ἐστὶ τοῦ εἰρημένου καὶ διότι γεωμετρικοὶ μὲν νέοι καὶ μαθηματικοὶ γίνονται καὶ σοφοὶ τὰ τοιαῦτα, φρόνιμος δ' οὐ δοκεῖ γίνεσθαι. αἴτιον δ' ὅτι τῶν καθ' ἕκαστά ἐστιν ἡ φρόνησις, ἃ γίνεται

1. διατρίβων φρόνιμος] om. K^b. 4. K^bN^b ἠριθμημένον. 9. εἶναι] om. K^b. 14. ὅτι] $K^bL^bO^b$ ὅτι καί.

versabamur quam in illâ. Conjicio igitur, jam verbis εἶδος μὲν οὖν **universae** quaestioni qui de toto genere φρονήσεως erat finem imponi **scriptumque** fuisse b 34 τὸ τὰ ἀνθρώπῳ ἀγαθὰ εἰδέναι vel simile quid (**cf.** 1141 b 8. 13; 1140 b 21). Consentanea ita sunt quae sequuntur ἀλλ' ἔχει ... καὶ δοκεῖ b 34 sq. Uno enim genere ea contineri dicta **sunt** quae quibusdam tam diversa esse videntur ut ad contrariam **paene** vitae rationem pertineant.

1. καὶ διατρίβων sc. ἐν τούτοις s. περὶ ταῦτα.

2. πολυπράγμονες: cui nomini ipse maxime Plato notam quandam **malam** impressit. De versibus Euripideis e Philoctete, laudatis etiam **a Plutarcho**, v. si placet Zellium ad h. l. Apparet autem eum qui **aversus a** ceteris negotiis tamen noluerit non ἴσον μετασχεῖν (vs 5) **haud** omnes de suis in re publicâ partibus cogitationes ex animo **dimisisse**.

10. ἔτι δὲ τὰ αὑτοῦ ... σκεπτέον: ut et hinc „πολλὴ διαφορὰ" (1141 b 34) exsistere possit.

11. σημεῖον δ' ἐστὶ τοῦ εἰρημένου. De iis quae abhinc usque ad vs 30 sequuntur cf. argumentum horum capp. quod praemisimus. Prima vero verba ista σημεῖον addunt ejus sententiae quae 1141 b 14—22 erat: ut et hinc videantur in minus commodum locum migrasse quae 1141 b 23—1142 a 11 disputata sunt (v. ad 1141 a 20 extr.).

14. τῶν καθ' ἕκαστα ἡ φρόνησις: v. 1141 b 15 s. Habent autem τὰ καθ' ἕκαστα propter ὕλην suam id, ut necessario naturam τοῦ κατὰ συμβεβηκὸς quasi secum trahant nec legem generalem admittant nisi quae cum varietate rerum coaluerit. A qua varietate mathematicae res, quippe quae δι' ἀφαιρέσεως sint (vs 18), ita sunt liberae ut singulae quaeque vel figurae vel numeri, quamquam exempla tantum sunt,

1142 a γνώριμα ἐξ ἐμπειρίας, νέος δ' ἔμπειρος οὐκ ἔστιν· πλῆθος Z γὰρ χρόνου ποιεῖ τὴν ἐμπειρίαν. ἐπεὶ καὶ τοῦτ' ἄν τις σκέψαιτο, διὰ τί δὴ μαθηματικὸς μὲν παῖς γένοιτ' ἄν, σοφὸς δ' ἢ φυσικὸς οὔ. ἢ ὅτι τὰ μὲν δι' ἀφαιρέσεώς ἐστι, τῶν δ' αἱ ἀρχαὶ ἐξ ἐμπειρίας· καὶ τὰ μὲν οὐ πιστεύουσιν οἱ νέοι ἀλλὰ λέγουσι, τῶν δὲ τὸ τί ἐστιν οὐκ ἄδηλον. ἔτι ἡ ἁμαρτία ἢ περὶ τὸ καθόλου ἐν τῷ βουλεύσασθαι ἢ περὶ τὸ καθ' ἕκαστον· ἢ γὰρ ὅτι πάντα τὰ βαρύσταθμα ὕδατα φαῦλα, ἢ ὅτι τοδὶ βαρύσταθμον. ὅτι δ' ἡ φρόνησις οὐκ ἐπιστήμη, φανερόν· τοῦ γὰρ ἐσχάτου ἐστίν, ὥσπερ εἴρηται·

16. K[b] δὲ χρόνου. 20. οὐκ] om. K[b]M[b]. 21. K[b] περὶ τὰ καθόλου. 23. τοδὶ] K[b]M[b] τοδὶ τὸ.

tamen ipsam legem per se exhibeant. Liquet igitur quam ob causam illic ἐμπειρία opus sit quae sola copiam variarum rerum, unde τὸ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ cognosci possit, oculo proponat; neque ullo modo contra haec pugnat qui ipsum istum oculum (ὄμμα, ὄψιν 1144 a 30; b 11 sq.; cujus ἡ αἴσθησις νοῦς dicitur esse 1143 b 5 sq.) censuerit ab initio innatum esse oportere, ut ita adulto homini per ἐμπειρίαν prudentia comparetur.

16. ἐπεὶ καὶ τοῦτ' ἄν τις σκέψαιτο: nova quaestio, per se aliena ab hac disputatione, quae puncto post ἐμπειρίαν vs 16 posito sejungenda erat. Θεωρητικοὶ enim et mathematici sunt et qui his opponuntur ἁπλῶς σοφοὶ (v. vs 13 σοφοὶ τὰ τοιαῦτα) atque physici. — Principia vero non tantum naturalis scientiae sed etiam summae sapientiae vs 19 ad τὴν ἐμπειρίαν referuntur quae per inductionem fit: cf. ad 1139 b 31; nec dubium est quin fides illa (τὸ πιστεύειν vs 19, ut 1139 b 33. 1172 b 15) quâ opus esse dicitur eâdem fere inductione nitatur.

19. οὐ πιστεύουσιν . . . ἀλλὰ λέγουσιν: ne 'scire quidem qui talem in modum verba serant, persimili loco 1147 a 18—24 discimus. De vi autem ac naturâ hujus πίστεως, sine quâ nec vera rerum scientia nec sane utilis ad vitam notitia officiorum esse potest, nusquam Aristoteles videtur verba fecisse.

20—23. ἔτι . . . τοδὶ βαρύσταθμον. Cogitando ad haec adjicietur fere „τὸ δὲ καθ' ἕκαστον ἄγνωστον εἰ μὴ ἐμπείροις, πρὸς δὲ ἐμπειρίας (v. vs 15) χρόνου δεῖ". Quae verbis expressa sunt, post 1141 b 14 haud desiderabantur; neque enim potest non esse duplex erroris (ἁμαρτίας vs 21) genus ubi duplex rerum noscendarum (τοῦ γνωρίζειν 11[illegible] b 15) genus fuerit.

24. ὥσπερ εἴρηται: cf. „ἢ ταύτην μᾶλλον" 1141 b 22 u. v.; ἔσχατον enim esse dicendum τὸ καθ' ἕκαστον omnino constat. — Negligitur igitur in eâ quae vs 25 sq. sequitur comparatione a parte φρονήσεως quod et ipsa τῶν καθόλου eget, a parte τοῦ νοῦ quod τῶν ἐσχάτων ἐστὶν ἐπ' ἀμφότερα 1143 a 35; neque enim hucusque νοῦς erat nisi ad quem summa scientiae principia referrentur. Nihilominus pa-

Z 9 τὸ γὰρ πρακτὸν τοιοῦτον. ἀντίκειται μὲν δὴ τῷ νῷ· ὁ μὲν γὰρ νοῦς τῶν ὅρων, ὧν οὐκ ἔστι λόγος, ἡ δὲ τοῦ ἐσχάτου, οὗ οὐκ ἔστιν ἐπιστήμη ἀλλ' αἴσθησις, οὐχ ἡ τῶν ἰδίων, ἀλλ' οἵᾳ αἰσθανόμεθα (*ὅτι τὸ ἐν τοῖς μαθηματικοῖς ἔσχα-

25. ἀντίκειται] K^b ἀντιληπτικόν. 27. οὗ] om. K^bM^b. 28. οἵᾳ] K^bM^b οἷα ᾗι. 28—32. (*ὅτι τὸ — τι ἐστίν*)] locus et corr. et hinc alienus.

rum probabile est, eundem huc prudentiae causâ αἴσθησιν quandam (vs 27 s.) induxisse, qui mox cap. 12 idem nomen menti daturus esset (1143 b 5); nam aliam αἴσθησιν hic, aliam cap. 12 dici, ne significatur quidem.

27. **αἴσθησις οὐχ ἡ τῶν ἰδίων.** Quod per oppositionis rationem ex his verbis ultro intelligitur, ratum esse apud Aristotelem scimus: dicitur enim ab illo αἴσθησις quaedam τῶν κοινῶν, sunt autem τὰ κοινὰ (v. 425 a 15 vel 437 a 9) κίνησις et στάσις, σχῆμα, μέγεθος, ἀριθμός i. e. ut ait Philoponus, τὰ ὑποκείμενα ταῖς μαθηματικαῖς ἐπιστήμαις. Et ita quidem consentaneum est, quod in proximis „ἀλλ' οἵᾳ αἰσθανόμεθα“ ad rem mathematicam respicitur; quamquam ab initio difficile videatur, per exemplum ex tam remoto a prudentiâ genere petitum sententiam illustrare. — Subveniebat huic difficultati Trendelenburg, argute monens etiam 1112 b 20. 21 operam prudenter deliberantium cum eâ ratione quâ mathematici διαλύουσι διάγραμμα comparatam esse. Licebat addere, illic Γ 5 descriptâ deliberandi naturâ etiam ad τὴν αἴσθησιν descendi, quippe sine quâ opera illa φρονήσεως perfici non possit: 1112 b 34—1113 a 2 οὐδὲ δὴ τὰ καθ' ἕκαστα sc. βουλευτά ἐστιν· οἷον εἰ ἄρτος τοῦτο ἢ πέπεπται ὡς δεῖ. αἰσθήσεως γὰρ ταῦτα. εἰ δὲ ἀεὶ (seu „καὶ περὶ τούτων“) βουλεύσεται, εἰς ἄπειρον ἥξει (ut omnino non sit τὸ ὅπου „στήσεται“ — 1142 a 29). Quâ in re verum quidem est, istam αἴσθησιν, quâ percipitur resne singulae hominesve, quibus ad propositum est opus, ad usum adsint idonei, eandem haud ad mathesin pertinere; sed hoc ab ipso illo qui verba „ἀλλ' αὕτη μᾶλλον αἴσθησις ἢ φρόνησις, ἐκείνης δ' ἄλλο εἶδος“ addidit vs 29. 30 libenter conceditur; nec denique plane irrita sunt quae vs 27—29 dicebantur, dummodo et αἴσθησις quaedam ab utrâque parte postuletur et alia αἴσθησις atque ἡ τῶν ἰδίων.

28. **οἵᾳ αἰσθανόμεθα ὅτι τὸ ἐν τοῖς μαθηματικοῖς ἔσχατον τρίγωνον** scil. ἐστίν. Si teneatur quod profecto tenendum est, ἔσχατον in hac argumentatione (inde a vsu 24) non posse dici nisi quod τῶν καθ' ἕκαστα et sic αἰσθητὸν sit, sine dubio haec vs 28 falsa sunt, siquidem sunt falsa quae per se intelligi nequeunt. Neque enim triangulum, quippe ad quod geometrica tanquam ad ἀρχὴν referantur, omnino jam ἔσχατον dici potest; neque ullius αἰσθήσεως est ut sciatur primam vel simplicissimam omnium figuram esse triangulum („ὅτι . . . ἐστίν“). Respici quidem Trendelenburg (v. ad vs 27) jubet ad illos qui διάγραμμα διαλύουσι, quasi esset scriptum „ὅτι τὰ ἐν διαλύσει (μαθηματικοῦ) διαγράμματος ἔσχατα φανέντα .. τρίγωνά ἐστιν“ i. e. istas figuras quae divisione polygonii factâ ultimae effectae sint esse triangula.

1142 a 29 τον τρίγωνον· στήσεται γὰρ κἀκεῖ. ἀλλ' αὕτη μᾶλλον Z αἴσθησις ἢ φρόνησις, ἐκείνης δ' ἄλλο εἶδος.

τὸ ζητεῖν δὲ καὶ τὸ βουλεύεσθαι διαφέρει· τὸ γὰρ βουλεύεσθαι ζητεῖν τι ἐστίν.*) δεῖ δὲ λαβεῖν καὶ περὶ εὐβουλίας τί ἐστι, πότερον ἐπιστήμη τις ἢ δόξα ἢ εὐστοχία ἢ ἄλλο τι γένος. ἐπιστήμη μὲν δὴ οὐκ ἔστιν· οὐ γὰρ ζητοῦσι
1142 b περὶ ὧν ἴσασιν, ἡ δ' εὐβουλία βουλή τις, ὁ δὲ βουλευόμενος ζητεῖ καὶ λογίζεται. ἀλλὰ μὴν οὐδ' εὐστοχία· ἄνευ τε γὰρ λόγου καὶ ταχύ τι ἡ εὐστοχία, βουλεύονται δὲ πο-

---

32. καὶ περὶ] $K^b M^b$ περί.

Qui enim quum αἰσθητὸν τρίγωνον (cf. 67 a 8—21) ante oculos habeat, non videat esse τρίγωνον, is, quoniam τὴν τῶν κοινῶν atque σχήματος αἴσθησιν non habet (vel τὴν καθ' ἕκαστον ἐπιστήμην 67 a 18. 20), ad quaestiones geometricas idoneus non est. Sed haec ut vs 28 dicta esse videantur per interpretationem haud efficietur, verum conjecturis opus erit. Quas equidem pro huj. l. ratione non tentaverim: annon paene inania quae vs 29. 30 sequuntur? atque quae deinde additur sententia τὸ ζητεῖν δὲ καὶ τὸ βουλεύεσθαι διαφέρει· τὸ γὰρ βουλεύεσθαι ζητεῖν τι ἐστίν (vs 31. 32) nonne et ipsa e Γ 5, ubi suo loco est, huc ita est translata ut probabili juncturâ cum reliquis destituta sit? Nam illic quidem post l. c. 1112 b 20. 21, quo τῶν διαλυόντων διάγραμμα mentio facta est, eodem vsu 21 s. rectissime pergitur „φαίνεται δ' ἡ μὲν ζήτησις οὐ πᾶσα βούλευσις οἷον αἱ μαθηματικαί, ἡ δὲ βούλευσις πᾶσα ζήτησις κ. τ. λ.; hic lacerata omnia.

1142 a 32—b 33. *Εὐβουλία* (ὁ εὔβουλος 1141 b 12—14).

De hoc et de insequentibus capitibus — 1143 b 14 v. quae praemisimus ad 1141 a 20—1142 a 30. Praeterea cf. quae ad Γ 1—8 ab initio disputata sunt.

Agitur autem cap. 10 ita ut primo ἡ εὐβουλία diligenter a genere ἐπιστήμης, εὐστοχίας et ἀγχινοίας, δόξης discernatur (— b 2. 6. 7) deinde ipsa, haud omisso discernendi munere, definiatur ὀρθότης διανοίας (βουλῆς) esse — b 14 (16); cujus ὀρθότητος utrumque esse probatur ut et finem male propositum spernat et ad suum finem viâ ratione tum sanâ tum intra idoneum tempus absolutâ perveniat b 17 — 22; — b 26; — b 28. Denique ἡ εὐβουλία, seu ad singulas quasdam res seu ad summam rei refertur, τῇ φρονήσει addicitur quippe quae recte id proposuerit, ob quod per illius operam justum in modum deliberatum sit — b 33.

2. 3. ἄνευ τε λόγου καὶ ταχύ τι ἡ εὐστοχία: erit igitur haec et quae ejus affinis est ἀγχίνοια vs 6 (quae 1362 b 24 s. δύναμις esse dicitur) per naturae potius donum quoddam quod ultro contingit quam per operam prudentis hominis. — Neque illud offensae erit quod jam πολὺν χρόνον et βραδέως βουλεύεσθαι dicuntur vs 3. 5; nil enim im-

Z 10 λὺν χρόνον, καὶ φασὶ πράττειν μὲν δεῖν ταχὺ τὰ βου- 11 λευθέντα, βουλεύεσθαι δὲ βραδέως. ἔτι ἡ ἀγχίνοια ἕτερον καὶ ἡ εὐβουλία· ἔστι δὲ εὐστοχία τις ἡ ἀγχίνοια. οὐδὲ δὴ 8 δόξα ἡ εὐβουλία οὐδεμία. ἀλλ' ἐπεὶ ὁ μὲν κακῶς βουλευόμενος ἁμαρτάνει, ὁ δ' εὖ ὀρθῶς βουλεύεται, δῆλον ὅτι ὀρθότης τις ἡ εὐβουλία ἐστίν, οὔτ' ἐπιστήμης δὲ οὔτε δόξης· ἐπιστήμης μὲν γὰρ οὐκ ἔστιν ὀρθότης (οὐδὲ γὰρ ἁμαρτία), δόξης δ' ὀρθότης ἀλήθεια· ἅμα δὲ καὶ ὥρισται ἤδη πᾶν οὗ δόξα ἐστίν. ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἄνευ λόγου ἡ εὐβουλία. διανοίας ἄρα λείπεται· αὕτη γὰρ οὔπω φάσις· καὶ γὰρ ἡ δόξα

9. $K^b M^b$ ἡ εὐβουλία τις. δὲ οὔτε] $K^b M^b$ οὔτε.

pedit quin ab eodem pro rei propositae ratione ὁ πολὺν χρόνον βουλευόμενος negetur εὔβουλος esse (b 26—28).

6. 7. οὐδὲ δὴ δόξα . . . οὐδεμία: haec enim (δή) superest, v. a 33. Rationem vero cur δόξα quaecunque non sit, jam nullam comperimus; sed quod h. l., proximis verbis ἀλλ' ἐπεὶ . . . ad ipsam definitionem properantibus, desideratur, subinde dum sequenti quaestioni opera datur, b 11 suppletur „ὥρισται ἤδη πᾶν οὗ δόξα ἐστίν“ (et b 13 ἡ δόξα φάσις τις ἤδη).

11. δόξης δ' ὀρθότης ἀλήθεια. Si stat quod 1139 a 29 s. erat „τοῦτο γάρ (i. e. τὸ ἀληθές) ἐστι παντὸς διανοητικοῦ ἔργον“ κ. τ. λ., nec negari poterit etiam τῆς ὀρθῆς βουλῆς esse verum quoddam, nisi forte τὸ βουλεύεσθαι non fuerit τοῦ διανοητικοῦ. Superest igitur ut ἀλήθειαν jam dici putemus solam per se (τὴν θεωρητικήν), exceptâ illâ quae ὁμολόγως ἔχει τῇ ὀρέξει τῇ ὀρθῇ 1139 a 30. Sin ἡ δόξα auctori huj. loci ita visa fuerit τοῦ θεωρητικοῦ propria esse, improbarit sane idem illum usum quo semel in hoc libro ἡ φρόνησις dicta est ἀρετὴ τοῦ δοξαστικοῦ 1140 b 25 sq. (ad q. l. v.); sed cf. ad 1143 a 11 sqq.

11. ἅμα δὲ καὶ ὥρισται ἤδη πᾶν οὗ δόξα ἐστίν: aliud hoc argumentum accedit, ad quod mox b 13 („αὕτη γὰρ οὔπω φάσις“) unum respicitur. Simili modo inter τὸ προαιρετὸν interque τὸ βουλευτὸν discernebatur 1113 a 3: illud enim „ἀφωρισμένον ἤδη“.

12. 13. διανοίας ἄρα λείπεται sc. ὀρθότητα εἶναι τὴν εὐβουλίαν. Attamen nec praecessit sententia quâ illud λείπεται ἄρα nitatur nec per totum h. libr. ejus διανοίας vel definitionem vel mentionem invenimus, quam jam dici apparet prope accedentem ad λογισμοῦ notionem. In h. enim libr. διάνοιαν ita tantum legimus ut τῷ ἤθει vel τῇ ὀρέξει opposita esset (1139 a 1. 21); aliunde novimus varium et frequentem hujus nominis usum, velut in Nic. 1174 b 20. 21, ubi tria sunt genera αἴσθησις διάνοια θεωρία; ne Platonem commemorem διάνοιαν ponentem μεταξὺ δόξης καὶ νοῦ (d. Rep. 511). Verum quoniam neque hujus est loci de voce διανοίας universe disputare nec dubitatio relinquitur quid istis verbis dicatur, sufficiat adnotare, profecto manifestum usum sermonis fuisse quo confisus scriptor eas cogitationes

ζήτησις ἀλλὰ φάσις τις ἤδη· ὁ δὲ βουλευόμενος, εὖ ἐάν τε κακῶς βουλεύηται, ζητεῖ τι καὶ λογίζεται. ἀλλ' ὀρθότης τίς ἐστιν ἡ εὐβουλία βουλῆς [διὸ ἡ βουλὴ ζητητέα πρῶτον, τί καὶ περὶ τί]. ἐπεὶ δ' ἡ ὀρθότης πλεοναχῶς, δῆλον ὅτι οὐ πᾶσα· ὁ γὰρ ἀκρατὴς καὶ ὁ φαῦλος ὃ προτίθεται ἰδεῖν ἐκ τοῦ λογισμοῦ τεύξεται, ὥστε ὀρθῶς ἔσται βεβουλευμένος, κακὸν δὲ μέγα εἰληφώς. δοκεῖ δ' ἀγαθόν τι εἶναι τὸ εὖ βουλεύεσθαι· ἡ γὰρ τοιαύτη ὀρθότης βουλῆς εὐβουλία, ἡ ἀγαθοῦ τευκτική. ἀλλ' ἔστι καὶ τούτου ψευδεῖ

15. ἐάν τε] $K^b M^b$ ἐάν τε καί. 16. 17. [διὸ — περὶ τί] male add. 21. εἶναι] om. K^b c. al.

mentis (ἐν διανοίᾳ 1139 a 21) quae οὔπω φάσιν effecissent, et ipsas διανοίας nomine tanquam proprio indicaverit.

16. 17. διὸ ἡ βουλὴ ζητητέα πρῶτον τί καὶ περὶ τί: id quod nec fit nec jam desideratur; plus semel enim περὶ βουλῆς vel περὶ τοῦ βουλεύεσθαι quaesitum est tum Γ 5, tum per h. libr. 1139 b 7 a; 1140 a 31 sq.; 1142 b 1 sq. Et sunt verba ista „διὸ . . . τί" inepte interjecta. Neque enim si addendum erat quid propter proxime antecedentia necessarium esset („διὸ"), ratio ad quaestionem περὶ βουλῆς ferebat, sed ut concluderetur „οὐ φάσεως ἄρα ὀρθότης ἡ εὐβουλία, ἀλλὰ διανοίας (ζητούσης καὶ λογιζομένης)". Nam tantum abest ut ob eam definitionem τῆς εὐβουλίας quae altera adjici videatur (ὀρθότης βουλῆς) prior (ὅτι ὀρθότης διανοίας vs 12) sit omittenda, ut ab alterâ ad priorem tanquam veriorem redeundum sit. Qui enim severus judex esse voluerit, recte censeat, ex iis quae inde a verbis καὶ γὰρ vs 13 usque ad vs 17 scripta sint, quamquam aliquem usum habeant, tamen nihil ad rem necessarium esse; de omnibus enim vel verbis vel sententiis jam constabat.

18. 19. ὁ γὰρ ἀκρατὴς . . . . ἐκ τοῦ λογισμοῦ τεύξεται: vides, λογισμὸν τοῦ ἀκρατοῦς dici eum, quo pravae suae cupiditati superanti bonam προαίρεσιν inservit. Atque verissimum est duo eundem habere προτεθέντα vel προαιρέσεις quasi duplicemque, si fors ferat, λογισμόν et quemadmodum „οὐδὲν κωλύει τὸν δεινὸν ἀκρατῆ εἶναι" (1152 a 10 ita nimirum nec quidquam obstat quominus ὁ ἀκρατὴς sit δεινό- Quae monuisse propter libr. H (velut 1146 a 27 sq.) utile videtur.

22. ἡ ἀγαθοῦ τευκτική: vel ἐπιτευκτική 1199 a 8.

22 sq. ἀλλ' ἔστι καὶ τούτου ψευδεῖ συλλογισμῷ τυχεῖν: τοῦτο i. e. τοῦ ἀγαθοῦ, ut omnino quod verum est ἐκ ψευδῶν collect esse potest Anal. Pr. B 2 sqq. al.; v. 1217 a 15. 16. De syllogismis ve qui ad deliberationem pertinent (συλλογισμοὶ τῶν πρακτῶν mox 11 a 31 vocantur fuitque ejus generis exemplum 1141 b 18 sq.) difficil est quaestio quam fortasse Aristoteli videbatur. Sed ad h. l. satis exemplum adscribere quale illi placere solet. Adhibuit igitur me ...anaret ὀρνίθειον κρέας, quo et effectum est quod vo ...ne illâ febrim pelli putabat; ut vero iste aege

Z 10 συλλογισμῷ τυχεῖν, καὶ ὃ μὲν δεῖ ποιῆσαι τυχεῖν, δι' οὗ δ' οὔ, ἀλλὰ ψευδῆ τὸν μέσον ὅρον εἶναι· ὥστ' οὐδ' αὕτη πω εὐβουλία, καθ' ἣν οὗ δεῖ μὲν τυγχάνει, οὐ μέντοι δι' οὗ ἔδει. ἔτι ἔστι πολὺν χρόνον βουλευόμενον τυχεῖν, τὸν δὲ ταχύ. οὐκοῦν οὐδ' ἐκείνη πω εὐβουλία, ἀλλ' ὀρθό- 1142 b 23
5 της ἡ κατὰ τὸ ὠφέλιμον, καὶ οὗ δεῖ καὶ ὡς καὶ ὅτε. ἔτι ἔστι καὶ ἁπλῶς εὖ βεβουλεῦσθαι καὶ πρός τι τέλος. ἡ μὲν δὴ ἁπλῶς ἡ πρὸς τὸ τέλος τὸ ἁπλῶς κατορθοῦσα, ἡ δέ τις ἡ πρός τι τέλος. εἰ δὴ τῶν φρονίμων τὸ εὖ βεβουλεῦσθαι, ἡ εὐβουλία εἴη ἂν ὀρθότης ἡ κατὰ τὸ συμφέρον πρός τι τέλος, οὗ ἡ φρόνησις ἀληθὴς ὑπόληψίς ἐστιν.

11 ἔστι δὲ καὶ ἡ σύνεσις καὶ ἡ ἀσυνεσία, καθ' ἃς λέ-

28. οὗ δεῖ καὶ ὡς] K^b pr. οὐ δικαίως. 30. 31. ἡ δέ τις] $K^b M^b$ τὶς δὲ. 31. $K^b O^b$ εὖ βουλεύεσθαι. 32. K^b ὀρθότης κατὰ. 33. οὗ ἡ] K^b ἢ οὐ. 34. ἀσυνεσία] Spengel conj. εὐσυνεσία et dein εὐσυνέτους.

valesceret inde factum est quod cibum εὔπεπτον, quo uno egebat, accepit. Itaque ψευδὴς ὁ μέσος ὅρος (vs 24): τὸ κρέας ὅτι πυρέττοντα ὠφελεῖ.

27 s. ἀλλ' ὀρθότης ἡ κατὰ τὸ ὠφέλιμον, καὶ οὗ δεῖ καὶ ὡς καὶ ὅτε. Finis imponitur universae huic quaestioni. Qua in re vox ἡ κατὰ τὸ ὠφέλιμον generalis est et fere anceps; sed iis quae sequuntur accurata ratio habetur argumenti quod erat vs 18—22 (οὗ δεῖ) vs 22—26 (ὡς δεῖ i. e. δι' οὗ), vs 26 s. (ὅτε δεῖ).

28—31. ἔτι ἔστι καὶ ἁπλῶς ... πρός τι τέλος: ut item φρόνιμοι περί τι erant atque ὅλως φρόνιμοι 1140 a 29—31.

31 sq. εἰ δὴ ... Sero ἡ εὐβουλία ad τὴν φρόνησιν, cujus in locum vs 18 sqq. paene succedere videbatur, tanquam vel pars vel ministra refertur. Quod quum fit, haud mirum est, jam ad prudentiam τὸ βεβουλεῦσθαι ut perfectum flagitari, quamquam ipsa saepe βουλεύεσθαι atque ὁ φρόνιμος βουλευτικὸς esse dicitur. Neque id mirum, eidem comparatae cum εὐβουλίας habitu maxime rectam ipsius finis propositionem tribui, quum composita cum virtute videatur potius τὰ πρὸς τὸ τέλος (quod ipsum virtuti debeatur) providere; v. cap. 13. Nam quum medium et ancipitem eumque angustum locum inter εὐβουλίαν interque virtutem ethicam occupet, utrinque in adversam partem spectare videtur. — Est autem ὑπόληψις ἀληθής, deliberatione ad φάσιν jam et ad distinctam δόξαν (vs 11, u. v.) perductâ. —

1142 b 34—1143 a 18. Σύνεσις καὶ εὐσυνεσία.

Neque hae in hac disputatione praetermittendae sunt; nam τὸ περὶ τί plane idem est quod prudentiae — 1143 a 7, diversae vero ab eâdem sunt quoniam id unum agunt ut sententiam aliorum de eo genere rerum dicentium bene intelligamus rectoque judicio persequamur — 1143 a 18.

34 s. Haud temere Spengel (ad Rhet. 1355 b 29) pro ἀσυνεσία

1143 a γομεν συνετοὺς καὶ ἀσυνέτους, οὐθ' ὅλως τὸ αὐτὸ ἐπιστήμῃ Z ἢ δόξῃ (πάντες γὰρ ἂν ἦσαν συνετοί) οὔτε τις μία τῶν κατὰ μέρος ἐπιστημῶν, οἷον ἰατρικὴ περὶ ὑγιεινῶν ἢ γεωμετρία περὶ μεγέθη· οὔτε γὰρ περὶ τῶν ἀεὶ ὄντων καὶ ἀκινήτων ἡ σύνεσίς ἐστιν οὔτε περὶ τῶν γιγνομένων ὁτουοῦν, ἀλλὰ περὶ ὧν ἀπορήσειεν ἄν τις καὶ βουλεύσαιτο. διὸ περὶ τὰ αὐτὰ μὲν τῇ φρονήσει ἐστίν, οὐκ ἔστι δὲ ταὐτὸν σύνεσις καὶ φρόνησις· ἡ μὲν γὰρ φρόνησις ἐπιτακτική ἐστιν· τί γὰρ δεῖ πράττειν ἢ μή, τὸ τέλος αὐτῆς ἐστίν· ἡ δὲ σύνεσις κριτικὴ μόνον· ταὐτὸ γὰρ σύνεσις καὶ εὐσυνεσία καὶ συνετοὶ καὶ εὐσύνετοι. ἔστι δ' οὔτε τὸ ἔχειν τὴν φρόνησιν οὔτε

3. οἷον] K^bM^b οἷον ἡ. ἢ] K^b ἡ. 4. μεγέθη scr. c. $K^bM^bO^b$; μεγέθους Bekk. 9. 10. K^b ξύνεσις — ξύνεσις — εὐξυνεσία. 10. 11. καὶ συνετοὶ] om. K^b.

et ἀσυνέτους conjecit εὐσυνεσία et εὐσυνέτους. Contrarius enim virtuti habitus quum per reliquum h. libr. tum in hoc cap. omnino negligitur. Nomen autem εὐσυνεσίας (1143 a 10) prae opposito ἀσυνεσίας et adjectivo εὐσύνετος ita rarum est, ut fere excusandi causa additum videatur καθ' ἃς λέγομεν . . . εὐσυνέτους.

2. πάντες γὰρ ἂν ἦσαν συνετοί: referas hoc ad solam τὴν δόξαν repudiandam; et cetera quidem cuncta — vs 6 alteri generi uni (τῇ ἐπιστήμῃ) opponuntur.

3. ἡ ἰατρικὴ περὶ ὑγιεινῶν: at in tali argumentatione in qua accurate loquendum erat ars medica vix generi τῶν ἐπιστημῶν adscribi poterat. — In proximis $K^bM^bO^b$ (vulg.) exhibent ἡ γεωμετρία περὶ μεγέθη; quod cur immutaverit Bekk., μεγέθους scribens, non video.

4—6. οὔτε γὰρ . . . οὔτε . . . Per se haec sola ad quaestionem de scientiâ dirimendam sufficiebant. Ad quam si utrumque οὔτε, utres suadet, referatur, voce περὶ τῶν γιγνομένων ὁτουοῦν maxime genus τῶν ἀεὶ ὡσαύτως γιγνομένων indicari videbitur; ita enim neque addita vox καὶ ἀκινήτων (quam L^b om.) molesta erit; v. ad 1139 b 23. —— Membri vero „ἀλλὰ . . .“ omnis vis in altero verbo „καὶ βουλεύσαιτο“ posita est; ἀπορεῖται γὰρ καὶ περὶ τῶν ἀιδίων.

8. ἡ μὲν γὰρ φρόνησις ἐπιτακτική: neque μόνον κριτική est (vs 10 Διατάσσει, ἄρχει καὶ ἐπιτάττει ἡ φρόνησις 1094 b 2; 1143 b 35; 11[illegible] a 9. 10. Eadem res nomine τῆς πρακτικῆς indicatur; poteratque etiam ob idem κινητική dici, v. de An. III, 9, 1 (ad 1139 a 17). Habet enim hoc διανοίας genus illa omnia inde quod ad ὄρεξιν ejusque τέλος (ὃ κινεῖ) se accommodavit.

10. ταὐτὸν γὰρ σύνεσις καὶ εὐσυνεσία: quod ni esset, laus τοῦ κριτικὴν εἶναι (quâ voce τὸ καλῶς κρίνειν — vs 15 — implicatur) ad τὴν σύνεσιν per se non pertineret. Fuitque hoc in causâ ob quam ab initio insolitum nomen εὐσυνεσίας adhiberetur.

11 sq. ἔστι δ' οὔτε τὸ ἔχειν τὴν φρόνησιν οὔτε τὸ λαμβάνειν ἡ

Z 11 τὸ λαμβάνειν ἡ σύνεσις· ἀλλ' ὥσπερ τὸ μανθάνειν λέγεται συνιέναι, ὅταν χρῆται τῇ ἐπιστήμῃ, οὕτως ἐν τῷ χρῆσθαι τῇ δόξῃ ἐπὶ τὸ κρίνειν περὶ τούτων περὶ ὧν ἡ φρόνησίς ἐστιν, ἄλλου λέγοντος, καὶ κρίνειν καλῶς· τὸ γὰρ εὖ τῷ καλῶς ταὐτόν. καὶ ἐντεῦθεν ἐλήλυθε τοὔνομα ἡ σύνεσις, καθ' ἣν εὐσύνετοι, ἐκ τῆς ἐν τῷ μανθάνειν· λέγομεν γὰρ τὸ μανθάνειν συνιέναι πολλάκις. 1143

5 ἡ δὲ καλουμένη γνώμη, καθ' ἣν εὐγνώμονας καὶ ἔχειν φαμὲν γνώμην, ἡ τοῦ ἐπιεικοῦς ἐστι κρίσις ὀρθή. σημεῖον δέ· τὸν γὰρ ἐπιεικῆ μάλιστά φαμεν εἶναι συγγνωμονικόν, καὶ ἐπιεικὲς τὸ ἔχειν περὶ ἔνια συγγνώμην. ἡ δὲ συγγνώμη γνώμη ἐστὶ κριτικὴ τοῦ ἐπιεικοῦς ὀρθή· ὀρθὴ δὲ ἡ τοῦ ἀληθοῦς.

---

19. $K^b M^b$ συγγνώμονας. 23. ὀρθή] om. K^b.

σύνεσις ἀλλ' ὥσπερ ... Hanc argumentationem — vs 18, quâ jam illud „περὶ τὰ αὐτά, οὐ ταὐτὸν δέ" vs 6. 7 accuratius quam unâ voce κριτικὴ μόνον factum est circumscribitur, omnem patet ab usu verbi μανθάνειν tanquam magis manifesto aptam esse. Quâ in re verba ἀλλ' ὥσπερ ... οὕτως vs 12. 13 primo obtutu obscuriora videantur; nam quum audiamus τὸ μανθάνειν dici ἐν τῷ χρῆσθαι τῇ ἐπιστήμῃ, objecerit aliquis annon multo magis τὸ λαμβάνειν ἐπιστήμην μανθάνειν (discere) dicatur; neque enim omnino τὸ χρῆσθαι ἐπιστήμῃ per se τοῦ μανθάνοντος est. Sed vide grammatices rationem monstrare, illam sententiam ὥσπερ γὰρ in brevius contractam esse quippe cujus apodosis ipso subjecto careat. Suppleatur igitur apodosis e priore membro, hoc ex illû, ut dictum sit „ὥσπερ γὰρ τὸ μανθάνειν λέγεται ξυνιέναι ὅταν χρῆταί (τις) τῇ ἐπιστήμῃ ἐπὶ τὸ κρίνειν περὶ ὧν ἡ ἐπιστήμη ἐστὶν ἄλλου λέγοντος, οὕτω καὶ συνιέναι λέγεται τὸ μανθάνειν ἐν τῷ χρῆσθαι τῇ δόξῃ ἐπὶ τὸ κρίνειν περὶ τούτων περὶ ὧν ἡ φρόνησίς ἐστιν ἄλλου λέγοντος." Videbatur igitur scriptori usus horum verborum (μανθάνω συνίημι „intelligo") ἐν τοῖς ἐπιστητοῖς magis perspicuus esse quam ἐν τοῖς δοξαστοῖς; neque obloquebatur illi qui τὴν φρόνησιν τῷ δοξαστικῷ dabat (v. ad 1142 b. 11).

1143 a 19—24. Γνώμη (εὐγνώμων).

De ratione, quae inter ἐπιείκειαν interque συγγνώμην intercedit, quamquam verbis suo loco in libro *E* expressa non est, ad 1136 a 10 — 1137 a 4 laudatâ Rhetoricorum definitione 1374 b 4 sq. diximus. Quae enim jam dicitur γνώμη omnis ad συγγνώμην refertur: v. vs 20 ἡ καλουμένη γνώμη ἡ τοῦ ἐπιεικοῦς ἐστὶ κρίσις ὀρθή atque vs 23 ἡ συγγνώμη γνώμη ἐστὶ κριτικὴ τοῦ ἐπιεικοῦς ὀρθή. In utrâque voce τοῦ ἐπιεικοῦς genitivus est objecti a nominativo τὸ ἐπιεικές.

24. ὀρθὴ δ' ἡ τοῦ ἀληθοῦς: num τοῦ ἀληθοῦς ἐπιεικοῦς dicitur? ut τὸ ἀληθὲς ἐπιεικὲς sit τὸ κατ' ἀλήθειαν (ὡς ἀληθῶς) ἐπιεικές?

1143 a 25 *εἰσὶ δὲ πᾶσαι αἱ ἕξεις ⟨αὗται⟩ εὐλόγως εἰς ταὐτὸ τείνουσαι· λέγομεν γὰρ γνώμην καὶ σύνεσιν καὶ φρόνησιν καὶ νοῦν ἐπὶ τοὺς αὐτοὺς ἐπιφέροντες γνώμην ἔχειν καὶ νοῦν ἤδη καὶ φρονίμους καὶ συνετούς· πᾶσαι γὰρ αἱ δυνάμεις αὗται τῶν ἐσχάτων εἰσὶ καὶ τῶν καθ' ἕκαστον, καὶ ἐν μὲν τῷ* Z

---

25. ⟨*αὗται*⟩ add. conj.

1143 a 25—b 14. (*φρόνησις, σύνεσις, γνώμη, νοῦς*).

In unum genus comprehenduntur quae inde a 1141 a 20 tractatae sunt *ἕξεις*; sed ita ut *ἡ εὐβουλία* neglecta sit, accedat *ὁ νοῦς* qui quidem in loquendi genere *νοῦν ἔχειν* dicitur. Etenim hae cunctae ut in iisdem hominibus esse solent, sic omnes ad eadem *τὰ ἔσχατα* atque *καθ' ἕκαστα* (*τὰ ἐν τοῖς πρακτοῖς*) spectant — a 29; id quod per singulas, paullo vero accuratius in novo nomine illius *νοῦ* ita esse probatur — a 35; — b 5. Atque habent praeterea id quoque commune, quod naturae beneficio sunt aut progrediente aetate quasi accrescunt; unde fit ut eorum qui iis instructi sunt sententiae, etiamsi nullâ argumentatione munitae sint, recte auctoritatem habeant — b 14.

25. *εἰσὶ δὲ πᾶσαι αἱ ἕξεις* ... Eadem haec sententia vs 28 nomine *ἕξεων* immutato illustratur (neque enim per libr. Z usquam quaeritur utrum vere *ἕξεις* sint quae proponuntur an forte *δυνάμεις* an neutrae, ut in ipsâ scientiâ probabile est). Quod dum fit, necesse videbatur ut scriberetur *πᾶσαι γὰρ αἱ δυνάμεις αὗται*. Atqui ab initio (vs 25) dubitari potest an per unum pronomen demonstrativum satis fuerit indicatum quodnam dicatur genus, at id sine dubitatione concedetur non sufficere vocem *πᾶσαι αἱ ἕξεις* per se. Versari enim disputationem inde a 1141 a 20 in uno genere (*φρονήσεως*) ab ipso scriptore nihil adjuti, nostrâ operâ supra effecimus. Quomodo igitur sciri possit, quaenam *ἕξεις* illi jam sint *πᾶσαι*? Ni mutilatus igitur sermo est, sane vs 25 *αὗται* adscribendum.

27. *γνώμην ἔχειν καὶ νοῦν ἤδη*: ex verbis „*ἐπὶ τοὺς αὐτοὺς*" apparet huc redundare (*τοὺς*) *αὐτούς*. Particulâ autem *ἤδη* significatur, non latere quod *τῷ νῷ* isti insignis quidam locus debeatur: jam enim primum inter reliquas has *ἕξεις* adest. Id quod in libro M[b], scribente *καὶ νοῦν ἤδη δέ*, etiam magis expressum est.

29. *καὶ ἐν μὲν τῷ κριτικὸς εἶναι περὶ ὧν ἡ φρόνησις συνετὸς καὶ εὐγνώμων* .. Quum *ἡ γνώμη* habeat *τὸ κριτικόν*, probabile est eam ab illo qui inchoaverit *ἐν μὲν τῷ κριτικὸς εἶναι* apponi potius („*καὶ*") quam opponi. Eadem vero, quum ad aliud atque *ἡ φρόνησις* rerum genus referatur, simpliciter *τῷ κριτικῷ περὶ ὧν ἡ φρόνησις* adscribenda non erat. Unde factum est, ut haec et quae sequitur sententia („*ἔστι δὲ τῶν*" ... vs 32—35) in tribus illis — *φρόνησιν, σύνεσιν, γνώμην* dico — commoraretur; particula autem *μὲν* (vs 29), ubi ad *τὸν νοῦν* qui opponendus erat acceditur (vs 35) post longius intervallum neglecta sit.

Z 12 κριτικὸς εἶναι περὶ ὧν ὁ φρόνιμος, συνετὸς καὶ εὐγνώμων ἢ συγγνώμων· τὰ γὰρ ἐπιεικῆ κοινὰ τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων ἐστὶν ἐν τῷ πρὸς ἄλλον. ἔστι δὲ τῶν καθ' ἕκαστα καὶ τῶν ἐσχάτων πάντα [τὰ πρακτά]· καὶ γὰρ τὸν φρόνιμον δεῖ γινώσκειν αὐτά, καὶ ἡ σύνεσις καὶ ἡ γνώμη περὶ τὰ πρακτά· ταῦτα δ' ἔσχατα. καὶ ὁ νοῦς τῶν ἐσχάτων ἐπ' ἀμφότερα· καὶ γὰρ τῶν πρώτων ὅρων καὶ τῶν ἐσχάτων

---

33. πάντα] $K^b M^b$ ἁπάντων. [τὰ πρακτά] susp.

---

31. τὰ γὰρ ἐπιεικῆ κοινὰ . . .: ut ἡ γνώμη ad haud exiguam partem eorum περὶ ἃ ἡ φρόνησις spectet: dicuntur enim τὰ ἐπιεικῆ tam late patere quam generalis justitia (τὸ πρὸς ἄλλον).

33. Accuratius re perpensâ apparebit quo jure suadeam ut vocabula τὰ πρακτὰ deleantur. — Absolvitur igitur quod vs 28 (πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὗται τῶν ἐσχάτων εἰσὶ καὶ τῶν καθ' ἕκαστα) propositum erat ita ut ὁ νοῦς restet. Qua in quaestione τὰ πρακτὰ vs 35, scilicet ut auxilia quasi sint, in argumentationem advocantur.

35—b 5. In his imprimis cavendum ne quod forte audire cupiamus legi dicamus. Sunt enim duo genera rerum noscendarum (οἱ πρῶτοι ὅροι — τὰ ἔσχατα) atque duo mentis munera (τὸ ἀποδεῖξαι proprie dictum — τὸ λογίζεσθαι; θεωρητικὸν illud, hoc πρακτικόν); ad utrumque vero rerum genus utrumque mentis munus pertinet. Quae quum ita sint, apparet jam scriptorem ab utrâque parte alterum neglexisse: τὰ ἔσχατα τοῦ θεωρητικοῦ, τοὺς πρώτους ὅρους τοῦ πρακτικοῦ. Et de his quidem, qua quidem τῆς διανοίας sint, omnino non fecit verba, ut videatur in unâ illâ sententiâ acquievisse ὅτι τῆς (ἠθικῆς) ἀρετῆς ἐστι τὸ τέλος ὀρθὸν ποιεῖν (cap. 13). Quodsi enim huc quoque τὸν νοῦν advocasset, effecisset sane per illum atque τὴν φρόνησιν eodem modo πρακτικὴν quandam σοφίαν, quo theoretica sapientia νοῦν et ἐπιστήμην in unum complectitur. Addiderit aliquis etiam in alterum genus (τὰ ἔσχατα τοῦ θεωρητικοῦ) haud male inquiri, annon ad haec quoque aliquis νοῦς sit necessarius; vix enim ipsa ἡ αἴσθησις sive ἡ τῶν ἰδίων sive ἡ τῶν κοινῶν (v. ad 1142 a 27), etiamsi ἡ μνήμη accesserit, eo rem perducet ut vel inductio vel demonstratio jam recte fiat. Sed de talibus interpretantem ne quaerere quidem decet. — At illud est quaerendum, ipsa illa ἔσχατα τοῦ πρακτικοῦ quaenam dicantur. Et haec enim quamvis non satis explicuerit tamen duplicia esse Aristoteles non neget. Nam ἔσχατα sine dubio, valde diversa inter se, sunt tum singularia τέλη quae sibi quisque orsus a suâ de summo bono opinione proponere solet, tum illa πρῶτα αἴτια ἃ ἐν τῇ εὑρέσει (τοῦ βουλευσαμένου) ἔσχατά ἐστιν 1112 b 19; cf. locum insignem 701 a. Quo si spectetur, equidem non obloquar si quis hoc quidem ἐσχάτων genus dixerit p. 1142 b maxime τῇ φρονήσει dari, illud vero h. l. τῷ νῷ; id enim suadent verba ἐκ τῶν καθ' ἕκαστα γὰρ τὸ καθόλου b 4. V. ad 1140 a 33 sq.

Quibus praemissis de singulis vocibus breviori esse licebit.

36. τῶν ἐσχάτων: ne intelligatur ὅρων, variato numero τῶν ὅρων

νοῦς ἐστὶ καὶ οὐ λόγος, καὶ ὁ μὲν κατὰ τὰς ἀποδείξεις Z 12 τῶν ἀκινήτων ὅρων καὶ πρώτων, ὁ δ' ἐν ταῖς πρακτικαῖς τοῦ ἐσχάτου καὶ ἐνδεχομένου καὶ τῆς ἑτέρας προτάσεως· ἀρχαὶ γὰρ τοῦ οὗ ἕνεκα αὗται· ἐκ τῶν καθ' ἕκαστα γὰρ

1. ὁ μὲν] K^b ὁ λόγος μὲν. 3. ἐσχάτου] K^b τρίτου. 4. τοῦ οὗ] K^b τοῦ.

. . τοῦ ἐσχάτου) b 2. 3 quasi ipse monet Aristoteles. Dicuntur τὰ ἔσχατα.

1. νοῦς καὶ οὐ λόγος. Non prorsus verum hoc. Τῶν ἐσχάτων enim, siquidem τὰ τέλη τὰ καθ' ἕκαστα dicuntur, sane saepe est λόγος; v. τοὺς συλλογισμοὺς τῶν πρακτῶν quales 1144 a 31—36 exhibentur, atque τὴν ὑπόληψιν περὶ τὸ πρακτὸν 1140 b 13—19 quae absque dubio τῶν καθόλου est. Sin scriptor id tantum dicturus erat, illa τέλη (τὰ καθ' ἕκαστα) etiam ab iis recte proponi qui forte cogitando ad τὸ καθόλου τέλος non regressi sint — quodam enim modo recte censeri, illinc profectis huc perveniendum esse — certe aliud dicturus erat, aliud dixit.

2. ὁ δ' ἐν ταῖς πρακτικαῖς sc. ἀποδείξεσι νοῦς ἐστι . . Non inauditus quidem talis ἀποδείξεως usus; nam illae ἀποδείξεις Ἐμπεδοκλέους 1147 a 20 profecto ad sanctam vitam spectant; v. infra τὰς ἀναποδείκτους φάσεις b 12. Sed verius Aristotelicum est quod 1140 a 34 legimus „ὧν αἱ ἀρχαὶ ἐνδέχονται ἄλλως ἔχειν, τούτων μή ἐστιν ἀπόδειξις"; v. Anal. Post. Α 2; atque eidem tum τὰ πρακτὰ esse ἐνδεχόμενα, tum τὰς ἀρχὰς cujusque rei qualis res sit, non jam est quod demonstratione indigeat.

3. καὶ τῆς ἑτέρας προτάσεως — quae in syllogismis est. Quem si excogitaveris quemlibet πρακτικόν, invenies istam propositionem minorem omnium minime ad τὸ τέλος οὗ ἕνεκα vel ad τὸ ὀρεκτὸν spectare. Quodsi Aristoteles (v. ad a 35 — b 5) distincta ante oculos habuisset singula τὰ τέλη tanquam menti proposita, certo καὶ τοῦ συμπεράσματος potius scripsisset. Cf. 1394 a 27 τά τε συμπεράσματα τῶν ἐνθυμημάτων καὶ αἱ ἀρχαὶ ἀφαιρεθέντος τοῦ συλλογισμοῦ γνῶμαί εἰσιν.

4. αὗται i. e. τὸ ἔσχατον καὶ ἐνδεχόμενον atque ἡ ἑτέρα πρότασις. Sit autem quod dicitur (ne difficultates supra modum augeantur) τὸ τέλος τὸ καθ' ἕκαστον seu id ipsum quod jam appetendum et perpetrandum est. Itaque τὸ οὗ ἕνεκα quod huic opponitur necessario τὸ καθόλου τέλος (v. vs 5 τὸ καθόλου) dici videbitur. Nec profecto temere. In educandis sane pueris ὁ ἐθισμός, cui tantum tribuit Aristoteles, e singulis recte propositis per usum efficit, ut homo adultus omnino summum propositum recte teneat. Estque ὁ ἐθισμὸς in rebus quasi ἐπαγωγή quaedam. -- Nec tamen improbabile est, eos qui s- tuunt, ne nimium videatur philosophus inductioni tribuisse (v. ad 1 b 31; ad 1142 a 16), etiam hic operam dare ut ista verba aliam partem convertantur. Fuerunt igitur qui monerent, per singula agenti propositas eo perveniri, ut summa totius vitae multis partibus in unum corpus compositis recte contingat; et huc c

). τούτων οὖν ἔχειν δεῖ αἴσθησιν, αὕτη δ' ἐστὶ :αὶ φυσικὰ δοκεῖ εἶναι ταῦτα, καὶ φύσει σοφὸς μὲν ὅμην δ' ἔχειν καὶ σύνεσιν καὶ νοῦν. σημεῖον δ' ἷς ἡλικίαις οἰόμεθα ἀκολουθεῖν, καὶ ἥδε ἡ ἡλικία καὶ γνώμην, ὡς τῆς φύσεως αἰτίας οὔσης. διὸ καὶ τέλος νοῦς· ἐκ τούτων γὰρ αἱ ἀποδείξεις

δεῖ] K[b] ἔχειν δεῖ (M[b] δὲ δεῖ ἔχειν). 10. γὰρ αἱ] K[b] γάρ.

i. Erunt igitur ἀρχαὶ vs 4 τὰ ἐξ ὧν ὡς μερῶν, erit τὸ d proprio nomine τὸ ὅλον est, τὰ καθ' ἕκαστα τὰ ἐν μέρει nterpretationi id tantum opponam, in tali loco qualis hic em in recto et consentaneo nominum usu esse; quo sub- :ὴ et καθόλου dicatur quod nusquam per hanc eandem a libri Z ἀρχὴ et καθόλου fuit, desperandum.

ων — τῶν καθ' ἕκαστα τελῶν — οὖν ἔχειν δεῖ αἴσθησιν· νοῦς. Dicit igitur Arist., quid in singulis rebus tanquam onendum sit, ab eo qui νοῦν habeat quasi sentiri; qui vero otemperaverit, eum aliquo modo evehi eo, ut menti unum opositum obversetur unde omnia apta sunt. — Hanc αἴ- iartam vel quintam quandam — τῷ νῷ dari post 1142 a paene mirum esse, supra monuimus. Habes autem ejus- ως fere exemplum in illo qui per αἴσθησιν reperit quan- scendum sit 1126 b 2—4. Nec quum alias tum hac in re :r de his quaestionibus locuturos esse qui insitam illam statuant. a nobis nomine conscientiae appellari solitam. im patet, et quam prope plus semel res Aristotelem ad- t de illâ quaereret, et quantum ipse absit ut de eâ cogi-

... Quaestio per particulam διὸ ab ipso τῷ νῷ ad uni- :ap. genus reducta in hoc commoratur (—b 14). Nam τῆς ioque, quae in primâ quidem sententiâ vs 7 ob probabi- ı, quoniam τῶν ἐμπείρων tantum est, neglecta videtur, recte ratio habetur. — Ceterum illud quod vs 6 — 9 pro- idem generi τῶν φυσικῶν etiam ea adscribenda sunt quae aetate accrescunt, ad eam quoque litem spectat quae 16 — 20 (u. v.) mota est; ambigaturque, cur sapientia (σο- nino τῶν φύσει esse negetur: ea enim ratio quod ἐξ ἐμ- 1142 a 19) jam non sufficere videbitur, quum in eâdem et ισις et ἡ γνώμη (b 9) sit posita.

ιαὶ ἀρχὴ καὶ τέλος νοῦς· ἐκ τούτων γὰρ αἱ ἀποδείξεις καὶ Id certum est, in iis quae proxime b 6 sq. antecedant re quo nitatur nec τούτων quo referatur; atque in iis quae rticulâ ὥστε vs 11 ita pergi quasi post verba ὡς τῆς φύ- οὔσης vs 9 nihil sit additum. Liceat igitur interpretanti iiam, quamvis graviter sonet, praeterire: non quod philo- a aut per se suspecta sit, sed quod aliunde huc immigra-

καὶ περὶ τούτων. ὥστε δεῖ προσέχειν τῶν ἐμπείρων καὶ πρεσβυτέρων ἢ φρονίμων ταῖς ἀναποδείκτοις φάσεσι καὶ

---

vit. De tali enim axiomate, nisi quo spectetur per sententiarum quendam nexum constet, omnino frustra disputabitur.

11. *ὥστε*: quod enim illae *ἕξεις* habent, naturae et aetati debetur (vs 6 sq.), non argumentantium diligentiae.

12. *ἢ φρονίμων*: hoc scil. rectius („*ἢ*") quam *ἐμπείρων καὶ πρεσβυτέρων*. Nam *τὸ ὄμμα* (vs 14) vel etiam *ἡ αἴσθησις* illa quae *νοῦς* est, quamquam usu tantum cernere discit, tamen ab initio adsit necesse est, ut experti proficiant.

1143 b 14 — 1145 a 11. (*περὶ φρονήσεως καὶ σοφίας*).

A. *Ἀπορίαι* (— 1143 b 35). Ambigitur

1) quid ad vitam beatam opus sit
   a) sapientiâ, quippe quâ nihil efficiatur (— b 20)
   b) prudentiâ, quoniam
      α) ii quidem, qui virtutem ethicam habent, etiam sine illa ad rem bene gerendam affatim prompti sunt (— b 23);
      β) eorum vero, qui faciundi sunt virtutis compotes, nil refert, utrum ipsis prudentia quâ illud efficiatur contigerit, an aliis quorum curae mandati sunt (— b 33).
2) quomodo recte fieri possit, ut prudentiae quum in reliqua, tum etiam in sapientiam quâ inferior est imperium quoddam addicatur (— b 35).

B. *Λύσις* (1143 b 35 — 1144 a 22 atque 1145 a 2—11)

1) ad *ἀπορίαν* 1 a) et b). Et prudentiâ et sapientiâ per se opus est, siquidem vere virtutes bipartiti *τοῦ διανοητικοῦ* sunt (— 1144 a 3).
2) ad *ἀπορίαν* 1 a) Et facit sapientia ad beatam vitam modo adsit et vigeat (— 1144 a 6).
3) ad *ἀπορίαν* 1 b) Prudentia vero etiam operae particeps est, quum virtuti quidem finium veritas debeatur, ipsi autem, recte ea habere per quae ad fines pervenitur (— 1144 a 11).
4) ad *ἀπορίαν* 1 b α) Ut res bene sit gesta non id tantum interest quod factum est, sed etiam eum qui fecerit operâ ac voluntate suâ eodem spectasse. Id quod per rectam *προαίρεσιν* fit. Atqui ad *προαίρεσιν* praeter virtutem (cujus est finis propositus) etiam prudentia desideratur (quae deliberando viam monstrat) — 1144 a 22.

Et hinc quidem disputatio orditur gravissima, fines *τῆς λύσεως* transgrediens, cujus argumentum perspicuitatis causa separatum liceat tertio loco subjungere.

5) ad *ἀπορίαν* 1 b) In unum comprehenduntur quae pridem (v. 1 3. 4) in favorem prudentiae prolata sunt (1145 a 2—6).
6) ad *ἀπορίαν* 2) Recte prudentia, etiamsi haud supremum meo locum tenet, imperium habere censebitur, dummodo sapienti tanquam sanctiori pro dignitate ejus tribuat quod par (— 1145 a 11).

όξαις οὐχ ἧττον τῶν ἀποδείξεων· διὰ γὰρ τὸ ἔχειν ἐκ ς ἐμπειρίας ὄμμα ὁρῶσιν ὀρθῶς. τί μὲν οὖν ἐστὶν ἡ ρόνησις καὶ ἡ σοφία, καὶ περὶ τίνα ἑκατέρα τυγχάνει ῦσα καὶ ὅτι ἄλλου τῆς ψυχῆς μορίου ἀρετὴ ἑκατέρα, ρηται.

. ὀρθῶς] $K^b M^b$ ἀρχάς. 15. $K^b M^b$ περὶ τί.

1144 a 22 — 1145 a 2. Quaenam sit ratio inter ethicam virtutem interque τὴν διάνοιαν seu τὸ λόγον ἔχον ejusque virtutem τὴν φρόνησιν, hinc plene intelligetur.

1) A parte enim ipsius mentis est quaedam vis qua perspicitur quonam modo ad quodlibet propositum perveniatur. Ista vero δεινότης, ut in laudem τῆς φρονήσεως traducatur, firmanda quasi est ne etiam ad prava proposita adhibeatur: id quod unâ virtute ethicâ providetur (1144 a 22 — b 1).

2) Ab alterâ parte ipsius τοῦ ὀρεκτικοῦ est quaedam virtus innata; quae ad proba quaeque propensa, quoniam per se quasi caeca errori et lapsui obnoxia est, lucem aliunde desiderat ut κυρία sit ἀρετή. Istam vero lucem ἡ φρόνησις suppeditat (— 1144 b 14). Ergo prudentia ethicâ virtute eget, ethica virtus prudentiâ (— 1144 b 17; b 30—32).

3) Socrates igitur, virtutes ethicas ipsas φρονήσεις, λόγους, ἐπιστήμας esse ratus, rectius μετὰ φρονήσεως esse dixisset; qui vero virtutem κατὰ τὸν λόγον i. e. κατὰ τὴν φρόνησιν esse dicere solent, ad eandem definitionem se applicanto, ne parum menti tribuerint (— 1144 b 30).

4) Hac sententiâ probatâ jam non metuetur, ne singulae virtutes reliquis destitutae mancae quasi sint: acciderit enim tale quid ταῖς φυσικαῖς illis; vera autem virtus φρονήσεως ope integra eadem et plena erit — 1145 a 2.

rnatur hoc ex argumento, quam diligenter hoc caput elaboratum sit. ordine enim quae per ἀπορίας proposita erant absolvuntur, neectâ haud sine sufficiente causâ unâ quaestione 1 b β). Illa autem ae quasi superaddita est disputatio (C) non tantum ipsa haud aliena re et acceptissima est, sed etiam idoneo modo interposita; quod nim post eam subjungitur (1145 a 2 sqq.) tum e dispositione extremum se debebat, tum ad universam Ethicorum rationem prae ceteris ingni in fine loco dignum erat. Omnino vero sententiis huj. cap. lucem oti libro Z afferri et jam significavimus (v. quae ante cap. 1, ad ap. 8, ad 1141 a 20—1142 a 30 praemissa sunt) et mox inter sequenia apparebit.

14—17. . . . . εἴρηται. Haec conclusio proximae sententiae verbis (b 18 sq.) excipitur, ut fidem habeat. Quod igitur inde a 1141 a 20 usque ad cap. 12 extr. (v. b 6) passim observabatur, de prudentiâ atque de reliquis quae ejus affines sunt ἕξεις ita agi, ut illa cum sapientiâ totum genus τοῦ διανοητικοῦ expleat, jam quasi ratum fit; nec quaestio quae superest τί χρήσιμοι ad ceteras praeter utramque hanc

1143 b 18 *διαπορήσειε δ' ἄν τις περὶ αὐτῶν τί χρήσιμοί εἰσιν. ἡ μὲν γὰρ σοφία οὐδὲν θεωρεῖ ἐξ ὧν ἔσται εὐδαίμων ἄνθρωπος (οὐδεμιᾶς γάρ ἐστι γενέσεως), ἡ δὲ φρόνησις τοῦτο* Z

19. $K^b M^b$ *θεωρήσει.*

refertur. Sed meminimus, nusquam de hac re, unde quinque illae virtutes dianoëticae (cap. 3) in duas quasi contrahendas esse intelligitur, nunc ullum verbum legi. Deinde vero inter tria ista quae vss 14—17 enumerantur, animus praecipue ad tertium attendatur *ὅτι ἄλλου τῆς ψυχῆς μορίου ἀρετὴ ἑκατέρα* vs 16, adsumaturque quod 1144 a 2 distinctius dicitur „*ἀρετάς γ' οὔσας ἑκατέραν ἑκατέρου τοῦ μορίου.* Atqui utrius partis (cap 2) sint prudentia et sapientia, de illâ quidem aliquo modo 1140 b 25. 26 audivimus, sed de hac, quamquam colligendo scilicet effici potest, minus; nedum de utrâque. Itaque quum quod huic libro propositum est ab initio 1139 b 13 his verbis descriptum sit „*καθ' ἃς οὖν μάλιστα ἕξεις ἀληθεύσει ἑκάτερον* (*μόριον νοητικόν*), *αὗται ἀρεταὶ ἀμφοῖν*, fieri quidem poterat ut quinque potius virtutes agnoscerentur; attamen si res ipsa doceat, revera *ἑκατέρου* unam esse, maxime sane mirum est, omnino ne significari quidem quam bene summa doctrinae cum primâ quaestione concinat. Quae omnia qui reputaverit, videat quam multa eam conjecturam, quâ etiam alias ob rationes videbatur opus esse, confirment supra ante 1141 a 20 plura intercidisse, in quibus de sapientiâ et de prudentiâ conjunctim actum fuerit.

18. *τί χρήσιμοί εἰσιν* sc. *πρὸς τὸ εἶναι εὐδαίμονα* (b 19). Nam si [illegible] sint ad hoc inutiles, disputatio de iis Ethicorum non erat propria; sin[illegible] haud sunt, vides cur liber Z in Ethicis necessarius erat. V. ea quae[illegible] ad libr. Z praefati sumus. Idem ita quaeri poterat ut ad *τὸ ἔργον τ[illegible]* *ἀνθρώπου* (*A* 6) spectaretur; ni *τὸ ἔργον*, ut hoc quidem capite [illegible] 1144 a 6 sq, ad unum *τὸ πρακτικὸν* referatur.

20. *οὐδεμιᾶς γάρ ἐστι γενέσεως*: quoniam sapientia eam tantu[illegible] veritatem sectatur quae *περὶ τὸ ὂν* seu *περὶ τὸ πῶς ἔχει* est (theo[illegible]ticam). Loqui ita Aristotelem ad 1139 a 11 commemoravimus; in h[illegible]oc vero libro jam primum talis vox occurrit.

20—28. *ἡ δὲ φρόνησις .... γυμναστικήν ἐσμεν.* Sententia q[illegible] in his inest sane brevius et concinnius explicari poterat; suntque n[illegible]nulla quae vix ferri posse videantur. In voce enim *εἴπερ ἡ μὲν φρόνησις* ... vs 21 sq. ea notio desideratur, in quâ et oppositionis et [illegible]argumentationis ratio posita est, ut *ἡ φρόνησις* (quam inter mentis genera ipsam *πρακτικὴν* esse scimus —1140 b 5) virtuti opposita dicatur unius *τῆς διανοίας* esse. Qua in re, si nomen *θεωρητικὴ* (v. *θεωρεῖ* vs 19) vel *ἐπιστημονικὴ* parum proprium esse videbatur, tum *δοξαστικὴ* tum *λογιστικὴ περὶ τὰ δίκαια* ... suppetebat, habuissetque ita *τὸ εἰδέναι* vs 24 quo niteretur. — Deinde autem *ὥσπερ οὐδὲ τὰ ὑγιεινὰ* ... vs 25 et propter eandem rationem et propter constructionis, quae nulla est, neglegentiam leviore medelâ eget: aut enim scr. *ὥσπερ οὐδὲ τῷ τὰ ὑγιεινὰ* sc. *εἰδέναι πρακτικώτεροί ἐσμεν* (vs 24. 27) aut *ὥσπερ οὐδὲ εἰδότες τὰ ὑγιεινά.*

Z 13 μὲν ἔχει, ἀλλὰ τίνος ἕνεκα δεῖ αὐτῆς, εἴπερ ἡ μὲν φρόνησίς ἐστιν ἡ περὶ τὰ δίκαια καὶ καλὰ καὶ ἀγαθὰ ἀνθρώπῳ*, ταῦτα δ' ἐστὶν ἃ τοῦ ἀγαθοῦ ἐστιν ἀνδρὸς πράττειν, οὐθὲν δὲ πρακτικώτεροι τῷ εἰδέναι αὐτά ἐσμεν, εἴπερ ἕξεις αἱ ἀρεταί εἰσιν, ὥσπερ οὐδὲ ⟨τῷ⟩ τὰ ὑγιεινὰ οὐδὲ τὰ εὐεκτικά, ὅσα μὴ τῷ ποιεῖν ἀλλὰ τῷ ἀπὸ τῆς ἕξεως εἶναι λέγεται· οὐθὲν γὰρ πρακτικώτεροι τῷ ἔχειν τὴν ἰατρικὴν ἢ γυμναστικήν ἐσμεν. εἰ δὲ μὴ τούτων χάριν φρόνιμον θετέον ἀλλὰ τοῦ γίνεσθαι, τοῖς οὖσι σπουδαίοις οὐθὲν ἂν εἴη χρήσιμος· ἔτι δ' οὐδὲ τοῖς μὴ *ἔχουσιν· οὐθὲν γὰρ διοίσει αὐτοὺς ἔχειν ἢ ἄλλοις ἔχουσι πείθεσθαι, ἱκανῶς τ' ἔχοι ἂν ἡμῖν ὥσπερ καὶ περὶ τὴν ὑγίειαν· βουλόμενοι γὰρ ὑγιαίνειν ὅμως οὐ μανθάνομεν ἰατρικήν. πρὸς δὲ τούτοις ἄτοπον ἂν εἶναι δόξειεν, εἰ χείρων τῆς σοφίας οὖσα κυριωτέρα αὐτῆς ἔσται· 114

23. post ἀνθρώπῳ * intercidit λογιστική vel sim. (contra ἡ vs 22 haud necessarium). 25. ⟨τῷ⟩ conj. add. 27. K^b τὸ ἔχειν. 28. θετέον] $K^b M^b$ ζητέον. 29. $K^b L^b$ χρήσιμον. 30. *ἔχουσιν] non sanum. αὐτοὺς] $K^b M^b$ αὐτοῖς.

24. οὐδὲν δὲ πρακτικώτεροι τῷ εἰδέναι αὐτά ἐσμεν. Quaesiveris quomodo fieri possit ut tali opinioni omnino locus esse videatur, si ab initio in ipso hoc libro constabat ... ὅτι εὐπραξία καὶ τὸ ἐναντίον ἐν πράξει ἄνευ διανοίας καὶ ἤθους οὐκ ἔστιν 1139 a 33—35. Sed illam partem capitis 2 cujus ista verba sunt pridem etiam alias ob causas suspectam esse vidimus.

24 s. εἴπερ ἕξεις αἱ ἀρεταί εἰσιν: πρὸς δὲ τὸ (ἔχειν) τὰς ἀρετὰς τὸ μὲν εἰδέναι μικρὸν ἢ οὐδὲν ἰσχύει 1105 b 2. Cum vi quadam nomen ἕξεις pronuntiandum; vera ἕξις est quae undique ita est instructa ut ipsa suo munere bene fungi possit.

26. ὅσα μὴ τῷ ποιεῖν .... λέγεται. Sunt enim εὐεκτικὰ et ea quae a valido fiunt et ea quae validum reddunt. Illorum nunc ratione habitâ, haec in proximâ quaestione examinantur, numquid notitia eorum ad rem faciat.

28—33. Illud quidem jam non reputatur, an forte ipsa virtus id quoque possit, ut exemplo suo vel consuetudine etiam alios ad virtutem adducat. Conceditur enim tacite, ad hoc quidem scientiâ quâdam opus esse si non eorum qui emendandi sunt at eorum qui emendant. — Nec tamen ἡ λύσις quae subsequitur vs 35 sqq. huc redit. Nimirum refutatâ priore opinione vs 21—28, ut jam prudentiam ad virtutem ejusque usum omnem desiderari probatum sit, posterior haec vs 28 sq. jam ne confirmata quidem ullius ad summam rei momenti est.

30. ἔτι δ' οὐδὲ τοῖς μὴ ἔχουσιν: ab omni parte et concinnius et rectius οὖσιν sc. σπουδαίοις (vs 29) quam ἔχουσιν; ut conjici possit majoris corruptelae vestigium in isto ἔχουσιν exstare.

34. εἰ χείρων τῆς σοφίας οὖσα (ἡ φρόνησις) .. est

διαπορήσειε δ' ἄν τις περὶ αὐτῶν τί χρήσιμοί εἰσιν. Z ἡ μὲν γὰρ σοφία οὐδὲν θεωρεῖ ἐξ ὧν ἔσται εὐδαίμων ἄνθρωπος (οὐδεμιᾶς γάρ ἐστι γενέσεως), ἡ δὲ φρόνησις τοῦτο

19. K^b M^b θεωρήσει.

refertur. Sed meminimus, nusquam de hac re, unde quinque illae virtutes dianoëticae (cap. 3) in duas quasi contrahendas esse intelligitur, nunc ullum verbum legi. Deinde vero inter tria ista quae vss 14—17 enumerantur, animus praecipue ad tertium attendatur ὅτι ἄλλου τῆς ψυχῆς μορίου ἀρετὴ ἑκατέρα vs 16, adsumaturque quod 1144 a 2 distinctius dicitur „ἀρετάς γ' οὔσας ἑκατέραν ἑκατέρου τοῦ μορίου. Atqui utrius partis (cap 2) sint prudentia et sapientia, de illâ quidem aliquo modo 1140 b 25. 26 audivimus, sed de hac, quamquam colligendo scilicet effici potest, minus; nedum de utrâque. Itaque quum quod huic libro propositum est ab initio 1139 b 13 his verbis descriptum sit „καθ' ἃς οὖν μάλιστα ἕξεις ἀληθεύσει ἑκάτερον (μόριον, νοητικόν), αὗται ἀρεταὶ ἀμφοῖν, fieri quidem poterat ut quinque potius virtutes agnoscerentur; attamen si res ipsa doceat, revera ἑκατέρου unam esse, maxime sane mirum est, omnino ne significari quidem quam bene summa doctrinae cum primâ quaestione concinat. Quae omnia qui reputaverit, videat quam multa eam conjecturam, quâ etiam alias ob rationes videbatur opus esse, confirment supra ante 1141 a 20 plura intercidisse, in quibus de sapientiâ et de prudentiâ conjunctim actum fuerit.

18. τί χρήσιμοί εἰσιν sc. πρὸς τὸ εἶναι εὐδαίμονα (b 19). Nam si sint ad hoc inutiles, disputatio de iis Ethicorum non erat propria; sin haud sunt, vides cur liber Z in Ethicis necessarius erat. V. ea quae ad libr. Z praefati sumus. Idem ita quaeri poterat ut ad τὸ ἔργον τὸ ἀνθρώπου (A 6) spectaretur; ni τὸ ἔργον, ut hoc quidem capite fit 1144 a 6 sq, ad unum τὸ πρακτικὸν referatur.

20. οὐδεμιᾶς γάρ ἐστι γενέσεως: quoniam sapientia eam tantum veritatem sectatur quae περὶ τὸ ὂν seu περὶ τὸ πῶς ἔχει est (theoreticam). Loqui ita Aristotelem ad 1139 a 11 commemoravimus; in hoc vero libro jam primum talis vox occurrit.

20—28. ἡ δὲ φρόνησις . . . . γυμναστικὴν ἐσμεν. Sententia quae in his inest sane brevius et concinnius explicari poterat; suntque nonnulla quae vix ferri posse videantur. In voce enim εἴπερ ἡ μὲν φρόνησις . . . vs 21 sq. ea notio desideratur, in quâ et oppositionis et argumentationis ratio posita est, ut ἡ φρόνησις (quam inter mentis genera ipsam πρακτικὴν esse scimus —1140 b 5) virtuti opposita dicatur unius τῆς διανοίας esse. Qua in re, si nomen θεωρητική (v. θεωρεῖ vs 19) vel ἐπιστημονική parum proprium esse videbatur, tum δοξαστική tum λογιστικὴ περὶ τὰ δίκαια . . . suppetebat, habuissetque ita τὸ εἰδέναι vs 24 quo niteretur. — Deinde autem ὥσπερ οὐδὲ τὰ ὑγιεινὰ . . . vs 25 et propter eandem rationem et propter constructionis, quae nulla est, neglegentiam leviore medelâ eget: aut enim scr. ὥσπερ οὐδὲ τῷ τὰ ὑγιεινὰ sc. εἰδέναι πρακτικώτεροί ἐσμεν (vs 24. 27) aut ὥσπερ οὐδὲ εἰδότες τὰ ὑγιεινά.

, ἔχει, ἀλλὰ τίνος ἕνεκα δεῖ αὐτῆς, εἴπερ ἡ μὲν φρόσίς ἐστιν ἡ περὶ τὰ δίκαια καὶ καλὰ καὶ ἀγαθὰ ἀνθρώ-*, ταῦτα δ' ἐστὶν ἃ τοῦ ἀγαθοῦ ἐστιν ἀνδρὸς πράττειν, ὲν δὲ πρακτικώτεροι τῷ εἰδέναι αὐτά ἐσμεν, εἴπερ ἕξεις ἀρεταί εἰσιν, ὥσπερ οὐδὲ ⟨τῷ⟩ τὰ ὑγιεινὰ οὐδὲ τὰ εὐεκτικά, α μὴ τῷ ποιεῖν ἀλλὰ τῷ ἀπὸ τῆς ἕξεως εἶναι λέγεται· θὲν γὰρ πρακτικώτεροι τῷ ἔχειν τὴν ἰατρικὴν ἢ γυμνακὴν ἐσμεν. εἰ δὲ μὴ τούτων χάριν φρόνιμον θετέον ἀλλὰ γίνεσθαι, τοῖς οὖσι σπουδαίοις οὐθὲν ἂν εἴη χρήσιμος· δ' οὐδὲ τοῖς μὴ *ἔχουσιν· οὐθὲν γὰρ διοίσει αὐτοὺς ἔχειν ἄλλοις ἔχουσι πείθεσθαι, ἱκανῶς τ' ἔχοι ἂν ἡμῖν ὥσπερ περὶ τὴν ὑγίειαν· βουλόμενοι γὰρ ὑγιαίνειν ὅμως οὐ νθάνομεν ἰατρικήν. πρὸς δὲ τούτοις ἄτοπον ἂν εἶναι δόεν, εἰ χείρων τῆς σοφίας οὖσα κυριωτέρα αὐτῆς ἔσται·

post ἀνθρώπῳ * intercidit λογιστική vel sim. (contra ἡ vs 22 haud essarium). 25. ⟨τῷ⟩ conj. add. 27. K^b τὸ ἔχειν. 28. θετέον] M^b ῥητέον. 29. $K^b L^b$ ·χρήσιμον. 30. *ἔχουσιν] non sanum. τοὺς] $K^b M^b$ αὐτοῖς.

21. οὐδὲν δὲ πρακτικώτεροι τῷ εἰδέναι αὐτά ἐσμεν. Quaesiveris modo fieri possit ut tali opinioni omnino locus esse videatur, si ab io in ipso hoc libro constabat . . . ὅτι εὐπραξία καὶ τὸ ἐναντίον πράξει ἄνευ διανοίας καὶ ἤθους οὐκ ἔστιν 1139 a 33—35. Sed m partem capitis 2 cujus ista verba sunt pridem etiam alias ob as suspectam esse vidimus.

24 s. εἴπερ ἕξεις αἱ ἀρεταί εἰσιν: πρὸς δὲ τὸ (ἔχειν) τὰς ἀρετὰς μὲν εἰδέναι μικρὸν ἢ οὐδὲν ἰσχύει 1105 b 2. Cum vi quadam no- ι ἕξεις pronuntiandum; vera ἕξις est quae undique ita est instructa psa suo munere bene fungi possit.

26. ὅσα μὴ τῷ ποιεῖν . . . . λέγεται. Sunt enim εὐεκτικὰ et ea e a valido fiunt et ea quae validum reddunt. Illorum nunc ratione itâ, haec in proximâ quaestione examinantur, numquid notitia eo- ι ad rem faciat.

28—33. Illud quidem jam non reputatur, an forte ipsa virtus id que possit, ut exemplo suo vel consuetudine etiam alios ad virtu- n adducat. Conceditur enim tacite, ad hoc quidem scientiâ quâdam a esse si non eorum qui emendandi sunt at eorum qui emendant. Nec tamen ἡ λύσις quae subsequitur vs 35 sqq. huc redit. Nimirum tatâ priore opinione vs 21—28, ut jam prudentiam ad virtutem que usum omnem desiderari probatum sit, posterior haec vs 28 sq. ne confirmata quidem ullius ad summam rei momenti est.

30. ἔτι δ' οὐδὲ τοῖς μὴ ἔχουσιν: ab omni parte et concinnius et tius οὖσιν sc. σπουδαίοις (vs 29) quam ἔχουσιν; ut conjici possit joris corruptelae vestigium in isto ἔχουσιν exstare.

34. εἰ χείρων τῆς σοφίας οὖσα (ἡ φρόνησις) . . est enim inferior:

1143 b 35 *ἡ γὰρ* ποιοῦσα ἄρχει καὶ ἐπιτάττει περὶ ἕκαστον. περὶ δ' τούτων λεκτέον· νῦν μὲν γὰρ ἠπόρηται περὶ αὐτῶν μόνοι*
1144 a *πρῶτον μὲν οὖν λέγομεν ὅτι καθ' αὑτὰς ἀναγκαῖον αἱρετὰ αὐτὰς εἶναι, ἀρετάς γ' οὔσας ἑκατέραν ἑκατέρου τοῦ μορίου καὶ εἰ μὴ ποιοῦσι μηδὲν μηδετέρα αὐτῶν. ἔπειτα καὶ ποιοῦσ μέν, οὐχ ὡς ἰατρικὴ δὲ ὑγίειαν, ἀλλ' ὡς ἡ ὑγίεια, οὕτω ἡ σοφία εὐδαιμονίαν· μέρος γὰρ οὖσα τῆς ὅλης ἀρετῆ τῷ ἔχεσθαι ποιεῖ καὶ τῷ ἐνεργεῖν εὐδαίμονα. ἔτι τὸ ἔργον*

35. **ποιοῦσα*] mendose.
1. K^b *λέγωμεν*. 2. K^b *ἑκατέρας*. 3. *ποιοῦσι*] K^b *ποιουσῶν*. 4. *οὐχ ὡς*] K^b *οὐχ ὡς ἡ*. 6. K^b *καὶ ἐνεργεία εὐδαιμονία* (L^bO *εὐδαιμονίαν*).

ἄτοπον γὰρ εἴ τις τὴν πολιτικὴν ἢ τὴν φρόνησιν σπουδαιοτάτην οἴετα εἶναι, quae verba 1141 a 20 item ad sapientiam spectabant.

35. *ἡ γὰρ ποιοῦσα*: quomodo *ἡ φρόνησις* hoc nomine ut *ποιοῦσα* appellari potest? et quid tandem est quod *ποιεῖ*? An recte eo respic censueris quod vs 28 s. dicta est id efficere ut quis probus fiat? — M^b exhibet *οὐ γὰρ ποιοῦσα*. Unde videatur alicui scriptum fuisse „*οὐ γὰρ οὖσα σπουδαιοτάτη*" (1141 a 21).

1. *ὅτι καθ' αὑτὰς ἀναγκαῖον αἱρετὰς αὐτὰς εἶναι*: ergo ad beatam vitam, quippe quae nullâ a parte *ἐνδεὴς μηδενὸς* (1097 b 15) esse debeat, desiderantur. Sed cadit hoc quidem in multa atque etiam in illa *ὧν προσδεῖται* tantum (*τὰ ἐκτός*); illae vero tanquam virtutes anim longe sanctiore vinculo cum beatitate continentur. Id quod mo (*ἔπειτα* . . . vs 3 sq.) monetur.

4. *ἀλλ' ὡς ἡ ὑγίεια* (*ἢ τὰ μέρη αὐτῆς*) sc. *ποιεῖ ὑγίειαν*.

5. *οὕτως ἡ σοφία εὐδαιμονίαν*. Nec res nec verba (v. plurale *ποιοῦσι* vs 3) vetabant idem fere *τῇ φρονήσει* tribui. Sed appellat potissimum sapientia, quoniam in prudentiâ etiam alterum verum est *ὅτι ποιεῖ ὡς ἡ ἰατρικὴ ὑγίειαν*. Nam sine prudentiâ quidem claudic ipsa virtus ethica (vs 6 sqq.).

6 — 11. Usu verborum atque variorum argumentorum ratione ef ficitur, nomine *τοῦ ἔργον* haud singulas *πράξεις* proprie dictas, sed i dici quod universae vitae propositum est. Cur enim, ut unum com memorem, quartae animae partis vs 9 s. mentio fieret, ni ad totum quoddam spectaretur? Atque necessario quartâ illâ appellatâ ad ea quoque quae fere prima est (*τὸ θεωρητικὸν* cujus *ἡ σοφία* est) respi ciendum erat, nisi id jam *τὸ ἔργον* esset in quo etiam *ἡ θεωρία* suum habet locum. Vide argumentum „*οὐθὲν γὰρ ἐπ' αὐτῷ*" vs 10: itaque *τοῦ ἔργου* sunt quaecunque *ἐφ' ἡμῖν* sunt; dictus liberi animi mentis que motus universus, exclusae eae res ad quas naturae corporisque necessitate cogimur. Quodsi autem haec vera sunt, non recte habet *ὅτι τούτου τοῦ ἔργου τὸν σκοπὸν ὀρθὸν ποιεῖ ἡ ἀρετὴ ἡ ἠθική* (vs 8). Neque enim hoc virtus ethica potest, sed aut *φρονήσεως* cujusdam est, quae quidem majus quid pollet quam ut *τὰ πρὸς τὸν σκοπὸν τὸν τῆς ἠθικῆς ἀρετῆς* deliberando comparet (v. infra ad 1144 b 32 sq.), aut

ἀποτελεῖται κατὰ τὴν φρόνησιν καὶ τὴν ἠθικὴν ἀρετήν· ἡ μὲν γὰρ ἀρετὴ τὸν σκοπὸν ποιεῖ ὀρθόν, ἡ δὲ φρόνησις τὰ πρὸς τοῦτον. τοῦ δὲ τετάρτου μορίου τῆς ψυχῆς οὐκ ἔστιν ἀρετὴ τοιαύτη, τοῦ θρεπτικοῦ· οὐθὲν γὰρ ἐπ' αὐτῷ πράττειν ἢ μὴ πράττειν. περὶ δὲ τοῦ μηθὲν εἶναι πρακτικωτέρους διὰ τὴν φρόνησιν τῶν καλῶν καὶ δικαίων, μικρὸν ἄνωθεν ἀρκτέον, λαβόντας ἀρχὴν ταύτην. ὥσπερ γὰρ καὶ τὰ δίκαια λέγομεν πράττοντάς τινας οὔπω δικαίους εἶναι, οἷον τοὺς τὰ ὑπὸ τῶν νόμων τεταγμένα ποιοῦντας ἢ ἄκοντας ἢ δι' ἄγνοιαν ἢ δι' ἕτερόν τι καὶ μὴ δι' αὐτά (καίτοι πράττουσί γε ἃ δεῖ καὶ ὅσα χρὴ τὸν σπουδαῖον), οὕτως, ὡς ἔοικεν, ἔστι τὸ πῶς ἔχοντα πράττειν ἕκαστα ὥστ' εἶναι ἀγαθόν, λέγω δ' οἷον διὰ προαίρεσιν καὶ αὐτῶν ἕνεκα τῶν πραττομένων. τὴν μὲν οὖν προαίρεσιν ὀρθὴν ποιεῖ ἡ ἀρετή, τὸ δ' ὅσα ἐκείνης ἕνεκα πέφυκε πράττεσθαι οὐκ ἔστι τῆς ἀρετῆς ἀλλ' ἑτέρας δυνάμεως. λεκτέον δ' ἐπιστήσασι σα-

14. 15. οἷον τοὺς] K^b ἢ τούς. 18. 19. ἔστι — καὶ αὐτῶν] om. K^b.

alia quaedam mentis vis, finium omnium summum arbitrium tenens. Qua in quaestione Aristotelem frustra adiri plus semel monendum est. V. ad vs 22.

11 (— 22). περὶ δὲ τοῦ μηθὲν εἶναι πρακτικωτέρους διὰ τὴν φρόνησιν ... Haec vero ipsa illa quaestio est 1143 b 24, qua de uno τῶν πράξεων genere ambigitur annon ad rem gerendam sufficiat virtus i. ἡ ἕξις ἡ ἠθική. Disputatur autem ita, ut paene respici videatur („λέγομεν" vs 14) ad *B* 3; quo loco comparato sententiam scriptoris facile perspicies.

12. μικρὸν ἄνωθεν ἀρκτέον: cf. ἀνώτερον ἐπιζητεῖν 1155 b 2.

13. λαβόντας ἀρχὴν ταύτην. Λαβεῖν s. ποιήσασθαι ἀρχήν τινα vel ἄλλην ἀρχὴν Aristoteli satis sunt usitata loquendi genera (velut 164 a 19; 192 b 4; 254 a 16; 260 a 20; 1257 a 5; 1260 b 36), ut nihil inde concludi possit quod eadem in Eudemiis pluries (1218 b 27. 31; 1222 b 15; 1235 b 25), in iis Nicomacheorum libris qui apud omnes dubitationi exemti sunt numquam fere reperiantur.

19. 20. διὰ προαίρεσιν . . . τὴν μὲν οὖν προαίρεσιν. Quum sit βουλητὸν μὲν τὸ τέλος (s. ὁ σκοπὸς vs 8), βουλευτὰ δὲ καὶ προαιρετὰ τὰ πρὸς τὸ τέλος (1113 b 3): reputandum cur Aristoteles cum alias tum h. l. maluerit τὴν προαίρεσιν virtuti committere quam τὴν βούλησιν. At pridem scimus τὴν βούλησιν atque τὸ βουλητὸν omnino paene neglegenter tractari; nec fugit, τὴν προαίρεσιν necessario in utramque partem spectare ut et τοῦ βουλευσαμένου et τοῦ βουλομένου sit.

22. λεκτέον δ' ἐπιστήσασι σαφέστερον: ἐπιστῆσαι, usu satis noto, s. τὸν νοῦν, τὴν γνώμην. Explicatio vero, quae his verbis tanquam

έστερον περὶ αὐτῶν. ἔστι δή τις δύναμις ἣν καλοῦσι δει- Z 13
ιότητα· αὕτη δ' ἐστὶ τοιαύτη ὥστε τὰ πρὸς τὸν ὑποτεθέντα
σκοπὸν συντείνοντα δύνασθαι ταῦτα πράττειν καὶ τυγχά-
νειν αὐτῶν. ἂν μὲν οὖν ὁ σκοπὸς ᾖ καλός, ἐπαινετή ἐστιν,
ἂν δὲ φαῦλος, πανουργία· διὸ καὶ τοὺς φρονίμους δεινοὺς
καὶ ⟨τοὺς⟩ πανούργους φαμὲν εἶναι. ἔστι δ' ἡ φρόνησις οὐχ ἡ
δεινότης, ἀλλ' οὐκ ἄνευ τῆς δυνάμεως ταύτης. ἡ δ' ἕξις τῷ

23. δή τις] $K^b M^b$ δὴ. 27. ἂν] K^b ἐάν. 28. ⟨τοὺς⟩ conj. add. 29. δεινότης] $K^b L^b O^b$ δύναμις.

accurata ab initio commendatur quâque accuratior in Ethicis revera non invenitur, satis certo testimonio est, Aristotelem eam mentem, quae virtuti τοῦ ὀρεκτικοῦ imperat potius quam viam administrat, distinctam non vidisse; quumque τῇ φρονήσει (id quod non accidere non poterat) alia tribuat quam ut fini proposito opituletur, haud sensisse jam diversam et excelsiorem ἕξιν διανοητικὴν eodem nomine appellari. V. ad vs 6—11.

27. διὸ καὶ τοὺς φρονίμους δεινοὺς καὶ πανούργους φαμὲν εἶναι Bekk.: scribendum καὶ τοὺς πανούργους.

28. ἔστι δ' ἡ φρόνησις οὐχ ἡ δεινότης. Optimi ll., vulg. ante Bekkerum „οὐχ ἡ δύναμις", quod nullo modo ferri potest, nisi addatur (ἡ δύναμις) αὕτη. Optime, ut sexcenties, Bekkerus de Nic. meruit corrigens δεινότης.

29. ἡ δ' ἕξις τῷ ὄμματι τούτῳ γίνεται τῆς ψυχῆς οὐκ ἄνευ ἀρετῆς. Oculus iste qui quidem innascitur ἡ δεινότης est; quae ille per se videt intermedia sunt inter ipsam agendi operam interque quemlibet finem ad quem agendo tenditur; finem enim illum cernit quasi, nec tamen satis discernit ab aliis nec curat sitne probandus. Ne igitur aut in malam partem aut temere in omnes erret, ad ea acies erit dirigenda, unde cernenti usus exspectari possit; ad quod postquam oculus aliquo modo adductus fuerit, suam habebit ἕξιν (ut sit φρόνιμος). At- qui ut nolimus in ullâ re occupati esse nisi in utili et probâ, per unam virtutem fit. A virtute igitur ethicâ apta est τούτου τοῦ διανοητικοῦ ἡ ἕξις. — Perspicua haec, ni fallor; neque Aristoteli male subdita (v. ad 1181 b 9). Sin de hac sententiâ additur ὡς εἴρηταί τε καὶ ἔ… δῆλον, nihil eorum quae in prioribus vel verbis vel libris huc quod… modo spectant, propius ad rem accedit quam vs 8 vel vs 20 v… 24—26: quorum locorum nullus recte comparari potest. Quâ in … Fritzsche et isti „ὡς εἴρηται" et suo de his ll. judicio critico ope… laturus (v. ad 1138 b 26): at in Eudemiis, inquit, 1227 b 30—35 d… dum dictum quod h. l. iteratur. Legatur igitur Eudemiorum loc… perpendaturque quae illius propria est argumentatio. Jam enim appa- rebit num sit illic dictum quod hic legatur. Neque omnino probabile est, talem sententiam in prioribus ll. effectam fuisse. Imo si istud εἴρηται ad locum quendam deperditum respicere videtur, hunc l. Z (in quo haud desunt mutilatae orationis vestigia — v. ad 1141 a 20 al.) jacturam ejus fecisse censebimus.

Z 13 ὄμματι τούτῳ γίνεται τῆς ψυχῆς οὐκ ἄνευ ἀρετῆς, ὡς 11 εἴρηταί τε καὶ ἔστι δῆλον· οἱ γὰρ συλλογισμοὶ τῶν πρακτῶν ἀρχὴν ἔχοντές εἰσιν, ἐπειδὴ τοιόνδε τὸ τέλος καὶ τὸ ἄριστον, ὁτιδήποτε ὄν· ἔστω γὰρ λόγου χάριν *τὸ τυχόν. τοῦτο δ' εἰ μὴ τῷ ἀγαθῷ, οὐ φαίνεται· διαστρέφει γὰρ ἡ μοχθηρία καὶ διαψεύδεσθαι ποιεῖ περὶ τὰς πρακτικὰς ἀρχάς. ὥστε φανερὸν ὅτι ἀδύνατον φρόνιμον εἶναι μὴ ὄντα ἀγαθόν. σκεπτέον δὴ πάλιν καὶ περὶ ἀρετῆς· καὶ γὰρ ἡ 1144 b ἀρετὴ παραπλησίως ἔχει ὡς ἡ φρόνησις πρὸς τὴν δεινότητα·

33. *τὸ τυχόν] corruptum; ni cuncta ἔστω γὰρ — — ejicere placet.
1—4. καὶ γὰρ — κυρίαν] interpolata haec (itemque vs 10 sq.); fort. scr. παραπλησίως γὰρ (ita L^bO^b) ἔχει ὡς ἡ φρόνησις πρὸς τὴν δεινότητα, οὕτως ἡ κυρία ἀρετὴ πρὸς τὴν φυσικήν.

31. οἱ γὰρ συλλογισμοὶ τῶν πρακτῶν: v. ad 1143 b 1. Qui enim mox adumbratur syllogismus, sane descendens a generali lege ad singulare quoddam, quod deliberanti nunc ratum esse debet, intra τοὺς σκοποὺς versatur. Quodsi enim jam de ratione quaereretur qua ad propositum aliquod perveniri posset, dicendum potius erat vs 32 ἐπειδὴ τόδε τὸ τέλος. — At molestius est aliud. Apparet enim e verbis τοῦτο δ' εἰ μὴ τῷ ἀγαθῷ οὐ φαίνεται vs 34, revera haud quemlibet cujuscunque syllogismum dici, sed verum et rectum cujus ἡ ἀρχὴ bonis viris probata sit. Cui rei non obstat vox ὁτιδήποτε ὂν vs 33; nam quod ipsi viri boni tanquam optimum sibi proponunt et est pro rerum varietate varium et variis nominibus appellari potest. At obstat τὸ τυχόν, siquidem de exemplo (λόγου χάριν) certi generis quod nondum descriptum est, agitur; annon τὸ τυχὸν ita quidem in malam potius partem spectaret? Nihilominus et harum sententiarum et universa hujus quaestionis apud Aristotelem ratio ea est ut dubitem in locum falsae vocis τὸ τυχὸν conjecturam aliquam tanquam probabilem commendare.

35. ἡ μοχθηρία . . διαψεύδεσθαι ποιεῖ περὶ τὰς πρακτικὰς ἀρχάς: v. 1140 b 11 — 20. Stare vero gravissimam hanc sententiam etiam illis qui virtutem necessarium tantum munimentum quasi τοῦ ὀρθοῦ τέλους esse dixerint, neque hinc sequi ita virtutem ὀρθὸν ποιεῖν τὸ τέλος — anceps enim loquendi genus —, ut ipsa ejus conceptio uni illi debeatur, nec diligentius huc inquirentem latuisset neque expressis verbis certe indignum erat.

1 (— 17). σκεπτέον δὴ καὶ περὶ ἀρετῆς: consentaneum enim, si ἡ δεινότης virtute tanquam duce egeat (a 23 — 36) et virtutem τῆς δεινότητος ministerio egere. Nec minus consentaneum est, si ab illâ parte sententia scriptoris non satis elaborata esse visa sit (cf. ad a 6 — 11; ad a 22; al.), item ab hâc aliquid desiderari. Etenim si quis dixerit animo ingenuo ad veram virtutem id tantum deesse ut recte mente τὰ πρὸς τὸ τέλος concipiat, simile erit ac si quis caecum hominem (vs 11) finem quidem ad quem pergat non minus bene dignoscere putet

φέστερον περὶ αὐτῶν. ἔστι δή τις δύναμις ἣν καλοῦσι δεινότητα· αὕτη δ' ἐστὶ τοιαύτη ὥστε τὰ πρὸς τὸν ὑποτεθέντα σκοπὸν συντείνοντα δύνασθαι ταῦτα πράττειν καὶ τυγχάνειν αὐτῶν. ἂν μὲν οὖν ὁ σκοπὸς ᾖ καλός, ἐπαινετή ἐστιν, ἂν δὲ φαῦλος, πανουργία· διὸ καὶ τοὺς φρονίμους δεινοὺς καὶ ⟨τοὺς⟩ πανούργους φαμὲν εἶναι. ἔστι δ' ἡ φρόνησις οὐχ ἡ δεινότης, ἀλλ' οὐκ ἄνευ τῆς δυνάμεως ταύτης. ἡ δ' ἕξις τῷ Z 13

23. δή τις] K^{b}M^b δή. 27. ἂν] K^b ἐάν. 28. ⟨τοὺς⟩ conj. add. 29. δεινότης] K^{b}L^{b}O^b δύναμις.

accurata ab initio commendatur quâque accuratior in Ethicis revera non invenitur, satis certo testimonio est, Aristotelem eam mentem, quae virtuti τοῦ ὀρεκτικοῦ imperat potius quam viam administrat, distinctam non vidisse; quumque τῇ φρονήσει (id quod non accidere non poterat) alia tribuat quam ut fini proposito opituletur, haud sensisse jam diversam et excelsiorem ἕξιν διανοητικὴν eodem nomine appellari. V. ad vs 6—11.

27. διὸ καὶ τοὺς φρονίμους δεινοὺς καὶ πανούργους φαμὲν εἶναι Bekk.: scribendum καὶ τοὺς πανούργους.

28. ἔστι δ' ἡ φρόνησις οὐχ ἡ δεινότης. Optimi ll., vulg. ante Bekkerum „οὐχ ἡ δύναμις", quod nullo modo ferri potest, nisi addatur (ἡ δύναμις) αὕτη. Optime, ut sexcenties, Bekkerus de Nic. meruit corrigens δεινότης.

29. ἡ δ' ἕξις τῷ ὄμματι τούτῳ γίνεται τῆς ψυχῆς οὐκ ἄνευ ἀρετῆς. Oculus iste qui quidem innascitur ἡ δεινότης est; quae ille per se videt intermedia sunt inter ipsam agendi operam interque quemlibet finem ad quem agendo tenditur; finem enim illum cernit quasi, nec tamen satis discernit ab aliis nec curat sitne probandus. Ne igitur aut in malam partem aut temere in omnes erret, ad ea acies erit dirigenda, unde cernenti usus exspectari possit; ad quod postquam oculu[illegible] aliquo modo adductus fuerit, suam habebit ἕξιν (ut sit φρόνιμος). Atqui ut nolimus in ullâ re occupati esse nisi in utili et probâ, per una[illegible] virtutem fit. A virtute igitur ethicâ apta est τούτου τοῦ διανοητικ[illegible] ἡ ἕξις. — Perspicua haec, ni fallor; neque Aristoteli male subdita ([illegible] ad 1181 b 9). Sin de hac sententiâ additur ὡς εἴρηταί τε καὶ ἔ[illegible] δῆλον, nihil eorum quae in prioribus vel verbis vel libris huc quod[illegible]modo spectant, propius ad rem accedit quam vs 8 vel vs 20 [illegible] 24—26: quorum locorum nullus recte comparari potest. Quâ in [illegible] Fritzsche et isti „ὡς εἴρηται" et suo de his ll. judicio critico ope[illegible]laturus (v. ad 1138 b 26): at in Eudemiis, inquit, 1227 b 30—35 dudum dictum quod h. l. iteratur. Legatur igitur Eudemiorum locus perpendaturque quae illius propria est argumentatio. Jam enim apparebit num sit illic dictum quod hic legatur. Neque omnino probabile est, talem sententiam in prioribus ll. effectam fuisse. Imo si istud εἴρηται ad locum quendam deperditum respicere videtur, hunc l. Z (in quo haud desunt mutilatae orationis vestigia — v. ad 1141 a 20 al.) jacturam ejus fecisse censebimus.

Z 13 ὄμματι τούτῳ γίνεται τῆς ψυχῆς οὐκ ἄνευ ἀρετῆς, ὥς 1144 εἴρηταί τε καὶ ἔστι δῆλον· οἱ γὰρ συλλογισμοὶ τῶν πρακτῶν ἀρχὴν ἔχοντές εἰσιν, ἐπειδὴ τοιόνδε τὸ τέλος καὶ τὸ ἄριστον, ὁτιδήποτε ὄν· ἔστω γὰρ λόγου χάριν *τὸ τυχόν. τοῦτο δ' εἰ μὴ τῷ ἀγαθῷ, οὐ φαίνεται· διαστρέφει γὰρ ἡ μοχθηρία καὶ διαψεύδεσθαι ποιεῖ περὶ τὰς πρακτικὰς ἀρχάς. ὥστε φανερὸν ὅτι ἀδύνατον φρόνιμον εἶναι μὴ ὄντα ἀγαθόν. σκεπτέον δὴ πάλιν καὶ περὶ ἀρετῆς· καὶ γὰρ ἡ 1144 b ἀρετὴ παραπλησίως ἔχει ὡς ἡ φρόνησις πρὸς τὴν δεινότητα·

33. *τὸ τυχόν] corruptum; ni cuncta ἔστω γὰρ — — ejicere placet.
1—4. καὶ γὰρ — κυρίαν] interpolata haec (itemque vs 10 sq.); fort. scr. παραπλησίως γὰρ (ita $L^b O^b$) ἔχει ὡς ἡ φρόνησις πρὸς τὴν δεινότητα, οὕτως ἡ κυρία ἀρετὴ πρὸς τὴν φυσικήν.

31. οἱ γὰρ συλλογισμοὶ τῶν πρακτῶν: v. ad 1143 b 1. Qui enim mox adumbratur syllogismus, sane descendens a generali lege ad singulare quoddam, quod deliberanti nunc ratum esse debet, intra τοὺς σκοποὺς versatur. Quodsi enim jam de ratione quaereretur qua ad propositum aliquod perveniri posset, dicendum potius erat vs 32 ἐπειδὴ τοιόνδε τὸ τέλος. — At molestius est aliud. Apparet enim e verbis τοῦτο δ' εἰ μὴ τῷ ἀγαθῷ οὐ φαίνεται vs 34, revera haud quemlibet cujuscunque syllogismum dici, sed verum et rectum cujus ἡ ἀρχὴ bonis viris probata sit. Cui rei non obstat vox ὁτιδήποτε ὄν vs 33; nam quod ipsi viri boni tanquam optimum sibi proponunt et est pro rerum varietate varium et variis nominibus appellari potest. At obstat τὸ τυχόν, siquidem de exemplo (λόγου χάριν) certi generis quod nondum descriptum est, agitur; annon τὸ τυχὸν ita quidem in malam potius partem spectaret? Nihilominus et harum sententiarum et universa hujus quaestionis apud Aristotelem ratio ea est ut dubitem in locum falsae vocis τὸ τυχὸν conjecturam aliquam tanquam probabilem commendare.

35. ἡ μοχθηρία .. διαψεύδεσθαι ποιεῖ περὶ τὰς πρακτικὰς ἀρχάς: v. 1140 b 11 — 20. Stare vero gravissimam hanc sententiam etiam illis qui virtutem necessarium tantum munimentum quasi τοῦ ὀρθοῦ τέλους esse dixerint, neque hinc sequi ita virtutem ὀρθὸν ποιεῖν τὸ τέλος — anceps enim loquendi genus —, ut ipsa ejus conceptio uni illi debeatur, nec diligentius huc inquirentem latuisset neque expressis verbis certe indignum erat.

1 (— 17). σκεπτέον δὴ καὶ περὶ ἀρετῆς: consentaneum enim, si ἡ δεινότης virtute tanquam duce egeat (a 23 — 36) et virtutem τῆς δεινότητος ministerio egere. Nec minus consentaneum est, si ab illâ parte sententia scriptoris non satis elaborata esse visa sit (cf. ad a 6 — 11; ad a 22; al.), item ab hac aliquid desiderari. Etenim si quis dixerit animo ingenuo ad veram virtutem id tantum deesse ut recte mente τὰ πρὸς τὸ τέλος concipiat, simile erit ac si quis caecum hominem (vs 11) finem quidem ad quem pergat non minus bene dignoscere putet

1144 b 3 οὐ ταὐτὸν μέν, ὅμοιον δέ· οὕτω καὶ ἡ φυσικὴ ἀρετὴ πρὸς τὴν κυρίαν. πᾶσι γὰρ δοκεῖ ἕκαστα τῶν ἠθῶν ὑπάρχειν φύσει πως· καὶ γὰρ δίκαιοι καὶ σωφρονικοὶ καὶ ἀνδρεῖοι καὶ τἆλλα ἔχομεν εὐθὺς ἐκ γενετῆς· ἀλλ' ὅμως ζητοῦμεν ἕτερόν τι τὸ κυρίως ἀγαθὸν καὶ τὰ τοιαῦτα ἄλλον τρόπον ὑπάρχειν· καὶ γὰρ παισὶ καὶ θηρίοις αἱ φυσικαὶ ὑπάρχουσιν ἕξεις, ἀλλ' ἄνευ νοῦ βλαβεραὶ φαίνονται οὖσαι. Z 1

quam cernentem, sed lapsûs periculum ob id unum facere quod obstacula in viâ interposita non videat. Profecto enim jam ipsa ἡ φυσικὴ ἕξις vs 8—13 ita describitur, ut de ullâ mentis vi quae adsit et ab initio ad verum dirigat — sive sensum τοῦ τέλους illam sive conscientiam τοῦ δέοντος appeliare magis placet — omnino non cogitari appareat; ὁ νοῦς vero quem deinde accedere oportet (vs 9. 12) in fine vs 17 sqq. ad nomen naturamque τῆς φρονήσεως, quam novimus, revocatur; ἡ ὄψις igitur vs 11. 12 necessario τοῦ ὄμματος τῆς ψυχῆς (a 30) i. e. δεινότητος s. φρονήσεως esse dicetur.

In verbis obscurum quidem vix quidquam est; sed plura aut male aut inconcinne dicta sermone in brevius contracto rectius habebunt; videturque hic locus intempestivâ vel librariorum vel interpretum diligentiâ foedatus esse. Cujus rei certiora testimonia aliquando libris M. Scr. denuo accurate comparatis repertum iri suspicor; ut nunc est, certe propius ad vera Aristotelis verba per conjecturam accedere licet. Scribatur igitur vs 1—4 σκεπτέον δὴ πάλιν καὶ περὶ ἀρετῆς. παραπλησίως γὰρ [sic L^bO^b] ἔχει ὡς ἡ φρόνησις πρὸς τὴν δεινότητα, οὕτως ἡ κυρία ἀρετὴ πρὸς τὴν φυσικήν. Atque vs 9—12 ἀλλ' ἄνευ νοῦ βλαβεραὶ φαίνονται οὖσαι. ὥσπερ γὰρ σώματι ἰσχυρῷ ἄνευ ὄψεως κινουμένῳ συμβαίνει σφάλλεσθαι ἰσχυρῶς, οὕτω καὶ ἐνταῦθα· ἐὰν δὲ λάβῃ νοῦν κ. τ. λ.

3. ἡ φυσικὴ ἀρετή. Quamquam ante omnia constat ὅτι οὐδεμία τῶν ἠθικῶν ἀρετῶν φύσει ἡμῖν ἐγγίνεται 1103 a 19, tamen ex iis quae ad 1103 a 17. 25 et ad 1114 b 3 sq. adnotata sunt, perspicietur et dici et posse dici quandam φυσικὴν ἀρετήν; quam quidem haud ita male MM. 1200 a 4—11 ὁρμὴν φυσικὴν appellant. At ratio Eudemicorum verborum, quae nonnullis huc spectare videntur 1234 a 27—30 („ὥσπερ λεχθήσεται ἐν τοῖς ὕστερον" ib. 28) longe diversam ab hac disputatione nem flagitabant.

4. πᾶσι γὰρ δοκεῖ ἕκαστον τῶν ἠθῶν ὑπάρχειν φύσει πως. Indoles, seu ad bonum seu ad malum propensa (v. σωφρονικοὶ nec σώφρονες) dicitur, de quâ inter omnes constet.

6. τἆλλα ἔχομεν moleste dictum post δίκαιοι κ. τ. λ. sc. ἐσμὲν vel εἰσὶν potius.

8. καὶ γὰρ παισὶ καὶ θηρίοις . . . Hinc apparet quantum absit, ut αἱ φυσικαὶ istae ἕξεις vere virtutes sint, siquidem et pueri et bestiae nec προαίρεσιν habent (1111 b 8. 9) neque ad beatitatem accedunt (1099 b 32 sq.). Cf. 1145 a 25.

13 πλὴν τοσοῦτον ἔοικεν ὁρᾶσθαι, ὅτι ὥσπερ σώματι ἰσχυρῷ ἄνευ ὄψεως κινουμένῳ συμβαίνει σφάλλεσθαι ἰσχυρῶς διὰ τὸ μὴ ἔχειν ὄψιν, οὕτω καὶ ἐνταῦθα· ἐὰν δὲ λάβῃ νοῦν, ἐν τῷ πράττειν διαφέρει. ἡ δ' ἕξις *ὁμοία οὖσα* τότ' ἔσται κυρίως ἀρετή. ὥστε καθάπερ ἐπὶ τοῦ δοξαστικοῦ δύο ἐστὶν εἴδη, δεινότης καὶ φρόνησις, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ἠθικοῦ δύο ἐστί, τὸ μὲν ἀρετὴ φυσικὴ τὸ δ' ἡ κυρία, καὶ τούτων ἡ
5 κυρία οὐ γίνεται ἄνευ φρονήσεως. διόπερ τινές φασι πάσας τὰς ἀρετὰς φρονήσεις εἶναι, καὶ Σωκράτης τῇ μὲν ὀρθῶς ἐζήτει τῇ δ' ἡμάρτανεν· ὅτι μὲν γὰρ φρονήσεις ᾤετο εἶναι πάσας τὰς ἀρετάς, ἡμάρτανεν, ὅτι δ' οὐκ ἄνευ φρονήσεως, καλῶς ἔλεγεν. σημεῖον δέ· καὶ γὰρ νῦν πάντες,

---

10 — 12. πλὴν τοσοῦτον — ἐνταῦθα] fort. ὥσπερ γὰρ σώματι ἰσχυρῷ ἄνευ ὄψεως κινουμένῳ συμβαίνει σφάλλεσθαι ἰσχυρῶς, οὕτω καὶ ἐνταῦθα. 12. ἐὰν δὲ] K[b] ἐάν. 16. K[b] ἀρετὴ ἠθικὴ τὸ δ' (ut vid.).

---

13. ἡ δ' ἕξις ὁμοία οὖσα τότ' . . .: etiam haec corrupta sunt. Ut enim aliquid excogitari possit quod minus absonum sit quam Fritzschii explicatio „ὁμοία sc. τῇ ἀρετῇ", omnino vocis ὅμοιος vis non ea est, quae sententiam ferre possit. Conjecerit aliquis ἡ δ' ἕξις οἷον ὄψιν λαβοῦσα τότ' ἔσται κ. ἀ.

14. ἐπὶ τοῦ δοξαστικοῦ: v. ad 1140 b 21 sqq.

17 (— 30). διόπερ τινές . . . καὶ Σωκράτης: exploratâ enim veritate de ceteris quoque opinionibus recte judicatur; nam hoc est veritatis, ut non solum, quantum quasi sit erratum, inde computari possit, sed etiam ratio quaedam unde in errorem deflexum sit percipiatur. — Petitur autem toto h. l. Socrates, ὁ γέρων sc., non Plato: id quod praeter alia ipsa modesta illa vocabula ἐζήτει et ᾤετο vs 19. 29 docent. Ab illo vero virtutes et φρονήσεις dictas esse et ἐπιστήμας et λόγους (vs 19. 29), ita tantum probabile est, si Aristotelem sententiam ejus suo potius nominum usu expressisse quam illius loquendi genus memoriae tradidisse dixerimus. Sed impeditum hoc genus quaestionum, quum et multi Aristotelis loci comparandi sint nec Platonis libros negligere deceat. Unum hoc addam, apud Xenophontem quidem trium illorum nominum ne unum quidem ad definiendam virtutem Socrati imitatum esse: reperiri illic ὅτι ἡ ἀρετὴ σοφία, plerumque vero sine nomine dici ἀνδρεῖον τὸν εἰδότα sim.

21. σημεῖον δέ. Quae igitur — vs 28 adjiciuntur, primum id propositum habent ut quid de Socratis definitione ὅτι ἡ ἀρετὴ φρόνησις censendum sit recte perspiciatur; a Socrate enim profecta ad eundem vs 28 — 30 redit argumentatio, illiusque causa fit ut bis vs 23. 24 et 27. 28 ὁ ὀρθὸς λόγος quem omnes dicant ad τὴν φρόνησιν referatur. Nec tamen ita jam refutatos esse dico eos, qui hunc locum gravissimum ad universam ethicam doctrinam esse putant: tandem enim et absolvi quae Z 1 promissa sint et illustrari τὸν (ὀρθὸν) λόγον ad quem inde a

ὅταν ὁρίζωνται τὴν ἀρετήν, προστιθέασι τὴν ἕξιν, εἰπόντες καὶ πρὸς ἅ ἐστι, τὴν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον· ὀρθὸς δ' ὁ κατὰ τὴν φρόνησιν. ἐοίκασι δὴ μαντεύεσθαί πως ἅπαντες ὅτι ἡ τοιαύτη ἕξις ἀρετή ἐστιν ἡ κατὰ τὴν φρόνησιν. δεῖ δὲ μικρὸν μεταβῆναι· οὐ γὰρ μόνον ἡ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, ἀλλ' ἡ μετὰ τοῦ ὀρθοῦ λόγου ἕξις ἀρετή ἐστιν. ὀρθὸς δὲ λόγος περὶ τῶν τοιούτων ἡ φρόνησίς ἐστιν. Σωκράτης μὲν οὖν λόγους τὰς ἀρετὰς ᾤετο εἶναι (ἐπιστήμας γὰρ εἶναι πάσας), ἡμεῖς δὲ μετὰ λόγου. δῆλον οὖν ἐκ τῶν εἰρημένων ὅτι οὐχ οἷόν τε ἀγαθὸν εἶναι κυρίως ἄνευ φρονήσεως, οὐδὲ φρόνιμον ἄνευ τῆς ἠθικῆς ἀρετῆς. ἀλλὰ καὶ ὁ λόγος

26. οὐ γὰρ] $K^b M^b O^b$ ἔστι γὰρ οὐ.

libro *A* tam saepe summa quasi res relata sit. Neque enim id alienum est a more Aristotelico ut quasi per occasionem illustret quod per se propriâ disputatione haud indignum erat. Sed obstat majus quid Etenim ἡ φρόνησις hucusque per hoc caput τῇ δεινότητι ex aequo posita relataque ad τὰ πρὸς τὸν ὑποτεθέντα (ὑπὸ τῆς ἀρετῆς) σκοπὸν συντείνοντα omnino non escendit ad illum λόγον a quo ipsa mediocritas seu virtus ethica quum rectum sui modum tum singula proposita sua petere possit. V. ad 1138 b 18 et ib. 34. Itaque dum istâ in re absque distinctione, ut h. l. fit, pergitur, profecto nil quod in prioribus libris non fuerit dictum efficitur (v. locos in illis adnotationibus congestos); nam etiam illud, rectius dici μετὰ τοῦ ὀρθοῦ λόγου virtutem esse quam κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, aliquo modo per ipsam notionem τῆς προαιρετικῆς ἕξεως provisum atque firmatum est; cf. 1098 a 7 ἔργον ἀνθρώπου ψυχῆς ἐνέργεια κατὰ λόγον ἢ μὴ ἄνευ λόγου et ib. 13 ψυχῆς ἐνέργεια καὶ πράξεις μετὰ λόγου. Ne multa. Non ea est huj. ratio ut inde lux ad reliqua redundet; nec si recte pridem monebamus aut plures φρονήσεις dicendas fuisse aut diversa mentis munera quae ad τὸ πρακτὸν spectarent confusa esse, sperari jam recte poterat fore ut sub finem obortae tenebrae quasi suapte discuterentur.

32 (— 1145 a 2). Ad summum quoddam his verbis respicitur: ut universa vita una sit, ne quod habeat virtutis mancum sit, neu opus susceptum (τὸ ἔργον τὸ τοῦ ἀνθρώπου) disparilibus partibus foedatum. Id quod effici nequit, nisi finium undique propositorum multitudo aut ex uno quodam proposito nata aut ad unitatem aliquam redacta sit unde singula quaeque proposita et modum et legem petant. Quod unum vel quae unitas, si non uni menti debetur, sane necessario mente concipiatur oportet. Quomodo enim ipsa virtus ethica, quae τοῦ ὀρεκτικοῦ est, discernendo et computando ad unum multa conformet, e multis unum quod bene concinat efficiat? V. ad a 6—11. At altera a parte non minus constat, hoc si τῇ φρονήσει tribuendum sit haud sufficere quod unum argumentum legimus 1145 a 1. 2 ὅτι ἡ φρόνησις μία ἐστίν. Annon ἡ δεινότης item una est? Nec quidquam impedit

Z 13 ταύτῃ λύοιτ' ἄν, ᾧ διαλεχθείη τις ἂν ὅτι χωρίζονται ἀλλήλων αἱ ἀρεταί· οὐ γὰρ ὁ αὐτὸς εὐφυέστατος πρὸς ἁπάσας, ὥστε τὴν μὲν ἤδη τὴν δ' οὔπω εἰληφὼς ἔσται· τοῦτο γὰρ κατὰ μὲν τὰς φυσικὰς ἀρετὰς ἐνδέχεται, καθ' ἃς δὲ ἁπλῶς λέγεται ἀγαθός, οὐκ ἐνδέχεται· ἅμα γὰρ τῇ φρονήσει μιᾷ οὔσῃ πᾶσαι ὑπάρξουσιν. δῆλον δέ, κἂν εἰ μὴ πρακτικὴ ἦν, ὅτι ἔδει ἂν αὐτῆς διὰ τὸ τοῦ μορίου ἀρετὴν εἶναι, καὶ ὅτι οὐκ ἔσται ἡ προαίρεσις ὀρθὴ ἄνευ φρονήσεως οὐδ' ἄνευ ἀρετῆς· ἡ μὲν γὰρ τὸ τέλος* ἡ δὲ τὰ πρὸς τὸ τέλος ποιεῖ πράττειν. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ κυρία γ' ἐστὶ τῆς σοφίας οὐδὲ τοῦ βελτίονος μορίου, ὥσπερ οὐδὲ τῆς ὑγιείας ἡ ἰατρική· οὐ γὰρ χρῆται αὐτῇ, ἀλλ' ὁρᾷ

(1144 b 33; 1145 a)

2. οὔσῃ] K[b]M[b] ὑπαρχούσῃ. 3. K[b] μὴ πρακτικὴν ὅτι ἔδει αὐτῆς (ἂν om. et M[b]). 5. τὸ τέλος*] deest aliquid. 6. τὰ πρὸς] K[b] πρός. 8. ἡ ἰατρική] K[b]M[b] ἰατρική.

quominus δεινός τις domi sit πανοῦργος, in bello fortis dux. Aliud igitur φρονήσεως genus erit, ad quod summa illa unitas vitae refertur; aliud, in quo etiam nunc 1145 a 5 persistitur „ἡ μὲν γὰρ (ἀρετὴ) τὸ τέλος, ἡ δὲ (φρόνησις) τὰ πρὸς τὸ τέλος ποιεῖ πράττειν". Imo et ipsum τὸ τέλος, ut ὀρθὸν i. e. unum plenum verum sit, φρονήσει cuidam debetur, siquidem virtutes per se mentis auxilio destitutae, χωρίζονται ἀλλήλων (vs 33). Accedit aliud, quod omissum a Nicomacheo optime MM. 1199 b 36—1200 a 8 monent. Quodsi enim inter se virtutes χωρίζονται, non fieri non potest quin etiam seu ipsae seu τὰ τέλη αὐτῶν passim inter se et videantur certare et certent. Neque igitur creatore tantum unitatis (ut ita dicam) egetur, sed arbitro quoque qui discordiam prohibeat. Utrumque vero τῇ φρονήσει datur.

2. δῆλον δὲ . . . a 6 ποιεῖ πράττειν. Haec ejus sunt qui ἐπιστήσας in unâ re (1144 a 22 — 1145 a 2) jam respiciens ad omnia quae dicta sunt totam hance quaestionem absolvit. Quae enim proponuntur (ὅτι.. vs 3 et καὶ ὅτι . . vs 4) e superiore disputatione 1144 a 1 sq. atque ib. 6 — 22 repetuntur. — Unum id incertum videatur, utrum revera Aristoteles vs 5 neglegenter scripserit ἡ μὲν γὰρ τὸ τέλος sc. ποιεῖ πράττειν (vs 6), an potius recte et ex usu ipse interposuerit ὀρθόν, ut scr. sit „ἡ μὲν γὰρ τὸ τέλος (ποιεῖ) ὀρθόν, ἡ δὲ κ. τ. λ."

6. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ . . . : ista enim ἀπορία jam reliqua est; v. 1143 b 33—35.

7. ὥσπερ οὐδὲ τῆς ὑγιείας ἡ ἰατρικὴ sc. κυρία ἐστίν: quamvis illam quodam modo gignat: 1144 a 3—6.

8. οὐ γὰρ χρῆται αὐτῇ ἀλλ' ὁρᾷ ὅπως γένηται: tanquam ἐπίτροπος ut MM. loquuntur 1198 b 8—20. Ea enim sapientiae dignitas est ut nihil ab eâ nisi ut sit petatur Metaph. 982 b 19—28. Τῆς φρονήσεως vero seu τῆς πολιτικῆς summum imperium in eo positum esse ut alia (τὰς πρακτικὰς

1145 a 9 ὅπως γένηται· ἐκείνης οὖν ἕνεκα ἐπιτάττει, ἀλλ' οὐκ ἐκείνῃ. Z
ἔτι ὅμοιον κἂν εἴ τις τὴν πολιτικὴν φαίη ἄρχειν τῶν θεῶν,
ὅτι ἐπιτάττει περὶ πάντα τὰ ἐν τῇ πόλει.
μετὰ δὲ ταῦτα λεκτέον, ἄλλην ποιησαμένους ἀρχήν, H

9. ἐκείνης] K^b ἐκείνη. 15. totum versum sexto libro dat K^b, et om. δὲ.

τῶν ἐπιστημῶν vel δυνάμεων) sub se habeat iisque utatur, alia comprobet in civitatem recipiat foveat, ab initio 1094 a 26—b 7 satis significatum est. Nec quidquam mirum est, imperari ab eo qui superiori cuidam, ad quem suspicit, operâ suâ ministrat: annon Platonis auditoribus omnino tritum, omnem ἀρχὴν quae quidem proba sit τῶν ἀρχομένων ἕνεκα esse? — Ceterum illud quidem etiam hic elucet, τῇ φρονήσει isti deberi quod ipse finis (οὗ ἕνεκα) recte sit propositus: qui finis — ὅπως ἡ σοφία γένηται — profecto a virtute ethicâ non poterat disci.

10. ἔτι: eadem res idemque argumentum, sed verba alia. — ἄρχειν τῶν θεῶν, qua quidem dii in republicâ vel in urbe sunt. Vis enim sententiae minus conspicua esset, si ad rem recte ἄρχειν τῶν θείων scriptum esset; v. 1160 a 22 sq. „τῆς πολιτικῆς est, θυσίας τε ποιεῖν καὶ περὶ ταύτας συνόδους atque τιμὰς ἀπονέμειν τοῖς θεοῖς." —

Denique ad utrumque locum, quo in hoc cap. ad sapientiam spectatur (1144 a 1—6 et 1145 a 6—11), animus advertatur. Testantur enim singula quaeque, haud dubium fuisse philosopho, quin τὸ θεωρητικὸν (ἡ σοφία) ad beate vivendum summumque ad bonum praeter reliqua plurimum valeat, neque unquam illum his de rebus aliter censuisse ac postremo *K* 6 sq. professus est. —

Nic. *H* 1—11. περὶ ἐγκρατείας καὶ ἀκρασίας.

Utroque genere virtutum *Γ* 9—*E* extr. et Z explicato opus quod sibi scriptor proposuerat aliquo modo consummatum erat. Nam perspectâ universâ virtutis naturâ nec dubitatio relinquitur unde beata vita petenda sit nec, dummodo ne iners virtus jaceat, timendum est ne τὸ ἔργον τὸ τοῦ ἀνθρώπου infectum sit. Adsunt omnia quae quidem nostra nec τύχης sunt; inventoque τῆς φρονήσεως munere (Z 13) tum vinculum repertum est quo ambae partes, τὸ ἠθικὸν atque τὸ διανοητικόν, ni utraque manca esse velit, continentur, tum ea universae vitae administratio instituta est qua nihil negligitur, ut unumquodque, imprimis vero summum quodque suum honorem ac certum locum habeat.

Nil igitur jam amplius quaeritur: nisi forte alicui videatur a consummatâ hac virtute aliquantum remitti posse. Satis enim bene rem gerere etiam τὸν ἐγκρατῆ: nam si ad ipsum quidem opus quod exsequendum sit animus advertatur, profecto prorsus eadem perficiunt qui ἐγκρατεῖς sunt et qui virtute sunt instructi.

Accedit quod perspectâ tantum τῆς ἐγκρατείας oppositique habitus naturâ, ut jam 1102 b 14—28 apparuit, ea animi humani notitia quae ad ethica maxime necessaria est comparari potest.

1 1 ὅτι τῶν περὶ τὰ ἤθη φευκτῶν τρία ἐστὶν εἴδη, κακία ἀκρα- 114
σία θηριότης. τὰ δ' ἐναντία, τοῖς μὲν δυσὶ δῆλα· τὸ μὲν

Ergo haec disputatio et ἄλλην ἀρχὴν desiderat (1145 a 15) et ejusdem est qui de vitâ beatâ quaerere susceperit. — Nec minus apertum est, commodo loco illam insertam esse. Nisi enim et ethica virtus et dianoëtica ante sint cognita, propria τῆς ἐγκρατείας atque ἀκρασίας natura, quae omnis in dissensu quodam inter τὸ ὀρεκτικὸν interque διάνοιαν quandam posita est, vix recte exponi potest.

Agitur vero per haec capp. *H* 1—11 iis sententiis, eâ disputandi ratione, eo dicendi genere, ut nemo adhuc fuerit qui quidquam investigaverit quod cum reliquis Nicomacheorum libris tum certis tum dubiis minus concinere videatur. Itaque si non necessario primum quaerendum esset ubi sit Eudemi περὶ ἐγκρατείας liber, deinde disputatio tum quae libro Z praecedit aliquam dubitationem admitteret, tum quae insequitur περὶ ἡδονῆς *H* 12 sq. Nicomacheorum ordines quasi turbare videretur: critica quae dicitur quaestio omnino ad haec quidem capp. non accessisset. Imo si id unum dijudicandum esset, utrum in ipsis his capp. ejus potius manum qui Nic. *A*—*E* conscripsit an ejus qui Eud. *A*—*Γ* exaravit agnoscere tibi videaris, haud dubito quin peritiores quique Nicomacheorum auctori suffragaturi sint. — Et id mentione h. l. dignum videtur — quamquam magis ad ipsorum M. Moralium cognitionem quam ad Nicomacheas vel Eudemicas quaestiones facit — vix ullum locum paulo ampliorem a scriptore M. Moralium per singula tam aperte atque accurate ad similitudinem aut Nicomacheorum aut Eudemiorum tractatum esse quam hunc περὶ ἐγκρατείας MM. *B* 4—6 ad similitudinem Nic. *H* 1—11. Quodsi igitur quis ut in exemplo cernere voluerit quanam ratione et quousque illi vestigia majorum premere placuerit, huc accedat. Eodem autem argumento maxime fit probabile, jam eo tempore quo MM. scripta sint unam tantum περὶ ἐγκρατείας disputationem in ethicis Aristotelicis repertam esse.

Cap. 1 (Praefatio). *Quum in moribus tria videantur vituperanda κακία ἀκρασία θηριότης, ex adversâ parte praeter ἀρετὴν et ἐγκράτειαν ...as nemo ignorat tertio loco tanquam proprium genus divina quae... praestantia modum humanum egressa agnoscatur* — 1145 a 27. *...oniam vero quod super homines vel infra est raro occurrit, feritatem ...am aut omittere liceat aut datâ occasione tantum commemorare; de ...rtute actum; unum igitur restat ut opinionibus aliorum praemissis ...que difficultate explicitâ de ἀκρασίας et ἐγκρατείας naturâ dicantur ...ae probabilia sint* — 1145 b 7.

Isto in prooemio haud ea potissimum dici propter quae in his ...icis disputatio περὶ ἐγκρατείας flagitetur, verum quidem est (v. supra). ...c tamen hac in re offendet qui morem Aristotelis vel etiam ratio...n unius capitis Z 1 (u. v.) ante oculos habeat.

17. τὰ δ' ἐναντία τοῖς μὲν δυσὶ δῆλα: et ipsa enim τὰ δύο longe ...ifestiora quam tertium; v. 1368 b 12 s. „δι' ἃ προαιροῦνται . . . ...ια ποιεῖν . . . κακία ἐστὶ καὶ ἀκρασία". Ad ipsam ἐγκράτειαν, per hunc quidem librum ita non quaeritur, cf. Top. 125 b 20 sq.

1145 a 18 γὰρ ἀρετὴν τὸ δ' ἐγκράτειαν καλοῦμεν· πρὸς δὲ τὴν θηριότητα μάλιστ' ἂν ἁρμόττοι λέγειν τὴν ὑπὲρ ἡμᾶς ἀρετήν, ἡρωϊκήν τινα καὶ θείαν, ὥσπερ Ὅμηρος περὶ Ἕκτορος πεποίηκε λέγοντα τὸν Πρίαμον ὅτι σφόδρα ἦν ἀγαθός „οὐδὲ ἐῴκει ἀνδρός γε θνητοῦ πάις ἔμμεναι ἀλλὰ θεοῖο". ὥστ' εἰ, καθάπερ φασίν, ἐξ ἀνθρώπων γίνονται θεοὶ δι' ἀρετῆς ὑπερβολήν, τοιαύτη τις ἂν εἴη δῆλον ὅτι ἡ τῇ θηριώδει ἀντιτιθεμένη ἕξις· καὶ γὰρ ὥσπερ οὐδὲ θηρίου ἐστὶ κακία οὐδ' ἀρετή, οὕτως οὐδὲ θεοῦ, ἀλλ' ἡ μὲν τιμιώτερον ἀρετῆς, ἡ δὲ ἕτερόν τι γένος κακίας. ἐπεὶ δὲ σπάνιον καὶ τὸ θεῖον ἄνδρα εἶναι, καθάπερ οἱ Λάκωνες εἰώθασι προσαγορεύειν, ὅταν ἀγασθῶσι σφόδρα του (σεῖος ἀνήρ φασιν), οὕτω καὶ ὁ θηριώδης ἐν τοῖς ἀνθρώποις σπάνιος. μάλιστα δ' ἐν τοῖς βαρβάροις ἐστίν, γίνεται δ' ἔνια καὶ διὰ νόσους καὶ πηρώσεις· καὶ τοὺς διὰ κακίαν δὲ τῶν ἀνθρώπων ὑπερβάλλοντας οὕτως ἐπιδυσφημοῦμεν. ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς τοιαύτης διαθέσεως ὕστερον ποιητέον τινὰ μνείαν, περὶ δὲ κακίας

22. πάϊς] K[b] παῖς. 24. K[b]L[b] θηριωδία. 33. 34. K[b]M[b] τῆς διαθέσεως τῆς τοιαύτης.

et ib. 128 a 7 sq. ubi δύναμις potius quam ἕξις esse dicitur. De nomine — nam ne eo quidem in hac disputatione respicitur — v. 1168 b 34 „καὶ ἐγκρατὴς δὲ καὶ ἀκρατὴς λέγεται τῷ κρατεῖν τὸν νοῦν ἢ μή, ὡς τούτου ἑκάστου ὄντος."

20. ὥσπερ Ὅμηρος . . . πεποίηκε: Il. Ω 258.

25. οὐδὲ θηρίου ἐστὶ κακία οὐδ' ἀρετή: v. ad 1144 b 8.

27. ἕτερόν τι γένος κακίας i. e. diversum ab illâ.

27—30. ἐπεὶ δὲ σπάνιον . . . . σπάνιος. Raritas autem quae hujus et laudis et pravitatis est eadem pro causâ est cur brevis mentio vs 33. 34 sufficiat. Σπάνιον quidem est et ipsum τὸ καλὸν 1109 a 29; nec de ipso numero quaeritur; sed quae tota παρὰ (vel ὑπὲρ) φύσιν sunt recte omittuntur nisi frequentiâ oculos in se trahant; τὸ κατὰ φύσιν quamvis rarum inter ea quae menti sunt proposita per se principatum habet.

28. καθάπερ οἱ Λάκωνες εἰώθασι προσαγορεύειν: Laconicum istud (atque muliebre) etiam Platoni observatum Meno 99 e (Ps. Plat. de virtute p. 379).

34. ὕστερον ποιητέον τινὰ μνείαν: id quod 1148 b 19 sq. ita fit, ut inde natura et fines τῆς ἀκρασίας atque ἐγκρατείας plenius cognoscantur. Illius vero loci causâ jam animadvertatur, tria potissimum feritatis genera vs 30—33 discerni: barbarorum quandam quo gentium nonnullarum vel indoles vel victus abduxit; quae per morbos defectusque aliquem integrae naturae accidat; denique perditissimi cujusque supremam quasi pravitatem.

H 1 *εἴρηται πρότερον· περὶ δὲ ἀκρασίας καὶ μαλακίας καὶ τρυ-* 114
φῆς λεκτέον, καὶ περὶ ἐγκρατείας καὶ καρτερίας· οὔτε γὰρ ὡς περὶ τῶν αὐτῶν ἕξεων τῇ ἀρετῇ καὶ τῇ μοχθηρίᾳ ἑκα-* 1145
τέραν αὐτῶν ὑποληπτέον, οὔθ' ὡς ἕτερον γένος. δεῖ δ', ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων, τιθέντας τὰ φαινόμενα καὶ πρῶτον διαπορήσαντας οὕτω δεικνύναι μάλιστα μὲν πάντα τὰ ἔνδοξα περὶ ταῦτα τὰ πάθη, εἰ δὲ μή, τὰ πλεῖστα καὶ κυριώτατα· ἐὰν γὰρ λύηταί τε τὰ δυσχερῆ καὶ καταλείπηται τὰ ἔνδοξα, δεδειγμένον ἂν εἴη ἱκανῶς.

2 *δοκεῖ δὴ ἥ τε ἐγκράτεια καὶ καρτερία τῶν σπουδαίων*

1. *ὡς* περὶ τῶν αὐτῶν ἕξεων*] fort. *ὡς τὰς αὐτὰς ἕξεις*. 6. 7. K^b *καταλίπηται*. 7. *δὴ ἥ τε*] K^bM^b *δ' ἡ*.

1. *οὔτε γὰρ ὡς περὶ τῶν αὐτῶν ἕξεων . . . ἑκατέραν αὐτῶν ὑποληπτέον.* Neglegentius *ἑκατέραν* singulari numero, quum ab alterâ parte modo (a 35. 36) tria nomina, ab alterâ duo sint dicta. Sed et neglegenter et inconcinne (neque enim pergendum videbatur „*οὔθ' ὡς περὶ ἑτέρου γένους*" b 2) *περὶ τῶν αὐτῶν ἕξεων*. Utrum enim sunt *ἕξεις*, an sunt vel dicuntur *περὶ ἕξεων*? Miror prorsus nihil e ll. enotari unde corruptum aliquid esse conjici possit.

2. *οὔθ' ὡς ἕτερον γένος*: at 1150 b 35 „*καὶ ὅλως δ' ἕτερον τὸ γένος ἀκρασίας καὶ ἀκολασίας*". Nihilominus recte utrumque ab eodem censetur. Est enim *ὁ ἀκρατὴς ἡμιπόνηρος*, *ἡ ἀκρασία κακία πως* s. *πῃ* s. *κακία τις* 1152 a 17; 1149 b 20; 1151 a 6; 1148 a 3; cf. 1151 b 32 sq. Necessario igitur, quum etiam *τὸ γένος* quid sit in tali re varie definiri possit, judicium anceps evadet.

2—7. *δεῖ δ' ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων . . . .* Quae ita promittuntur et e more quo Aristoteles quaestiones instituere soleat esse, et proximis capp. ex ordine absolvi vides. Habes enim cap. 2 *τὰ φαινόμενα*, cap. 3 *τὰς ἀπορίας*; deinde vero persecutus singulas *τὰς ἀπορίας* difficultates (*τὰ δυσχερῆ*) quae exstiterunt ita explicat ut sane sententia (*τὰ ἔνδοξα*) rata sit.

5. *περὶ ταῦτα τὰ πάθη*. *Πάθος* enim quodam modo unumquodque quod in animo exsistit appellari potest. Nec voce hac negatur *ἡ ἐγκράτεια* aut *ἕξις* esse (ut b 2 dici videbatur) aut *διάθεσις* aut *δύναμις* quaedam (v. ad a 17).

Cap. 2. *Φαινόμενα* (b 3) vel *δοκοῦντα*, *λεγόμενα* (b 8. 20). Haec quinque fere enumerantur quae recenseri satis est. — Nec latet non fieri non posse quin inter haec jam et controversiae dissentientium appareant et difficultates ipsius rei significentur, unde progrediente sermone cap. 3 *ἀπορίαι* nascantur.

1) 8—10. Constat igitur inter omnes quod fere 1145 a 16 primum est: nam *τὰ περὶ τῶν ἠθῶν φευκτὰ* (a 16) sane eadem et *φαῦλα* et *ψεκτά* (b 10). Dicto autem *τοῦ ἐπαινετοῦ* et *ψεκτοῦ* nomine ad illam sententiam 1103 a 9 revocamur „*τῶν ἕξεων δὲ τὰς ἐπαινετὰς ἀρετὰς λέγομεν*".

1145 b 9 καὶ τῶν ἐπαινετῶν εἶναι, ἡ δ' ἀκρασία τε καὶ μαλακία τῶν φαύλων τε καὶ ψεκτῶν, καὶ ὁ αὐτὸς ἐγκρατὴς καὶ ἐμμενετικὸς τῷ λογισμῷ καὶ ἀκρατὴς καὶ ἐκστατικὸς τοῦ λογισμοῦ. καὶ ὁ μὲν ἀκρατὴς εἰδὼς ὅτι φαῦλα πράττει διὰ πάθος, ὁ δ' ἐγκρατὴς εἰδὼς ὅτι φαῦλαι αἱ ἐπιθυμίαι οὐκ ἀκολουθεῖ διὰ τὸν λόγον. καὶ τὸν σώφρονα μὲν ἐγκρατῆ καὶ καρτερικόν, τὸν δὲ τοιοῦτον οἱ μὲν πάντα σώφρονα οἱ δ' οὔ, καὶ τὸν ἀκόλαστον ἀκρατῆ καὶ τὸν ἀκρατῆ ἀκόλαστον συγκεχυμένως, οἱ δὲ ἑτέρους εἶναί φασιν. τὸν δὲ φρόνιμον ὁτὲ μὲν οὔ φασιν ἐνδέχεσθαι εἶναι ἀκρατῆ, ὁτὲ δ' ἐνίους φρονίμους ὄντας καὶ δεινοὺς ἀκρατεῖς εἶναι. ἔτι ἀκρατεῖς λέγονται καὶ θυμοῦ καὶ τιμῆς καὶ κέρδους. τὰ μὲν οὖν λεγόμενα ταῦτ' ἐστίν·

10. τε καὶ] $K^b M^b$ καὶ. ὁ αὐτὸς] K^b αὐτὸς.

2) 10—14. Agnoscunt praeterea omnes id, quod tanquam proprium harum ἕξεων dicernit eas a virtute et a vitio reliquo. Ὁ ἀκρατὴς enim habet λογισμὸν vel genus quoddam τοῦ εἰδέναι, quod secutus aliter et rectius ageret; ὁ ἐγκρατὴς cupidinem pravam cui non obsecutus probe agit. Nam verba vs 12 sq. hoc dicunt καὶ ὁ ἀκρατὴς εἰδὼς ὅτι φαῦλα ἃ πράττει πράττει διὰ πάθος, ὁ δ' ἐγκρατὴς εἰδὼς ὅτι φαῦλαι αἱ ἐπιθυμίαι ἃς ἔχει οὐκ ἀκολουθεῖ διὰ τὸν λόγον.

3) 14—17. Comparantur porro imprimis cum eâ virtute ethica eoque vitio, cui maxime cognatae videntur esse: σωφροσύνης et ἀκολασίας. Quod si quaeratur, alii differentiam esse ajunt, alii negant: modo — si quidem verba b 14 „καὶ τὸν σώφρονα μὲν ἐγκρατῆ καὶ καρτερικόν" tenentur — ab utrâque parte non pariter. Qui enim discernunt inter σώφρονα interque ἐγκρατῆ, notionem τῆς ἐγκρατείας ita latius patere censent ut τὴν σωφροσύνην amplectatur; neque igitur ut in vitiis simpliciter utrosque ἑτέρους εἶναί φασιν (b 17). At dubitaverit forte aliquis, utrum voluerit Aristoteles tale judicium, quod quamvis ad rem haud ineptum sit tamen argutius et diligentius censentium est, τοῖς λέγουσι dare; annon verba illa b 14 neglegentiae potius cuidam haud ineleganti debeantur qua lectoribus permittatur ut partitionem illam οἱ μὲν — — οἱ δὲ, mox versu b 15. 17 receptam, etiam ad primam enuntiationem cogitatione adhibeant. Sed v. ad 1146 a 9—16.

15. τὸν δὲ τοιοῦτον οἱ μὲν πάντα σώφρονα i. e. sine discrimine, συγκεχυμένως s. etiam ἁπλῶς. Ita vero et Plato censuerat Rep. Δ p. 430 s.

4) 17—19. Neque id neglectum, ut in partem τοῦ διανοητικοῦ versi quaererent, quaenam esset harum ἕξεων ratio ad τὴν φρόνησιν.

18 s. φρονίμους ὄντας καὶ δεινούς: in additâ voce καὶ δεινούς ansa erroris apparet: falsi enim sunt male confusâ δεινότητος naturâ cum φρονήσεως; v. ad 1144 a 29 aliaque quae Z 13 adnotata sunt.

5) 19. 20. Denique constat genus τῆς ἀκρασίας non tantum ad

H 3 ἀπορήσειε δ' ἄν τις πῶς ὑπολαμβάνων ὀρθῶς ἀκρατεύεταί τις. ἐπιστάμενον μὲν οὖν οὔ φασί τινες οἷόν τε εἶναι· δεινὸν γὰρ ἐπιστήμης ἐνούσης, ὡς ᾤετο Σωκράτης, ἄλλο τι κρατεῖν, καὶ περιέλκειν αὐτὸν ὥσπερ ἀνδράποδον. Σωκράτης μὲν γὰρ ὅλως ἐμάχετο πρὸς τὸν λόγον ὡς οὐκ οὔσης ἀκρασίας· οὐθένα γὰρ ὑπολαμβάνοντα πράττειν παρὰ τὸ βέλτιστον, ἀλλὰ δι' ἄγνοιαν. οὗτος μὲν οὖν ὁ λόγος ἀμ- 1145 b 21

---

22. μὲν οὖν] K^{b}M^b οὖν. 24. αὐτὸν] K^b αὐτήν.

τὴν ἐπιθυμίαν quae proprie dicitur (v. No. 3) sed ad plura pertinere. Quâ in re qui meminerit quam varie τὸ περὶ τί ipsarum virtutum dictum sit (v. ad 1107 a 33), haud mirabitur aliam ἀκρασίαν dici πάθους τινὸς (θυμοῦ) aliam rei vel boni cujusdam (τιμῆς, κέρδους).

Cap. 3. Ἀπορίαι (1145 b 4. 21; 1146 b 6) sex.

1) 21—1146 a 9. Pertinet haec quaestio omnis ad τὸ φαινόμενον 2, sed ita ut sub finem etiam ad τὸ φαινόμενον 4 respiciatur. Disceptatur enim, qui fieri possit ut ὁ ἀκρατὴς εἰδὼς ὅτι φαῦλα nihilominus peccet v. 1145 b 12 s. Qua in re primum Socratici potissimum, scientiae vel mentis admiratione capti, temere ἀκρασίαν esse omnino negant — 1145 b 27. Quae opinio quum nullam habeat probabilitatem (—b 31), alii prudentius affectibus animi non scientiam quidem sed δόξαν imparem esse dicunt — b 35. At ita quidem ab alterâ utrâ parte periculum est, sc. ne aut si infirmam δόξαν finxeris intemperantiae crimen paene nullum sit (—1146 a 4), aut si validissimam quamque opinionem deturbari dixeris ipsa ἡ φρόνησις videatur resistere non posse, ut mire idem sit φρόνιμος et ἀκρατής — 1146 a 9.

23. δεινὸν γὰρ ἐπιστήμης ἐνούσης . . . Apparet quam arte haec sententia cohaereat cum illâ quâ omnis virtus scientia esse videbatur (v. ad 1144 b 17); deinde, quum scientia quam ipse vocat Z 3, omnino non pertineat ad πρακτὰ quaecunque, nomine ἐπιστήμης vs 23. 32. 34. 36 in his Aristotelem non e suo loquendi usu sed ex alieno uti, ut ἐπιστήμη vi potissimum, perspicuitate, firmitudine ab universo δόξης genere differat (v. vs 36 „μηδ' ἰσχυρὰ ὑπόληψις . . . ἀλλ' ἠρεμαία"). — In verbis autem Platonem tibi audire videaris: „δεινὸν" enim ejus est qui parum pie de divinâ mentis naturâ loqui timeat; περιέλκεσθαι ὥσπερ ἀνδράποδον ipsius est vox in Protag. 352; „αὐτὸν" vs 24 interpretari licet „quem scientia liberum et quasi dominum reddidit".

25. 26. . . . ὡς οὐκ οὔσης ἀκρασίας: qualis quidem vulgo ac recte describitur. Nomina enim eadem et ipsi Socrati usitata sunt, non tantum ἐγκρατείας sed etiam ἀκρασίας, velut Xenophonteo „οἱ νέοι ἀκρατέστατοι" Mem. I, 2, 26; cf. III, 9, 4.

26. 27. οὐθένα γὰρ ὑπολαμβάνοντα . . . ἀλλὰ δι' ἄγνοιαν. Hoc igitur Aristoteles spernit, quamquam ipse docuit ὅτι ἀγνοεῖ πᾶς ὁ μοχθηρὸς ἃ δεῖ πράττειν 1110 b 28, sperans nimirum fore ut per

1145 b 28 φισβητεῖ τοῖς φαινομένοις ἐναργῶς, καὶ δέον ζητεῖν π τὸ πάθος, εἰ δι' ἄγνοιαν, τίς ὁ τρόπος γίνεται τῆς ἀγνοίας. ὅτι γὰρ οὐκ οἴεταί γε ὁ ἀκρατευόμενος πρὶν ἐν τῷ πάθει γενέσθαι, φανερόν. εἰσὶ δέ τινες οἳ τὰ μὲν συγχωροῦσι τὰ δ' οὔ· τὸ μὲν γὰρ ἐπιστήμης μηθὲν εἶναι κρεῖττον ὁμολογοῦσιν, τὸ δὲ μηθένα πράττειν παρὰ τὸ δόξαν βέλτιον οὐχ ὁμολογοῦσι, καὶ διὰ τοῦτο τὸν ἀκρατῆ φασὶν οὐκ ἐπιστήμην ἔχοντα κρατεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἡδονῶν ἀλλὰ δόξαν. ἀλλὰ μὴν εἴ γε δόξα καὶ μὴ ἐπιστήμη, μηδ' ἰσχυρὰ ὑπό-
1146 a ληψις ἡ ἀντιτείνουσα ἀλλ' ἠρεμαία, καθάπερ ἐν τοῖς διστάζουσι, συγγνώμη τῷ μὴ μένειν ἐν αὐταῖς πρὸς ἐπιθυμίας ἰσχυράς· τῇ δὲ μοχθηρίᾳ οὐ συγγνώμη, οὐδὲ τῶν ἄλλων οὐδενὶ τῶν ψεκτῶν. φρονήσεως ἄρα ἀντιτεινούσης·

29. τίς ὁ] K^b τίς. 31. K^{b}O^b εἰσὶ δή τινες.
1. K^b ἀλλ' ἠρεμία. 2. τῷ] K^b τό.

distinctionem quandam τῶν τρόπων (vs 29) consentaneum sit idem fere et dicere et negare.

28. ἀμφισβητεῖ τοῖς φαινομένοις ἐναργῶς. Bene sic in Socrate et in Platone id notatur quod Aristoteles sincero suo veritatis studio ad modestiam quandam eruditus a suâ doctrinâ longe abesse jubebat. Nec male de re in persimili disputatione MM. „συμβαίνει οὖν (Πλάτωνι) ἐπιστήμας ποιοῦντι τὰς ἀρετὰς ἀναιρεῖν τὸ ἄλογον μέρος τῆς ψυχῆς, τοῦτο δὲ ποιῶν ἀναιρεῖ καὶ πάθος καὶ ἦθος 1182 a 20. — Καὶ δέον ζητεῖν περὶ τὸ πάθος: i. e. atque ita abrumpitur quasi (τῷ ἀμφισβητεῖν κ. τ. λ.) quaestio „quum revera modo apparuerit quid adsit difficultatis".

30. πρὶν ἐν τῷ πάθει γενέσθαι: quaeritur igitur quonam modo fiat ut scientia quam ante habuerit atque etiam post tenet per quoddam tempus evanuerit; v. 1147 b 6 sq.

31. εἰσὶ δέ τινες οἳ τὰ μὲν συγχωροῦσι . . .: alio distinguendi genere adhibito quam quod Aristoteli probatur. — Quinam sint isti τινές, haud facile dixeris. Poterat enim pro suâ δόξης definitione similiter Plato judicare, sed in libris eundem ita loqui haud memini.

36. μηδ' ἰσχυρὰ ὑπόληψις . . . v. ad vs 23. Ut enim de tali essendi genere agi videretur, scientia vs 32—35 removebatur.

2 s. συγγνώμη τῷ μὴ μένειν . . . Recte sane in moribus ea sententia refutata esse videbatur, quâ acceptâ turpitudini alicui venia data fuerit. Sed ipsi argumento, ut proponitur, multa et gravia objici possunt; neque enim, ut τὸ μὴ μένειν sic excusatum sit, ullo modo iste ὁ ἀκρατὴς excusatus esse videbitur. An ipsis ταῖς ἰσχυραῖς ἐπιθυμίαις si pravae sint venia erit danda? an ipsi τῷ διστάζειν (vs 1), siquidem de iis rebus agitur, de quibus dubitare vel dissentire fas non est?

4 s. φρονήσεως ἄρα ἀντιτεινούσης . . .: quodsi igitur eo refugi

ὕτη γὰρ ἰσχυρότατον. ἀλλ' ἄτοπον· ἔσται γὰρ ὁ αὐτὸς 11 μα φρόνιμος καὶ ἀκρατής, φήσειε δ' οὐδ' ἂν εἷς φρονίμου ἶναι τὸ πράττειν ἑκόντα τὰ φαυλότατα. πρὸς δὲ τούτοις ἐδειχται πρότερον ὅτι πρακτικός γε ὁ φρόνιμος· τῶν σχάτων γάρ τις καὶ τὰς ἄλλας ἔχων ἀρετάς. ἔτι εἰ μὲν ἐν ῷ ἐπιθυμίας ἔχειν ἰσχυρὰς καὶ φαύλας ὁ ἐγκρατής, οὐκ σται ὁ σώφρων ἐγκρατὴς οὐδ' ὁ ἐγκρατὴς σώφρων· οὔτε ἀρ τὸ ἄγαν σώφρονος οὔτε τὸ φαύλας ἔχειν. ἀλλὰ μὴν

Kb pr. φησί. 11. ὁ σώφρων] Kb σώφρων.

ͻquit ut τῷ ἀκρατεῖ debilis opinio (1145 b 36 s.) detur, sequitur ‚ἄρα") e contrario firmam et validam δόξαν s. ὑπόληψιν illi tribuenım esse: ergo φρόνησιν potissimum; αὕτη γάρ, ut et ipsi dicunt, ἰσχυϱτατον; v. Eud. 1246 b 34 τὸ Σωκρατικὸν ὅτι οὐδὲν ἰσχυρότερον φροήσεως. — Tantum igitur abest ut τὸ ἄρα necessario ad 1139 b 16. 17 ›ectet (quae Fritzschii Eud. p. XLIII et 154 est sententia), ut in iis uae proxima sunt solis versetur. — Id vero num ita censentes adersarii ad ἐπιστήμην quam quidem ipsi dicunt relabantur, Aristoteles uippe qui φρόνησιν a scientiâ segregaverit suo jure non quaerit.

5. 6. ἀλλ' ἄτοπον . . . φήσειε δ' οὐδ' ἂν εἷς . . .: quamquam erant r. τὸ φαινόμενον 4) qui eâdem hac quaestione non satis perspectâ ierent ἐνίους φρονίμους ὄντας . . . ἀκρατεῖς εἶναι 1145 b 18.

8. δέδεικται πρότερον: sc. ὅτι πρακτικὸς ὁ φρόνιμος in definitione ῖς φρονήσεως 1140 b 4. 5; ὅτι τῶν ἐσχάτων (τις) 1142 a 24, cf. Z 10; ι τὰς ἄλλας ἔχει ἀρετάς 1145 a 1. 2 et al. in Z 13.

2) 1146 a 9—16. Si τὸ φαινόμενον 1 (ὅτι ἡ ἐγκράτεια τῶν ἐπαιῶν καὶ σπουδαίων) verum est, cognitâ ejus naturâ (v. φαινόμενον 2) ›ontrariam partem efficitur id quod ἐν τῷ φαινομένῳ 3 omnibus ebat τὸν σώφρονα ἐγκρατῆ εἶναι stare non posse. Aliis verbis: m in temperantiâ id apparet quod et laudi datur nec tamen esse ıt nisi in iis quibus res omni laudi, imprimis τῇ σωφροσύνῃ ad- — cupidines malae ac vehementes — adest. Haec ἀπορία est.

. εἰ μὲν ἐν τῷ ἐπιθυμίας ἔχειν ἰσχυρὰς καὶ φαύλας: illud (τὸ ῖς) vs 2 fere videbatur, hoc (τὸ φαύλας) 1145 b 13; utrumque ecte visum esse mox verbis ἀλλὰ μὴν δεῖ γε . . . vs 12—16 deatur.

οὐκ ἔσται ὁ σώφρων ἐγκρατὴς οὐδ' ὁ ἐγκρατὴς σώφρων. Voce onemur, huc argumentationem omnem converti. Quodsi opiniom omnem nonnulli tantum haberent quibus alii obloquerentur, ꞌ cur ipsi hinc ἀπορία videretur exsistere. Sin inter omnes ὶν σώφρονα certe ἐγκρατῆ εἶναι — nam de alterâ sententiâ ır sane v. 1145 b 15 „τὸν δ' ἐγκρατῆ οἱ μὲν πάντα σώφρονα, " —: profecto est cur haesitet qui idem hoc negaturus est. 5 b 14—17.

!. οὔτε γὰρ . . . οὔτε . . .: v. τὸν σώφρονα 1119 a 11—18.

ꞌ. ἀλλὰ μὴν δεῖ γε: necessario τῷ ἐγκρατεῖ, ut modo vs 9

δεῖ γε· εἰ μὲν γὰρ χρησταὶ αἱ ἐπιθυμίαι, φαύλη ἡ κωλύουσα ἕξις μὴ ἀκολουθεῖν, ὥσθ' ἡ ἐγκράτεια οὐ πᾶσα σπουδαία· εἰ δ' ἀσθενεῖς καὶ μὴ φαῦλαι, οὐθὲν σεμνόν, οὐδ' εἰ φαῦλαι καὶ ἀσθενεῖς, οὐθὲν μέγα. ἔτι εἰ πάσῃ δόξῃ ἐμμενετικὸν ποιεῖ ἡ ἐγκράτεια, φαύλη, οἷον εἰ καὶ τῇ ψευδεῖ· καὶ εἰ πάσης δόξης ἡ ἀκρασία ἐκστατικόν, ἔσται τις σπουδαία ἀκρασία, οἷον ὁ Σοφοκλέους Νεοπτόλεμος ἐν τῷ Φιλοκτήτῃ· ἐπαινετὸς γὰρ οὐκ ἐμμένων οἷς ἐπείσθη ὑπὸ τοῦ Ὀδυσσέως διὰ τὸ λυπεῖσθαι ψευδόμενος. ἔτι ὁ σοφιστικὸς λόγος ψευδόμενος ἀπορία· διὰ γὰρ τὸ παράδοξα βούλεσθαι ἐλέγχειν, ἵνα δεινοὶ ὦσιν ὅταν ἐπιτύχωσιν, ὁ γενόμενος συλλογισμὸς ἀπορία γίνεται· δέδεται γὰρ ἡ διάνοια, ὅταν μένειν μὲν μὴ βούληται διὰ τὸ μὴ ἀρέσκειν τὸ συμπερανθέν, προϊέναι δὲ μὴ δύνηται διὰ τὸ λῦσαι μὴ ἔχειν τὸν λόγον. συμβαίνει δ' ἔκ τινος λόγου ἡ ἀφροσύνη H

15. K[b] σπουδαῖον. 25. μὲν μὴ] K[b]L[b]M[b] μή.

factum est. nimiam et malam cupidinem dari. in his per τὸ φαινόμενον 1 assumpto secundo evincitur. Siquidem enim id illius propri
est ut rationi affectibus suis repugnantibus obtemperet (2), laude dig
esse (1) non poterat, nisi illi affectus et perversi essent et aliquant
roboris haberent.

3 1146 a 16—21. Ut modo de affectu τοῦ ἐγκρατοῦς qualis e
censendus sit quaesitum est: ita jam in alteram partem de ratio
agitur quânam ille regi dicatur. Qui enim τὸν ἐγκρατῆ definive
ἐμμενετικόν, τὸν ἀκρατῆ ἐκστατικόν (v. φαινόμενον 2), nisi velit la-
dem ab illo ad hunc transferri (cf. φαινόμενον 1) addat oportet illu
λόγον qui aut valeat aut infirmus sit verum ac rectum esse.

19. ὁ Σοφοκλέους Νεοπτόλεμος ἐν Φιλοκτήτῃ: est enim et Θεοδέ-
του fabula Φιλοκτήτης 1150 b 9; cf. Bernhardi Griech. Lit.-Gesch. II,
604. Ad exemplum hoc e Sophocle et ad universam hanc quaestione
cap. 10 reditur, imprimis 1151 b 17—21.

4) 1146 a 21—31. Haec ita tantum nova quaestio est („ἔτι") qu
fieri potest ut eadem res per artem in aliam speciem exornata nova
dubitationes moveat. Etenim ὁ σοφιστικὸς λόγος vs 27—31 id mu
agit ut eas difficultates quas evitandas esse modo per ἀπορίαν 3 audi-
vimus arreptas in παραλογισμὸν convertat.

24. δέδεται ἡ διάνοια: dum alia ὁ λόγος evincit, alia vel ἔργ
apparent vel menti certa videntur. Postquam vero inventum prim-
est, vinculum illud unde confectum sit, deinde solutum: molestia supe-
rata eum fructum habet ut τῷ διαπορεῖν succedat τὸ εὐπορεῖν. V.
locos 995 a 27 sqq.; 1216 b 40—1217 a 14.

27 s. ἀφροσύνη dicitur quae vs 17. 18 δόξα ψευδὴς erat; ἀκρασί
omnino inconstantia quaelibet; ἀρετὴ cujuscunque esse qui τἀγαθὰ ποι

7 3 μετὰ ἀκρασίας ἀρετή· τἀναντία γὰρ πράττει ὧν ὑπολαμβάνει διὰ τὴν ἀκρασίαν, ὑπολαμβάνει δὲ τἀγαθὰ κακὰ εἶναι καὶ οὐ δεῖν πράττειν, ὥστε τἀγαθὰ καὶ οὐ τὰ 1146 a 28
8 κακὰ πράξει. ἔτι ὁ τῷ πεπεῖσθαι πράττων καὶ διώκων τὰ ἡδέα καὶ προαιρούμενος βελτίων ἂν δόξειε τοῦ μὴ διὰ λογισμὸν ἀλλὰ δι' ἀκρασίαν· εὐιατότερος γὰρ διὰ τὸ μεταπεισθῆναι ἄν. ὁ δ' ἀκρατὴς ἔνοχος τῇ παροιμίᾳ ἐν ᾗ φαμὲν „ὅταν τὸ ὕδωρ πνίγῃ, τί δεῖ ἐπιπίνειν"; εἰ μὲν γὰρ [μὴ] ἐπέπειστο ἃ πράττει, μεταπεισθεὶς ἂν ἐπαύσατο· νῦν 1146 b
9 δὲ ⟨ἄλλα⟩ πεπεισμένος οὐδὲν ἧττον ἄλλα πράττει. ἔτι εἰ περὶ πάντα ἀκρασία ἐστὶ καὶ ἐγκράτεια, τίς ὁ ἁπλῶς ἀκρατής; οὐθεὶς γὰρ ἁπάσας ἔχει τὰς ἀκρασίας, φαμὲν δ' εἶναί τινας ἁπλῶς.

4 αἱ μὲν οὖν ἀπορίαι τοιαῦταί τινες συμβαίνουσι, τούτων

30. κακὰ] K^b καὶ κακά. 32. ἂν δόξειεν] Bekk.; K^b pr. et M^b δόξειεν (fuisse vid. δόξειεν ἄν).
1. [μὴ] del. cum K^{b}M^b. 2. ⟨ἄλλα⟩ conj. add.

(vs 30). Dixeris falsam istam speciem, ut solet fieri, παρὰ τὴν λέξιν gigni, ut Topica IX, 4 loquuntur; nec desiderare talia operam refutationis. — Ceterum ἀφροσύνης Aristoteles suis verbis per Nic. semel tantum mentionem facit (1149 a 5) itemque τοῦ ἄφρονος (ib. a 9): v. ad 1140 a 21. At in Rhet., Pol. atque in Eud. plus semel nomina ista occurrunt.

5) 1146 a 31—b 2. „Uter pejor: ὁ ἀκόλαστος (is enim ὁ τῷ πεπεῖσθαι πράττων καὶ διώκων τὰ ἡδέα καὶ προαιρούμενος a 31. 32) an ὁ ἀκρατής?" Exsistit enim ἀπορία quum per argumentationem quandam vs 33 sq. τὸν ἀκρατῆ pejorem esse efficitur, obstet vero vulgaris opinio quae eidem favet. Et est enim ἡμιπόνηρος tantum 1152 a 17.

35. ὅταν τὸ ὕδωρ πνίγῃ: aquam hance jam vides τὴν ἀληθῆ δόξαν vel τὸν ὀρθὸν λόγον esse, quae satis habet ὁ ἀκρατής, sed sine usu.

1 s. εἰ μὲν γὰρ μὴ ἐπέπειστο . . . . νῦν δὲ πεπεισμένος . . . (Bekk.) μὴ ante ἐπέπειστο om. K^{b}M^b; et tentaverunt hunc locum tanquam corruptum pridem alii (v. Zell ad h. l.); neque enim deletâ illâ particulâ res in integrum restituta est. Equidem modicâ medelâ omnia sanare mihi videor ut scribatur „εἰ μὲν γὰρ ἐπέπειστο ἃ πράττει, μεταπεισθεὶς ἂν ἐπαύσατο· νῦν δὲ ἄλλα πεπεισμένος οὐδὲν ἧττον ἄλλα πράττει".

6) 1146 b 2—5: v. φαινόμενον 5. „Quandoquidem sunt ἀκρατεῖς θυμοῦ, τιμῆς, κέρδους, ἄλλων (haec enim nomina adjici solent 1148 b 13. 14): quis tandem est qui nullo adjecto nomine ἁπλῶς dicitur ἀκρατής? Nedum enim is qui omnia genera animo recepit: τὸ γὰρ κακὸν ὁλόκληρον ὂν ἀφόρητον γίνεται (1126 a 12 s.)".

Cap. 4. 1146 b 6—14. Accessurus jam ad ipsam rem vel ad τὴν

1146 b 7 δὲ τὰ μὲν ἀνελεῖν δεῖ τὰ δὲ καταλιπεῖν· ἡ γὰρ λύσις τῆς ἀπορίας εὕρεσίς ἐστιν. πρῶτον μὲν οὖν σκεπτέον, πότερον εἰδότες ἢ οὔ, καὶ πῶς εἰδότες, εἶτα περὶ ποῖα τὸν ἀκρατῆ καὶ τὸν ἐγκρατῆ θετέον, λέγω δὲ πότερον περὶ πᾶσαν ἡδονὴν καὶ λύπην ἢ περί τινας ἀφωρισμένας, καὶ τὸν ἐγκρατῆ καὶ τὸν καρτερικόν, πότερον ὁ αὐτὸς ἢ ἕτερός ἐστιν· ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων ὅσα συγγενῆ τῆς θεωρίας ἐστὶ ταύτης. ἔστι δ' ἀρχὴ τῆς σκέψεως, πότερον ὁ ἐγκρατὴς καὶ ἀκρατής εἰσι τῷ περὶ ἃ ἢ τῷ πῶς

14—24. ἔστι δ' — διώκει δέ] locus susp. 15. τῷ περὶ] K[b] τῶν περὶ.

λύσιν breviter scriptor indicat quomodo singulae partes disputationis disponendae esse videantur.

7. τὰ μὲν ἀνελεῖν, τὰ δὲ καταλιπεῖν: v. 1145 b 6 ἐὰν γὰρ λύηται τὰ δυσχερῆ καὶ καταλείπηται τὰ ἔνδοξα ... Sunt enim τὰ οὕτω καταλειφθέντα non tantum relicta sed etiam comprobata; nam ἡ λύσις εὕρεσις sc. τῆς ἀληθείας. V. ad a 24.

8—14. Quae in his primum tria proponuntur vs 8—13 eodem ordine deinceps capp. 5—8 pertractantur; additis autem verbis ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων ... vs 13 s. ceteris quaestionibus quae adjungendae sint locus permittitur. Sunt enim universae inde a cap. 5 sex potissimum partes distinctae, quas ita recenseam ut priorum capitum 1—3 (prooemii, τῶν φαινομένων, τῶν ἀποριῶν) ratio habeatur.

1) πῶς εἰδότες ἀκρατεύονται; Haec erat ἀπορία 1, pertinetque huc φαινόμενον 2. — cap. 5.
2) τίς ὁ ἁπλῶς ἀκρατής; Ἀπ. 6, φαιν. 5. Qua de re ita agitur ut in posteriore capite 6, ne promissum in prooemio 1145 a 33 factum irritum cadat, etiam ad τὸ θηριῶδες respiciatur, atque deinde cap. 7 diversa genera quae reperta sunt ad supremam legem humanitatis inter se componantur. — cap. 6. 7.
3) ὁ ἐγκρατὴς καὶ ὁ καρτερικὸς καὶ οἱ ἐναντίοι συνώνυμοι. Ista sola jam quaestio nova est, nisi quod accurata horum nominum mentio in prooemio (1145 a 35. 36; cf. ib. b 8 s.) ipsa quasi talem disputationem flagitabat. — cap. 8.
4) πῶς ἡ ἀκρασία ἔχει πρὸς ἀκολασίαν καὶ ὅλως κακίαν; Ἀπ. 2 et 5, φαιν. 3 nec non 1. — cap. 9.
5) τίς ὁ λόγος ᾧ ἐμμένει ὁ ἐγκρατής; Ἀπ. 3. — cap. 10.
6) Ut finis sit operae nonnulla adduntur, quae adhuc locum non habuerunt, alia iterantur inque unum componuntur; repetitur e propositis quaestionibus una quae omissa fuerat „πότερον ὁ αὐτὸς φρόνιμος καὶ ἀκρατής" (1152 a 6—14); V. ἀπ. 1, φαιν. 4. — cap. 11.

Quae si perscrutemur, apparebit rite prooemii rationem haberi (No. 2 et 3); ad τὰ φαινόμενα cuncta respici; τῶν ἀποριῶν nullam neglegi praeter quartam, at hanc haud sine justâ causâ sperni jam vidimus (ad 1146 a 27 s.). Indidem vero et id apparet quam recte

4 ἔχοντες τὴν διαφοράν, λέγω δὲ πότερον τῷ περὶ ταδὶ εἶναι 1146 b 16 μόνον ἀκρατὴς ὁ ἀκρατής, ἢ οὔ ἀλλὰ τῷ ὥς, ἢ οὔ ἀλλ' ἐξ ἀμφοῖν· [ἔπειτ' εἰ περὶ πάντ' ἐστὶν ἡ ἀκρασία καὶ ἡ ἐγκράτεια ἢ οὔ·] οὔτε γὰρ περὶ πάντ' ἐστὶν ὁ ἁπλῶς ἀκρατής, ἀλλὰ περὶ ἅπερ ὁ ἀκόλαστος, οὔτε τῷ πρὸς ταῦτα ἁπλῶς ἔχειν (ταὐτὸν γὰρ ἂν ἦν τῇ ἀκολασίᾳ), ἀλλὰ τῷ ὡδὶ ἔχειν. ὁ μὲν γὰρ ἄγεται προαιρούμενος, νομίζων ἀεὶ δεῖν τὸ παρὸν ἡδὺ διώκειν· ὁ δ' οὐκ οἴεται μέν, διώκει

16. K^b λέγοντες δὲ πότερον τῷ περὶ ἃ δεῖ εἶναι. 18. 19. [ἔπειτ' — ἢ οὔ] male addita. 18. ἐστὶν ἡ] $K^b L^b$ ἐστίν. καὶ ἡ] K^b καί. 19. πάντ'] $K^b M^b$ ἅπαντ'. 22. ὡδὶ] K^b ὧδε.

---

post verba 1146 b 8—14 illico ad hance disputationem pergatur „περὶ μὲν οὖν τοῦ δόξαν ἀληθῆ εἶναι . . ." 1146 b 24.

Quoniam autem ita in libro *H* 1—11 reperimus diligenter omnia esse disposita, singula quaeque ab eo pertractata qui ab initio usque ad finem circumspiceret ne quid praetermitteretur: unum addam. Habent enim Eudemia id diversi a Nicomacheis quod in primis libris multo magis ad τὴν ἐγκράτειαν atque ἀκρασίαν spectant: v. 1223 a 36—b 36; 1224 a 31—1225 a 2; 1227 b 15—19. Neque enim solum saepissime ipsa illa nomina vocant, sed dum περὶ τοῦ ἑκουσίου, περὶ τοῦ βίᾳ, περὶ τοῦ τέλους τοῦ τῆς προαιρέσεως verba faciunt tam multa congerunt quae ad naturam τοῦ ἐγκρατοῦς noscendam pertineant, ut et plenam hac de re disputationem verbis promittere cogantur (1227 *b* 16 s.) et ad ipsas „τὰς ἀπορίας περὶ τὸν ἐγκρατῆ καὶ ἀκρατῆ" descendant (1224 b 36 s.). Id quod multo aliter habet in mentione illâ harum rerum quae in Nic. *ABΓ* praeter brevem vocem 1111 b 13—15 una fere facta est *A* 13 (1102 b 14—27). — Qua in re nunc de sententiis Eudemiorum taceam, sed hoc dico: parum videri probabile, librum *H* qualem novimus ad illa omnia quae ex Eud. commemoranda erant ne verbo quidem respecturum fuisse, si in eodem opere illa antecessissent i. e. ita saltem librum *H* Nicomacheorum potius quam Eudemiorum videri esse. Cf. quae ad h. libr. praefati sumus.

14—24. Hunc locum, quem propter reliqua ut inter se continua sint haud necessarium esse modo significavi, etiam ob alias causas suspectum habeo. Vere enim, nec tamen ita ut post capp. 1—4 decebat, est ἀρχὴ τῆς σκέψεως (vs 14) sc. ejus qui primum de toto hoc genere agere incipiat. Nec latet, unde cogitationis profectus auctor horum verborum initium istud quaerendi proposuerit. Nam quod vsu 15 s. dicitur „εἰσὶν . . . ἔχοντες τὴν διαφοράν" et mire dictum est nisi jam quo referenda sit ἡ διαφορὰ satis constat, et supplendum esse „πρὸς τὴν ἄλλην ἀρετὴν καὶ κακίαν" per proxima intellegitur. Ab hac igitur, quippe ad quam novum genus ἐγκρατείας καὶ ἀκρασίας accedere videretur, vsu 4 pergebatur. — Nec minus ultimis sententiis vs 19 sq. res eo modo geritur qui cum reliquâ huj. libri ratione parum

δέ. — περὶ μὲν οὖν τοῦ δόξαν ἀληθῆ ἀλλὰ μὴ ἐπιστήμην εἶναι παρ' ἣν ἀκρατεύονται, οὐθὲν διαφέρει πρὸς τὸν λόγον· ἔνιοι γὰρ τῶν δοξαζόντων οὐ διστάζουσιν, ἀλλ' οἴονται ἀκριβῶς εἰδέναι. εἰ οὖν διὰ τὸ ἠρέμα πιστεύειν οἱ δοξάζοντες μᾶλλον τῶν ἐπισταμένων παρὰ τὴν ὑπόληψιν πράξου-

consentiat. Perpaucis enim verbis eadem ibi tanquam certa proponuntur, quae ut rata sint mox duorum capitum (6 et 9) operâ efficitur. — Sed haec jam sufficere videntur ut inde probabile sit, hos vss 14—24 et ab h. l. et omnino a nostro libro *H* alienos esse. Atqui quum neque in sententiis neque in verbis per se quidquam insit quod ab ipso Aristotele abhorrere certo judicio censeri possit, aut dicemus haece verba initium esse alicujus disputationis Aristotelicae cujus reliqua pars ad nos non pervenerit, aut aliquando illum in Ethicis ita ad τὴν ἐγκράτειαν aggressum deinde ipsum aliam viam praetulisse.

Quodsi singula in vss 14—24 adeantur, primum quidem ne quid scriptori crimini detur quod alienâ culpâ accidisse videatur, delenda esse puto verba ἔπειτ' εἰ περὶ πάντ' ἐστὶν ἡ ἀκρασία καὶ ἡ ἐγκράτεια ἢ οὔ vs 18 s. Quomodo enim is qui diligenter bis quaesivit „πότερον τῷ περὶ ἃ . . . seu τῷ περὶ ταδὶ . . ." vs 15 et 16 hoc tanquam novum addiderit? Atque quae sequuntur „οὔτε γὰρ . . . οὔτε' . . ." vs 19sq. rectissime se ad tertiam illam quaestionem ἢ οὔ ἀλλ' ἐξ ἀμφοῖν vs 17 applicant. Solemne enim in hoc scribendi genere est, ut quod ultimum sit quaesitum ipsam scriptoris sententiam prodat. — Verum enimvero quae probatâ hac conjecturâ restant ita sunt comparata ut facile credas, ab his quaestionibus quae tam multa in unum amplectantur minus commodum deinde progressum ad bene dispositam disputationem visum esse. Relicta igitur quae sic inchoata erant; nec tamen deleta quippe quae haberent quo commendarentur, sed adscripta, mox recepta. Scimus enim quum in reliquis libris tum in Nicomacheis haud deesse exempla hujus generis; v. ad 1130 b 18—29 extr. et quae ante 1134 a 17—23 praemissa sunt.

— — — - -

Cap. 5. Quum ὁ ἀκρατής videatur sciens quae conducant ad contraria abripi, variis modis ostenditur quodnam istud sciendi genus esse possit vel quaenam in illo sit mentis animique conditio. — Qua in re ita agit Aristoteles ut controversiam potius qualis a Socraticis mota erat suscipiat, quam ipsam rem humanique animi hac in re quam maxime conspicuam naturam cogitatione effingat. Et ipsum enim idem timor atque adversarios contra quos disputat praeoccupavit, ne de mentis dignitate aliquid derogetur.

1) 1146 b 24—31. *Ita quidem in animo τοῦ ἀκρατοῦς dissensum illum in quo offenditur frustra minus gravem fingere conantur, ut opinionem tantum veram nec scientiam neglegi dicant. Neque enim opinionum apud plerosque minor est firmitas in mente quam scientiae.*

24. περὶ μὲν οὖν τοῦ δόξαν ἀληθῆ . . . Quum ad primam quaestionem („πρῶτον μὲν οὖν . . πότερον εἰδότες ἢ οὔ καὶ πῶς εἰδότες" vs 8) accedatur, ab initio animo obversantur quae de hac re supra

σιν, οὐθὲν διοίσει ἐπιστήμη δόξης· ἔνιοι γὰρ πιστεύουσιν οὐδὲν ἧττον οἷς δοξάζουσιν ἢ ἕτεροι οἷς ἐπίστανται· δηλοῖ δ' Ἡράκλειτος. ἀλλ' ἐπεὶ διχῶς λέγομεν τὸ ἐπίστασθαι (καὶ γὰρ ὁ ἔχων μὲν οὐ χρώμενος δὲ τῇ ἐπιστήμῃ καὶ ὁ χρώμενος λέγεται ἐπίστασθαι), διοίσει τὸ ἔχοντα μὲν μὴ θεωροῦντα δὲ ἃ μὴ δεῖ πράττειν τοῦ ἔχοντα καὶ θεωροῦντα· τοῦτο γὰρ δοκεῖ δεινόν, ἀλλ' οὐκ εἰ μὴ θεωρῶν. ἔτι, ἐπεὶ δύο

---

34. δὲ ἃ μὴ δεῖ] $K^bL^bO^b$ δὲ καὶ τὸ θεωροῦντα ἃ μὴ δεῖ.

---

cap. 4 (ἀπ. 1) commemorata sunt. Τινὲς enim illi 1145 b 31 δόξαν praeferre videbantur propter τὸ ἠρεμαῖον καὶ μὴ ἰσχυρὸν quo scientiae cedit; v. ἠρέμα πιστεύειν vs 27 et ad 1145 b 36. Nec mirum ad illos respici; ad extremum enim caput cum Socrate ejusque sectâ res est, v. 1147 b 14 s. „ὃ ἐζήτει Σωκράτης".

30. δηλοῖ δ' Ἡράκλειτος: ὁ Ἐφέσιος 1201 b 8, quem μεγαλόφρονα et ὑπερόπτην fuisse tradunt.

2) 1146 b 31—1147 a 10. *Sed triplici ratione scitur quodammodo quod nihilominus inter agendum neglegi haud mirum est: primum enim fit ut habeat quis scientiam nec tamen omnino utatur* (— b 35); *deinde ut pars quidem altera earum rerum quarum notitiâ opus est etiam ante oculos sit sc. propositiones quae majores vocantur, earum vero quae ad agendum maxime sunt necessariae, singularium, cognitio habeatur forte, sed sine usu* (— a 4); *denique ut ne singularium quidem rerum notitia omnis jaceat, sed earum tantum quae ad rem potius quam ad ipsum hominem spectant* — a 7 (10).

Hi tres sunt τρόποι (1147 a 8. 10 s.) diversi inter se ut ad noscendam ἀκρασίαν τινὰ hic alius, alius illic sit adhibendus. Commune autem id habent ut scientia haec omnis per se manca neque ad usum idonea sit. Itaque nec res de quâ quaeritur isto modo absolvi potest; nisi enim alia audiverimus, et optimum quemque plenâ scientiâ non instructum facile peccaturum atque recte τὸ δι' ἄγνοιαν (*Γ* 2) excusaturum esse dicemus. — Ad ultimum τῶν τρόπων, in ll. mire descriptum, v. infra ad a 4—7. — De variis rationibus quibus fiat ut idem in eâdem re et fallatur et verum noverit, cf. (quamquam logica disputatio ad ethicas hasce quaestiones haud sufficit) Anal. Pr. *B* 21.

31. διχῶς λέγομεν τὸ ἐπίστασθαι: τὸ μὲν γὰρ (τὸ ἔχειν μόνον ἐπιστήμην) δυνάμει ἐπίστασθαί ἐστι, τὸ δὲ (τὸ χρῆσθαι τῇ ἐπιστήμῃ) ἐνεργείᾳ. V. 1225 b 11 sq.; 1201 b 11 sq. Sin eundem in modum περὶ τοῦ ἐπιστήμονα εἶναι quaeritur, tres quasi gradûs discernuntur, ut ὁ ἔχων μὴ χρώμενος δὲ aut superiore quodam gradu τοῦ δυνάμει (255 a 33 sq.) aut inferiore quodam τῆς ἐντελεχείας (412 a 9 sq.) dicatur ἐπιστήμων esse. Quod vero l. c. ipsum τὸ ἐπίστασθαι 67 b 3–5 τριχῶς esse dicitur, inde factum est quod ibi minus opportune etiam discriminis inter τὸ καθόλου atque τὸ κατὰ μέρος (qui h. l. bene alter est τρόπος) ratio habetur.

1147 a 1 τρόποι τῶν προτάσεων. ἔχοντα μὲν ἀμφοτέρας οὐθὲν κωλύει πράττειν παρὰ τὴν ἐπιστήμην, χρώμενον μέντοι τῇ καθόλου ἀλλὰ μὴ τῇ κατὰ μέρος· πρακτὰ γὰρ καθ' ἕκαστα. διαφέρει δὲ καὶ τὸ *καθόλου· τὸ μὲν γὰρ ἐφ' ἑαυτοῦ τὸ δ' ἐπὶ τοῦ πράγματός ἐστιν, οἷον ὅτι παντὶ ἀνθρώπῳ συμφέρει τὰ ξηρά, καὶ ὅτι οὗτος ἄνθρωπος, ἢ ὅτι ξηρὸν τὸ τοιόνδε· ἀλλ' εἰ τόδε τοιόνδε, ἢ οὐκ ἔχει ἢ οὐκ ἐνεργεῖ. κατά τε δὴ τούτους διοίσει τοὺς τρόπους ἀμήχανον ὅσον, ὥστε δοκεῖν οὕτω μὲν εἰδέναι μηθὲν ἄτοπον, ἄλλως δὲ θαυμα- H

4. *καθόλου] scrib. vid. κατὰ μέρος. 6. οὗτος] ex uno (ut vid.) N^b, ὁ αὐτὸς $K^b M^b$ (αὐτὸς οὗτος $L^b O^b$). 7. ἢ οὐκ ἔχει] $K^b M^b$ οὐκ ἔχει.

1. δύο τρόποι τῶν προτάσεων: syllogismo enim omnis et harum rerum scientia efficitur. Cf. 1144 a 31, u. v.

3. πρακτὰ γὰρ τὰ καθ' ἕκαστα: v. 1110 b 33 (αἰτία τοῦ ἀκουσίου ἡ ἄγνοια) ἡ καθ' ἕκαστα ἐν οἷς καὶ περὶ ἃ ἡ πρᾶξις; 1141 b 16 πρακτικὴ γὰρ (ἡ φρόνησις)· ἡ δὲ πρᾶξις περὶ τὰ καθ' ἕκαστα. Ergo qui non animadverterit τὰ καθ' ἕκαστα quamquam ipsi ignota non sunt, profecto recte agere non poterit. Quid vero is qui τῶν καθόλου habeat scientiam nec tamen illā jam utatur? Utrum dicturus est scriptor hoc fere non accidere? an inde perversam actionem velut ἀκρασίας haud gigni? Eodem enim sub finem b 9—12 sententia redit.

4—7. In his corruptela. Vide enim unde rei eventus pendere dicatur „ἀλλ' εἰ τόδε τοιόνδε, ἢ οὐκ ἔχει ἢ οὐκ ἐνεργεῖ" vs 7. Manca igitur quae ad τὴν κατὰ μέρος πρότασιν pertinent. Quodsi inde fit ut res male geratur: quid jam ad rem, quod ἡ καθόλου πρότασις diversa (ἐφ' αὑτοῦ καὶ ἐπὶ τοῦ πράγματος vs 4) amplectatur? Immo quid est τὸ καθόλου τὸ ἐφ' αὑτοῦ, quum videantur sane ipsi quique singuli esse? Atqui ad τὴν κατὰ μέρος ista differentia pertinet: propositio enim ὅτι οὗτος ἄνθρωπος vs 6 est ἐφ' αὑτοῦ, altera ὅτι τόδε τοιόνδε vs 7 ἐπὶ τοῦ πράγματος. Conjicio igitur vs 4 scribendum esse „διαφέρει δὲ καὶ τὸ κατὰ μέρος". — Quod ut exemplo illustraretur, primo loco propositio major, a qua omnis syllogismus orditur, danda erat (ὅτι παντὶ ἀνθρώπῳ συμφέρει τὰ ξηρά). Succedit τὸ κατὰ μέρος τὸ ἐφ' αὑτοῦ, quod quidem in tali exemplo latere quemquam non poterit (ἐνεργεῖ igitur et τὸ ὅτι οὗτος ἄνθρωπος). At superest τὸ κατὰ μέρος τὸ ἐπὶ τοῦ πράγματος, in quo et ignoratio et oblivio locum habeat. Ergo vs 6 pergendum erat „(ἄνθρωπος.) ἀλλ' εἰ τόδε ξηρόν, ἢ οὐκ ἔχει ἢ οὐκ ἐνεργεῖ". Nec vera esse opinor vs 6. 7 verba tradita; propositio enim ὅτι ξηρὸν τὸ τοιόνδε, quippe quae comparata cum ipsa conclusione τῶν καθόλου sit, neque istum locum post „ὅτι οὗτος ἄνθρωπος" ferebat nec per particulam ἢ adjungenda erat.

8. κατά τε δὴ τούτους τοὺς τρόπους: τε istud ad τὸ ἔτι vs 10 spectat, quo ἄλλος τρόπος additur.

στόν. ἔτι τὸ ἔχειν τὴν ἐπιστήμην ἄλλον τρόπον τῶν νῦν ῥηθέντων ὑπάρχει τοῖς ἀνθρώποις· ἐν τῷ γὰρ ἔχειν μὲν μὴ χρῆσθαι δὲ διαφέρουσαν ὁρῶμεν τὴν ἕξιν, ὥστε καὶ

10. K^{b} ἔχειν ἐπιστήμην.

3) 1147 a 10 — 24. *Est vero apud* τὸν ἀκρατευόμενον *peculiare quoddam genus* τοῦ ἔχειν μόνον ἐπιστήμην, μὴ χρῆσθαι δέ, *ut et ambigi possit num omnino habere scientiam dicendus sit. Similis enim per vim affectûs est sopito vel mente capto vel ebrio; ut et loquatur passim verissima quaeque quae didicerit, prodat vero jam verba illa quasi ex alienâ personâ.*

Iste quidem τρόπος id habet ut per eum ad ipsam hance rem accedatur; sed et perbreviter, et per similia, et de quodam tantum ἀκρασίας genere agitur. Plerique enim qui peccant quod peccatum esse haud ignorant nec vehementi motu agitantur nec sui bene conscii esse desierunt. Sin sint quasi sopiti: quid tandem refert utrum dicatur mens vel scientia sopiri an vinci ac frangi? Jam enim concessum est esse scientiam cujus nulla sit vis in animo. Denique in istâ breviloquentiâ ne significatur quidem, num etiam nunc sola vel certe potissimum ἡ κατὰ μέρος ἐπιστήμη jacere dicatur. Sin minus, cur ante (v. ad a 3) in hanc partem disputabatur? Sed cf. ad b 6—9.

Nihilominus haud sine causâ ad hanc τῆς ἀκρασίας descriptionem, quâ veriorem Aristoteles non invenerit, etiam b 6—9; 11—12; cf. 1151 a 3—5; 1152 a 14 s. revertitur. Quamquam dissensum illum intestinum, qui hac in re percipitur, et ad omnes pertinere et totam hominis naturam corripuisse philosophi Graeci multo minus seu viderunt seu confessi sunt quam austeri illi Semitae, quos acumine et doctrinâ longe superabant. Nam hi quidem virtutem mortalium omnem fere ἐγκράτειαν esse dicebant adque debellandam ἀκρασίαν optimum quemque vocant. Esse enim in unoquoque, nisi prorsus sit perditus, duos quasi homines (τὸν παλαιόν τε καὶ τὸν καινόν nonnunquam vocant), quorum uterque suam habeat ὄρεξιν, suam noluntatem, suum cogitandi ac ratiocinandi vel deliberandi genus. Quâ in seditione id unum quaeri, uter altero validior magisque strenuus sit. — Quae si audiissent veteres Graeci, haud scio an assentire noluissent; sed diligentius forsitan hanc quaestionem repetivissent et ad quaedam quae et ipsis nonnunquam visa erant denuo animum advertissent: velut Aristoteles, cui hac in re haud adversatur Plato, ad eam sententiam qua 1102 b 27 sq. τὸ ὀρεκτικὸν aliorum εὐηκοώτερον τοῦ λόγου (τοῦ ἐν αὐτοῖς) quam in aliis esse dicebat, ratus ni fallor esse etiam δυσήκοον apud quosdam. Quid enim id reputanti ita δεινὸν vel θαυμαστόν, si reperti essent qui rationem vel τὴν ἐπιστήμην, quam ipsi praesentem haberent, sperncrent? Sunt nimirum δυσήκοοι. V. etiam *I* 4. 6. 8; ad 1151 a 11 s.

10 et 12. ἄλλον τρόπον τῶν νῦν (1146 b 31 — 1147 a 10) ῥηθέντων ... ἐν γὰρ τῷ ἔχειν μὲν μὴ χρῆσθαι δὲ διαφέρουσαν ὁρῶμεν τὴν ἕξιν, ὥστε ... Diversum sane hoc genus est quoniam nunc primum ad vim affectuum tanquam ad causam respicitur. At quonam modo

1147 a 1 τρόποι τῶν προτάσεων, ἔχοντα μὲν ἀμφοτέρας οὐθὲν κωλύει πράττειν παρὰ τὴν ἐπιστήμην, χρώμενον μέντοι τῇ καθόλου ἀλλὰ μὴ τῇ κατὰ μέρος· πρακτὰ γὰρ καθ' ἕκαστα. διαφέρει δὲ καὶ τὸ *καθόλου· τὸ μὲν γὰρ ἐφ' ἑαυτοῦ τὸ δ' ἐπὶ τοῦ πράγματός ἐστιν, οἷον ὅτι παντὶ ἀνθρώπῳ συμφέρει τὰ ξηρά, καὶ ὅτι οὗτος ἄνθρωπος, ἢ ὅτι ξηρὸν τὸ τοιόνδε· ἀλλ' εἰ τόδε τοιόνδε, ἢ οὐκ ἔχει ἢ οὐκ ἐνεργεῖ. κατά τε δὴ τούτους διοίσει τοὺς τρόπους ἀμήχανον ὅσον, ὥστε δοκεῖν οὕτω μὲν εἰδέναι μηθὲν ἄτοπον, ἄλλως δὲ θαυμα-

4. *καθόλου] scrib. vid. κατὰ μέρος. 6. οὗτος] ex uno (ut vid.) N^b, ὁ αὐτὸς $K^b M^b$ (αὐτὸς οὗτος $L^b O^b$). 7. ἢ οὐκ ἔχει] $K^b M^b$ οὐκ ἔχει.

1. *δύο τρόποι τῶν προτάσεων*: syllogismo enim omnis et harum rerum scientia efficitur. Cf. 1144 a 31, u. v.

3. *πρακτὰ γὰρ τὰ καθ' ἕκαστα*: v. 1110 b 33 (*αἰτία τοῦ ἀκουσίου ἡ ἄγνοια*) *ἡ καθ' ἕκαστα ἐν οἷς καὶ περὶ ἃ ἡ πρᾶξις*; 1141 b 16 *πρακτικὴ γὰρ* (*ἡ φρόνησις*)· *ἡ δὲ πρᾶξις περὶ τὰ καθ' ἕκαστα*. Ergo qui non animadverterit *τὰ καθ' ἕκαστα* quamquam ipsi ignota non sunt, profecto recte agere non poterit. Quid vero is qui *τῶν καθόλου* habeat scientiam nec tamen illâ jam utatur? Utrum dicturus est scriptor hoc fere non accidere? an inde perversam actionem velut *ἀκρασίας* haud gigni? Eodem enim sub finem b 9—12 sententia redit.

4 — 7. In his corruptela. Vide enim unde rei eventus pendere dicatur „*ἀλλ' εἰ τόδε τοιόνδε, ἢ οὐκ ἔχει ἢ οὐκ ἐνεργεῖ*" vs 7. Manca igitur quae ad *τὴν κατὰ μέρος πρότασιν* pertinent. Quodsi inde fit ut res male geratur: quid jam ad rem, quod *ἡ καθόλου πρότασις* diversa (*ἐφ' αὑτοῦ καὶ ἐπὶ τοῦ πράγματος* vs 4) amplectatur? Imo quid est *τὸ καθόλου τὸ ἐφ' αὑτοῦ*, quum videantur sane ipsi quique singuli esse? Atqui ad *τὴν κατὰ μέρος* ista differentia pertinet: propositio enim *ὅτι οὗτος ἄνθρωπος* vs 6 est *ἐφ' αὑτοῦ*, altera *ὅτι τόδε τοιόνδε* vs 7 *ἐπὶ τοῦ πράγματος*. Conjicio igitur vs 4 scribendum esse „*διαφέρει δὲ καὶ τὸ κατὰ μέρος*". — Quod ut exemplo illustraretur, primo loco propositio major, a qua omnis syllogismus orditur, danda erat (*ὅτι παντὶ ἀνθρώπῳ συμφέρει τὰ ξηρά*). Succedit *τὸ κατὰ μέρος τὸ ἐφ' αὑτοῦ*, quod quidem in tali exemplo latere quemquam non poterit (*ἐνεργεῖ* igitur et *τὸ ὅτι οὗτος ἄνθρωπος*). At superest *τὸ κατὰ μέρος τὸ ἐπὶ τοῦ πράγματος*, in quo et ignoratio et oblivio locum habeat. Ergo vs 6 pergendum erat „(*ἄνθρωπος*.) *ἀλλ' εἰ τόδε ξηρόν, ἢ οὐκ ἔχει ἢ οὐκ ἐνεργεῖ*". Nec vera esse opinor vs 6. 7 verba tradita; propositio enim *ὅτι ξηρὸν τὸ τοιόνδε*, quippe quae comparata cum ipsa conclusione *τῶν καθόλου* sit, neque istum locum post „*ὅτι οὗτος ἄνθρωπος*" ferebat nec per particulam *ἢ* adjungenda erat.

8. *κατά τε δὴ τούτους τοὺς τρόπους*: *τὲ* istud ad *τὸ ἔτι* vs 10 spectat, quo *ἄλλος τρόπος* additur.

ἔτι τὸ ἔχειν τὴν ἐπιστήμην ἄλλον τρόπον τῶν νῦν ντων ὑπάρχει τοῖς ἀνθρώποις· ἐν τῷ γὰρ ἔχειν μὲν ρῆσθαι δὲ διαφέρουσαν ὁρῶμεν τὴν ἕξιν, ὥστε καὶ

b ἔχειν ἐπιστήμην.

) 1147 a 10 — 24. *Est vero apud τὸν ἀκρατευόμενον peculiare am genus τοῦ ἔχειν μόνον ἐπιστήμην, μὴ χρῆσθαι δέ, ut et am- ossit num omnino habere scientiam dicendus sit. Similis enim per ffectûs est sopito vel mente capto vel ebrio; ut et loquatur passim ma quaeque quae didicerit, prodat vero jam verba illa quasi ex personâ.*

ıte quidem τρόπος id habet ut per eum ad ipsam hance rem ac- ır; sed et perbreviter, et per similia, et de quodam tantum ἀκρα- ʒenere agitur. Plerique enim qui peccant quod peccatum esse ignorant nec vehementi motu agitantur nec sui bene conscii esse ınt. Sin sint quasi sopiti: quid tandem refert utrum dicatur vel scientia sopiri an vinci ac frangi? Jam enim concessum est cientiam cujus nulla sit vis in animo. Denique in istâ brevilo- â ne significatur quidem, num etiam nunc sola vel certe potissi- ἡ κατὰ μέρος ἐπιστήμη jacere dicatur. Sin minus, cur ante a 3) in hanc partem disputabatur? Sed cf. ad b 6—9.

ihilominus haud sine causâ ad hanc τῆς ἀκρασίας descriptionem, eriorem Aristoteles non invenerit, etiam b 6—9; 11—12; cf. 1151 5; 1152 a 14 s. revertitur. Quamquam dissensum illum intesti- qui hac in re percipitur, et ad omnes pertinere et totam hominis ım corripuisse philosophi Graeci multo minus seu viderunt seu si sunt quam austeri illi Semitae, quos acumine et doctrinâ longe ıbant. Nam hi quidem virtutem mortalium omnem fere ἐγκρά- esse dicebant adque debellandam ἀκρασίαν optimum quemque ıt. Esse enim in unoquoque, nisi prorsus sit perditus, duos quasi es (τὸν παλαιόν τε καὶ τὸν καινόν nonnunquam vocant), quorum ıe suam habeat ὄρεξιν, suam noluntatem, suum cogitandi ac ra- ındi vel deliberandi genus. Quâ in seditione id unum quaeri, ltero validior magisque strenuus sit. — Quae si audiissent veteres ı, haud scio an assentire noluissent; sed diligentius forsitan hanc ionem repetivissent et ad quaedam quae et ipsis nonnunquam rant denuo animum advertissent: velut Aristoteles, cui hac in re adversatur Plato, ad eam sententiam qua 1102 b 27 sq. τὸ ὀρε- aliorum εὐηκοώτερον τοῦ λόγου (τοῦ ἐν αὐτοῖς) quam in aliis icebat, ratus ni fallor esse etiam δυσήκοον apud quosdam. Quid id reputanti ita δεινὸν vel θαυμαστόν, si reperti essent qui ra- ı vel τὴν ἐπιστήμην, quam ipsi praesentem haberent, spernerent? ıimirum δυσήκοοι. V. etiam *I* 4. 6. 8; ad 1151 a 11 s.

) et 12. ἄλλον τρόπον τῶν νῦν (1146 b 31 — 1147 a 10) ῥηθέν- . ἐν γὰρ τῷ ἔχειν μὲν μὴ χρῆσθαι δὲ διαφέρουσαν ὁρῶμεν ıν, ὥστε . . . Diversum sane hoc genus est quoniam nunc primum n affectuum tanquam ad causam respicitur. At quonam modo

1147 a 13 ἔχειν πως καὶ μὴ ἔχειν, οἷον τὸν καθεύδοντα καὶ μαινόμενον καὶ οἰνωμένον. ἀλλὰ μὴν οὕτω διατίθενται οἱ ἐν τοῖς πάθεσιν ὄντες· θυμοὶ γὰρ καὶ ἐπιθυμίαι ἀφροδισίων καὶ ἔνια τῶν τοιούτων ἐπιδήλως καὶ τὸ σῶμα μεθιστᾶσιν, ἐνίοις δὲ καὶ μανίας ποιοῦσιν. δῆλον οὖν ὅτι ὁμοίως ἔχειν λεκτέον τοὺς ἀκρατεῖς τούτοις. τὸ δὲ λέγειν τοὺς λόγους τοὺς ἀπὸ τῆς ἐπιστήμης οὐδὲν σημεῖον· καὶ γὰρ οἱ ἐν τοῖς πάθεσι τούτοις ὄντες ἀποδείξεις καὶ ἔπη λέγουσιν Ἐμπεδοκλέους, καὶ οἱ πρῶτον μαθόντες συνείρουσι μὲν τοὺς λόγους, ἴσασι δ' οὔπω· δεῖ γὰρ συμφῦναι, τούτῳ δὲ χρόνου δεῖ· ὥστε κα- H

---

21. $K^b M^b$ πρῶτοι μαθόντες συνεργοῦσι. 22. K^b συμφυῆναι. τούτῳ] $K^b M^b$ τοῦτο.

---

haec ratio ipsius τοῦ ἔχειν μηδὲ χρῆσθαι a priore, quae omnino descripta non est, differat eo minus patet, quum ipse Aristot. universum genus eorum quibus ἕξις ἄνευ ἐνεργείας (χρήσεως) est item ac vs 13 dormientibus comparare soleat: v. 1098 b 33 τὴν μὲν γὰρ ἕξιν ἐνδέχεται μηδὲν ἀγαθὸν ἀποτελεῖν ὑπάρχουσαν οἷον τῷ καθεύδοντι ἢ ἄλλως πως ἐξηργηκότι, cf. 1095 b 32 et τὸν Ἐνδυμίωνα 1178 b 19. Quid? nonne poterat id quod istius generis proprium est et ita describi „ὥστε καὶ ἐνεργεῖν s. χρῆσθαί πως καὶ μή“? Loquuntur enim hi vs 18 sq.

17 s. ὁμοίως ἔχειν λεκτέον τοὺς ἀκρατεῖς τούτοις i. e. illis ἐνίοις quos proprie dicimus delirare.

20. ἀποδείξεις καὶ ἔπη λέγουσιν Ἐμπεδοκλέους: versûs dici necesse est qui τῆς ἐπιστήμης (vs 19) sunt i. e. ad institutionem ethicam pertinent. Quâ in re si Empedoclem appellare (v. b 12) videbatur, sequitur hunc, cujus ἐλεγεῖα quaedam etiam nunc legi notum est, et ad commendandam virtutem carmina edidisse, quae cum in ore hominum essent tum gravitate vel perspicuitate excellerent. — Demonstratur igitur hoc exemplo („καὶ γὰρ“ vs 19) genus illud τοῦ λέγειν vs 18 neque apud ipsos τοὺς ἀκρατευομένους inauditum esse nec similem in modum (καὶ vs 21) apud alios velut τοὺς πρῶτον μαθόντας.

21. συνείρουσι μὲν τοὺς λόγους, ἴσασι δ' οὔπω: aliud enim est memoriâ tenere, aliud intellexisse et scire. Cf. τοὺς νέους οἳ οὐ πιστεύουσιν ἀλλὰ λέγουσιν sc. ea quae expertis tantum constant 1142 a 19.

22. δεῖ γὰρ συμφῦναι: hanc σύμφυσιν, quamquam temporis brevitas in illis non obstat, etiam τοῖς ἀκρατέσιν aut effectam non esse aut quum fuerit tolli apparet. Quo si accuratius inquisitum esset, dicendum erat unde contingat ut vinculum illud inter nosmetipsos et inter veritatem nobis haud ignotam firmum sit.

23. καθάπερ τοὺς ὑποκρινομένους: ergo ex aliâ quasi personâ loquuntur, ex aliâ agunt, sed ita ut etiam illae voces ipsorum sint.

4) 1147 a 24 — b 3 (5). *Re bene perspectâ omnino ne dicetur quidem ὁ ἀκρατὴς simpliciter contra rationem quam ipse habeat agere, sed*

ϑάπερ τοὺς ὑποκρινομένους, οὕτως ὑποληπτέον λέγειν καὶ τοὺς ἀκρατευομένους. ἔτι καὶ ὧδε φυσικῶς ἄν τις ἐπιβλέψειε τὴν αἰτίαν. ἡ μὲν γὰρ καθόλου δόξα, ἡ δ' ἑτέρα περὶ τῶν καθ' ἕκαστά ἐστιν, ὧν αἴσθησις ἤδη κυρία· ὅταν δὲ μία γένηται ἐξ αὐτῶν, ἀνάγκη τὸ συμπερανθὲν ἔνθα μὲν φάναι τὴν ψυχήν, ἐν δὲ ταῖς ποιητικαῖς πράττειν εὐθύς, οἷον, εἰ παντὸς γλυκέος γεύεσθαι δεῖ, τουτὶ δὲ γλυκὺ ὡς ἕν τι τῶν καθ' ἕκαστον, ἀνάγκη τὸν δυνάμενον καὶ μὴ κωλυόμενον ἅμα τοῦτο καὶ πράττειν. ὅταν οὖν ἡ μὲν κα- 1147 a 23

30. ἕν τι τῶν] K^b pr. τόν.

esse quandam sententiam per se rectam, quam immutatam ad usum cupidinis secutus peccet.

In his, quamquam videbantur Aristoteli maxime ad rei naturam cognoscendam idonea esse (v. „φυσικῶς" vs 24), vera cum falsis ita sunt mista, ut probabile sit, ne de universâ quidem sententiâ, quid tandem velit, omnibus constare.

24. *φυσικῶς ἄν τις ἐπιβλέψειε τὴν αἰτίαν*, unde τὸ ἀκρατεύεσθαι accidat. Φυσικῶς pro locorum diversâ ratione diversa significat: φυσικῶς enim τὸ διὰ τί ἀποδώσει qui ita disputat ut τὸν φυσικὸν decet 198 a 23; itaque fieri potest ut οἱ ἀνώτερον ἐπιζητοῦντες καὶ φυσικώτερον 1155 b 2 vituperandi sint, siquidem res quae hominis propria st velut amicitia ad universam rerum naturam referatur. Plerumque ero φυσικῶς videtur disputatum esse quod e propriâ rei propositae turâ petitum est, ut τὸ λογικῶς vel τὸ καθόλου sit oppositum, synonum τὸ ἐξ οἰκείου λόγου. Sic 1170 a 13 φυσικώτερον ἐπισκοπεῖν; 66 b 26 φυσικῶς δ' ἐκ τῶνδε δῆλον, praecessit enim ζήτησίς τις e καθόλου esse dicebatur (ib. 21); 204 b 10 φυσικῶς μᾶλλον θεω- postquam τὸ λογικῶς σκοπεῖσθαι i. e. ἐκ τοῦ λόγου s. τοῦ ὁρισμοῦ b 4 locum habuit; cf. 264 a 7. 8 ubi τὸ λογικῶς ἐπισκοπεῖν oppour quibusdam λόγοις οἷς ὡς οἰκείοις πιστεύουσιν. — Itaque h. l. quod in animo τοῦ ἀκρατοῦς fit positum esse dicitur in peculiari dam modo ratiocinandi et concludendi: ad hunc enim describendum n proxima („ἡ μὲν γὰρ καθόλου δόξα . . .") pergunt inque eodem qua versantur, τὸ φυσικῶς ἐπιβλέψαι absolvitur.

28. *ἐν δὲ ταῖς ποιητικαῖς* (δόξαις — vs 25) *πράττειν εὐθύς*. Ποιη- dici quae ad τὰ πρακτὰ spectant ex ipsis verbis apparet; v. ad 9 a 26. Quid vero sit πρακτικὴ (seu ποιητικὴ) πρότασις, vs 29 s. mplo illustratur sc. ea qua quid ὡς δέον agnoscitur. Sin ad sylismi istius conclusionem spectamus, dicendum potius erat „ἀνάγκη ναι ὅτι δεῖ τουτουὶ γεύεσθαι" quam quod vs 30 est „ἀνάγκη ἅμα el εὐθὺς vs 28) καὶ πράττειν". Nimirum permulti multa quae eri debere haud negant nunquam faciunt. Quaeritur enim quid in omine valeat τὸ δεῖ, cui mens quidem non assentiri nequit.

31. *ὅταν οὖν ἡ μὲν καθόλου ἐνῇ κωλύουσα* . . . In his vss 31—b3 sam rem describere sibi videtur Aristoteles. Apertum autem est et

1147 a 32 θόλου ἐνῇ κωλύουσα γεύεσθαι, ἡ δέ, ὅτι πᾶν τὸ γλυκὺ ἡδύ, τουτὶ δὲ γλυκύ (αὕτη δὲ ἐνεργεῖ), τύχῃ δὲ ἐπιθυμία ἐνοῦσα, ἡ μὲν λέγει φεύγειν τοῦτο, ἡ δ' ἐπιθυμία ἄγει· κινεῖν γὰρ ἕκαστον δύναται τῶν μορίων· ὥστε συμβαίνει H
1147 b ὑπὸ λόγου πως καὶ δόξης ἀκρατεύεσθαι, οὐκ ἐναντίας δὲ καθ' αὑτήν, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός. ἡ γὰρ ἐπιθυμία ἐναντία, ἀλλ' οὐχ ἡ δόξα, τῷ ὀρθῷ λόγῳ. ὥστε καὶ διὰ

32. ἡ δέ] K^b pr. et L^b ἡ. τὸ γλυκὺ] $K^b M^b$ γλυκύ. 34. μὲν] $K^b M^b$ μὲν οὖν.
3. post λόγῳ Bekk. colon.

per aposiopesin et per oppositionis rationem, dici priorem hanc opinionem quae proba est (ἡ μὲν — καθόλου) sine propositione minore esse. Cur enim vs 25 sq., duabus propositionibus rem absolvi, declaratum esset? cur in alterâ opinione quae prava est minor vs 33 non tantum diligenter commemoraretur, sed etiam additâ voce „αὕτη δὲ ἐνεργεῖ" quasi laudaretur? Ergo Arist. ad illas logicas distinctiones redit, quas primum (No. 2) propositas deinde paene neglegere videbatur (No. 3). Nec nunc quaeritur qui exspectari possit ut sententia quaelibet quae generalis tantum adsit singulare quoddam jubeat vetetve („κωλύουσα" vs 32, „λέγει" vs 34); v. ad No. 2. — Alteram vero opinionem (ἡ δὲ vs 32) vides non tanquam πρακτικὴν proponi, sed tanquam θεωρητικήν — deest enim τὸ δεῖ —, ut ita quidem nil ad agendum spectet. Quamobrem necesse erat aliud quid accederet, id quod per ἐπιθυμίας mentionem fit vs 33 et 34. Haec igitur id efficit quod ab ipsâ mente in contrariam partem avocante alienum videbatur esse; sc. ut animus jam non audiat ὅτι πᾶν τὸ γλυκὺ ἡδύ, sed potius ὅτι παντὸς γλυκέος γεύεσθαι δεῖ: cf. vs 32 cum vsu 29. Quae mutatio sententiae motui cupidinis debetur: κινεῖν γὰρ ἕκαστον δύναται τῶν μορίων vs 35. Et hinc quidem licebat dicere, illam opinionem cui ὁ ἀκρατευόμενος obsequatur per se contrariam non esse (verae sententiae) b 1; sane enim essent in mente contraria, si utrumque propositum esset tum ὅτι παντὸς αἰσχροῦ ἀφεκτέον (haec est ἡ μὲν vs 31), tum ὅτι παντὸς γλυκέος (ἡδέος) γευστέον: aliter vero res habet, dum ipsa illa altera δόξα nil dicit nisi ὅτι πᾶν τὸ γλυκὺ ἔστιν ἡδύ. Quod autem accessit non δόξα esse fingitur, sed τῆς ἐπιθυμίας.

Hanc igitur fere naturam τοῦ ἀκρατεύεσθαι excogitavit Arist.: *Verum quidem, contra id quod sciat τὸν ἀκρατῆ peccare. Sed hoc ita fit, ut, dum scientiam recti praesens et diligens reputatio rerum singularium deficit, cupido in locum quasi desertum irrumpat sententiamque per se veram (ὅτι ἡδύ) velut insciâ mente in mandatum transformet.*

35. κινεῖν γὰρ ἕκαστον δύναται τῶν μορίων: et ὁ λόγος ὁ ἕνεκά τινος et ipsa ἡ ἐπιθυμία. V. ad 1139 a 36.

3—5. ὥστε καὶ διὰ τοῦτο τὰ θηρία οὐκ ἀκρατῆ . . . Ante haec, quoniam ex iis quae proxime praecedunt haud possunt colligi, plene interpungendum. Respicitur enim („ὥστε") ad universam argumenta-

τοῦτο τὰ θηρία οὐκ ἀκρατῆ, ὅτι οὐκ ἔχει καθόλου ὑπό- 1147b 4 ληψιν, ἀλλὰ τῶν καθ' ἕκαστα φαντασίαν καὶ μνήμην. πῶς δὲ λύεται ἡ ἄγνοια καὶ πάλιν γίνεται ἐπιστήμων ὁ ἀκρατής, ὁ αὐτὸς λόγος καὶ περὶ οἰνωμένου καὶ καθεύδοντος καὶ οὐκ ἴδιος τούτου τοῦ πάθους, ὃν δεῖ παρὰ τῶν φυσιολόγων ἀκούειν. ἐπεὶ δ' ἡ τελευταία πρότασις δόξα τε αἰσθητοῦ καὶ κυρία τῶν πράξεων, ταύτην ⟨δὲ⟩ ἢ οὐκ ἔχει ὁ ἐν τῷ πάθει ὤν, ἢ οὕτως ἔχει ὡς οὐκ ἦν τὸ ἔχειν ἐπίστασθαι ἀλλὰ λέγειν ὥσπερ ὁ οἰνωμένος τὰ Ἐμπεδοκλέους,

4. τῶν καθόλου] K^{b}M^b καθόλου. 6. ἡ ἄγνοια] om. K^b pr. 7. καὶ περὶ] K^b ὁ περὶ (M^b ὁ καὶ περὶ). 9. δ' ἡ] K^b δή. 10. ⟨δὲ⟩ conj. add. 10. 11. ὁ ἐν] K^{b}L^{b}M^b ἐν.

---

tionem a 31 sqq, unde appareat quodam modo ad ἀκρασίαν ne unam quidem καθόλου δόξαν sufficere, sed duas necessarias esse.

5) 1147 b 6—17. Re ipsâ perspectâ (No. 4) subjunguntur nonnulla uibus aut suppleatur disputatio aut priores quaestiones cum reperto idicio in unum comprehendantur.

a) 1147 b 6—9. Πῶς δὲ λύεται ἡ ἄγνοια: aperte haec ad locum 3 tissimum spectant, sed etiam ob τὸ φανερὸν illud 1145 b (29—)31 optata sunt. Neque importune hic sunt posita: quae enim scriptor ria per hoc caput proposuit ipsi haud videntur in diversa abire, ut nsendus sit dicere, sopore illo animi (No. 3) maxime τὴν κατὰ μέρος ἕαν, quae ad τὴν καθόλου a 31 (No. 4) desideratur, obscuratam esse; b 10—12. — Munere τῶν φυσιολόγων quod vs 8 postulatur ipsum rfunctum esse dixeris in libello περὶ ὕπνου καὶ ἐγρηγορήσεως.

b) 1147 b 9—17. Haec ut apud Bekkerum exstant, quum verba ιὰ διὰ τὸ . . . . ἔσχατον ὅρον vs 13. 14 plane claudicent, non possunt ri; id quod neque Lambinum fugit. Per levem vero et probabilem utationem, additâ particulâ δὲ post ταύτην vs 10 et sublato puncto post ὅρον vs 14 in unam et rectam periodum abibunt, cujus apodosis a verbis καὶ ἔοικεν vs 14 orditur. In extremis autem verbis, quibus ad apodosin illam ratio subjungitur „οὐ γὰρ . . .“ vs 15, scribendum ἀλλ' ἡ αἰσθητική. *Quoniam minor potissimum propositio tollitur* (v. supra No. 2. 4) *visque affectûs in hac obscurandâ percipitur* (No. 3), *sequitur, quum illa sensibus magis quam scientiae debeatur, suo jure Socratem negasse scientiam ipsam per affectum deleri; nam* ἡ καθόλου *quidem (quamvis inutilis facta sit) manet, nec consummatâ per utramque propositionem scientiâ supervenit hostis ille (sed priusquam consummetur, opprimit alteram).*

10 sq. ταύτην δὲ . . . De ipsâ sententiâ quidem dubitabitur. Ebrii ane (vs 12) ea potius loquuntur quibus omnino temulentia redarguitur. Neque obscurum est unde id fiat.

1147 b 13 **καὶ διὰ τὸ μὴ καθόλου μηδ' ἐπιστημονικὸν ὁμοίως εἶναι δοκεῖν τῷ καθόλου τὸν ἔσχατον ὅρον, καὶ ἔοικεν ὃ ἐζήτει Σωκράτης συμβαίνειν· οὐ γὰρ τῆς κυρίως ἐπιστήμης εἶναι δοκούσης παρούσης γίνεται τὸ πάθος, οὐδ' αὕτη περιέλκεται διὰ τὸ πάθος, ἀλλὰ τῆς αἰσθητικῆς. περὶ μὲν οὖν τοῦ εἰδότα καὶ μή, καὶ πῶς εἰδότα ἐνδέχεται ἀκρατεύεσθαι, τοσαῦτα εἰρήσθω.** H

πότερον δ' ἐστί τις ἁπλῶς ἀκρατὴς ἢ πάντες κατὰ μέρος, καὶ εἰ ἔστι, περὶ ποῖά ἐστι, λεκτέον ἐφεξῆς. ὅτι μὲν 6

14. K[b] τῶν καθόλου. post ὅρον Bekk. punctum. 17. **ἀλλὰ τῆς αἰσθητικῆς**] scr. ἀλλ' ἡ αἰσθητική.

13. καὶ διὰ τὸ μὴ καθόλου μηδ' ἐπιστημονικὸν ὁμοίως... Scimus enim esse τὴν ἐπιστήμην περὶ τῶν καθόλου ὑπόληψιν 1140 b 31.

15. οὐ γὰρ τῆς κυρίως ἐπιστήμης εἶναι δοκούσης... **Κυρίως ἐπιστήμην** jam dici eam quae per plenum syllogismum absoluta sit, ut et ἡ καθόλου et ἡ κατὰ μέρος πρότασις adsit, ex ipsius hujus sententiae ratione intelligitur. Neque enim τὴν τελευταίαν scire (quamquam τῶν πράξεων est κυρία vs 10) neque τὸν καθόλου ὅρον (quamquam μάλιστα est ἐπιστημονικὸς vs 13 sq.) κυρίως est ἐπίστασθαι.

17. ἀλλὰ τῆς αἰσθητικῆς (Bekk.) i. e. **παρούσης γίνεται τὸ πάθος**. At audivimus neque abesse τὴν καθόλου et si ad rei eventum spectetur non jam adesse τὴν αἰσθητικήν. Quamquam igitur quae per se non sunt vera aegre mente tanquam consentanea effinguntur, tamen pro certo affirmaverim Aristotelem scripsisse „ἀλλ' ἡ αἰσθητική" sc. περιέλκεται, ut ἡ καθόλου καὶ μάλιστα ἐπιστημονικὴ intacta forte sed eadem ad rem gerendam impar sit. — Τὸ πάθος vs 16 intelligas τὸ τῆς ἀκρασίας (quod fit), (διὰ) τὸ πάθος vs 17 affectum (qui facit quasi impetum).

Cap. 6. 7. Quum secundo loco quaeratur, ὁ ἁπλῶς ἀκρατὴς num sit et quis sit, probabile est ab initio (cap. 6) ita agi ut τὸ περὶ τί ἡ ἀκρασία explicetur. Hoc enim item in virtutibus describendis primum proponi meminimus.

1147 b 23 — 1148 a 17. *Quoniam universam τὴν ἀκρασίαν περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας esse apud omnes constat, ἡ ἁπλῶς (si est) in certo quodam genere τῶν ἡδονῶν καὶ λυπῶν spectabitur. Sunt vero jam duo genera maxime distinguenda: alterum τῶν ἀναγκαίων — σωματικῶν, alterum τῶν οὐκ ἀναγκαίων — αἱρετῶν καθ' αὑτά, ἐχόντων δὲ ὑπερβολήν* — 1147 b 31. *In hoc igitur qui ratione suā rectā non consistunt, ἀκρατεῖς quidem dicuntur, sed addito eo rerum vel affectūs genere in quo versantur* — 1148 a 4; *at qui in illo, proprie sunt ἀκρατεῖς, ut τὸ περὶ τί idem sit quod apud τοὺς ἀκολάστους* — 1148 a 17.

21. ὅτι μὲν οὖν περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας εἰσὶν... Quum non minus sit verum ὅτι ἡ ἠθικὴ ἀρετὴ περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας ἐστίν (v. 1104 b 8), conjiciet qui capitis *H* 1 memor sit singulis quibusque vir-

οὖν περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας εἰσὶν οἵ τ' ἐγκρατεῖς καὶ καρτερικοὶ καὶ ἀκρατεῖς καὶ μαλακοί, φανερόν· ἐπεὶ δ' ἐστὶ τὰ μὲν ἀναγκαῖα τῶν ποιούντων ἡδονήν, τὰ δ' αἱρετὰ μὲν καθ' αὑτὰ ἔχοντα δ' ὑπερβολήν· ἀναγκαῖα μὲν τὰ σωματικά (λέγω δὲ τὰ τοιαῦτα, τά τε περὶ τὴν τροφὴν καὶ τὴν τῶν ἀφροδισίων χρείαν, καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν σωματικῶν περὶ ἃ τὴν ἀκολασίαν ἔθεμεν καὶ τὴν σωφροσύνην), τὰ δ' ἀναγκαῖα μὲν οὔ, αἱρετὰ δὲ καθ' αὑτά (λέγω δ' 1147 b 22

29. οὔ] K^{b}M^b οὐχί. λέγω δ'] K^b δὲ λέγω (M^b λέγω).

tutibus ethicis singula ἐγκρατείας genera apponenda esse. Et videtur Arist., dum usum potius linguae quam ipsius rei naturam secutus τῇ ἁπλῶς ἀκρασίᾳ primas partes dat, quodam modo etiam inter virtutes τὴν σωφροσύνην principem fecisse.

23. ἐπεὶ δ' ἐστὶ . . . Ad rationem grammaticam sine dubio hinc protasis inchoatur, quae interrupta per interpositas sententias λέγω δὲ vs 26(—28) et vs 29(—31) tam longe procurrit, ut apodosis postquam ad eam perventum est videatur per particulas μὲν οὖν vs 31 velut nova sententia adjungenda esse. Id quod Bekker in minore quidem editione interpungendo recte significavit. Ad rem vero protasi illâ quam diximus (vs 23—31), distinctis generibus τῶν ἡδονῶν vel τῶν ἡδέων, quaestio tentatur et necessaria et haud levis. Nec prorsus nova. Etenim verba quidem 1099 a 12. 13, quibus alia ἡδέα dicuntur φύσει ἡδέα esse, alia μὴ φύσει, minus huc quam ad argumentum capitis 1148 b 15 sqq. spectant; at in disputatione valde affini περὶ σωφροσύνης *Γ* 13 diligenter et consentaneo modo non tantum duo genera τῶν ἡδονῶν, τὰς σωματικὰς (πάσχοντός τι τοῦ σώματος) et τὰς ψυχικὰς (…σχούσης τῆς διανοίας) discerni, sed etiam ex utroque genere com-ures commemorari et inter se componi meminimus 1117 b 28 — 1118 3 sq. Quem locum qui cum his verbis comparaverit, agnoscet sane quodam modo aliud quid et majus hic propositum esse; nec tamen patebit, id quod illic dilucidam in rationem inchoatum sit ad usum hujus quaestionis converti potuisse. Sunt enim et hic duo genera τῶν ἡδέων. Verumtamen quum sint ἡδοναὶ quae nec σωματικαὶ sint neque ὑπερβολὴν admittant (v. 1154 b 15), apparet in duobus istis generibus non totam naturam τῆς ἡδονῆς adesse. Deinde neque ea quae commemorantur genera satis recte tanquam diversa describuntur: annon et ipsae αἱ σωματικαὶ tum per se αἱρεταὶ sunt tum ἔχουσιν ὑπερβολήν? Denique sunt quae receptâ hacce distinctione inter utrumque genus medio loco sint — velut αἱ ἀπὸ ὀσφρήσεως 1173 b 17 s., quae forsitan non sint ἀναγκαῖαι, sed certo σωματικαὶ pertinentque ad genus ἀκρασίας τῆς οὐχ ἁπλῶς λεγομένης. Nimirum exemplis quae per utrumque λέγω δὲ vs 26 et 29 enumerantur plus dandum est quam definitioni generum quae tentatur; neque ita multo minus disceremus si scriptum esset „ἐπεὶ δὲ διαφέρει ἐν ταῖς ἡδοναῖς τὸ γένος περὶ ὃ τὴν σωφροσύνην (libro *Γ*) ἔθεμεν ἀπὸ τῶν ἄλλων αἳ καθ' αὑτὰς μὲν αἱρεταί εἰσιν, ἔχουσι δ' ὑπερβολήν . . .“

[illegible] τῶν ἀγαθῶν καὶ [illegible] ὀρθὸν λόγον [illegible] λέγομεν ἀκρα- [illegible] καὶ κέρδους [illegible] καὶ καθ' ὁμοιό- [illegible] γενική- [illegible] διέφερεν, [illegible] ἡ μὲν γὰρ ἀκρασία [illegible] ὡς κακία τις [illegible] τῶν δὲ [illegible] λέγομεν τὸν

[illegible]

[illegible] λεγομένη.

[illegible] cap. 7 additur, [illegible] quamquam et ipse contra [illegible] in illâ definitione [illegible]

[illegible] sc. οὐ τὸν [illegible] ὑπερβάλλοντας [illegible] δὲ τοῖς ἄλλοις. [illegible] modum et verborum [illegible], ut acumine melioris [illegible] scriptoris aliquantum [illegible] ὁ κοινὸς λόγος seu ἄνθρω- πος [illegible] ἄνθρωπος τὰ Ὀλύμπια [illegible]

2. [illegible] 1147 b 34: 1148 a 2. — Omnino περὶ ἀκρασίας [illegible] κακία [illegible] in utramque partem censeri, ad 1145 b 2 [illegible]. Sin hac de re ita agatur, ut utrum κακία an ἁμαρτία sit quaeratur, habemus regulam ad quam judicia dirigi par fuerit 1135 b 11 — 1136 a 3. Hac vero adhibitâ utrosque τοὺς ἀκρατεῖς censebimus ἀδικῆσαι, neutros ἀδίκους vel κακοὺς esse (οὐ γὰρ ἐκ προαιρέσεως καὶ προνοίας), neutros ἁμαρτήματα tantum committere (nihil enim in iis ἀγνοίας). Et est profecto periculum, si hunc in modum diverse de utroque genere statuatur, ne etiam ipsa ἡ ἀκολασία sola videatur κακία esse, at ἡ δειλία ἡ χαλεπότης ἡ ἀδικία proprie dicta minus. Aut igitur dicemus Aristotelem (id quod verum est) in circumscribendis generibus haud sibi semper constare, aut illum ex usu vulgi judicio („ψέγεται" vs 3) id tantum suum facere ut ἡ ἁπλῶς ἀκρασία prae ceteris severe notanda sit.

4 -17. Sequitur ὁ ἁπλῶς ἀκρατής: de quo quae jam discimus improbabili modo in verbis 1146 b 19—24 praecepta esse videbantur. — Quâ in re proprium unum est τὸ περὶ τί; nam illud „ὁ μὴ τῷ προαιρεῖσθαι . . ." vs 6 (16. 17) utrique ἀκρασίας generi commune est.

σώφρονα καὶ ἀκόλαστον, ὁ μὴ τῷ προαιρεῖσθαι τῶν τε 1148 a 6 ἡδέων διώκων τὰς ὑπερβολὰς καὶ τῶν λυπηρῶν φεύγων, πείνης καὶ δίψης καὶ ἀλέας καὶ ψύχους καὶ πάντων τῶν περὶ ἁφὴν καὶ γεῦσιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν προαίρεσιν καὶ τὴν διάνοιαν, ἀκρατὴς λέγεται, οὐ κατὰ πρόσθεσιν, ὅτι περὶ τάδε, καθάπερ ὀργῆς, ἀλλ' ἁπλῶς μόνον. σημεῖον δέ· καὶ γὰρ μαλακοὶ λέγονται περὶ ταύτας, περὶ ἐκείνων δ' οὐδεμίαν. καὶ διὰ τοῦτ' εἰς ταὐτὸν τὸν ἀκρατῆ καὶ τὸν ἀκόλαστον τίθεμεν καὶ ἐγκρατῆ καὶ σώφρονα, ἀλλ' οὐκ ἐκείνων οὐδένα, διὰ τὸ περὶ τὰς αὐτάς πως ἡδονὰς καὶ λύπας εἶναι· οἱ δ' εἰσὶ μὲν περὶ ταὐτά, ἀλλ' οὐχ ὡσαύτως εἰσίν, ἀλλ' οἱ μὲν προαιροῦνται οἱ δ' οὐ προαιροῦνται. [διὸ μᾶλλον ἀκό-

---

6. τῶν τε] K^b τῶν δὲ (L^{b}M^b τῶν). 7. fort. scr. καὶ τῶν λυπηρῶν ὁτιοῦν φεύγων (om. M^b). 17—22. [διὸ μᾶλλον — ἰσχυρά;] non hujus sunt loci; at proxima 22—b 14 vix omnino Aristotelis.

---

7. καὶ τῶν λυπηρῶν φεύγων: num καὶ τῶν λυπηρῶν τὰς ὑπερβολὰς φεύγων? Imo ideo sunt ἀκόλαστοι et ἀκρατεῖς quod ipsam voluptatis absentiam tanquam miseriam ferre nequeunt, v. 1118 b 28—33; hic vs 18. 19; 1154 a 18 s. Ex ipsis igitur verbis falsa sententia efficitur; utque res habet neque emendationi neque excusationi locus est. Cf. etiam ad 1150 a 23 s.

8. καὶ πάντων τῶν περὶ ἁφὴν καὶ γεῦσιν: deest enim inter ea quae recensebantur imprimis mentio τῶν ἀφροδισίων (v. 1147 b 27). Licebat vero vel rectius erat omittere verba καὶ γεῦσιν, ut 1118 a 26 sq. (1231 a 12—18) demonstratum est; modo haec quidem quaestio pro hujus loci ratione subtilior poterat videri.

11 sq. σημεῖον δέ· καὶ γὰρ μαλακοὶ . . . Usum linguae in nomine ἀκρατὴς („λέγεται" vs 10) revera ad istam generum differentiam spectare, per usum synonymi μαλακὸς probatur, quippe quod omnino ad alterum illud genus ἀκρασίας non referatur. In Rhet. quidem ὁ μαλακὸς περὶ τὰ ῥᾴθυμα esse dicitur, sed de his notionibus mox cap. 8 amplius agetur. — Περὶ ταύτας i. e. τὰς σωματικὰς ἀπολαύσεις (vs 5) atque τὰς ὑπερβολὰς τὰς ἐν ἐκείναις (vs 7); unde per analogiam intellegitur „ἐκείνων οὐδεμίαν" vs 12 dici „τῶν ὑπερβολῶν, in quibus alterum genus ἀκρασίας versatur" (cf. τοὺς ὑπερβάλλοντας 1147 b 32).

17—22. διὸ μᾶλλον ἀκόλαστον ἂν εἴποιμεν . . . . λύπῃ ἰσχυρᾷ. Ab initio, qui diligenter haec pertractaverit, dubitabit cur tandem h. l. de diversis quasi gradibus τῆς ἀκολασίας agendum fuerit. Fingas igitur mente, quaeri potius quis omnino χείρων quam quis μᾶλλον ἀκόλαστος sit. Ita vero easdem sententias, simillima verba hic habebis atque 1150 a 27—31 „παντὶ δ' ἂν δόξειε χείρων εἶναι . . . τί γὰρ ἂν ἐποίει . . .; v. ib. b 5—13. Quo loco efficitur τὸν ἀκρατῆ quippe in quo vis affe-

[illegible]

[illegible] verba 1150 a 27—31 [illegible]

[illegible] verbis et [illegible] eadem explicantur [illegible] 1147 b [illegible] — 1148 a 4 legimus. Ab eodem [illegible] 1147 b [illegible] et 1148 a 22 sermo profectus [illegible] — 1147 [illegible] — 1148 a [illegible] non tantum eandem [illegible] sed etiam [illegible] eandem membrorum constructionem [illegible] 1147 b [illegible] — 1148 a 2 res proposita per simile [illegible] 1148 b [illegible] 12 [illegible] feliciore successu per simile [illegible] quod vero 1148 a 2—4 breviter dictum est, non esse in hoc genere το [illegible] 1148 a 28 — b 6 demonstratur: neque enim [illegible] esse, si ipsa res per se φύσει τῶν αἱρετῶν sit. — Atque haec quidem eo scribendi genere proponuntur, ut primam periodum, simili modo impeditam ac illam de qua ad 1147 b 23 egimus, excipiat altera quae recte Mureto insigne ἀνακόλουθον esse videbatur: nam protasis διὸ ὅσοι μὲν a 28 in apodosin μοχθηρία μὲν οὖν b 2 incidit.

Ne igitur quae de singulis verbis atque sententiis adnotanda sint quasi capite careant, jam dicam quid hac in re sentiam. Ea enim quae 1147 b 23 sqq. et quae 1148 a 22 sqq. tradita sunt, ita inter se habent ut et ob similitudinem et ob differentias contra rationem sit, utraque in eodem libro eodemque capite esse. Nec tamen prudens arbiter similiter hic judicabit ac nos ad 1146 b 14 — 24 judicavimus: sed posterior haec disputatio 1148 a 22 sqq. omnino Periphrastae potius veterrimi manum quam ipsum Aristotelem auctorem prodere videtur.

23. αἱ μὲν εἰσι τῷ γένει καλῶν καὶ σπουδαίων: quum αἱ ἐπιθυμίαι καὶ αἱ ἡδοναὶ e naturâ τῶν ἡδέων ad quae referuntur aptae sint („τῶν γὰρ ἡδέων" vs 23), genera ταῖς „αἱ μὲν" opposita in parti-

6 ἡδέων ἔνια φύσει αἱρετά, τὰ δ' ἐναντία τούτων, τὰ δὲ μεταξύ, καθάπερ διείλομεν πρότερον, οἷον χρήματα καὶ κέρδος καὶ νίκη καὶ τιμή· πρὸς ἅπαντα δὴ καὶ τὰ τοιαῦτα

---

25. K[b]M[b] διειλόμην. 26. ἅπαντα δὴ] Bekk. c. ll. ἅπαντα δέ.

---

tione τῶν ἡδέων subjungi licebat; v. „τὰ δὲ" bis vs 24. — Sunt igitur vs 24 tria numero. At ex omnibus his ll. *A—H* aliam partitionem nisi in duo genera non novimus; v. ad 1147 b 23: quid igitur καθάπερ διείλομεν πρότερον vs 25? Quodsi enim quaereretur, quid hac de re e reliquâ disputatione concludi possit, nullo negotio etiam plura genera efficeremus; velut est propria quaedam ἡδονὴ quae ταῖς κατ' ἀρετὴν πράξεσιν ἀκολουθεῖ, diversa illa ab iis quaecunque hic sunt: ἄνευ γὰρ ὑπερβολῆς ἐστίν. Nec tamen id agitur quid colligi possit; sed quot dicta et distincta sint genera. — Ergo videndum, quaenam h. l. jam sint tria. Quae quaestio omnis in primo genere posita est; alterum enim huic contrarium, tertium inter utrumque medium est. Sunt autem prima (illa τῷ γένει καλὰ καὶ σπουδαῖα vs 23, eadem φύσει αἱρετά vs 24, φύσει καλὰ καὶ ἀγαθά vs 29, porro περὶ ὧν ἐπαινετὸν σπουδάζειν vs 32, φύσει αἱρετὰ δι' αὑτά b 3. Quâ in copiâ nominum additâ plerumque voce φύσει vel τῷ γένει cavetur, ne τὸ καλὸν καὶ ἀγαθόν, τὸ σπουδαῖον audientes de ipsâ honestate cogitemus, sed de iis potius quae etiam abusum habent. Ergo τὰ ἐναντία necessario erunt καθ' αὑτὰ φαῦλα, φύσει μὴ αἱρετά; quod genus mox b 15 sqq. commemoratur. Quaenam vero μεταξὺ seu μηδέτερα? Quum enim et ipsorum horum ἡ ὑπερβολὴ tantum notanda sit („καὶ τὰ μεταξὺ . . ." a 27), videbitur eorundem rectus usus aliquid τοῦ φύσει αἱρετοῦ habere. — Sed videamus annon per exempla vs 25 s. allata res illustretur. Quâ in rê primum quidem ambigetur, cujusnam tandem generis sint χρήματα κέρδος νίκη τιμή vs 25; proxime enim antecedunt τὰ μεταξύ. Diligentius vero omnibus perpensis id sane constabit, illa miro modo tanquam primi generis quod remotissimum est dicta esse: v. „τὰ τοιαῦτα" vs 26 quibus opponuntur τὰ μεταξύ, atque τὴν τιμὴν denuo vs 30. Atqui prorsus eadem 1147 b 30 s. (cf. ib. 33. 34) ex altero genere erant quod illic erat „τῶν ἀναγκαίων μὲν οὔ, αἱρετῶν δὲ καθ' αὑτά". Probabile igitur, eum qui alterum genus prioris disputationis primum suum genus fecerit, etiam in altero genere, τὰ ἀναγκαῖα καὶ σωματικὰ vocantem τὰ μεταξύ, eundem auctorem sequi. Sin huc sententiae perveniendum est, jam quod illic (v. ad 1147 b 23) non satis cautum esse videbatur, hic pro ratione et partitionis vs 23. 24 et argumentationis vs 28 sq. necessario concludetur: τὰς σωματικὰς ἡδονὰς οὐκ εἶναι τῶν φύσει αἱρετῶν vel etiam περὶ τοιαῦτα οἷον περὶ τροφὴν οὐκ εἶναι σπουδὴν ἐπαινετήν (a 31. 32). Sententia sane nec vera nec profecto Aristotelica. — Sunt vero haec omnia ejus qui, dum accuratius distinguere vult aliaque nomina excogitat, muneri impar obscurat potius rem quam illustrat inque falsa necopinato atque invitus irruit.

26. πρὸς ἅπαντα δὲ: hinc inchoatur apodosis ad illud ἐπεὶ δὲ vs 22; sed scr. πρὸς ἅπαντα δὴ — καὶ τὰ τοιαῦτα καὶ τὰ μεταξύ: res quidem cogebat, in his etiam τὰ μεταξὺ agnoscere; at vides his re-

1148 a 27 καὶ τὰ μεταξὺ οὐ τῷ πάσχειν καὶ ἐπιθυμεῖν καὶ φιλεῖν γίγονται, ἀλλὰ τῷ πως ὑπερβάλλειν. διὸ ὅσοι μὲν παρὰ τὸν λόγον ἢ κρατοῦνται ἢ διώκουσι τῶν φύσει τι καλῶν καὶ ἀγαθῶν, οἷον οἱ περὶ τιμὴν μᾶλλον ἢ δεῖ σπουδάζοντες ἢ περὶ τέκνα καὶ γονεῖς· καὶ γὰρ ταῦτα τῶν ἀγαθῶν, καὶ ἐπαινοῦνται οἱ περὶ ταῦτα σπουδάζοντες· ἀλλ' ὅμως ἔστι τις ὑπερβολὴ καὶ ἐν τούτοις, εἴ τις ὥσπερ ἡ Νιόβη μάχοιτο καὶ πρὸς τοὺς θεούς, ἢ ὥσπερ Σάτυρος ὁ φιλο-
1148 b πάτωρ ἐπικαλούμενος περὶ τὸν πατέρα· λίαν γὰρ ἐδόκει μωραίνειν. μοχθηρία μὲν οὖν οὐδεμία περὶ ταῦτ' ἐστὶ διὰ τὸ εἰρημένον, ὅτι φύσει τῶν αἱρετῶν ἕκαστόν ἐστι δι' αὑτό· φαῦλαι δὲ καὶ φευκταὶ αὐτῶν εἰσὶν αἱ ὑπερβολαί. ὁμοίως δὲ οὐδὲ ἀκρασία· ἡ γὰρ ἀκρασία οὐ μόνον φευκτὸν ἀλλὰ καὶ τῶν ψεκτῶν ἐστίν. δι' ὁμοιότητα δὲ τοῦ πάθους προσεπιτιθέντες τὴν ἀκρασίαν περὶ ἕκαστον λέγουσιν, οἷον κακὸν

27. οὐ τῷ] K^b οὕτω. 34. καὶ πρὸς] $K^b M^b$ πρὸς αὐτῶν.
4. K^b φαῦλα δὲ καὶ φευκτὰ καὶ ἁμαρτήματα (sim. M^b). 7. Bekk. περὶ ἑκάστου; K^b πρὸς ἕκαστον ($L^b M^b$ περὶ ἕκαστον).

ceptis rationem distinctionis ad quam pergitur („διὸ . . .“ vs 28) infirmari.

28. ἀλλὰ τῷ πως ὑπερβάλλειν: non male aliquot ll. et editt. καὶ ὑπερβάλλειν; modo addatur articulus „τῷ πῶς καὶ τῷ ὑπερβάλλειν“.

29. ἢ κρατοῦνται sine constructione; neque enim per se liquet ὑπὸ τίνων κρατοῦνται.

30. οἷον οἱ περὶ τιμὴν . . .: prudenter sane honor potissimum ex illis quae vs 25. 26 enumerata sunt hic appellatur: mire enim τὸ κέρδος diceretur φύσει καλὸν καὶ ἀγαθόν (vs 29); et mire negaretur περὶ τὸ κέρδος μοχθηρία esse (b 2); cf. ad a 2. At ἡ τιμὴ et alias ut 1116 a 28 καλὸν videtur, et est in eâdem ἡ ὑπερβολὴ paene anceps an κακία sit; v. φιλοτιμίαν Δ 10.

34 s. De Satyro isto nil aliunde notum.

2. μοχθηρία μὲν οὖν . . . Quod voce ὅσοι a 28 inceptum est apodosin flagitabat οὔτε μοχθηροί εἰσιν εἰ προαιρούμενοι ἁμαρτάνουσιν, οὔτε ἀκρατεῖς εἰ μὴ προαιρούμενοι. — Rationem „ὅτι φύσει τῶν αἱρετῶν ἕκαστόν ἐστι δι' αὑτό“ (b 3) ad probandam sententiam haud sufficere, significavimus jam.

7. περὶ ἑκάστου Bekk. referendum ad λέγουσιν. At scr. potius cum optimis ll. περὶ ἕκαστον, ut τὸ προσεπιτιθέντες habeat quo spectet; ea enim πρόσθεσις dicitur qua τὸ περὶ τί ad τὴν ἀκρασίαν adjicitur. Cf. a 10 ἀκρατὴς λέγεται οὐ κατὰ πρόσθεσιν ὅτι περὶ τάδε καθάπερ ὀργῆς. — De sententiâ agitur quae 1147 b 33—35 erat. In isto autem exemplo „οἷον κακὸν ἰατρὸν (λέγομεν)“ vides substantiva ἰατρὸν ὑπο-

ἰατρὸν καὶ κακὸν ὑποκριτήν, ὃν ἁπλῶς οὐκ ἂν εἴποιεν κακόν· ὥσπερ οὖν οὐδ᾽ ἐνταῦθα, διὰ τὸ μὴ κακίαν εἶναι ἑκάστην αὐτῶν, ἀλλὰ τῷ ἀνάλογον ὁμοίαν, οὕτω δῆλον ὅτι κἀκεῖ ὑποληπτέον μόνην ἀκρασίαν καὶ ἐγκράτειαν εἶναι ἥτις ἐστὶ περὶ ταὐτὰ τῇ σωφροσύνῃ καὶ τῇ ἀκολασίᾳ. περὶ δὲ θυμὸν καθ᾽ ὁμοιότητα λέγομεν· διὸ καὶ προστιθέντες ἀκρατῆ θυμοῦ ὥσπερ τιμῆς καὶ κέρδους φαμέν. 1148 b 8

---

10. τῷ] K[b] τό. 12. καὶ τῇ] K[b]M[b]O[b] καί. post ἀκολασίᾳ Bekk. comma. περὶ δὲ θυμὸν] fort. καὶ περὶ θυμὸν δέ. 13. K[b] θυμοῦ.

κριτὴν vicem τοῦ προσεπιτεθέντος gerere; scilicet adjecta sunt adjectivo κακός.

9. 10. ὥσπερ οὖν οὐδ᾽ ἐνταῦθα — οὕτω.. κἀκεῖ ὑποληπτέον μόνην... Ne haec quidem ita exhibentur ut facilia sint et perspicua: οὐδ᾽ ἐνταῦθα i. e. κακὸν ἰατρὸν λέγοντες sc. κακίαν ἁπλῶς λέγομεν; atque hinc ab ὥσπερ quo negatur ad οὕτω quo affirmatur transitus fit.

12. περὶ δὲ θυμὸν καθ᾽ ὁμοιότητα λέγομεν. Qui quantum fieri potest auctori h. cap. faveat, plene ante haec verba interpungat. Etenim quum inde ab initio a 22 adhuc τοῦ θυμοῦ s. τῆς ὀργῆς mentio nulla facta esset (nec sine causâ; cf. ad 1147 b 34) praecipuumque hoc ἀκρασίας genus postularet locum sibi debitum, ultimâ sententiâ genus illud reliquis adscribendum esse videbatur. Quamquam ei qui hoc dicturus esset suadendum erat ut scriberet „καὶ περὶ θυμὸν δὲ καθ᾽ ὁμοιότητα λέγομεν (ἀκρασίαν)“ sc. eodem modo atque περὶ τιμὴν et in reliquis de quibus dictum est.

1148 b 15 — 1149 a 20.

Praeter τὰ φύσει ἡδέα, de quibus dictum est, varias ob causas fit, ut quaedam ἡδέα sint quae φύσει non sunt ἡδέα. In quibus similiter atque in illis videndum est quinam inde hominum habitûs nascantur — 1148 b 19. *Distinguantur vero in genere isto τὰ θηριώδη (quae plerumque per genera hominum gentesve obtinentur et jam quasi innata sunt) atque τὰ νοσηματώδη (quae singulis potius aut per morbos aut per pravam consuetudinem accidunt)* — 1148 b 24 — 31. *Censebitur autem ita ut non magis ἀκρατεῖς dicamus qui isto modo affecti abripiuntur quam κακοὺς qui toti ac volentes in tali delectatione versantur; nisi forte καθ᾽ ὁμοιότητα nominibus utamur* — 1149 a 4. *Neque enim quae dicimus ad quaedam tantum τῶν ἡδέων genera pertinent, sed in quolibet vitiorum genere, velut in ignaviâ vel in stupiditate, quaecunque finem et modum transeunt aut θηριώδη aut νοσηματώδη appellantur abjectisque his nominibus a genere τῆς ἁπλῶς μοχθηρίας discernuntur. Item igitur in iis qui nolentes ad talia trahuntur ἀκρασία τις θηριώδης ἢ νοσηματώδης notabitur tanquam diversum genus ab eâ quae simpliciter et proprie dicitur* — 1149 a 20.

[illegible] ἔστι μὲν ἡδέα φύσει, καὶ τούτων τὰ [illegible] κατὰ γένη καὶ ζῴων καὶ ἀνθρώπων,

[illegible] τῆς ἀκρασίας (τῆς οὐχ ἁπλῶς λεγομένης) genus: [illegible] ejus naturâ τῆς θηριότητος s. τῆς θη- [illegible] κακίας ratio habeatur. Quo facto jam effi- [illegible] est „ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς τοιαύτης δια- [illegible] μνείαν". De re et extremum cap. 7 [illegible] haec quaestio ea, ut consentaneum sit [illegible] perspicua esse. Aristoteles enim quum [illegible] cognitae exempla pro sollertiâ suâ satis [illegible] congestaque pro acumine suo in certa ge- [illegible] difficile opus celeriter absolvendum pro- [illegible] qui singula quaeque in quibus summa rei [illegible] quam enarrata habeamus, obscura multa [illegible] conditio, in verbis difficultates affluere [illegible] ab initio, ne omnia confundi videantur, prae- [illegible] a sanâ et probâ naturâ hominum aliena [illegible] ut quaeratur unde et ubi accidant; esse [illegible] dicebantur

[illegible] i. e. per illorum indolem vel morem)

[illegible] κακίαν" 1148 b 25; 1149 a 9. 11. 12)

[illegible] 1148 b 17)

[illegible] ὑπερβάλλουσαν (v. 1148 b 18 „διὰ μοχθηρὰς φύ- [illegible]

[illegible] accedunt nova

[illegible] 1148 b 17. 27. 30. 34.

[illegible] 1149 a 7. 9.

[illegible] Arist. facit τὸ θηριῶδες et τὸ νοσημα- [illegible] dispertitur. Quamquam enim aperte τὰ [illegible] neque ipsa inter se ita habent ut in istis [illegible] ratio insit, neque ad causas illas ita refe- [illegible] alterius utrius generis propriae sint, tamen [illegible] postquam semel proposita sunt 1148 b 19. 24. 27, [illegible] valeat; v. 1149 a 6—12; ib. 17—19; iis [illegible] adscriptis, τοῖς διὰ νόσον (ἢ μανίαν) τῷ [illegible] 1149 a 6—12; cf. etiam 1149 b 29 αἱ δὲ θη- [illegible] νοσήματα. Ita quidem fit, ut τὰ ἐξ [illegible] ὑπερβάλλουσαν — quae genera in in- [illegible] praeceteris consideranda erant — aut paene [illegible] in ambiguo relinquantur.

15. ἔστι μὲν . . . quibus opponuntur vs 17 τὰ δ' οὐκ ἔστι (ἡδέα φύσει). Et hujus quidem generis seu τῶν φύσει ἡδέων omnia erant de quibus 1147 b 23 (eo enim respiciendum) agebatur: tum τὰ ἀναγκαῖα καὶ σωματικά, tum τὰ ἀναγκαῖα μὲν οὔ, αἱρετὰ δὲ καθ' αὑτά.

16. τὰ δὲ κατὰ γένη . . . ἀνθρώπων: quaenam dicat genera, ipse quidem Arist. non explicuit; nec tamen ita locutus alia tanquam legitima quasi genera agnovisset nisi in quibus φύσεως cujusdam dignitas perciperetur; ut gentes illae in Ponto vs 22 jam quasi non sint ge-

I 6 τὰ δ' οὐκ ἔστιν ἀλλὰ τὰ μὲν διὰ πηρώσεις τὰ δὲ δι' ἔθη 1148 b 17 γίνεται, τὰ δὲ διὰ μοχθηρὰς φύσεις, ἔστι καὶ περὶ τούτων ἕκαστα παραπλησίας ἰδεῖν ἕξεις. λέγω δὲ τὰς θηριώδεις, οἷον τὴν ἄνθρωπον ἣν λέγουσι τὰς κυούσας ἀνασχίζουσαν τὰ παιδία κατεσθίειν, ἢ οἵοις χαίρειν φασὶν ἐνίους τῶν ἀπηγριωμένων περὶ τὸν Πόντον, τοὺς μὲν ὠμοῖς τοὺς δὲ ἀνθρώπων κρέασι, τοὺς δὲ τὰ παιδία δανείζειν ἀλλήλοις εἰς εὐωχίαν, ἢ τὸ περὶ Φάλαριν λεγόμενον. αὗται μὲν θηριώδεις· αἱ δὲ διά τε νόσους γίνονται καὶ μανίαν ἐνίοις, ὥσπερ ὁ

---

20. κυούσας] K^b κύνας. 21. οἵοις] K^b οἷς. 22. 23. $K^b M^b$ ἀνδρῶν. 25. καὶ] K^b καὶ διά.

---

nera hominum. Sunt enim quaedam alicui διὰ φύσιν (vs 18) vel etiam φύσει (vs 29) ἡδέα, quae eadem φύσει (vs 15) non sunt ἡδέα. — Ne tamen ab hac partitione plus quam par est speres, confer τὰ ἡδέα ἰατρείας ἕνεκα vel τὰ ἰατρεύοντα, quae infra velut 1152 b 32; 1154 b 18 memorantur: e nomine enim videbuntur alterius quod hic est generis esse (διὰ νόσον γάρ τινα); ad rem vero multum erraret qui illa omnia inter τὰ νοσηματώδη, ad quae jam pergitur, vellet numerare.

18. περὶ τούτων ἕκαστα i. e. περὶ τὸ γένος τῶν οὐ φύσει ἡδέων quod modo accessit.

19. λέγω δὲ τὰς θηριώδεις sc. ἕξεις; at v. ad b 29. In verbis haec et quae sequuntur haud sine ambiguitate quadam sunt. Nec tamen est quod de sententiâ scriptoris, sive ab initio illam circumscriptam habuit sive inter dicendum in certam formam quasi subnascebatur, dubitemus. Exorsus enim „λέγω δὲ τὰς θηριώδεις" non cuncta τὰ οὐ φύσει, sed unum eorum genus dicebat; quo vs 24 („αὗται μὲν θηριώδεις") omisso subinde alterum genus inde a voce „αἱ δὲ διὰ νόσους τε . ." vs 25 addit, τῷ θηριώδει opponens τὸ νοσηματῶδες. Quâ in re verum quidem est nobis obscurum videri, cur ἡ τὰ παιδία κατεσθίουσα vs 20. 21 priori generi adscribenda fuerit, posteriori ὁ τὴν μητέρα φαγὼν vs 25 s. Sed v. quae praemisimus. Nec quidquam proficiet qui omnino de istis exemplis vs 20—29 aut ipse cogitet aut scholia interpretesque incerta vel falsa memorantes adeat. Quae enim Arist. ut vulgo nota significat, nobis magna ex parte non sunt nota: nisi quod τῶν περὶ Πόντον tanquam ἀνθρωποφάγους nominatim ipse inter alios notavit τοὺς Ἀχαιούς τε καὶ Ἡνιόχους 1338 b 19 sq.

23. τοὺς δὲ τὰ παιδία δανείζειν ἀλλήλοις εἰς εὐωχίαν. Apparet et istos „χαίρειν ἀνθρώπων κρέασιν", sed videntur proprio loco esse quod omnium teterrimum hoc est: sc. ipsorum infantibus tanquam mercibus εἰς δανεισμὸν utuntur idque devorandis. Fuerit qui huc referat τὸ εὐχερὲς l. l. 1338 b 21.

25. αἱ δὲ διά τε νόσους . . καὶ μανίαν: in his quidem nomen ipsum νοσηματῶδες praeteriri poterat; sed apponitur idem simulac etiam alia, velut τὰ ἐξ ἔθους, in hoc genus recipiuntur vs 27. Male enim quod ibi (vs 27) traditum est ἢ ἐξ ἔθους (et omisit lib. opt. K^b ἤ). Nam

ἐπεὶ δ' ἐστὶν ἔνια μὲν ἡδέα φύσει, καὶ τούτων τὰ H
μὲν ἁπλῶς τὰ δὲ κατὰ γένη καὶ ζῴων καὶ ἀνθρώπων,

Pergitur ad novum *τῆς ἀκρασίας* (*τῆς οὐχ ἁπλῶς λεγομένης*) genus: et ita quidem ut in explicandâ ejus naturâ *τῆς θηριότητος* s. *τῆς θηριώδους ἢ νοσηματώδους κακίας* ratio habeatur. Quo facto jam efficitur quod 1145 a 33 promissum est „*ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς τοιαύτης διαθέσεως ὕστερον ποιητέον τινὰ μνείαν*". De re et extremum cap. 7 conferas. — Est vero universa haec quaestio ea, ut consentaneum sit non omnia facilia et prorsus perspicua esse. Aristoteles enim quum rei per se mirae atque minus cognitae exempla pro sollertiâ suâ satis multa undique congessisset congestaque pro acumine suo in certa genera disponeret, tum ipse sibi difficile opus celeriter absolvendum proposuit tum nobis, quippe qui singula quaeque in quibus summa rei posita sit significata potius quam enarrata habeamus, obscura multa reliquit. Sin talis sit rerum conditio, in verbis difficultates affluere solent. At unum certe ab initio, ne omnia confundi videantur, praemittendum. Ea enim quae a sanâ et probâ naturâ hominum aliena sunt primum ita discernuntur ut quaeratur unde et ubi accidant; esse enim ab initio 1145 a 30—32 dicebantur

ἐν τοῖς βαρβάροις (i. e. per illorum indolem vel morem)
διὰ νόσους („*καὶ μανίαν*" 1148 b 25; 1149 a 9. 11. 12)
διὰ πηρώσεις (item 1148 b 17)
διὰ κακίαν ὑπερβάλλουσαν (v. 1148 b 18 „*διὰ μοχθηρὰς φύσεις*").

Quo p. 1148 b et 1149 a nomina accedunt nova

δι' ἔθη s. *ἐξ ἔθους* 1148 b 17. 27. 30. 34.
φύσει 1148 b 29. 31; 1149 a 7. 9.

Deinde vero duo genera idem Arist. facit *τὸ θηριῶδες* et *τὸ νοσηματῶδες* iisque varia illa quasi dispertitur. Quamquam enim aperte τὰ *θηριώδη* et *τὰ νοσηματώδη* neque ipsa inter se ita habent ut in istis nominibus recta oppositionis ratio insit, neque ad causas illas ita referuntur ut singulae quaeque alterius utrius generis propriae sint, tamen duo nomina haec, postquam semel proposita sunt 1148 b 19. 24. 27 ita placent ut ista partitio valeat; v. 1149 a 6—12; ib. 17—19; ii quae *φύσει* sunt *τῷ θηριώδει* adscriptis, *τοῖς διὰ νόσον* (*ἢ μανίαν*) *τῷ νοσηματώδει*; v. iterum 1149 a 6—12; cf. etiam 1149 b 29 *αἱ δὲ θηριώδεις, αἱ δὲ διὰ πηρώσεις καὶ νοσήματα.* Ita quidem fit, ut τὰ ἐξ *ἔθους* illa atque *τὰ διὰ κακίαν ὑπερβάλλουσαν* — quae genera in institutione ethicâ fortasse prae ceteris consideranda erant — aut paene neglegantur aut in ambiguo relinquantur.

15. *ἔνια μὲν* . . . quibus opponuntur vs 17 *τὰ δ' οὐκ ἔστι* (*ἡδέα φύσει*). Et hujus quidem generis seu *τῶν φύσει ἡδέων* omnia erant de quibus 1147 b 23 (eo enim respiciendum) agebatur: tum *τὰ ἀναγκαῖα καὶ σωματικά*, tum *τὰ ἀναγκαῖα μὲν οὔ, αἱρετὰ δὲ καθ' αὑτά.*

16. *τὰ δὲ κατὰ γένη . . . ἀνθρώπων*: quaenam dicat genera, ipse quidem Arist. non explicuit; nec tamen ita locutus alia tanquam legitima quasi genera agnovisset nisi in quibus *φύσεως* cujusdam dignitas perciperetur; ut gentes illae in Ponto vs 22 jam quasi non sint ge-

τὰ δ' οὐκ ἔστιν ἀλλὰ τὰ μὲν διὰ πηρώσεις τὰ δὲ δι' ἔθη 1148 b 17 γίνεται, τὰ δὲ διὰ μοχθηρὰς φύσεις, ἔστι καὶ περὶ τούτων ἕκαστα παραπλησίας ἰδεῖν ἕξεις. λέγω δὲ τὰς θηριώδεις, οἷον τὴν ἄνθρωπον ἣν λέγουσι τὰς κυούσας ἀνασχίζουσαν τὰ παιδία κατεσθίειν, ἢ οἵοις χαίρειν φασὶν ἐνίους τῶν ἀπηγριωμένων περὶ τὸν Πόντον, τοὺς μὲν ὠμοῖς τοὺς δὲ ἀνθρώπων κρέασι, τοὺς δὲ τὰ παιδία δανείζειν ἀλλήλοις εἰς εὐωχίαν, ἢ τὸ περὶ Φάλαριν λεγόμενον. αὗται μὲν θηριώδεις· αἱ δὲ διά τε νόσους γίνονται καὶ μανίαν ἐνίοις, ὥσπερ ὁ

---

20. κυούσας] K^b κύνας. 21. οἵοις] K^b οἷς. 22. 23. K^{b}M^b ἀνδρῶν. 25. καὶ] K^b καὶ διά.

---

nera hominum. Sunt enim quaedam alicui διὰ φύσιν (vs 18) vel etiam φύσει (vs 29) ἡδέα, quae eadem φύσει (vs 15) non sunt ἡδέα. — Ne tamen ab hac partitione plus quam par est speres, confer τὰ ἡδέα ἰατρείας ἕνεκα vel τὰ ἰατρεύοντα, quae infra velut 1152 b 32; 1154 b 18 memorantur: e nomine enim videbuntur alterius quod hic est generis esse (διὰ νόσον γάρ τινα); ad rem vero multum erraret qui illa omnia inter τὰ νοσηματώδη, ad quae jam pergitur, vellet numerare.

18. περὶ τούτων ἕκαστα i. e. περὶ τὸ γένος τῶν οὐ φύσει ἡδέων quod modo accessit.

19. λέγω δὲ τὰς θηριώδεις sc. ἕξεις; at v. ad b 29. In verbis haec ət quae sequuntur haud sine ambiguitate quadam sunt. Nec tamen ɪst quod de sententiâ scriptoris, sive ab initio illam circumscriptam abuit sive inter dicendum in certam formam quasi subnascebatur, ubitemus. Exorsus enim „λέγω δὲ τὰς θηριώδεις“ non cuncta τὰ οὐ φύσει, sed unum eorum genus dicebat; quo vs 24 („αὗται μὲν θηριώδεις“) nisso subinde alterum genus inde a voce „αἱ δὲ διὰ νόσους τε . .“ 25 addit, τῷ θηριώδει opponens τὸ νοσηματῶδες. Quâ in re verum idem est nobis obscurum videri, cur ἡ τὰ παιδία κατεσθίουσα vs 20. priori generi adscribenda fuerit, posteriori ὁ τὴν μητέρα φαγὼν 26 s. Sed v. quae praemisimus. Nec quidquam proficiet qui omnino istis exemplis vs 20—29 aut ipse cogitet aut scholia interpretesque certa vel falsa memorantes adeat. Quae enim Arist. ut vulgo nota ignificat, nobis magna ex parte non sunt nota: nisi quod τῶν περὶ Πόντον tanquam ἀνθρωποφάγους nominatim ipse inter alios notavit τοὺς Ἀχαιούς τε καὶ Ἡνιόχους 1338 b 19 sq.

23. τοὺς δὲ τὰ παιδία δανείζειν ἀλλήλοις εἰς εὐωχίαν. Apparet et istos „χαίρειν ἀνθρώπων κρέασιν“, sed videntur proprio loco esse quod omnium teterrimum hoc est: sc. ipsorum infantibus tanquam mercibus εἰς δανεισμὸν utuntur idque devorandis. Fuerit qui huc referat τὸ εὐχερὲς l. l. 1338 b 21.

25. αἱ δὲ διά τε νόσους . . καὶ μανίαν: in his quidem nomen ipsum νοσηματῶδες praeteriri poterat; sed apponitur idem simulac etiam alia, velut τὰ ἐξ ἔθους, in hoc genus recipiuntur vs 27. Male enim quod ibi (vs 27) traditum est ἢ ἐξ ἔθους (et omisit lib. opt. K^b ἤ). Nam

1148 b 26 τὴν μητέρα καθιερεύσας καὶ φαγών, καὶ ὁ τοῦ συνδούλου τὸ ἧπαρ. αἱ δὲ νοσηματώδεις ἢ ἐξ ἔθους, οἷον τῶν τριχῶν τίλσεις καὶ ὀνύχων τρώξεις, ἔτι δ' ἀνθράκων καὶ γῆς, πρὸς δὲ τούτοις ἡ τῶν ἀφροδισίων τοῖς ἄρρεσιν· τοῖς μὲν γὰρ φύσει τοῖς δ' ἐξ ἔθους συμβαίνουσιν, οἷον τοῖς ὑβριζομένοις ἐκ παίδων. ὅσοις μὲν οὖν φύσις αἰτία, τούτους μὲν οὐδεὶς ἂν εἴπειεν ἀκρατεῖς, ὥσπερ οὐδὲ τὰς γυναῖκας, ὅτι οὐκ ὀπυίουσιν ἀλλ' ὀπυίονται· ὡσαύτως δὲ καὶ τοῖς νοσηματωδῶς H ϛ

27. ἢ ἐξ] K^b ἐξ. 30. K^bM^b γυμναζομένοις (N^b ἐθιζομένοις). 32. εἴπειεν] ex uno (ut vid.) N^b; εἴποιεν $K^bL^bM^b$. 32. 33. $K^bM^bN^b$ οὐχ ὀπύουσιν ἀλλ' ὀπύονται. 33. δὲ καὶ| K^bM^b καί.

aut plura corrupta sunt (v. ad vs 29. 30) aut scrib. αἱ δὲ νοσηματώδεις (i. e. αἱ δὲ τῶν νοσηματωδῶν) καὶ ἐξ ἔθους „sunt ejusdem generis alia in quibus morbus haud subest".

29. ἡ τῶν ἀφροδισίων τοῖς ἄρρεσιν: num ἡ τῶν ἀφροδισίων ἕξις? inde a versu 19 enim ex hoc quidem capite unum hoc nomen praesto erat: v. αὗται vs 24, αἱ δὲ vs 25 et vs 27. An pro ipsâ re de qua agitur nomen ἀπολαύσεως vel ἡδονῆς suapte quasi menti obversari dixeris? id quod non ita improbabile videatur si ante 1148 b 15 proxime antecesserint verba 1148 a 11—17. — Quaenam vero est ratio grammatica in dativo τοῖς ἄῤῥεσιν? Quamquam in re pudendâ verba minus bene expressa praeferri vel etiam usu venisse consentaneum est.

29. 30. τοῖς μὲν γὰρ . . . τοῖς δὲ: per hanc partitionem probabile est etiam supra verbis ἢ ἐξ ἔθους oppositum fuisse ἢ φύσει; neque enim jam ad unum illud exemplum libidinis spectatur, sed ad genus quoddam τῶν νοσηματωδῶν: nisi forte ferendum videatur „ἡ τῶν ἀφροδισίων συμβαίνουσι". At vereor ne omnino in his oratio Aristotelis lacerata paene sit; et ea enim quae subsequitur enuntiatio omnis suspecta est.

31—34. ὅσοις μὲν οὖν φύσις αἰτία . . . ἔχουσι δι' ἔθος. Quid de iis quae inde a vsu 19 in genera disposita sunt sit judicandum, et erat quaerendum et mox b 34 sqq. „τὸ μὲν οὖν ἔχειν . . ." quaeritur ac-postquam genera cuncta enumerata sunt. Cur igitur intra unum genus („τοῖς νοσηματωδῶς ἔχουσι" vs 33) eadem haec quaestio movetur? Sin ita placebat, quî fieri potuit ut nonnulla causarum genera (φύσις — ἔθος) considerarentur, reliqua (νόσοι — μανία — κακία ὑπερβάλλουσα) neglegerentur? Denique in ipsis verbis vs 33. 34 ὡσαύτως δὲ καὶ τοῖς νοσηματωδῶς ἔχουσι δι' ἔθος aut constructio nulla est ut inchoari sententiam censendum sit cujus pars principalis sit perdita, aut conjecturâ opus est quâ haec ad praecedentem periodum „ὅσοις μὲν οὖν . . . τούτους" conformentur. Qui vero huc conversus scripserit ὡσαύτως δὲ καὶ τοὺς νοσηματωδῶς ἔχοντας, videat num sententia ipsa probari possit. Quid enim, si quodcunque ἐξ ἔθους natum est breviter a crimine τῆς ἀκρασίας exceptum fuerit?

ἔχουσι δι' ἔθος. τὸ μὲν οὖν ἔχειν ἕκαστα τούτων ἔξω τῶν 1148 b 34
ὅρων ἐστὶ τῆς κακίας, καθάπερ καὶ ἡ θηριότης· τὸ δ' 1149 a
ἔχοντα κρατεῖν ἢ κρατεῖσθαι οὐχ ἡ ἁπλῆ ἀκρασία ἀλλ' ἡ καθ' ὁμοιότητα, καθάπερ καὶ τὸν περὶ τοὺς θυμοὺς ἔχοντα τοῦτον τὸν τρόπον τοῦ πάθους, ἀκρατῆ δ' οὐ λεκτέον. πᾶσα γὰρ ὑπερβάλλουσα καὶ ἀφροσύνη καὶ δειλία καὶ ἀκολασία καὶ χαλεπότης αἱ μὲν θηριώδεις αἱ δὲ νοσηματώδεις εἰσίν. ὁ μὲν γὰρ φύσει τοιοῦτος οἷος δεδιέναι πάντα, κἂν ψοφήσῃ μῦς, θηριώδη δειλίαν δειλός, ὁ δὲ τὴν γαλῆν ἐδεδίει διὰ νόσον· καὶ τῶν ἀφρόνων οἱ μὲν ἐκ φύσεως ἀλόγιστοι καὶ μόνον τῇ αἰσθήσει ζῶντες θηριώδεις, ὥσπερ ἔνια

34. K[b] δι' ἤθους.
1. τὸ δ'] K[b] τὸν δ'. 2. κρατεῖν] K[b]O[b] καρτερεῖν. 3. ἡ καθ'] K[b] καθ'. 9. ἀφρόνων] K[b] ἀφροδισίων. 10. 11. ὥσπερ — νόσους] om. K[b].

---

34. τὸ μὲν οὖν ἔχειν ἕκαστα τούτων ... Hinc continuo sententiarum ordine usque ad extremum caput ipsa res absolvitur. Nam quum adhuc τὸ περὶ τί pertractatum sit, superest tota quaestio περὶ ἀκρασίας; nec poterat non reputari, etiam ad τὰ οὐ φύσει ἡδέα homines qui quidem ita affecti sint duplici modo malam in partem habere; non minus enim in similitudinem τῆς κακίας quam τῆς ἀκρασίας. — Quâ in re ab initio omnia quam brevissime dicta sunt: neque enim τὸ ἔχειν (vs 34) per se κακίαν facit, nimirum cogitandum ἔχειν (καὶ ἡττᾶσθαι τῆς προαιρέσεως οὐκ ἀντιτεινούσης).

1. καθάπερ καὶ ἡ θηριότης, quae proprie dicitur brutorum animalium natura.

2. τὸ δ' ἔχοντα κρατεῖν ἢ κρατεῖσθαι: quod prius est κρατεῖν vox neglegitur; esset enim haec ἐγκράτεια ἡ οὐχ ἁπλῶς ἀλλὰ καθ' ὁμοιότητα λεγομένη.

3 s. καθάπερ καὶ τὸν περὶ τοὺς θυμοὺς ... sc. καθ' ὁμοιότητα ἀκρατῆ λεκτέον. Anceps, quid sit τοῦτον τὸν τρόπον τοῦ πάθους vs 4. Est enim in iracundiâ quoque τὸ ὑπερβάλλειν ὑπὲρ ἄνθρωπον: v. τὴν χαλεπότητα vs 6; ita ut quae isto modo sit immanis seu ἀκρασία seu κακία adjecto nomine καθ' ὁμοιότητα notanda sit. Sed quum etiam omnino ὁ θυμοῦ ἀκρατὴς non dicatur nisi καθ' ὁμοιότητα (v. 1148 a 11 al.), fieri potest ut idem quasi bis τὸ καθ' ὁμοιότητα mereatur, tum propter ipsum τὸ περὶ τί tum propter suam feritatem.

6. αἱ μὲν θηριώδεις, αἱ δὲ νοσηματώδεις: eandem igitur partitionem, quâ τὰ οὐ φύσει ἡδέα 1148 b 19 (24) 27 disposita sunt, quum latius ad omnia τὰ ὑπερβαλλόντως κακὰ pertinere tum illic pro ratâ habendam esse audimus. Quinquies enim usque ad vs 20 iteratur; et ita quidem ut τὸ διὰ νόσον (ut probabile erat) τῷ νοσηματώδει detur, τὸ φύσει proprium τοῦ θηριώδους esse videatur bis vs 7—12.

7—12. Quod vs 4 sq. de universo genere τῶν κακιῶν dictum est, in duabus, in ignaviâ atque in amentiâ ita esse probatur. — De

1149 a 11 γένη τῶν πόρρω βαρβάρων, οἱ δὲ διὰ νόσους, οἷον τὰς ἐπι- H ληπτικάς, ἢ μανίας νοσηματώδεις. τούτων δ' ἔστι μὲν ἔχειν τινὰ ἐνίοτε μόνον, μὴ κρατεῖσθαι δέ, λέγω δὲ οἷον εἰ Φάλαρις κατεῖχεν ἐπιθυμῶν παιδίου φαγεῖν ἢ πρὸς ἀφροδισίων ἄτοπον ἡδονήν· ἔστι δὲ καὶ κρατεῖσθαι, μὴ μόνον ἔχειν. ὥσπερ οὖν καὶ μοχθηρία ἡ μὲν κατ' ἄνθρωπον ἁπλῶς λέγεται μοχθηρία, ἡ δὲ κατὰ πρόσθεσιν, ὅτι θηριώδης ἢ νοσηματώδης, ἁπλῶς δ' οὔ, τὸν αὐτὸν τρόπον δῆλον ὅτι καὶ ἀκρασία ἐστὶν ἡ μὲν θηριώδης ἡ δὲ νοσηματώδης, ἁπλῶς δὲ ἡ κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην ἀκολασίαν μόνη.

ὅτι μὲν οὖν ἀκρασία καὶ ἐγκράτειά ἐστι μόνον περὶ

13. K^{b}M^b ἐνίοτε μὲν μόνον. 16. K^b μοχθηρίας. 20. K^{b}L^{b}M^b μόνην.

exemplis „ὁ μὲν γὰρ . . . ὁ δὲ τὴν γαλῆν" vs 7—9 v. quae ad 1148 b 19 monuimus. De nominibus ἄφρων et ἀφροσύνη ad 1146 a 27 diximus.

11. 12. οἱ δὲ διὰ νόσους . . . νοσηματώδεις: νοσηματώδεις praedicatum esse, cetera (νόσους — ἐπιληπτικὰς — μανίας) ad praepositionem διὰ pertinere vix opus est dicere.

12—16. In ipsâ eâ re de quâ vs 4—12 agebatur haud amplius moratus (κακίαι enim erant) ad suum propositum pergit scriptor. Nam τὸ ἔχειν μόνον, μὴ κρατεῖσθαι δὲ naturam τῆς ἐγκρατείας, qualis in hoc genere potest esse, depingit; τὸ κρατεῖσθαι, μὴ ἔχειν μόνον oppositam τὴν ἀκρασίαν. Deinde vero iterum (v. ad vs 2) accidit ut ἡ ἐγκράτεια suo loco in proximâ enuntiatione non appelletur. Neque enim ad eam adjectiva quae jam usu recepta sunt, θηριώδης ἢ νοσηματώδης vs 19, pertinebant; καθ' ὁμοιότητα ἐγκράτειά τις dici poterat (vs 3).

12. τούτων . . τινά: jam ταῦτα dicuntur soli motûs qui in animo subsunt, quamquam quae praecedunt ad habitum hominis, affectui tali parentis, i. e. ad κακίαν spectabant.

14. κατεῖχεν ἐπιθυμῶν v. 1150 b 10 οἱ κατέχειν πειρώμενοι τὸν γέλωτα.

19. ἁπλῶς δὲ ἡ κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην ἀκολασίαν μόνη: brevissime atque optime; opposita enim est κατὰ πρόσθεσιν λεγομένη altera quoniam omnino ad genus ἀκολασίας non spectat, altera quae non intra τὸ ἀνθρώπινον vel τὸ κατ' ἄνθρωπον versetur; v. ad vs 3 s. Hoc τῆς ἀκρασίας proprium est, alienum a genere μοχθηρίας: neque igitur ad omnes partes notionis illud „τὸν αὐτὸν τρόπον" vs 18 refertur.

Cap. 7. 1149 a 21—b 26.

Comparatio instituitur inter eam ἀκρασίαν quae proprie dicitur interque τὴν τοῦ θυμοῦ. Haec illâ minus turpis esse probatur tribus argumentis 1) Animus irati dum ad injuriam depellendam surgere sibi

ἀκολασία καὶ σωφροσύνη, καὶ ὅτι περὶ τὰ ἄλλα 1149 a 22 ἄλλο εἶδος ἀκρασίας, λεγόμενον κατὰ μεταφορὰν οὐχ ἁπλῶς, δῆλον· ὅτι δὲ καὶ ἧττον αἰσχρὰ ἀκρασία ῦ θυμοῦ ἢ ἡ τῶν ἐπιθυμιῶν, θεωρήσωμεν. ἔοικε γὰρ ὁ ς ἀκούειν μέν τι τοῦ λόγου, παρακούειν δέ, καθάπερ οἱ ς τῶν διακόνων, οἳ πρὶν ἀκοῦσαι πᾶν τὸ λεγόμενον

ἡ τῶν] K^b M^b ἢ τῶν.

ır, quamvis contra rationem procurrat, tamen quodammodo aliquam et recti speciem sequitur, quam ipse habet. At cupidines uno dul- s nomine excitatae temere reliqua omnia spernunt 1149 a 24—b 3. *nati humano generi vehementes iracundiae affectûs magis sunt quam lerata et ad nimia conversa cupiditas; quod vero minus a naturâ ret, veniâ dignius videtur* — b 13. *3) Scelestior recte putabitur ui clam et consulto peccaverit tum qui libidinose contra fas fecerit; cupiditatis utrumque proprium, ab irato qui inconsiderate palam- gat et dolore quodam instigatus utrumque alienum est* — b 20—23. *ula* — b 26.

onsentaneum, postquam inde a 1147 b 20 ἡ ἁπλῶς ἀκρασία atque ı τῆς κατὰ πρόσθεσιν s. κατὰ μεταφορὰν λεγομένης circumscripta quaeri quid de singulis sit judicandum. Quam ad rem priorem ationem paucis verbis 1148 a 2—4, pluribus et dubitationem ıtibus in cap. 1148 a 22 — b 14 accedere meminimus; v. ad ll. ad 1148 a 30 sq. Eadem igitur quaestio alium in modum re- jam ad τὴν τοῦ θυμοῦ ἀκρασίαν potissimum refertur, quasi haec palis inter τὰς οὐχ ἁπλῶς λεγομένας sit; cf. ad 1148 b 12. Et ıidem agitur ut omnis fere argumentatio — si verum dicere pla- — non minus ad comparandas inter se τὴν ἀκολασίαν atque τὴν τητα i. e. ad ll. *ΓΔ* pertineat, quam ad ἀκρασίας genera diversa ıd l. *H* (v. ad 1150 b 36).

5 sq. ἔοικε γὰρ ὁ θυμὸς ἀκούειν μέν τι τοῦ λόγου sc. προστάττον- ἐπίταγμα διδόντος. Eâ enim re differt a cupiditate quae et ipsa at vel τὸν λόγον vel τὴν αἴσθησιν dicentem ὅτι ἡδύ (vs 35), quod audit ad p a r e n d u m intentus est. Etenim quum etiam rationi ıt ὅτι οὐ δεῖ προπηλακιζόμενον ἀνέχεσθαι (1126 a 7), probabile i accesserit propositio minor ὅτι ὕβρις ἢ ὀλιγωρία τουτί (vs 32), ı rationis mandatum ὅτι δεῖ ἀμύνεσθαι. Modo deliberatione opus ssetne forte φαινομένη tantum ἀδικία (1135 b 28), imprimis vero m ratione et quousque occurrendum esset. At illa propositio minor ὺ τουτὶ ad conclusionem ὅτι δεῖ ἀπολαύειν (vs 35) ita tantum lucet, si propositio major praecesserit quae nata ex unâ cupidi- ı ratione aliena est ὅτι παντὸς ἡδέος γεύεσθαι δεῖ (1147 a 29). terum haec de naturâ τοῦ θυμοῦ vs 25 sqq. acceptissima omni- runt qui Aristotelis sententiam de his rebus parum explicatam lolent; v. ad 1115 b 4 al. Nec poterit qui paulo peritior sit, hanc comparationem θυμοῦ et ἐπιθυμίας legit, non admoneri ım illarum quibus Plato animam humanam vehentem facit.

1149 a 28 ἐκθέουσιν, εἶτα ἁμαρτάνουσι τῆς προστάξεως, καὶ οἱ κύνες, πρὶν H 7 σκέψασθαι εἰ φίλος, ἂν μόνον ψοφήσῃ, ὑλακτοῦσιν· οὕτως ὁ θυμὸς διὰ θερμότητα καὶ ταχυτῆτα τῆς φύσεως ἀκούσας μέν, οὐκ ἐπίταγμα δ' ἀκούσας, ὁρμᾷ πρὸς τὴν τιμωρίαν. ὁ μὲν γὰρ λόγος ἢ ἡ φαντασία ὅτι ὕβρις ἢ ὀλιγωρία ἐδήλωσεν, ὁ δ' ὥσπερ συλλογισάμενος ὅτι δεῖ τῷ τοιούτῳ πολεμεῖν χαλεπαίνει δὴ εὐθύς· ἡ δ' ἐπιθυμία, ἐὰν μόνον εἴπῃ, ὅτι ἡδὺ ὁ λόγος ἢ ἡ αἴσθησις, ὁρμᾷ πρὸς τὴν 1149 b ἀπόλαυσιν. ὥσθ' ὁ μὲν θυμὸς ἀκολουθεῖ τῷ λόγῳ πως, ἡ δ' ἐπιθυμία οὔ. αἰσχίων οὖν· ὁ μὲν γὰρ τοῦ θυμοῦ ἀκρατὴς τοῦ λόγου πως ἡττᾶται· ὁ δὲ τῆς ἐπιθυμίας καὶ οὐ τοῦ λόγου. ἔτι ταῖς φυσικαῖς μᾶλλον συγγνώμη ἀκολουθεῖν ὀρέξεσιν, ἐπεὶ καὶ ἐπιθυμίαις ταῖς τοιαύταις μᾶλλον ὅσαι κοιναὶ πᾶσι, καὶ ἐφ' ὅσον κοιναί· ὁ δὲ θυμὸς φυσικώτερον καὶ

30. ὁ θυμὸς] $K^b M^b$ θυμός. 34. δὴ] ex uno K^b add.
2. K^b αἴσχιον. 3. K^b καὶ τοῦ λόγου.

2. 3. ὁ μὲν γὰρ ... τοῦ λόγου πως ἡττᾶται, ὁ δὲ τῆς ἐπιθυμίας. – Speciosa haec potius est antithesis quam vera. Nec fert disputatio ea quae praecessit ad istam partium disjunctionem; v. ad a 25 sq. Quominus enim verbis ὁ δ' ὥσπερ συλλογισάμενος ... a 33 putemus τῷ θυμῷ propriam quandam deliberandi facultatem tributam esse, quum rerum veritas tum ipsius philosophi notissimae sententiae prohibent. Imo breviter atque per simile („ὥσπερ") locutus nil aliud illic dicebat nisi immaturum nec jam ratum syllogismum (quem mens ut reliquos omnes fingebat) ab affectu cupide arreptum et in mandatum conversum esse.

4. ταῖς ... ὀρέξεσιν: quarum alterum genus sunt αἱ ἐπιθυμίαι, alterum οἱ θυμοί; v. ad 1102 b 30.

5. ἐπιθυμίαις ... ὅσαι κοιναί: jam igitur hae excusantur tanquam φυσικαί; reprehendebantur eaedem (oppositae ταῖς ἰδίαις καὶ ἐπιθέτοις) tanquam ἀνδραποδώδεις 1118 b 8—21 s.

6. ὁ δὲ θυμὸς φυσικώτερον .... τῶν ἐπιθυμιῶν. Apparet, ut rectum judicium effici possit, pariter ab utrâque parte τὴν ὑπερβολὴν cogitandam esse; id quod et ratio disputationis hujus postulat et ipsa verba indicant saltem. Sin hunc in modum quaestio ista perpendatur, facili negotio ex ipsius Arist. vocibus quae alibi exstant etiam ad contrariam sententiam perveniatur, velut si quis ab illo profectus sit ὅτι χαλεπώτερον ἡδονῇ μάχεσθαι ἢ θυμῷ 1105 a 7 s. Nec tamen omnino in hoc quaestionum genere commorandum est. At in aliam partem, siquidem refert ut vivam quasi et expressam imaginem antiquitatis hominumque illius aetatis habeamus, talia judicia quale hoc vs 6—12 est haud indigna sunt quae reputentur. In indole enim ejus nationis, cui ista irascentium exempla (vs 8 sq.) paene κατὰ φύ-

χλεπότης τῶν ἐπιθυμιῶν τῶν τῆς ὑπερβολῆς καὶ τῶν 1149 b 7 ἀναγκαίων, ὥσπερ ὁ ἀπολογούμενος ὅτι τὸν πατέρα οι „καὶ γὰρ οὗτος", ἔφη, „τὸν ἑαυτοῦ κἀκεῖνος τὸν ἄνω-', καὶ τὸ παιδίον δείξας „καὶ οὗτος ἐμέ", ἔφη, „ὅταν ἀνὴρ ται· συγγενὲς γὰρ ἡμῖν". καὶ ὁ ἑλκόμενος ὑπὸ τοῦ υἱοῦ σθαι ἐκέλευε πρὸς ταῖς θύραις· καὶ γὰρ αὐτὸς ἑλκύ-τὸν πατέρα μέχρις ἐνταῦθα. ἔτι ἀδικώτεροι αἱ ἐπιβου-ροι. ὁ μὲν οὖν θυμώδης οὐκ ἐπίβουλος, οὐδ' ὁ θυμός, : φανερός· ἡ δ' ἐπιθυμία, καθάπερ τὴν Ἀφροδίτην ι· „δολοπλόκου γὰρ κυπρογενοῦς"· καὶ τὸν κεστὸν ἱμάντα

st τύπτοι Bekk. plene distinxit.

sse videbantur, necesse est vehementem et indomitam irae vim : quantam quidem nostri homines aut non noverint aut suppri-didicerint. Brutorum enim nunc, non iracundorum tam foeda ittere. Atque iterum, si inter Grajos quibus ἡ ἀναισθησία τῆς ῆς οὐκ ἀνθρωπικὴ videbatur (1119 a 5 s.) minus φυσικὸν duce-: quod hoc in genere nimium et haud necessarium est, inter alia conjicietur aliquantum plura hujus generis illis necessaria visa quam nobis.

ſ. καὶ τῶν μὴ ἀναγκαίων: longe diversa cap. 6 οὐκ ἀναγκαῖα τὰ δὲ καθ' αὑτά) vocabantur 1147 b 29. Iam enim μὴ ἀναγκαῖα quae illic inter τὰ ἀναγκαῖα καὶ σωματικὰ ib. 26—28 numeranda

3. ὥσπερ ὁ ἀπολογούμενος ὅτι τὸν πατέρα τύπτοι: „καὶ ἀποφυγών" ıctori MM. 1202 a 25 compertum est. — Post τύπτοι plena inter-tio tollatur. — Ad rem Aristotelem haud negare ὅτι δεινότερον ξαι πατέρα ἢ ὁντινοῦν ἄλλον (1160 a 5 s.) non est quod demon-ur. Nihilominus neminem latebit quam sit aliud hunc in modum are et praecipere, aliud legem sanctam revereri: audiatur ille „ὃς ει πατέρα αὐτοῦ ἢ μητέρα αὐτοῦ θανάτῳ θανατούσθω" Exod. 21, 15. 13 sq. ἀδικωτέραν εἶναι τὴν ἁπλῶς ἀκρασίαν prius vs 13 s. διὰ ιίβουλον εἶναι probabile fit, deinde vs 20 sq. διὰ τὸ ὑβρίζειν (ᾧ πα δίκαιον ὀργίζεσθαι).

14. ὁ θυμώδης οὐκ ἐπίβουλος . . . ἀλλὰ φανερός: at in mentem rit ὁ πικρός 1126 a 19—25. Sin respondeatur τὴν θυμοῦ ἀκρα-' aliorum potius iracundorum quam τῶν πικρῶν esse, forsitan iter ἡ ἐπιθυμίας ἀκρασία maxime apud eos reperiatur qui nec ere vim affectûs nec celare possunt. Aristoteles vero, ut monui-in his ad diversitatem κακίας et ἀκρασίας ipse paene non re-isse videtur.

16. δολοπλόκου γὰρ κυπρογενοῦς. Bergk (Poët. lyr. p. 1071) ex advocato Hesychio, fragmentum adespoton concinnavit „δολοπλόκας L[b]] γὰρ κυπρογενέος πρόπολον". Certe Theognidis illud (vs 1386) ρογενὲς Κυθέρεια δολοπλόκε" . . Aristoteli dum ista scribit non ur obversatum esse.

1149 b 17 Ὅμηρος· „πάρφασις, ἥ τ' ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονέοντος“. ὥστ' εἴπερ ἀδικωτέρα καὶ αἰσχίων ἡ ἀκρασία αὕτη τῆς περὶ τὸν θυμόν ἐστι, καὶ ἁπλῶς ἀκρασία καὶ κακία πως. ἔτι οὐδεὶς ὑβρίζει λυπούμενος, ὁ δ' ὀργῇ ποιῶν πᾶς ποιεῖ λυπούμενος, ὁ δ' ὑβρίζων μεθ' ἡδονῆς. εἰ οὖν οἷς ὀργίζεσθαι μάλιστα δίκαιον, ταῦτα ἀδικώτερα, καὶ ἡ ἀκρασία ἡ δι' ἐπιθυμίαν· οὐ γάρ ἐστιν ἐν θυμῷ ὕβρις. ὡς μὲν τοίνυν αἰσχίων ἡ περὶ ἐπιθυμίας ἀκρασία τῆς περὶ τὸν θυμόν, καὶ ὅτι ἔστιν ἡ ἐγκράτεια καὶ ἡ ἀκρασία περὶ ἐπιθυμίας καὶ ἡδονὰς σωματικάς, δῆλον. αὐτῶν δὲ τούτων τὰς H

17. *πάρφασις . . . φρονέοντος*: v. Il. XIV, 217; modo ibi *φρονεόντων* legitur, quod et apud Arist. cod. M[b] exhibet.

18—20. *ὥστ' εἴπερ . . . . κακία πως*. Per conclusionem hanc interpositam, quamquam a reliquâ re haud aliena est, tamen datâ occasione respici dicendum est ad quaestionem priorem *περὶ τοῦ ἁπλῶς ἀκρατοῦς* 1147 b 20 sqq., in quâ plus semel significatum est, *ἁπλῶς ἀκρατῆ* eum potissimum esse qui pessimus sit: v. 1148 a 2 sq.; b 5 sq.

20—23. Deest ad hunc syllogismum ut plenus sit propositio *ἐν δ' ἐπιθυμίᾳ ὕβρις* vel *οἱ ἐπιθυμίας ἀκρατεῖς πάντες ἢ ἔνιοί γε ὑβρίζουσιν*. — Sententiae ipsi nonnulla obstant. Ut enim in irâ semper insit dolor (vs 20. 21; 1231 b 15; 1117 a 6; 1126 a 22), item verum est *ὅτι καὶ ἡ ἐπιθυμία μετὰ λύπης* 1119 a 3. 4; 1225 b 30; sin vero in hac dulcedo *τῆς ὕβρεως* inter *τὴν ἀπόλαυσιν* subnascitur, probabile etiam in illâ eandem agnosci inter *τὴν τιμωρίαν* subnascentem.

1149 b 26—1150 a 8.

Sin ad comparandam illam οὐκ ἀνθρωπίνην ἀκρασίαν (τὴν θηριώδη τε καὶ νοσηματώδη 1148 b 15 sqq.) accedamus, et pejorem hanc et minus pravam censebimus quam τὴν ἁπλῶς, quemadmodum ipsa quoque bestia animalia inferiora omni homine, sed eadem minus nocentia malo homine sunt.

Haec quod tanquam argumentum proposui, veniam deposco. Etenim per cap. hujus 7- rerumque rationem probabile quidem est scriptorem ad istas sententias spectare; at concedendum sane, hoc si voluerit aut illum propositi sui non bene compotem factum esse aut confusa ac manca esse quae nobis sint tradita. Singula enim paene omnia impedita et paene desperata sunt.

26. *αὐτῶν δὲ τούτων* i. e. *τῶν ἐπιθυμιῶν καὶ τῶν ἡδονῶν τῶν σωματικῶν*. Harum igitur et *ληπτέον τὰς διαφορὰς* et *εἴρηται κατ' ἀρχὰς* quae sint *διαφοραί* (vs 27). Sed videamus quonam istud *εἴρηται* spectare possit. Quâ in re qui *H* 1 laudari putant (Prantl), habent sane *τὸ κατ' ἀρχάς*; modo illic nec *τῶν σωματικῶν* neque omnino *τῶν ἐπιθυμιῶν καὶ ἡδονῶν* mentio facta est. Qui vero capitis 1148 b 15 sqq. rationem haberi dixerit — illic enim si non singula quaeque nomina quae hic vs 28—30 sunt, at rem et sententiam omnem reperiri —, haerebit in voce *κατ' ἀρχάς*, quae satis usitata nec refertur apud

αφορὰς ληπτέον. ὥσπερ γὰρ εἴρηται κατ' ἀρχάς, αἱ 1149 b 27
ν ἀνθρωπικαί εἰσι καὶ φυσικαί, καὶ τῷ γένει καὶ τῷ
γέθει, αἱ δὲ θηριώδεις, αἱ δὲ καὶ διὰ πηρώσεις καὶ νοσή-
:τα. τούτων δὲ περὶ τὰς πρώτας σωφροσύνη καὶ ἀκολα-
α μόνον ἐστίν· διὸ καὶ τὰ θηρία οὔτε σώφρονα οὔτ' ἀκό-
στα λέγομεν ἀλλ' ἢ κατὰ μεταφορὰν καὶ εἴ τινι ὅλως
λο πρὸς ἄλλο διαφέρει γένος τῶν ζῴων ὕβρει καὶ σι-
μωρίᾳ καὶ τῷ παμφάγον εἶναι· οὐ γὰρ ἔχει προαίρεσιν
δὲ λογισμόν, ἀλλ' ἐξέστηκε τῆς φύσεως, ὥσπερ οἱ μαι-
μενοι τῶν ἀνθρώπων. *ἔλαττον δὲ θηριότης κακίας, φοβε- 1150 a
ίτερον δέ· οὐ γὰρ διέφθαρται τὸ βέλτιστον, ὥσπερ ἐν τῷ
θρώπῳ, ἀλλ' οὐκ ἔχει. ὅμοιον οὖν ὥσπερ ἄψυχον συμ-
λλειν πρὸς ἔμψυχον, πότερον κάκιον· ἀσινεστέρα γὰρ ἡ
:υλότης ἀεὶ ἡ τοῦ μὴ ἔχοντος ἀρχήν, ὁ δὲ νοῦς ἀρχή.
ραπλήσιον οὖν τὸ συμβάλλειν ἀδικίαν πρὸς ἄνθρωπον

K[b] ἀνθρώπιναί. 33. 34. K[b]L[b] σινομωρίαι.
1. *ἔλαττον δὲ] in his — 8 non multum sani inest. 2. K[b]M[b] βέλτιον.

istotelem nec per se referri potest ad quodlibet aliud caput quod ιecesserit.

30. **σωφροσύνη καὶ ἀκολασία**: καὶ ἀκρασία ἢ ἁπλῶς scilicet. Dum enim ad hanc de qua agitur perventum est.

31. **διὸ καὶ τὰ θηρία** . . . An quia τὰ θηρία prorsus τῶν ἀνθρω-:ῶν (vs 28) expertia sunt? Subjungitur autem ejusdem rei plane ι ratio vs 34 „οὐ γὰρ ἔχει προαίρεσιν . . ."; verior illa et 1147 b 3—5 ajam exhibita ne animalia ἀκρατῆ esse dicantur. At omni hac tentiâ, siquidem breviter de rectâ aestimatione τῆς θηριώδους ἀκρα-ς τῆς ἐν ἀνθρώποις agendum est, nunc officitur potius quam ficitur.

35. **ἐξέστηκε τῆς φύσεως** sc. τοιαῦτα γένη ζῴων (vs 33). Cogitatur ιur generalis quaedam omnium animalium sana natura, a quâ nonla genera (παρὰ φύσιν) degeneraverint. Neque offendet qui Aristo-ιm calleat in hac sententiâ. Cf. etiam ad 1148 b 16.

1. **ἔλαττον δὲ θηριότης κακίας** . . . Inde ab his verbis usque ad 8 id quidem apertum est, comparationem aliquam (ut consenta-um erat) agi; sed anquiretur, ni fallor, ubinam tandem ad ἕξεις ιadam vel ἀκρασίας comparandas accedatur, quae utraeque homi-ιm sint. Imo vs 1 ἡ θηριότης, ut res habet, non potest non ipsorum torum natura esse sive omnium sive τῶν ἐξεστηκότων τῆς φύσεως. t igitur illa ἔλαττον κακίας „inferius omnino genus quam humana ιvitas" — si ad hoc verba sufficere videantur. At in proximis „φοβε-ιερον δέ" ne de sententiae quidem veritate constat.

6. **παραπλήσιον οὖν** . . . Dum res urget, verba abundant: modo

ἄδικον· ἔστι γὰρ ὡς ἑκάτερον κάκιον· μυριοπλάσια γὰρ ἂν H κακὰ ποιήσειεν ἄνθρωπος κακὸς θηρίου.

περὶ δὲ τὰς δι' ἁφῆς καὶ γεύσεως ἡδονὰς καὶ λύπας καὶ ἐπιθυμίας καὶ φυγάς, περὶ ἃς ἥ τε ἀκολασία καὶ ἡ σωφροσύνη διωρίσθη πρότερον, ἔστι μὲν οὕτως ἔχειν ὥστε

7. K[b]L[b] μυριαπλάσια.

enim audivimus ὅμοιον οὖν . . . vs 3 sq. Libri, ut fit in corruptis locis, proxima vocabula τὸ συμβάλλειν ἀδικίαν πρὸς ἄνθρωπον ἄδικον variant, nec tamen ita ut sententiae subveniatur. Conjicias, si operae pretium videtur „παραπλήσιον οὖν (sc. τῷ συμβάλλειν ἄψυχον πρὸς ἔμψυχον vs 3) τὸ συμβάλλειν θηριότητα πρὸς ἀδικίαν ἢ θηρίον κακὸν πρὸς ἄνθρωπον ἄδικον“. At utrumque satis certum est, neque ad genera ἀκρασίας ita perveniri neque ultimas istas enunciationes Aristotelis esse. —

Cap. 8. Dum capp. 6. 7 imprimis quaerebatur quis ὁ ἁπλῶς ἀκρατής et quinam καθ' ὁμοιότητα ἀκρατεῖς, eo potissimum spectabatur, ut τὸ περὶ τί singulorum generum discerneretur. Restat igitur, ut in principali certe genere (τῷ ἁπλῶς) accuratius in utramque partem τὸ πῶς ἔχει exponatur. Haec enim laus hujus libri est, quod dum diligenter singula absolvuntur quae ab initio cap. 2 et 3 vel probabilia vel dubia videbantur (cf. illud argumentum quod ad cap. 4 proposuimus), simul curatur ut universae rei imago, qualis ex ratione hujus ethices postulatur, plena expressa sit.

Quum jam constet, quibusnam in rebus versentur qui hoc in genere ἁπλῶς λέγονται, eorundem diversa nomina revocantur ad facultatem vel habitum vulgarium hominum. Quibus qui plus illecebrarum spernit plusve molestiarum tolerat, ἐγκρατὴς et καρτερικὸς est; qui minus, ἀκρατὴς et μαλακὸς appellatur — 1150 a 16. *Neque igitur obscurum est quomodo hi tum cuncti a virtute* (σωφροσύνης) *et a vitio* (ἀκολασίας) *diversi sint, tum inter se differant* — 1150 a 31; — 1150 b 5. *Spectantur autem in iis potius officiis, quibus quodammodo plerique homines fere pares sunt, quam in summis vel arduis rebus* — 1150 b 16. *Ipsi vero varietatem habent; nam in genere τοῦ μαλακοῦ (praeter τὸν τρυφῶντα* b 3 s.) *etiam ὁ παιδιώδης commemorandus est* — 1150 b 19; *atque τῶν ἀκρατῶν alii ex improviso quasi vi affectûs abripiuntur, alii deliberatâ re trahuntur quominus in proposito perseverent: προπετεῖς illi, hi ἀσθενεῖς potius* — 1150 b 28.

11. διωρίσθη πρότερον: v. Γ 13; ad 1148 a 8. Agitur jam de re undique perspectâ, ut non male pergatur ἔστι μὲν οὖν (sic M[b]) οὕτως ἔχειν.

11. ἔστι μὲν . . . vs 16 χείρους. His verbis praemissis summa quaeque quae per hoc caput demonstranda sint, in unam sententiam comprehenduntur. Quodsi enim hi omnes aut κρατούμενοι sunt aut κρατοῦντες, differunt ab iis apud quos universa res ἐν τῇ προαιρέσει posita est (a 16—31); deinde facto discrimine inter eos, quibus adversus voluptatem, interque eos quibus contra dolorem dimicandum

8 *ἡττᾶσθαι καὶ ὧν οἱ πολλοὶ κρείττους, ἔστι δὲ κρατεῖν καὶ* 1150 a 12 *ὧν οἱ πολλοὶ ἥττους· τούτων δ' ὁ μὲν περὶ ἡδονὰς ἀκρατὴς ὁ δ' ἐγκρατής, ὁ δὲ περὶ λύπας μαλακὸς ὁ δὲ καρτερικός. μεταξὺ δ' ἡ τῶν πλείστων ἕξις, κἂν εἰ ῥέπουσι μᾶλ-*
5 *λον πρὸς τὰς χείρους. ἐπεὶ δ' ἔνιαι τῶν ἡδονῶν ἀναγκαῖαί εἰσιν αἱ δ' οὔ, καὶ μέχρι τινὸς αἱ δ' ὑπερβολαὶ οὒ οὐδ' αἱ ἐλλείψεις, ὁμοίως δὲ καὶ περὶ ἐπιθυμίας ἔχει καὶ λύπας, ὁ μὲν τὰς ὑπερβολὰς διώκων τῶν ἡδέων ἢ καθ' ὑπερβολὰς ἢ διὰ προαίρεσιν, δι' αὐτὰς καὶ μηδὲν δι' ἕτερον ἀποβαῖνον, ἀκόλαστος· (*ἀνάγκη γὰρ τοῦτον μὴ εἶναι μεταμελητικόν· ὥστ' ἀνίατος· ὁ γὰρ ἀμεταμέλητος ἀνίατος.*) ὁ δ' ἐλλείπων*

---

17. Bekk. interpungit *αἱ δ' οὒ καὶ μέχρι τινός, αἱ δ'· ὑπερβολαὶ οὔ, οὐδ'*. 21. 22. **ἀνάγκη — ἀμεταμέλητος ἀνίατος**] haec post *ἀκρατοῦς* 31 ponenda et cum illis (27—31) removenda vid.

...st, ipsorum horum genera delineata sunt (a 31—b 5); denique quod ...ppellatio atque judicium jam ad facultatem *τῶν πολλῶν* refertur, tertio ...co confirmatur b 6—16.

16 sq. *ἐπεὶ δ' ἔνιαι* .... Regressus ad priora quaedam scriptor ...ullo plura distinguit quam necessitas rei postulabat. — *Ἔνιαι ἀναγ-...αῖαι* i. e. quae 1147 b 23 sq. circumscriptae sunt; easdem enim et ...ματικὰς esse, mox vs 24 apparet. — Interpungas *αἱ δ' οὔ, καὶ μέχρι ...ὸς (ἀναγκαῖαι) αἱ δ' ὑπερβολαὶ οὒ οὐδ' αἱ ἐλλείψεις*. Agitur enim de iis quae in genere *τῶν ἀναγκαίων* (*καὶ σωματικῶν*) non sunt *ἀναγ-...κα*, quoniam perversa sunt.

19 s. *διώκων τῶν ἡδέων* sc. *τούτων* (*τῶν ἀναγκαίων* vs 16); illae enim „*αἱ δ' οὔ*" vs 16 commemoratae tantum ut seponerentur. — Sufficit quodammodo *διώκων*; nam *ὁ ἀκρατὴς ἄγεται* vs 25; sed diligenter notae conquiruntur: „*καθ' ὑπερβολὰς ἢ διὰ προαίρεσιν*", quod utrumque eodem facit; „*δι' αὐτὰς καὶ μηδὲν δι' ἕτερον ἀποβαῖνον*", ne forte pro libidinoso exsistat *αἰσχροκερδής τις ἢ ἄδικος* (v. 1130 a 24 sq.).

21. 22. *ἀνάγκη γὰρ . . . ἀνίατος*. Retardatur his interpositis, quibus nunc ad rem non est opus, mentio contrarii generis (*ὁ μὲν* vs 19; *ὁ δ' ἐλλείπων* vs 22). Quo minus tamen conjiciatur, e medio haec tollenda esse, impediunt verba *ἔστι ὁ μὲν ἀκόλαστος, ὥσπερ ἐλέχθη, οὐ μεταμελητικός* b 29, quae necessario huc referuntur. Quid igitur „*ἀνάγκη γάρ*"? Scilicet unum reliquum est, ut ipsius nominis *ἀκόλαστος* usus iste vs 21 ita confirmari dicatur „is vere *ἀκόλαστος*, quippe qui ne disciplinâ quidem ad sanam mentem revocari possit"; neque enim alienam esse ab Aristotelis scholâ talem de vocabulo *ἀκόλαστος* quaestionem, ut e loco 1119 a 33—b 15 et etiam magis ex Eud. 1230 a 38—b 8 appareat. At v. ad vs 27—31 et quam facile omnia cedant, si transpositis sententiis vox „*ἀνάγκη γάρ* . . ." vs 21. 22 excipiat verba *χείρων τοῦ ἀκρατοῦς* vs 31.

1150 a 23 ὁ ἀντικείμενος, ὁ δὲ μέσος σώφρων. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ φεύ- H γων τὰς σωματικὰς λύπας μὴ δι' ἧτταν ἀλλὰ διὰ προαίρεσιν. τῶν δὲ μὴ προαιρουμένων ὁ μὲν ἄγεται διὰ τὴν ἡδονήν, ὁ δὲ διὰ τὸ φεύγειν τὴν λύπην [τὴν ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας], ὥστε διαφέρουσιν ἀλλήλων. *παντὶ δ' ἂν δόξειε χείρων εἶναι, εἴ τις μὴ ἐπιθυμῶν ἢ ἠρέμα πράττοι τι αἰσχρόν, ἢ εἰ σφόδρα ἐπιθυμῶν, καὶ εἰ μὴ ὀργιζόμενος τύπτοι ἢ εἰ ὀργιζόμενος· τί γὰρ ἂν ἐποίει ἐν πάθει ὤν; διὸ ὁ ἀκόλαστος χείρων τοῦ ἀκρατοῦς*. τῶν δὴ λεχθέντων τὸ μὲν μα- I λακίας εἶδος μᾶλλον, *ὁ δ' ἀκόλαστος*. ἀντίκειται δὲ τῷ μὲν ἀκρατεῖ ὁ ἐγκρατής, τῷ δὲ μαλακῷ ὁ καρτερικός· τὸ

26. 27. [τὴν ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας] male add. 27—31. *παντὶ δ' ἂν — ἀκρατοῦς*] haec (adjunctis in fine verbis 21. 22) de sede suâ migrarunt. 29. 30. K^{b}N^b καὶ μὴ ὀργιζόμενος· τί γάρ. 31. τῶν δὴ] scrib. vid. τῶν δὲ (quibus excipiantur verba ὥστε διαφέρουσιν ἀλλήλων 27.) 32. *ὁ δ' ἀκόλαστος*] scr. τὸ δ' ἀκρασίας.

23 s. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ φεύγων τὰς σωμ. λύπας. Leviter hoc genus perstringitur; nec sine causâ: „ἧττον γὰρ καὶ οὐχ ὁμοίως ἐστὶ περὶ τὰς λύπας (ἡ σωφροσύνη nec minus ἡ ἀκολασία)“ 1117 b 26. sq. — Quodsi placebat post τὰς ἡδονὰς etiam τῶν λυπῶν rationem habere, ne ipsa quidem res admittebat, ut tam paucis verbis vel unâ voce ὁμοίως δὲ recte seu vitium seu virtus describeretur; v. ad 1148 a 7.

25. τῶν δὲ μὴ προαιρουμένων ὁ μὲν . . .: hic ex definitione vs 1 ... est ὁ ἀκρατής; cui qui opponitur ὁ δὲ vs 26 non potest non esse ὁ μαλακός (vs 14; cf. vs 31). At obstat quod ἡ λύπη dicitur vs 26 esse ἡ ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας. Sane enim molestiae, quibus tum οἱ τρυφῶντες (b 2 sq.) tum οἱ παιδιώδεις (b 16 sq.) — quae genera μαλακίας solum accuratius definiuntur — impares sunt, non sunt ii dolores qui a cupidine non satiatâ oriuntur. Ad rem vero in cupido caritas dulcedinis tam arte cum odio carendi conjuncta est, ut hinc diversa hominum genera recte discerni vix possint. Suspecta mihi vox addita „τὴν ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας“ vs 26.

um *ἡ ἡδονὴ* quippe in qua cogitatio quasi infixa sit dicitur; nec pro-
ideri ne objectum prioris *διώκειν* vs 28 (*τὸν ἄλυπον βίον*) ad alterum

κειν τὸ ἄλυπον ζῆν, καὶ τὸ τὰ παιδία καὶ τὰ θηρία διώ- H
κειν τῷ αὐτῷ λύεται τρόπῳ. ἐπεὶ γὰρ εἴρηται πῶς ἀγαθαὶ ἁπλῶς καὶ πῶς οὐκ ἀγαθαὶ πᾶσαι αἱ ἡδοναί, τὰς τοιαύτας τά τε θηρία καὶ τὰ παιδία διώκει, καὶ τὴν τούτων ἀλυπίαν ὁ φρόνιμος, τὰς μετ' ἐπιθυμίας καὶ λύπης καὶ τὰς σωματικάς· τοιαῦται γὰρ αὗται· καὶ τὰς τούτων ὑπερβολάς, καθ' ἃς ὁ ἀκόλαστος ἀκόλαστος. διὸ ὁ σώφρων φεύγει ταύτας, ἐπεὶ εἰσὶν ἡδοναὶ καὶ σώφρονος.

ἀλλὰ μὴν ὅτι καὶ ἡ λύπη κακόν, ὁμολογεῖται, καὶ II
φευκτόν· ἡ μὲν γὰρ ἁπλῶς κακόν, ἡ δὲ τῷ πῇ ἐμποδιστική. τῷ δὲ φευκτῷ τὸ ἐναντίον ᾗ φευκτόν τε καὶ κακόν,

29. ἐπεὶ γὰρ] K^b ἐπεὶ καὶ. 29 et 30 ἀγαθαὶ] K^b bis ἀγαθά. 31. K^b καὶ τὰ θηρία καὶ. 31 32 ὁ φρόνιμος] K^b φρόνιμος. 32. τὰς μετ'] K^b μετ'

1. καὶ ἡ] K^b M^b ἡ. 3. 4. K^b φευκτόν τι καὶ κακὸν ἢ ἀγαθόν.

διώκειν vs 29 si objecto careat transferatur. Brevitas enim Aristotelica talia vel contra grammaticam rationem lectoribus permittit.

29. ἐπεὶ γὰρ εἴρηται: 1152 b 26 sqq.

32. τὰς μετ' ἐπιθυμίας καὶ λύπης. Quum et accusativus ad διώκει vs 31 et genetivus ad τὴν ἀλυπίαν desideraretur, potior ratio prioris constructionis habenda esse videbatur: cogitetur igitur ad τὴν ἀλυπίαν „τῶν μετ' ἐπιθυμίας καὶ λύπης“. Cujus genetivi ratio grammatica indefinita potius dicenda est, ut liceat interpretari „in eo genere, in quo et ipsa oblectatio cum dolore quodam conjuncta est, vir sapiens in utramque partem malet omnino ἀπαθὴς esse“. — Res vero paucis — vs 35 delineatur et ita ut prioris disputationis (velut H 6) admoneamur; nec mirum, si multis quaestionibus (velut annon ὁ φρόνιμος et alias multas nugas spernat locus relinquitur.

4) Cap. 14. 1153 b 1 — 1154 a 21.

Inscribas τἀληθὲς περὶ τῆς ἡδονῆς (1154 a 22). Postquam enim cap. 13 demonstratum est ὅτι οὐ συμβαίνει διὰ τὰ λεγόμενα μὴ εἶναι ἀγαθὸν μηδὲ τὸ ἄριστον τὴν ἡδονήν (1152 b 25), ipse jam docet ὅτι ἀγαθὸν καὶ τὸ ἄριστον.

a) 1 — 7. *Bonum esse τὴν ἡδονὴν inde sequitur quod constat contrariam τὴν λύπην malum esse.* Ad quod argumentum 1154 a 4. 5; ib. 11 revertitur, eodemque Eudoxus 1172 b 18—20 nitebatur.

2. ἡ μὲν γὰρ (λύπη) ἁπλῶς κακόν, ἡ δὲ τῷ πῇ ἐμποδιστικὴ (εἶναι): eodem modo τοῦ ἀγαθοῦ (καὶ τῆς ἡδονῆς) τὸ μὲν ἁπλῶς ἀγαθόν, τὸ δὲ τινὶ ἢ πρὸς ἕξιν τινὰ καὶ κατὰ συμβεβηκός 1152 b 25 sqq. Neque igitur quidquam impedit quominus nonnunquam et quodam modo λῦπαι τινὲς bonum atque bono sint, velut a medico vel a judice inflictae.

γαθόν. ἀνάγκη οὖν τὴν ἡδονὴν ἀγαθόν τι εἶναι. ὡς γὰρ 1153 b 4 πεύσιππος ἔλυεν, οὐ συμβαίνει ἡ λύσις, ὥσπερ τὸ μεῖζον ῷ ἐλάττονι καὶ τῷ ἴσῳ ἐναντίον· οὐ γὰρ ἂν φαίη ὅπερ καόν τι εἶναι τὴν ἡδονήν. ἄριστόν τ' οὐδὲν κωλύει ἡδονήν τινα ναι, εἰ ἔνιαι φαῦλαι ἡδοναί, ὥσπερ καὶ ἐπιστήμην τινὰ ιῶν φαύλων οὐσῶν. ἴσως δὲ καὶ ἀναγκαῖον, εἴπερ ἑκάστης ξεώς εἰσιν ἐνέργειαι ἀνεμπόδιστοι, εἴθ' ἡ πασῶν ἐνέργειά

4 s. ὡς γὰρ Σπεύσιππος ἔλυεν . . . Haud facile, ex his verbis fieere, quaenam fuerit Platonis discipuli argumentatio. Sed probabile, um quum moneret „at uni rei (velut ei quod majus sit) duo interım opposita esse" hoc dixisse; τῇ λύπῃ quae profecto malum sit nquam bonum ex adverso τὴν ἀλυπίαν potius quam τὴν ἡδονὴν atuendam esse, ut haec τῷ ἐλάττονι apponatur, illa haud inepte τῷ ῳ. Ad quod vs 6. 7 respondetur: ita quidem τὴν ἡδονὴν in genere alorum (ὅπερ κακόν τι) poni tanquam ἔλαττον κακόν: id quod abırdum. -- Certe illa sententia in Speusippo mira non fuerit: Platoni iim, quamquam et τὴν ἡδονὴν inter bona admittit (Phileb. 60 e) nec ὴν ἀλυπίαν ignorat ἡσυχίαν tantum esse (Rep. 583 s.), tamen τὸ μήτε πεῖσθαι μήτε ἥδεσθαι videbatur fere βίος θειότατος esse Phileb. 32 ctr. — Ceterum Aristotelis refutatione ii vix tangentur qui τῇ ἡδονῇ ıedium inter bona et mala locum tribuerint, ut sit οὐδέτερον: v. 1173 a 7 sq.

b) 7—13 (25). *Summum bonum esse τὴν ἡδονήν, si definitio a 14. rata sit, facile probatur: quoniam enim beatitatem tum summum num, tum ἐνέργειαν esse constat, in naturâ τῆς ἡδονῆς tanquam νεμποδίστου ἐνεργείας nil inest nisi quod ad illam desideretur; nam uod αἱρετώτατον, idem necessario ἀνεμπόδιστον.* In his primum aperum est de beatitate ea tantum proponi quae dudum constare dicanur. Id quod eorum causa moneo qui locos quosdam Politicorum lauatis Ethicis harum de beatitate sententiarum rationem habere contenunt. Quibus, nisi forte insuetâ apud Arist. diligentiâ verba conformata nt, hoc oppono: illum quo jure p. 1153 hasce de beatâ vitâ sentenas tanquam a se pridem comprobatas attulerit, eodem easdem senentias etiam in Polit. tanquam e reliquis Eth. desumptas laudare otuisse. Atqui loci illi Politicorum quos dico neque ipsa huj. cap. erba iterant nec proferunt quod non ad rem multis modis in Nic. sit robatum. Sunt enim hi potissimum: 1295 a 35 (v. ad 1153 a 12—17); 1332 a 7 φαμὲν δὲ καὶ ἐν τοῖς ἠθικοῖς, εἴ τι τῶν λόγων ἐκείνων ὄφελος, (τὴν εὐδαιμονίαν) ἐνέργειαν εἶναι καὶ χρῆσιν ἀρετῆς τελείαν, καὶ ταύτην οὐκ ἐξ ὑποθέσεως ἀλλ' ἁπλῶς; 1332 a 21 καὶ γὰρ τοῦτο διώρισται κατὰ τοὺς ἠθικοὺς λόγους ὅτι τοιοῦτός ἐστιν ὁ σπουδαῖος ᾧ διὰ τὴν ἀρετὴν [del. τὰ] ἀγαθά ἐστι τὰ ἁπλῶς ἀγαθά . . . διὸ καὶ νομίζουσιν ἄνθρωποι τῆς εὐδαιμονίας αἴτια τὰ ἐκτὸς εἶναι τῶν ἀγαθῶν (ut 1153 b 21 sq.).

10. εἴθ' ἡ πασῶν (ἕξεων) ἐνέργειά ἐστιν εὐδαιμονία, εἴτε ἡ τινὸς τῶν: v. 1098 a 15 εἰ δ' οὕτω, τὸ ἀνθρώπινον ἀγαθὸν ψυχῆς ἐνέργεια

1153b 11 ἐστιν εὐδαιμονία εἴτε ἡ τινὸς αὐτῶν, ἂν ᾖ ἀνεμπόδιστος, αἱρετωτάτην εἶναι· τοῦτο δ' ἐστὶν ἡδονή. ὥστε εἴη ἄν τις ἡδονὴ τὸ ἄριστον, τῶν πολλῶν ἡδονῶν φαύλων οὐσῶν, εἰ ἔτυχεν, ἁπλῶς. καὶ διὰ τοῦτο πάντες τὸν εὐδαίμονα ἡδὺν οἴονται βίον εἶναι, καὶ ἐμπλέκουσι τὴν ἡδονὴν εἰς τὴν εὐδαιμονίαν, εὐλόγως· οὐδεμία γὰρ ἐνέργεια τέλειος ἐμποδιζομένη, ἡ δ' εὐδαιμονία τῶν τελείων· διὸ προσδεῖται ὁ εὐδαίμων τῶν ἐν σώματι ἀγα-

---

γίνεται κατ' ἀρετήν, εἰ δὲ πλείους αἱ ἀρεταὶ κατὰ τὴν ἀρίστην καὶ τελειοτάτην. Cf. 1099 a 29 sq.; 1176 a 26 sq.

11. ἂν ᾖ ἀνεμπόδιστος αἱρετωτάτην εἶναι: sc. τὴν ἐνέργειαν, ut et quod sequitur „τοῦτο δ'" vs 12 docet. Impeditum esse non posse quodcunque tale est quale maxime est exoptatum, per se liquet. In beatitudine vero pridem ne-ullâ a parte ἡ ἐνέργεια impedita esset expressis verbis τὰ ἐκτὸς (ὧν προσδεῖται) poscebantur: v. 1099 a 31 φαίνεται δ' ὅμως καὶ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν προσδεομένη, καθάπερ εἴπομεν· ἀδύνατον γὰρ ἢ οὐ ῥᾴδιον τὰ καλὰ πράττειν (i. e. ἐνεργεῖν κατ' ἀρετὴν) ἀχορήγητον ὄντα et 1100 b 28 ἀνάπαλιν (i. e. κακῶς) δὲ συμβαίνοντα θλίβει καὶ λυμαίνεται τὸ μακάριον· λύπας τε γὰρ ἐπιφέρει καὶ ἐμποδίζει πολλαῖς ἐνεργείαις.

13. τῶν πολλῶν ἡδονῶν φαύλων οὐσῶν, εἰ ἔτυχεν, ἁπλῶς. Vocem εἰ ἔτυχεν convertas „forsitan" vel „si ita videtur"; vide enim exempla hujus loquendi generis 8 b 12 (εἰ οὕτως ἔτυχεν); 37 a 22 (εἰ τύχοι); 162 a 19; 217 a 25 (at 223 b 7 „ἴσως"); 248 b 19; 250 a 15; b 6; 403 b 13 (ἐὰν τύχῃ); 1113 a 19. 22; 1114 a 15 (εἰ οὕτως ἔτυχε); 1136 b 22; 1151 b 10 (ὅταν τύχῃ); cf. 1460 b 36 ἴσως οὔτε βέλτιον οὕτω λέγειν οὔτ' ἀληθῆ, ἀλλ' ἔτυχεν ὥσπερ Ξενοφάνης sc. λέγει i. e. „sed fuerit potius ut ille censet". Nil igitur dicit istâ voce, nisi si quis maximum numerum τῶν ἡδονῶν spernat, se quidem haud obloqui. Easdem vero fere ἡδονὰς „ἁπλῶς φαύλας" esse quae τινὶ tantum vel κατὰ συμβεβηκὸς bonae sint (cap. 13) satis est probabile. — Nil in his incerti; quapropter sufficiat commemorare, esse qui deletâ interpunctione verba εἰ ἔτυχεν ἁπλῶς ad sententiam principalem „ὥστε εἴη ἄν τις ἡδονὴ τὸ ἄριστον" referant, mire interpretantes „εἰ ἔτυχεν (ἡ τὶς ἡδονὴ ἐκείνη) ἁπλῶς sc. οὖσα ἡδονή".

14. καὶ διὰ τοῦτο πάντες τὸν εὐδαίμονα ἡδὺν οἴονται βίον εἶναι: v. 1098 b 25 τοῖς δὲ ταῦτα ἢ τούτων τι (ἡ εὐδαιμονία εἶναι δοκεῖ) μεθ' ἡδονῆς ἢ οὐκ ἄνευ ἡδονῆς et 1152 b 6 καὶ τὴν εὐδαιμονίαν οἱ πλεῖστοι μεθ' ἡδονῆς εἶναί φασιν. In numero („πάντες") ne moreris; excepti enim et hic sunt „οἱ δὲ" illi vs 19.

15. εὐλόγως: ratio enim (διὰ τοῦτο vs 14) in ipsâ re est; quoniam natura τῆς ἡδονῆς aut eadem est quae beatitatis aut necessario ad illam pertinens (habent enim inter se ut τὸ ἀνεμπόδιστον πρὸς τὸ τέλειον).

16. ἡ δ' εὐδαιμονία τῶν τελείων: v. 1101 a 18 ἡ εὐδαιμονία .. τέλειον πάντῃ πάντως et 1177 b 25 οὐδὲν γὰρ ἀτελές ἐστι τῶν τῆς εὐδαιμονίας. Notandum autem, neque hic neque alias beatitatem dici ἐνέργειαν τελείαν (at ἡ δικαιοσύνη 1129 b 31 „τελεία ἀρετῆς χρῆ-

ῶν καὶ τῶν ἐκτὸς καὶ τῆς τύχης, ὅπως μὴ ἐμποδίζηται 1153 b 18 αὐτα. οἱ δὲ τὸν τροχιζόμενον καὶ τὸν δυστυχίαις μεγάλαις εριπίπτοντα εὐδαίμονα φάσκοντες εἶναι, ἐὰν ᾖ ἀγαθός, ἢ κόντες ἢ ἄκοντες οὐδὲν λέγουσιν. διὰ δὲ τὸ προσδεῖσθαι τῆς ύχης δοκεῖ τισὶ ταὐτὸν εἶναι ἡ εὐτυχία τῇ εὐδαιμονίᾳ οὐκ ὖσα, ἐπεὶ καὶ αὐτὴ ὑπερβάλλουσα ἐμπόδιός ἐστιν· καὶ ἴσως ὐκέτι εὐτυχίαν καλεῖν δίκαιον· πρὸς γὰρ τὴν εὐδαιμονίαν ὅρος αὐτῆς. καὶ τὸ διώκειν δ' ἅπαντα καὶ θηρία καὶ ἀνρώπους τὴν ἡδονὴν σημεῖόν τι τοῦ εἶναί πως ἄριστον αὐτήν·

---

5. πως] K[b] τέως.

ς"). Quamquam si ab omni parte τὸ τέλειον habet, sane primum idendum est ne ἡ ἐνέργεια, in quâ ipsa posita est, sit ἀτελής.

17—25. διὸ προσδεῖται . . . . ὁ ὅρος αὐτῆς. Liceat de hoc loco, ui non prorsus dubitatione vacat annon aliunde huc translatus sit, a agere ut quantum fieri potest sententiam huj. cap. adjuvet. Dixeris gitur pergi ad τὴν εὐτυχίαν, ut per eam appareat quam necessarium mnino τὸ ἀνεμπόδιστον ad vitam beatam sit. Ita enim ἡ ἡδονή, uamquam ipsa nec τοῖς ἐκτὸς potissimum debetur neque inter ea est ν προσδεῖται ὁ εὐδαίμων („ὥσπερ περιάπτου τινός" 1099 a 15), ropter τὸ ἀνεμπόδιστον quam maxime affinis beatitati esse videbitur. uae si placeant, primum ab initio ante διὸ vs 17 plene interpungenum erit; deinde ut ratio harum sententiarum indicetur, ib. addatur αὶ „διὸ καὶ προσδεῖται"; denique ταῦτα vs 19 quod non habet quo eferatur aut deleatur aut conjecturâ in aliam vocem mutetur.

17. 18. τῶν ἐν σώματι ἀγαθῶν καὶ τῶν ἐκτὸς καὶ τῆς τύχης: v. d 1098 b 12—20. Genera enim haec ab ipso Aristotele haud semper adem recensentur. Quid igitur quod Eudemum narrant 1218 b 32 ὰ ἐν σώματι neglexisse?

21. οὐδὲν λέγουσι: vocem habes 1172 b 36; sententiam praeter lios ll. 1096 a 1 τὸν δ' οὕτω ζῶντα οὐδεὶς ἂν εὐδαιμονίσειεν, εἰ μὴ θέσιν διαφυλάττων.

22. δοκεῖ τισὶ ταὐτὸν εἶναι . . . οὐκ οὖσα: 1099 b 7 ὅθεν εἰς ταὐτὸ τάττουσιν ἔνιοι τὴν εὐτυχίαν τῇ εὐδαιμονίᾳ. Cf. 1206 b 31; 1214 a 25 („πολλοί"); 1332 a 25; 1323 b 26; 197 b 3.

23. ἐπεὶ καὶ αὐτὴ ὑπερβάλλουσα ἐμπόδιός ἐστι. Itaque omnis, seu exoptanda est seu repudianda, ad τὸ ἀνεμπόδιστον refertur. Humanum autem, facile τῶν ἁπλῶς ἀγαθῶν nimium adesse 1137 a 26—30; impediuntque affluentes fortunae primo τὸ θεωρεῖν (1178 b 3—5); deinde vero etiam τὸ τὰ ἐπιεικῆ πράττειν (1179 a 6—8). Cf. etiam 1170 b 26. 27; 1295 b 5 sq.; 1124 a 30. 31.

c) 25—1154 a 1. *E consensu omnium animantium item probabile,* *ἣν ἡδονὴν esse τὸ ἄριστον: dummodo recte pro cujusque generis naturâ* *uaenam ἡδονὴ dicatur perspectum sit.*

1153 b 27 φήμη δ' οὔτι γε πάμπαν ἀπόλλυται, ἥν τινα λαοὶ πολλοί — H

ἀλλ' ἐπεὶ οὐχ ἡ αὐτὴ οὔτε φύσις οὔθ' ἕξις ἡ ἀρίστη οὔτ' ἔστιν οὔτε δοκεῖ, οὐδ' ἡδονὴν διώκουσι τὴν αὐτὴν πάντες, ἡδονὴν μέντοι πάντες. ἴσως δὲ καὶ διώκουσιν οὐχ ἣν οἴονται οὐδ' ἣν ἂν φαῖεν, ἀλλὰ τὴν αὐτήν· πάντα γὰρ φύσει ἔχει τι θεῖον. ἀλλ' εἰλήφασι τὴν τοῦ ὀνόματος κληρονομίαν αἱ σωματικαὶ ἡδοναὶ διὰ τὸ πλειστάκις τε παραβάλλειν εἰς αὐτὰς καὶ πάντας μετέχειν αὐτῶν· διὰ τὸ μόνας οὖν γνωρίμους εἶναι

27. οὔτι γε] K^b οὔτις. λαοὶ] K^b οἱ (cett. om.). 32. τι θεῖον] K^b τὸ θεῖον.

---

27. 28: versûs Hesiodei (Op. 763) „πολλοὶ φημίζουσι· θεός νύ τις ἔστι καὶ αὐτή".

29. οὐχ ἡ αὐτὴ οὔτε φύσις οὔτε ἕξις ἡ ἀρίστη οὔτε ἔστιν οὔτε δοκεῖ. Non est ubique idem omnium optimum, quia diversa genera sunt quorum summum bonum dicitur; non videtur idem, quia et error est appetentium et τὸ παρὰ φύσιν. In hoc („οὔτε δοκεῖ") proximâ sententiâ „ἴσως δὲ καὶ διώκουσι . ." ita inquiritur ut errore illo veritatem haud tolli probetur; fieri enim posse ut via quam delegerint alio ferat, animus appetens revera spectet alio. Id quod in hominibus quidem exemplo τῶν σωματικῶν („ἀλλ' εἰλήφασι . . ." vs 33 sq.) illustratur.

32. ἀλλὰ τὴν αὐτήν i. e. eam ad quam pro suâ quique facultate nati sunt. Erit igitur, si genera τῶν ἡδονῶν spectentur, aliis alia; sin quaeratur quid tandem sit quo gestiant, omnibus una i. e. ad quam suum cujusque τὸ θεῖον contendit.

33 sq. ἀλλ' εἰλήφασι τὴν τοῦ ὀνόματος κληρονομίαν αἱ σωματικαί... Imbecillitate igitur humanâ accidit ut eam ἡδονὴν cui, quatenus divini quid habent, et ipsi student ne dicant quidem ἡδονήν. Cui usui indulgens Prodicus (Pl. Prod. 337 c) ἡδονὴν nolebat dicere nisi eam quae a sensibus proficiscitur; εὐφραίνεσθαι enim neque ἥδεσθαι qui reliqui generis participes sint. — Vere Aristotelica haec esse, unus locus 1172 b 35—1173 a 5 luculente docet; sed adscribas etiam quod ab initio 1094 a 2 erat καλῶς ἀπεφήναντο τἀγαθὸν οὗ πάντ' ἐφίεται, vel „πάντα ἐκείνου (τοῦ θείου) ὀρέγεται" 415 b 1, multa alia. Quamquam non minus Aristotelicum est quod bene Eudemi verbis exprimitur τό τε φάναι πάντα τὰ ὄντα ἐφίεσθαι ἑνός τινος ἀγαθοῦ οὐκ ἀληθές· ἕκαστον γὰρ ἰδίου ἀγαθοῦ ἐφίεται 1218 a 30.

d) 1—7. Adjungitur alia argumentatio, quae quidem tum sententiae parum prodest (neque enim quaestione hucusque adductâ jam sufficit, si verum esse ostenditur ὅτι ἀγαθὸν ἡ ἡδονή) tum ipsa sub finem minus est elaborata. At utrumque in Aristotele, qui saepe in extremis disputationibus novas rationes proponat tantum et quasi tentet, haud movet suspicionem. — Sed correcturâ aliquâ eorum potius quae Bekker edidit quam quae a libris traduntur opus est.

μόνας οἴονται εἶναι. φανερὸν δὲ καὶ ὅτι, εἰ μὴ ἡ ἡδονὴ 1154 a ' καὶ ἐνέργεια, οὐκ ἔσται ζῆν ἡδέως τὸν εὐδαίμονα· γὰρ ἕνεκα δέοι ἂν αὐτῆς, εἴπερ μὴ ἀγαθόν; ἀλλὰ πηρῶς ἐνδέχεται ζῆν· οὔτε κακὸν γὰρ οὔτ' ἀγαθὸν ἡ εἴπερ μηδ' ἡδονή· ὥστε διὰ τί ἂν φεύγοι; οὐδὲ 'ων ὁ βίος ὁ τοῦ σπουδαίου, εἰ μὴ καὶ αἱ ἐνέργειαι

ρὶ δὲ δὴ τῶν σωματικῶν ἡδονῶν ἐπισκεπτέον τοῖς ιν ὅτι ἔνιαί γε ἡδοναὶ αἱρεταὶ σφόδρα, οἷον αἱ καλαί, ὴχ αἱ σωματικαὶ καὶ περὶ ἃς ὁ ἀκόλαστος. διὰ τί οὖν αἱ ι λῦπαι μοχθηραί; κακῷ γὰρ ἀγαθὸν ἐναντίον. ἢ ἀγαθαὶ αἱ ἀναγκαῖαι, ὅτι καὶ τὸ μὴ κακὸν ἀγαθόν ἢ μέχρι τοῦ ἀγαθαί; τῶν μὲν γὰρ ἕξεων καὶ κινήσεων

ιὴ ἡ ἡδονὴ] scr. c. $M^b O^b$; μὴ ἡδονὴ Bekk. c. cett. ll. 2. καὶ] ita M^b; καὶ ἡ ἐνέργεια Bekk. c. cett. ll. οὐκ ἔσται] K^b ἔσται. ekk. ἀγαθόν, ἀλλὰ καὶ λυπηρῶς ἐνδέχεται ζῆν; 4. K^b οὔτ' γὰρ οὔτε κακόν. 10. ἀλλ' οὐχ] K^b οὐχ. 11. K^b μοχθηρίαι.

:. εἰ μὴ ἡδονὴ ἀγαθὸν καὶ ἡ ἐνέργεια (Bekk.): M^b et O^b εἰ ἰονὴ atque M^b καὶ ἐνέργεια. Recte. Scribendum „φανερὸν δὲ εἰ μὴ ἡ ἡδονὴ ἀγαθὸν καὶ ἐνέργεια, οὐκ ἔσται ζῆν ἡδέως τὸν να". Duo igitur demonstranda proponuntur: si ratum est beundam vitam dandam esse, sequitur τὴν ἡδονὴν tum bonum ργειαν esse. Et illud quidem vs 2—5 („τίνος γὰρ ἕνεκα ... ν φεύγοι;") efficitur, hoc ultimis verbis „οὐδὲ δὴ ... αὐτοῦ" r certe.

ὶ. οὐδὲ δὴ ... Acceditur ad alterum quod promissum est (δή), ιus ἐνέργειαν esse τὴν ἡδονήν. „Prae ceteris ejus qui virtutis (σπουδαῖος) atque ita beatus est vitam jucundam esse, ταῖς ις per quas solas est σπουδαῖος debetur. Ergo necessarium n est inter ἐνέργειαν et ἡδονήν". Apertum, inchoata haec esse ιuam absoluta.

ι—21. „Postquam universe τἀληθὲς demonstratum est ὅτι ἀγατὸ ἄριστον ἡ ἡδονή (v. ad cap. 14 in.): jam verius etiam de tritissimo τῶν σωματικῶν censebitur. Nam probabile est (δὴ i illa vera sunt, male id unum genus ab adversariis (τοῖς λέι 9; v. 1152 b 10) prorsus contemni".

12. ἢ οὕτως ἀγαθαὶ αἱ ἀναγκαῖαι: neque enim vs 10 „περὶ κόλαστος" eae dicuntur, quales homini intemperanti placent, us indicabatur in quo ille versatur. — „Ὅτι καὶ τὸ μὴ κακὸν ἐστιν": erunt igitur οὐδέτερα (v. ad 1153 b 4 s.), appellabuna ratione generum oppositorum habitâ.

ἢ μέχρι του ἀγαθαί; correxit Bekk. min. μέχρι τοῦ i. e. μέχρι - Nova opinio et recta illa. Ad eam enim quae antecedit ιpondetur. Et est profecto omnis haec res pridem judicata:

1154 a 14 ὅσων μή ἐστι τοῦ βελτίονος ὑπερβολή, οὐδὲ τῆς ἡδονῆς· ὅσων δ' ἔστι, καὶ τῆς ἡδονῆς ἐστίν. τῶν δὲ σωματικῶν ἀγαθῶν ἔστιν ὑπερβολή, καὶ ὁ φαῦλος τῷ διώκειν τὴν ὑπερβολήν ἐστιν, ἀλλ' οὐ τὰς ἀναγκαίας· πάντες γὰρ χαίρουσί πως καὶ ὄψοις καὶ οἴνοις καὶ ἀφροδισίοις, ἀλλ' οὐχ ὡς δεῖ. ἐναντίως δ' ἐπὶ τῆς λύπης· οὐ γὰρ τὴν ὑπερβολὴν φεύγει, ἀλλ' ὅλως· οὐ γάρ ἐστι τῇ ὑπερβολῇ λύπη ἐναντία ἀλλ' ἢ τῷ διώκοντι τὴν ὑπερβολήν.

ἐπεὶ δ' οὐ μόνον δεῖ τἀληθὲς εἰπεῖν ἀλλὰ καὶ τὸ αἴτιον τοῦ ψεύδους· τοῦτο γὰρ συμβάλλεται πρὸς τὴν πίστιν· ὅταν γὰρ εὔλογον φανῇ τὸ διὰ τί φαίνεται ἀληθὲς οὐκ ὄν

14. ὅσων] K^b ὅσον. 14. 15. ὅσων δ'] K^b τούτων δ'. 15. τῶν δὲ] K^b δὲ τῶν. 16. ἐστιν] om. K^b. 18. K^b ἐναντίοις.

quomodo enim τῇ ἀκολασίᾳ vitium ex adverso esset τῶν ἐλλειπόντων, ni sit bonum τὸ περὶ ἃ seu genus ipsum illarum ἡδονῶν?

14. 15. οὐδὲ τῆς ἡδονῆς . . . καὶ τῆς ἡδονῆς: haec disputationi quae 1152 b 26 sqq. praemissa est debentur.

17. ἀλλ' οὐ — τῷ διώκειν sc. — τὰς ἀναγκαίας.

18. ἀλλ' οὐχ ὡς δεῖ i. e., si accurate loquaris, ἀλλ' οὐ πάντες ὡς δεῖ.

19. οὐ γὰρ τὴν ὑπερβολὴν φεύγει sc. ὁστισοῦν ἐστί: huc enim τὸ πάντες vs 17 deflectitur.

20. οὐ γάρ ἐστι τῇ ὑπερβολῇ (τῶν ἡδονῶν) λύπη ἐναντία ἀλλ' ἢ τῷ διώκοντι τὴν ὑπερβολὴν (τὴν τῆς ἡδονῆς). Quemadmodum apud omnes constat τὴν λύπην omnino malum esse, ita constare debet τὴν ἡδονὴν bonum esse; sin quis ἡδονὴν non agnoscit sentitve nisi nimiam, id suo vitio tribuat.

5) Cap. 15. 1154 a 22 – b 31.

Τὸ αἴτιον τοῦ ψεύδους (a 22) *i. e. qui sit factum, ut nec bonum nec optimum velint esse τὴν ἡδονήν? Cujus rei causa penes τὴν σωματικὴν est. Primum enim passim vita humana et plurimorum indoles ita instituta est, ut ad hanc maxime vel unam animi hominum advertantur (et ita quidem veriora et sanctiora genera neglegantur)* — b 20. *Deinde autem, quoniam mistam quasi habemus naturam, nemo est quin etiam meliora petat novcritque nonnunquam ad eandem devertatur; unde accidit ut humana quidem ἡδονὴ etiam propter inconstantiam et varietatem apud eos in contemtum venerit qui non videant notari ita generis nostri naturam, non τὴν ἡδονὴν ipsam* — b 31.

22—25. Quum in omni falsâ opinione aliqua veritatis pars subest, recte ab absolutâ veri cognitione et id requiritur ut per illam fons erroris vel ratio quaedam falsi investigata sit. Quae sententia quam fuerit Aristoteli ubique accepta, notum est; v. ad 1098 b 11 vel cf. Bonitz ad Eud. 1216 b 32.

*ληθές, πιστεύειν ποιεῖ τῷ ἀληθεῖ μᾶλλον· ὥστε λεκτέον ιὰ τί φαίνονται αἱ σωματικαὶ ἡδοναὶ αἱρετώτεραι. πρῶτον ὲν οὖν δὴ ὅτι ἐκκρούει τὴν λύπην· καὶ διὰ τὰς ὑπερβολὰς ῆς λύπης, ὡς οὔσης ἰατρείας, τὴν ἡδονὴν διώκουσι τὴν ὑπερ-άλλουσαν καὶ ὅλως τὴν σωματικήν. σφοδραὶ δὲ γίνονται ἱ ἰατρεῖαι, διὸ καὶ διώκονται, διὰ τὸ παρὰ τὸ ἐναντίον αίνεσθαι. (*καὶ οὐ σπουδαῖον δὴ δοκεῖ ἡ ἡδονὴ διὰ δύο ταῦτα, σπερ εἴρηται, ὅτι αἱ μὲν φαύλης φύσεώς εἰσι πράξεις, ἢ ι γενετῆς, ὥσπερ θηρίου, ἢ δι᾽ ἔθος, οἷον αἱ τῶν φαύλων νθρώπων· αἱ δ᾽ ἰατρεῖαι, ὅτι ἐνδεοῦς, καὶ ἔχειν βέλτιον ἢ ίνεσθαι· αἱ δὲ συμβαίνουσι τελεουμένων· κατὰ συμβεβη-ὸς οὖν σπουδαῖαι.*) ἔτι διώκονται διὰ τὸ σφοδραὶ εἶναι ὑπὸ*

). *σφοδραὶ*] K^b *σφόδρα*. 30. *αἱ ἰατρεῖαι*] $K^b L^b$ *ἰατρεῖαι*. 31—b 2. *καὶ οὐ — σπουδαῖαι*)*] neque huj. loci sunt neque integra. 32. 33. *ἢ* ι] K^b *ἐκ*.

1. *αἱ δὲ*] K^b *ἃ δὲ*.

25. *ὥστε λεκτέον*: haec pro apodosi ad illud *ἐπεὶ* vs 22 sunt, sermone jam a generali sententiâ ad ea converso quae proximae sententiae propria sunt.

26. *διὰ τί φαίνονται αἱ σωματικαὶ ἡδοναὶ αἱρετώτεραι*. Agebatur quidem et vs 8—21 de iisdem, sed in contrariam partem, ne prorsus spernerentur. Nec nunc verbis satis explicatur quo spectetur. *Τὸ εὖδος* enim vs 23 in eo potius positum est quod *αἱ σωματικαὶ* (apud nos videntur *αἱρετώτεραι τῶν ἄλλων* vel omnino potiores esse) *ἀπειλήφασι τὴν τοῦ ὀνόματος κληρονομίαν* (1153 b 33) totumque genus ad ilitatem suam quasi detraxerunt.

a) 1154 a 25—b 20. Demonstratio haec uno mendo deformatur uod in eam verba a 31—b 2 „*καὶ οὐ σπουδαῖον δὴ . . . οὖν σπουδαῖαι*“ recepta sunt. Etenim et quae ante ista praecedunt et quae insequuntur eo spectant ut intellegatur *διὰ τί διώκονται αἱ σωματικαί* a 30; b 2); haec vero ipsa fere in contrariam sententiam disputata sunt *ὅτι τῶν σωματικῶν ἕνεκα ἡ ἡδονὴ ὅλως φαύλη εἶναι δοκεῖ*. Nec dubito equidem quin e medio tollenda sint; non quod negem posse probabili modo datâ occasione subjungi quae aliena potius sint, nec quod ita multum Paraphrastae auctoritati tribuam qui ista plane neglexit; sed propter ipsa ea quae his vss proferuntur. Duae enim rationes ab initio promittuntur „*διὰ δύο ταῦτα*“ a 31; at afferuntur tres „*αἱ μὲν . . αἱ δὲ . . αἱ δὲ . .*“ a 32. 34. b 1. Obscure interjicitur *καὶ ἔχειν βέλτιον ἢ γίνεσθαι* a 34: quodsi enim, ut videtur, indicatur *ὅτι ἡ ἕξις βέλτιον ἢ ἡ γένεσις*, non magis id in altero horum generum quam in tertio („*αἱ δὲ . . . τελεουμένων*“) verum est. Ceterum genera quidem ipsa qualia describuntur, si duo capita priora 1152 b sqq. atque 1148 b 15 sqq. in unum componantur, jamjam nota esse ceteris, at fuisse qui ipsis generibus hisce enumeratis ostenderent *ὅτι σπουδαῖον ἡ ἡδονή* (a 31), novum est. Ergo etiam id istis senten-

[illegible] ἑκατέρως [illegible]

[illegible] ἀνεπιτίμητον.

[illegible] ἐφ' οἷς

[illegible] διὰ τὴν φύσιν

[illegible] λέγειν [illegible]

[illegible] ἀληθῶς [illegible]

[illegible] ἐν μὲν τῇ

[illegible] tacite mu-

[illegible] cett. τό.

[illegible]

[illegible] — Quae

[illegible] incommode

[illegible]

[illegible] διὰ τὸ [illegible] enim ad

[illegible] molestiis

[illegible] appetuntur

[illegible] tranquillitatis prae-

[illegible] igitur vehe-

[illegible] remedii loco, ut

[illegible] generi has prae-

[illegible]

[illegible] ὑπὸ τούτων οἱ

[illegible] μόνον

[illegible] seu ἀγεν-

[illegible]

[illegible]: vides igitur

[illegible] sq. qui nolentes do-

[illegible]

[illegible] ἀνεπιτίμητον agnoscatur.

[illegible] — quamquam erunt qui disser-

[illegible] nec dolemus nec gaudemus illis

[illegible] quasi dolorem semper secum gerunt,

[illegible] sint expertes.

7 ἀεὶ γὰρ πονεῖ τὸ ζῷον: quum probandum sit quid πολλοῖς [illegible] argumentum e natura animantium petitum longius pro-[illegible] Sed vides, verbis ἀλλ' ἤδη συνήθεις ἐσμέν τι [illegible] quod nimium erat. Quod enim propter consuetudinem a plerisque jam ne sentitur quidem, multis (praesertim τοῖς μελαγχολικοῖς, qui pro sua natura et intus irritantur) tanquam continua molestia incommodat. — Ὥσπερ καὶ οἱ φυσικοὶ λόγοι μαρτυροῦσι: v. τοὺς φυσικοὺς λόγους 1147 b [illegible] Cf. 1050 b 22—28 τὸ κινούμενον ἀΐδιον μόνον οὐ κάμνει. τῷ φθαρτῷ ἡ κίνησις ἐπίπονος.

9. ὁμοίως δὲ . . . [illegible] b 13 σφοδρᾷ εἰσίν]. Apparet in istud ὁμοίως duo genera implicari „ἐν μὲν τῇ νεότητι . . . οἱ δὲ μελαγχολικοὶ . . .“ inter quae genera similitudinem esse pridem comperimus; utrique enim

νεότητι διὰ τὴν αὔξησιν ὥσπερ οἱ οἰνωμένοι διάκεινται, καὶ ἡδὺ ἡ νεότης. οἱ δὲ μελαγχολικοὶ τὴν φύσιν ἀεὶ δέονται ἰατρείας· καὶ γὰρ τὸ σῶμα δακνόμενον διατελεῖ διὰ τὴν κρᾶσιν, καὶ ἀεὶ ἐν ὀρέξει σφοδρᾷ εἰσίν. ἐξελαύνει δὲ ἡδονὴ λύπην ἥ τ' ἐναντία καὶ ἡ τυχοῦσα, ἐὰν ᾖ ἰσχυρά· καὶ διὰ ταῦτα ἀκόλαστοι καὶ φαῦλοι γίνονται. αἱ δ' ἄνευ λυπῶν οὐκ ἔχουσιν ὑπερβολήν. αὗται δὲ αἱ τῶν φύσει ἡδέων καὶ μὴ κατὰ συμβεβηκός. λέγω δὲ κατὰ συμβεβηκὸς ἡδέα τὰ ἰατρεύοντα· ὅτι γὰρ συμβαίνει ἰατρεύεσθαι τοῦ ὑπομένοντος ὑγιοῦς πράττοντός τι, διὰ τοῦτο ἡδὺ δοκεῖ εἶναι· φύσει δ' ἡδέα, ἃ ποιεῖ πρᾶξιν τῆς τοιᾶσδε φύσεως. οὐκ

---

11. $K^b M^b$ δέονται ἀεί. 16. αἱ τῶν] K^b τῶν. 19. πράττοντός τι] K^b πράττοντος. τοῦτο] K^b τοῦτο δέ.

ἀκολουθητικοὶ τοῖς πάθεσι vel τῇ φαντασίᾳ 1095 a 4 atque 1150 b 25 (28) u. v. Quod vero juvenilis aetas jam dicitur τοῖς οἰνωμένοις par et ἡδὺ esse, huic loco, quo de molestiâ quâdam agitur unde per delectationes velint expediri, parum videatur convenire. Sed reputandum, ebrietatem istam perpetuam cogitari non posse nisi subsit sitis quaedam non minus perpetua. Proprium enim juventutis est quod semper fere est capax nec dulcedinis taedio afficitur: „διὰ τὴν ἡλικίαν ἀνήδυντον οὐδὲν ὑπομένουσιν ἑκόντες" 1340 b 15.

13 sq. Quod utrique generi exoptatum est, ut dolor (seu extrinsecus accidit a 26 sq., seu intus motu quodam et inopiâ ipsius animi natus est b 2 sq.) depellatur, id per τὴν σωματικὴν ἡδονὴν potissimum efficitur; neque enim aliud ad hoc opus est nisi ut sit vehemens affectus. Idem igitur quod in illâ ἡδονῇ vitiosum est (ut facile ad ὑπερβολὴν et in pravitatem vergat) ad usum istum idoneam eam reddit.

15 sq. αἱ δ'. ἄνευ λυπῶν . . . αἱ τῶν φύσει ἡδέων καὶ μὴ κατὰ συμβεβηκός κ. τ. λ. De hoc discrimine generum v. 1152 b 33 sq. Conferuntur autem diversa in τὰς σωματικάς, dum supra ἐξελαύνειν τὴν λύπην, jam vero ἰατρεύειν dicuntur. Ad illud enim ἡ τυχοῦσα (vs 14) sufficit, ad hoc oportet ipsum surgere quod morbo attritum est (τὸ ὑπομένον ὑγιές). Ἐξελαύνει τὴν λύπην, si fors ferat, etiam quae haud κατὰ συμβεβηκὸς delectat nec est medicinae loco.

20. ἃ ποιεῖ πρᾶξιν τῆς τοιᾶσδε φύσεως i. e. quae talis est qualis est, nec corrupta nec egens. — Ποιεῖ τὸ ἡδὺ primum τὴν ἡδονήν, deinde quoniam ἡ ἡδονὴ ἐνέργεια est, et hanc vel τὴν πρᾶξιν.

b) 1154 b 20—31. Quum de his sententiis supra ita ageremus ut pars essent huj. cap. vel ejus disputationis qua ad τὰς σωματικὰς respicitur, haud negaturi eramus easdem non in unam tantum partem spectare sed ad universum hunc libellum, dignasque esse quibus omnis haec περὶ ἡδονῆς quaestio absolvatur. Cf. e libro *K* extrema capp. 7 8 atque 1175 a 3—10.

20 s. οὐκ ἀεὶ δ' οὐθὲν ἡδὺ τὸ αὐτό: οὐδὲ τὰ φύσει ἡδέα (vs 15 sq.).

ἀεὶ δ' οὐθὲν ἡδὺ τὸ αὐτὸ διὰ τὸ μὴ ἁπλῆν ἡμῶν εἶναι τὴν φύσιν, ἀλλ' ἐνεῖναί τι καὶ ἕτερον, καθὸ φθαρτά, ὥστε ἄν τι θάτερον πράττῃ, τοῦτο τῇ ἑτέρᾳ φύσει παρὰ φύσιν, ὅταν δ' ἰσάζῃ, οὔτε λυπηρὸν δοκεῖ οὐθ' ἡδὺ τὸ πραττόμενον· ἐπεὶ εἴ του ἡ φύσις ἁπλῆ εἴη, ἀεὶ ἡ αὐτὴ πρᾶξις ἡδίστη ἔσται. διὸ ὁ θεὸς ἀεὶ μίαν καὶ ἁπλῆν χαίρει ἡδονήν· οὐ γὰρ μόνον κινήσεώς ἐστιν ἐνέργεια ἀλλὰ καὶ ἀκινησίας, καὶ ἡδονὴ H

21. δ' οὐθὲν] K[b] οὐθὲν.

21. διὰ τὸ μὴ ἁπλῆν ἡμῶν εἶναι τὴν φύσιν: qualis vero ἡ φύσις κ. ἡ ἕξις, tales αἱ κινήσεις κ. αἱ γενέσεις 1152 b 27. 28, nec minus αἱ ἐνέργειαι κ. αἱ ἡδοναί. Atqui simplex et una hominis natura non erit, si animae τὸ μὲν ἄλογον (φυτικόν), τὸ δὲ λόγον ἔχον *A* 13. Quamquam inde quidem nondum constat „ὅτι ἄν τι θἄτερον (velut τὸ φθαρτόν) πράττῃ, τοῦτο τῇ ἑτέρᾳ φύσει (velut τῷ ἀφθάρτῳ τῷ ἐν ἡμῖν) παρὰ φύσιν vel λυπηρόν" (vs 23); potuerint enim τῷ λόγῳ (μόνον) δύο εἶναι ἀχώριστα πεφυκότα καθάπερ ἐν τῇ περιφερείᾳ τὸ κυρτὸν καὶ τὸ κοῖλον (1102 a 30) aut aliâ ex lege ad concordiam revocari. At proprium huj. l. est ut ipsa natura humana discordiâ atque malo necessario laborare videatur. Quam in sententiam et Aristoteles, quamvis valde dubium sit an talia cum universâ ejus doctrinâ ethicâ concinant, et ceteri Graeci, quamquam tristia animo recepisse negantur, haud ita raro atque vario modo censuerunt.

23. 24. ὅταν δ' ἰσάζῃ, οὔτε λυπηρὸν δοκεῖ οὐθ' ἡδὺ τὸ πραττόμενον. De verbis non est quod ambigatur; ἰσάζειν enim et intransitivum esse, si non aliunde notum est, locis 1158 a 35 et 1162 b 2 comprobetur; subjectum vero in voce ἰσάζῃ apparet diversas illas naturas esse quae modo dictae sunt. At de sententiâ quae proponitur difficilior est quaestio, imo in istâ brevitate paene desperata. Quodsi enim alicui e reliquis verbis probabile videatur, commendari hoc ἰσάζειν ne funesto naturae dissensu cruciemur, jam non ἡ ἡδονὴ optimum erit, sed ἀλυπία τις vel ἀπάθεια. Sin putas τὸ ἰσάζον minus ut commendetur commemorari quam ut sciatur quomodo τὸ ἄλυπον exsistat, propter praecedentem sententiam nihil sane homini relinquetur quin in alterutram naturae partem παρὰ φύσιν atque molestum sit. Ubinam igitur αἱ ἄνευ λυπῶν (vs 15 ct.)? Nam hanc profecto στάσιν dixeris φυσικὴν esse, longe diversam ab illâ quam mali homines improbitate suâ sibi ipsi comparaverunt (v. e. gr. 1166 b 18 sqq.), quam virtute in ὁμόνοιαν inter omnes nostri partes possimus convertere. — Ergo hoc dico: Aristotelem, sive habebat hac in re quae cum reliquâ doctrinâ consentirent sive non habebat, verbis certe levius illam attingere quam ut interpretando effici possit quo singula quaeque spectent.

26. διὸ ὁ θεὸς . . .: ἁπλῆ γὰρ ἡ τοῦ θείου φύσις. Bene cum his consentit quod libro *K* dii dicuntur per unam θεωρίαν beatissimi esse 1178 b 7—22.

26. 27. οὐ γὰρ μόνον κινήσεώς ἐστιν ἐνέργεια . . .: „errant enim qui τῇ ἁπλῇ τοῦ θεοῦ φύσει ideo negant ἡδονὴν adesse, quia abeit a

ιᾶλλον ἐν ἠρεμίᾳ ἐστὶν ἢ ἐν κινήσει. μεταβολὴ δὲ πάντων 1154 ιλυκύτατον, κατὰ τὸν ποιητήν, διὰ πονηρίαν τινά· ὥσπερ ιὰρ ἄνθρωπος εὐμετάβολος ὁ πονηρός, καὶ ἡ φύσις ἡ δεο- ιένη μεταβολῆς· οὐ γὰρ ἁπλῆ οὐδ' ἐπιεικής.

[περὶ μὲν οὖν ἐγκρατείας καὶ ἀκρασίας καὶ περὶ ἡδονῆς :αὶ λύπης εἴρηται, καὶ τί ἕκαστον καὶ πῶς τὰ μὲν ἀγαθὰ :ὑτῶν ἐστὶ τὰ δὲ κακά· λοιπὸν δὲ καὶ περὶ φιλίας ἐροῦμεν.]

2—34. [περὶ μὲν—ἐροῦμεν] spuria. 34. καὶ περὶ] $K^b O^b$ περί.

---

iis motus". Haec contra Platonem disputantur, qui ratus ὅτι τὸ ἡδὺ ν τῇ ψυχῇ γιγνόμενον κίνησίς τίς ἐστιν (Rep. 583 e) censebat εἰκὸς οὺς θεοὺς οὔτε χαίρειν οὔτε τοὐναντίον (Phileb. 33 b). Et est sane uctore Aristotele summum numen τὸ ἀκίνητον ὃ κινεῖ, illaque θεωρία el νόησις quae una diis digna est „ἔοικεν ἠρεμήσει τινὶ καὶ ἐπιστά- ει μᾶλλον ἢ κινήσει" 407 a 32. At prior propositio falsa est, omnem δονὴν ad motum referens: qua de re pluribus in libro *K* agitur. In ιoc vero libello quo ipsa ἡ ἡδονὴ dicta est ἐνέργεια ἀνεμπόδιστος ae, ἡ κίνησις (quippe quae ἀτελής τις ἐνέργεια vel ἐντελέχεια τοῦ υνάμει ὄντος ᾗ τοιοῦτον sit, v. Trendelenburg de An. p. 304 s.) non oterat non a genere τῆς ἡδονῆς diversa videri.

26—28. notandum, particulis οὐ μόνον . . . ἀλλὰ καὶ plane idem ici quod mox voce ἧττον . . . ἤ.

28. μεταβολὴ δὲ πάντων γλυκύτατον κατὰ τὸν ποιητήν: v. Eurip. rest. 224; ad eandem vocem 1235 a 16 (cf. 1371 a 25) respicitur. ententia autem, qua summa ἡδονὴ ad μεταβολὴν detruditur, vera uidem suo est loco, sed ea qua etiam plus quam illâ Platonicâ digni- ti τῆς ἡδονῆς derogetur. Est enim μεταβολὴ κίνησίς τις; sed quum otus, ne dicam aeternum illum, etiam intra eandem sit naturam, atantur εἰς τοὐναντίον. Nec novum est quod vs 29 sq. judicatur, ubique constat, tum μόνιμον esse quodcunque probum est, tum τὸ εὐμετάβολον. Cf. 1100 b 2—16 (u. v. ad vs 11); 1156 b 11. 1239 b 11—14; al.

32—34. Hac clausulâ, si aliquantum fidei haberet, probatum , scriptorem voluisse universum libr. *H* unum esse, τῇ ἡδονῇ lo- statuisse post ἐγκράτειαν. Verumtamen ista (vs 32—34) nec pri- verbis libri de amicitiâ quae aut 1155 a 3 aut 1234 b 18 sunt, recte excipiuntur, neque ipsa bene habent. Quomodo enim — nia recenseam — summa disputationis, quâ modo demonstratum ν ἡδονὴν bonum, imo plane eodem jure quo ἡ ἐνέργεια optimum a esse, his verbis describi possit ὅτι εἴρηται πῶς ἡ μὲν ἡδονὴ , ἡ δὲ λύπη κακόν? Scilicet dolorem ullo modo aut ullo loco iid quam malum esse haud legimus. —

jam omittatur ἡ ἡδονὴ atque ista disputatio de illâ (*H* 12 sqq.), s ad hasce quaestiones revocet.

1155 a μετὰ δὲ ταῦτα περὶ φιλίας ἕποιτ' ἂν διελθεῖν· ἔστι θ

Nic. Θ et Ι περὶ φιλίας.

Utile videtur ut nonnulla, quae satis sint certa, de universâ ratione illustris hujus de amicitiâ disputationis praemittantur.

1 Quum omnino in Nic., imprimis exemplo libri *Γ*, appareat hanc in decem libros partitionem cum proposito ipsius scriptoris parum convenire, vix ei, qui termino inter octavum interque nonum librum posito non multum dandum esse dixerit, periculum erit ne diligenti demonstratione comprobare cogatur quod contendit.

2 Universum argumentum in ll. *ΘΙ*, quod usitato apud Aristotelem more dispositum neque omnino turbatos ordines nec majores lacunas nec aliunde intrusa capita prodere videtur, bipartitum non est. In praefatione enim tum quaestionem hanc ad Ethica pertinere exponitur (— 1155 a 31), tum dissentientes de summâ rei sententiae aliorum commemorantur — 1155 b 16. Inde vero philosophus ad suam operam conversus primum (— 1162 a 33) distinctis generibus quid sit amicitia et quales exsistant docet: tum enim diversas esse prout ipsum τὸ φιλητὸν aut utile quoddam sit aut dulce aut honestum — 1158 a 36, tum alio modo diversas esse, quoniam inter quos sunt, in unoquoque genere aut pares esse aut dispares esse possint, ut ad servandam rectam rationem aequalitate quadam (ὡς δίκαιον, κατ' ἀξίαν) opus sit — 1159 b 24; unde videbitur amicitia quum ad omne societatis genus tum ad rempublicam quae perfecta societas est pertinere, poteruntque pro diversâ reipublicae conformatione φιλίαι κατὰ τὰς πολιτείας ostendi; nec minus, quae illis similes sunt, innatae et quasi naturales amicitiae quibus domestica societas continetur hinc recte perspiciantur — 1162 a 33. — Expositâ amicitiarum naturâ succedit — 1165 b 36 altera pars disputationis quâ ad vitae usum praecipitur quibusnam legibus aut obortae amicorum dissensiones dijudicandae (— 1164 b 21), aut officia inter plures dispertienda sint (— 1165 a 35) aut immutato societatis fundamento omnino vinculum quo conjuncti fuerant dissolvi fas sit (— 1165 b 36). — Recensis vero iis omnibus quae verae amicitiae propria esse dicta sunt, jam efficitur plane eodem erga veros amicos animo nos esse, quo dummodo ne improbi simus erga nosmetipsos simus affecti: ut ipsa amicitia videatur esse probi hominis vita effusa quasi et dilatata ultra sui ipsius fines — 1166 b 29.

Consummatâ sic atque absolutâ universâ re subjunguntur singula capita, quibus affines notiones tractantur aut quaestiones quaedam quae de amicitiâ motae sunt explicantur. Quâ in re ita agit Arist., ut quamquam egregie priori doctrinae subvenitur tamen ipse pro more suo vix significet quantum singula quaeque ad rem faciant, multoque minus cur locis atque ordine ita ut placuit sint disposita. Est igitur libri noni cap. 5 περὶ εὐνοίας, cap. 6 περὶ ὁμονοίας; capite 7 investigatur qui fiat ut amor eorum major esse soleat qui contulerint beneficia quam eorum qui acceperint; at cap. 8 docetur quo sensu et apud quos τὸ φίλαυτον laudi sit aut vitio; deinde repetitur quaestio num viro beato opus sit amicis cap. 9; quid de numero amicorum statuen-

γὰρ ἀρετή τις ἢ μετ' ἀρετῆς. ἔτι δ' ἀναγκαιότατον εἰς τὸν 1155 βίον· ἄνευ γὰρ φίλων οὐδεὶς ἕλοιτ' ἂν ζῆν, ἔχων τὰ λοιπὰ

---

lum sit cap. 10; utrum in secundis rebus magis indigeant amicis an n adversis cap. 11. Quas inter quaestiones quum passim τὸ συζῆν ut naxime φιλικὸν commemoratum sit, extremo cap. (12) huc tanquam d idoneam perorationem convertitur: τὸ συζῆν enim potissimum spetari in omni verâ amicitiâ inque eodem tum probae societatis fructum um malae noxam apparere.

3) Omnis haec disputatio ita est instituta (id quod vel e brevi stâ epitome probabile videatur), ut facile ostendi possit, voluisse criptorem de ipsâ amicitiâ quantum posset plenam undique doctrinam omparare. Inserviri ita ethicorum scientiae et verum quidem est et nultis modis indicatur; sed longe aliud, rem quae ad Ethica pertineat egregatam in unum complecti; aliud, ita agere ut pro ratione universae ethices singula vel comprehendantur vel disjungantur. Dixeris, i id maxime propositum erat ut reliqua Ethica supplerentur, de hac uam Arist. dicit φιλίαν rectius non uno loco nec continuo libro agenum fuisse; neque enim genera causarum solum ob quas vita humana micis egeat inter se differre, sed etiam uno nomine ipsius τῆς φιλίας iversa dici (v. ad Θ 1). Quae quum ita sint, de loco (si aliquo modo ncertus factus sit) quem ll. ΘΙ inter ceteros sibi postulent difficilis uaestio erit; nisi quod constat, absolutâ demum disputatione de virutibus (lib. Γ—Η 11) ad ista aditum patuisse. Quapropter si quis ontenderit, medios ipsum auctorem hos ll. ΘΙ inter utrumque περὶ δονῆς libellum (Η 12 sq. et Κ 1 sq.) consulto fecisse, ut de amicitiâ gens nonnulla περὶ ἡδονῆς afferret quibus prior et imperfecta institio ad posteriorem et absolutam expleretur: parum profecto consenea contendit; videbitur enim idem paene artificiosus in comparandis si et augendis doctrinae (περὶ ἡδονῆς) auxiliis, qui eodem tempore am rem jam sibi propositam (περὶ φιλίας) ita pertractat ut de relio doctrinae corpore haud ita sollicitus sit.

4) Inter ea quae alibi de re eâdem leguntur cf. imprimis Arist. t. Β 4; Eud. Η 1—12; MM. Β 11—17; deinde Platonis Lysin; oph. Hier. III, 1—5.

Θ 1; p. 1155 a 3—31. Per totum hoc cap. (v. γὰρ vs 4) id ostendιὰ τί ἔχοιτ' ἂν περὶ φιλίας διελθεῖν. Quâ in re duplex rationum affertur: postquam enim ab initio commemoratum est, omissâ iâ aut virtutum ordinem plenum non esse aut virtutis opus imum („ὅτι καλόν"), properatur ad aliam demonstrationem (ἔτι δ' „ὅτι ἀναγκαῖον", ut sub finem (οὐ μόνον δ' vs 28) ad prius τι καλόν redeatur.

ἔστι γὰρ (ἡ φιλία) ἀρετή τις. Si est virtus, profecto sine morâ itiâ agendum erit. Universa enim disputatio inde a Α 13 usque tr. ad virtutem spectabat, atque ultimo loco Η 1—11 ideo ἡ α adjecta, quia et ipsa ἀρετή τις dicitur. Sin erit amicitia noralis erit locusque illi ante librum Z deberi videbitur. — vero haec in mentem veniet illa mediocritas Δ 12, quae nisi

1155 a 6 ἀγαθὰ πάντα· καὶ γὰρ πλουτοῦσι καὶ ἀρχὰς καὶ δυναστείας θ κεκτημένοις δοκεῖ φίλων μάλιστ' εἶναι χρεία· τί γὰρ ὄφελος τῆς τοιαύτης εὐετηρίας ἀφαιρεθείσης εὐεργεσίας, ἣ γίγνεται μάλιστα καὶ ἐπαινετωτάτη πρὸς φίλους; ἢ πῶς ἂν τηρηθείη καὶ σώζοιτ' ἄνευ φίλων; ὅσῳ γὰρ πλείων, τοσούτῳ ἐπισφαλεστέρα. ἐν πενίᾳ τε καὶ ταῖς λοιπαῖς δυστυχίαις μόνην οἴονται καταφυγὴν εἶναι τοὺς φίλους. καὶ νέοις δὲ πρὸς τὸ ἀναμάρτητον καὶ πρεσβυτέροις πρὸς θεραπείαν καὶ τὸ ἐλλεῖπον τῆς πράξεως δι' ἀσθένειαν βοηθεῖ, τοῖς τ' ἐν ἀκμῇ

6. καὶ δυναστείας] om. K^b. 14. βοηθεῖ] ex uno (ut vid.) N^b, βοηθείας K^bL^bO^b.

deesset τὸ πάθος τοῦ στέργειν οἷς ὁμιλεῖ nomine φιλίας digna censenda erat; v. ad 1126 b 19 sq. Erat praeterea φιλία καὶ μῖσος 1105 b 22 in numero affectuum: ergo Arist., qui ethicam virtutem definiat μεσότητα περὶ πάθη καὶ πράξεις, prorsus sibi constaret si μεσότητά τινα περὶ τὸ φιλεῖν (καὶ μισεῖν) reliquis virtutibus ethicis adjunxisset. Neque usquam dixit cur alio modo agendum esse judicaverit. — Sed vide et ad vs 28—31.

4 s. ἔτι δ' ἀναγκαιότατον εἰς τὸν βίον: id quod deinceps ita probatur, ut amicitia non minus in secundis quam in adversis rebus (— vs 11. 12), non minus puerili quam senili aut florenti aetati (— vs 16) necessaria esse dicatur. Necessarium autem jam vocatur id quod 1072 b 11—13 inter tria quae ἀναγκαῖα sunt medium tenet locum „οὗ οὐκ ἄνευ τὸ εὖ"; eritque amicitia ita inter eas res ὧν προσδεῖται ὁ εὐδαίμων Α 9—11; cf. 1097 b 8—11; v. τὴν εὐετηρίαν vs 8 eandemque 1098 b 26. Sin hunc in modum disseratur, jam non de virtute quadam agetur; et apparet τὴν φιλίαν quae vs 5—16 dicatur non esse habitum animorum sed aliquam inter plures societatem, quae sane ideo, quod forsitan nec bene nascatur nec permaneat nisi „μετ' ἀρετῆς" τῶν κοινωνῶν, haud desinet ἐκ τῆς τύχης apta esse. Annon ἡ φιλία quae virtus est in eo erit qui ipse ἔχει φιλικῶς, at illa quae ad vitam desideratur apud eum qui ἔχει φίλους? Quod discrimen si Aristoteles, non deceptus nominis φιλίας unitate, ab initio descripsisset, multa (puto) per amplam hanc disputationem Θ Ι aliâ ratione disposuisset.

6 et 11. καὶ γὰρ πλουτοῦσι . . . ἐν πενίᾳ τε . . . Inde est quaestio Ι 11 proposita πότερον ἐν εὐτυχίαις μᾶλλον φίλων δεῖ ἢ ἐν δυστυχίαις.

12—16. Exceptâ voce πρὸς θεραπείαν vs 13 omnia haec ad unum τὸ καλὸν referri videntur. Nec tamen ideo quod amici ad ipsam virtutem et ad ἐνέργειαν inde natam usum habent (βοηθεῖν πρὸς vs 14), minus τῶν ἐκτὸς sunt. V. 1099 a 32 ἀδύνατον γὰρ ἢ οὐ ῥᾴδιον τὰ καλὰ πράττειν ἀχορήγητον ὄντα· πολλὰ μὲν γὰρ πράττεται . . . διὰ φίλων . . et 1100 b 28 ἀνάπαλιν δὲ συμβαίνοντα . . . λύπας τε ἐπιφέρει καὶ ἐμποδίζει πολλαῖς ἐνεργείαις (quod enim quando deest

1 πρὸς τὰς καλὰς πράξεις· „σύν τε δύ' ἐρχομένω·“ καὶ γὰρ 1155 a
§ νοῆσαι καὶ πρᾶξαι δυνατώτεροι. φύσει τ' ἐνυπάρχειν ἔοικε πρὸς τὸ γεγεννημένον τῷ γεννήσαντι καὶ πρὸς τὸ γεννῆσαν τῷ γεννηθέντι, οὐ μόνον ἐν ἀνθρώποις ἀλλὰ καὶ ἐν ὄρνισι καὶ τοῖς πλείστοις τῶν ζώων, καὶ τοῖς ὁμοεθνέσι πρὸς ἄλληλα, καὶ μάλιστα τοῖς ἀνθρώποις· ὅθεν τοὺς φιλανθρώπους ἐπαινοῦμεν. ἴδοι δ' ἄν τις καὶ ἐν ταῖς πλάναις ὡς οἰκεῖον
§ ἅπας ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ καὶ φίλον. ἔοικε δὲ καὶ τὰς πό-

17. 18. πρὸς τὸ γεγεννημένον — γεννηθέντι] ex uno (ut vid.) N^b; prius πρὸς τὸ — καὶ om. K^b, posterius πρὸς — γεννηθέντι om. $L^bM^bO^b$.
22. ἅπας] K^b πᾶς.

ἐμποδίζει, idem quando suppetit βοηθεῖν apparet). Moratur in his infra c. *I* 9.

15. σὺν σε δύ' ἐρχομένω: „καί τε πρὸ ὁ τοῦ ἐνόησεν „ὅππως κέρδος ἔῃ“ κ. τ. λ. Il. *K* 224. Idem versus laudatur 1287 b 14.

16—22. Quod innatum est, iterum ἀναγκαῖον erit (vs 4), sed alio modo atque supra („εἰς τὸν βίον“): Neque innatum τὸ ἔχειν φίλους est, nec quod est innatum inter ea erit ὧν προσδεόμεθα ipsumve virtus erit, sed quod ad legem honestatis conformatum fiat virtus sc. naturalis quidam impetus quo ad quosdam qui nostri sint generis adducimur. Erit igitur ista quidem ἡ φιλία inter τὰς δυνάμεις καθ' ἃς παθητικοὶ λεγόμεθα *B* 4.

18. καὶ ἐν ὄρνισι: amorem inter parentes et pullos (neque enim jam ad sexuum inter se amorem, qui item naturalis est 1162 a 16, respicitur) vide e. g. in perdicibus 613 b 15 sq.

19. καὶ τοῖς ὁμοεθνέσι πρὸς ἄλληλα: etiam quae non sint parentes et pulli. Πρὸς ἄλληλα sc. ὑπάρχει φιλία. Item patet ἔθνη dici ζώων, in quibus si quando τὰ ὁμόφυλα μάχεται (608 b 22) vel οὐχ ὁμόγονα συναγελάζονται (610 b 13) memorabile videtur.

20. ὅθεν τοὺς φιλανθρώπους ἐπαινοῦμεν: v. vs. 29. Nimirum laudi est, non alienum esse a re quae μάλιστα sit hominis propria.

22—28. Quemadmodum πρὸς τὸ εὖ τοῦ βίου singuli amicis egent (vs 4—12), ita civium φιλία plurimum ad reipublicae salutem valet. Sane igitur τοῦ τὴν πολιτικὴν φιλοσοφοῦντος (1152 b 1) erit ut de amicitiâ quaerat. Quodsi ambigatur quid nunc φιλία dicatur, denuo nova notio apparebit. Spectat enim lex civitatis eo potius ut animo sint φιλικῶς διακειμένῳ inter se, quam ut privatis sint amici; nec διάθεσις ista vel ἕξις φιλικὴ civium idem illud est quod φύσει ἐνυπάρχει hominibus. — Ceterum id genus φιλίας quod ad cives pertinet inter amicitias inferiore loco est v. e. g. 1171 a 15 sq. „πλὴν πολιτικῶς“, et quae legis latori maxime placet ὁμόνοια a verâ amicitiâ aliquantum differre, diligenter *I* 6 ostenditur.

22. ἔοικε δὲ καὶ τὰς πόλεις συνέχειν ἡ φιλία καὶ οἱ νομοθέται ... ἢ τὴν δικαιοσύνην: memineris enim et quoddam justitiae genus item

λεις συνέχειν ἡ φιλία, καὶ οἱ νομοθέται μᾶλλον περὶ αὐτὴν 6 σπουδάζειν ἢ τὴν δικαιοσύνην· ἡ γὰρ ὁμόνοια ὅμοιόν τι τῇ φιλίᾳ ἔοικεν εἶναι, ταύτης δὲ μάλιστ' ἐφίενται καὶ τὴν στάσιν ἔχθραν οὖσαν μάλιστα ἐξελαύνουσιν. καὶ φίλων μὲν ὄντων οὐδὲν δεῖ δικαιοσύνης, δίκαιοι δὲ ὄντες προσδέονται φιλίας, καὶ τῶν δικαίων τὸ μάλιστα φιλικὸν εἶναι δοκεῖ. οὐ μόνον § δ' ἀναγκαῖόν ἐστιν ἀλλὰ καὶ καλόν· τοὺς γὰρ φιλοφίλους ἐπαινοῦμεν, ἥ τε πολυφιλία δοκεῖ τῶν καλῶν ἕν τι εἶναι, καὶ ἔνιοι τοὺς αὐτοὺς οἴονται ἄνδρας ἀγαθοὺς εἶναι καὶ φίλους.

29. φιλοφίλους] $K^b M^b O^b$ φίλους. 31. ἔνιοι] $K^b L^b O^b$ ἔτι. οἴονται] K^b οἷόν τε.

συνέχειν (1132 b 32), „τῷ ἀντιποιεῖν γὰρ ἀνάλογον συμμένει ἡ πόλις" ib. 33; quod quum maxime fiat per τὸ χαρίζεσθαι (1133 a 3—5), sequitur vel κατὰ τὸ ἀντιπεπονθὸς quodam modo postulari φιλικόν τι.

26 sq. καὶ φίλων μὲν ὄντων οὐδὲν δεῖ δικαιοσύνης. Quoniam infra inde a Θ 9 varie disputatur et quatenus justum etiam in amicitiâ observandum sit et quatenus amicitia aliam et fere contrariam legem sequatur, postponantur nunc haec. Neque enim facile dictu, utrum jam certum quoddam justitiae genus (velut τῆς κατὰ μέρος) dicatur, an omnis non exceptâ illâ quae omnino τελεία ἀρετή est: cf. 1129 b 27—31.

28 - 31. Reditur ad id quod vs 4 primum erat. Quodsi enim amicitia καλὸν est et ἐπαινετόν, virtus erit nisi forte ἕξις non sit (τῶν γὰρ ἕξεων τὰς ἐπαινετὰς ἀρετὰς λέγομεν 1103 a 9). Quaerentibus igitur, num jam Arist. velit ἕξιν (ἠθικὴν) esse τὴν φιλίαν, tria illa consideranda sunt quae adduntur τοὺς γὰρ . . . ἥ τε . . . καὶ ἔνιοι . . Quorum quod ultimum est, levius videbitur tum propter illud ἔνιοι οἴονται, tum quia inde quod boni viri amici sint id tantum possit colligi „μετ' ἀρετῆς εἶναι τὴν φιλίαν". Nec major vis in altero inerit: περὶ πολυφιλίας enim I 10 ita agitur, ut non ita multum laudis mereri videantur οἱ πολύφιλοι. Restat primum „τοὺς φιλοφίλους (neque enim semper et ubique optimorum librorum $K^b M^b$, h. l. φίλους exhibentium, vestigia premenda sunt) ἐπαινοῦμεν". Ad quae cf. 1159 a 34 . . . τῶν φιλοφίλων ἐπαινουμένων, φίλων ἀρετὴ τὸ φιλεῖν ἔοικεν. Itaque in amico maxime laude dignum animus est amore vigens amandoque multos complectens. Et ita quidem ἡ φιλία fere φίλησις erit, φίλησιν vero istam nec recte πάθος dixeris qualia reliqua sunt nec peculiarem quandam praeter ceteras ἕξιν vel virtutem. — Fuit qui libros hosce edens inscriberet quoddam Pauli apostoli dictum περὶ ἀγάπης; neque alienum a re esse puto, ut interdum a Graecorum Romanorumque sententiis ethicis ad christianam doctrinam respiciatur: modo qui rectae cognitionis fructum in alteram utram partem inde sperent, ita respiciant ut diversitatem agnoscant neu in similitudinis specie ludant. Id quod in hac re clarissimo exemplo illustrari videtur. Quantum enim aberat Arist. ut illam ἀγάπην, quae fons et caput est

διαμφισβητεῖται δὲ περὶ αὐτῆς οὐκ ὀλίγα. οἱ μὲν γὰρ 1155 a 32
ὁμοιότητά τινα τιθέασιν αὐτὴν καὶ τοὺς ὁμοίους φίλους,
ὅθεν τὸν ὅμοιόν φασιν ὡς τὸν ὅμοιον, καὶ κολοιὸν ποτὶ κο-
λοιόν, καὶ ὅσα τοιαῦτα· οἱ δ' ἐξ ἐναντίας κεραμεῖς πάντας
τοὺς τοιούτους ἀλλήλοις φασὶν εἶναι. καὶ περὶ αὐτῶν τούτων 1155 b
ἀνώτερον ἐπιζητοῦσι καὶ φυσικώτερον, Εὐριπίδης μὲν φάσκων

---

35. ὅσα] $K^b L^b O^b$ τά.
2. καὶ] om. K^b.

---

omnis virtutis atque pietatis, mente cerneret, qui nomine φιλίας varia complexus tandem aliquando paene obscure et quasi obiter in laudem τῆς φιλήσεως inciderit.

Θ 2. 1155 a 32—b 16. διαμφισβητούμενα περὶ φιλίας.

Primum in contraria abeunt quaerentes utrum similes et aequales an diversi inter se amicitiam jungant — b 8, *sive ad hominum (animantiumque) vitam* (— b 1) *sive ad universam rerum naturam* (— b 8) *relatâ disceptatione. Deinde de humanis tantum rebus, ut par est, disputanti videndum num omnibus aditus ad* φιλίαν *pateat an mali excipiendi sint* — b 13; *porro, unumne sit genus an plura amicitiae* — b 16. Quod ultimum a quaestione ad demonstrationem traductum idoneam Aristoteli ansam praebet suam institutionem incipiendi b 17 sqq.

33. ὁμοιότητά τινα τιθέασιν αὐτήν: et ab horum quidem partibus stat Arist. dum de verâ amicitiâ (ἡ διὰ καλόν) agitur v. Θ 4 et 10. Ceterum ipsa amicitia vix similitudo naturae erit, sed quoddam potius quod inde nascatur. At dignum quod notetur omnino nullam harum ἀποριῶν ad ipsum τὸ τί ἐστι φιλία ascendere.

34. τὸν ὅμοιον ὡς τὸν ὅμοιον καὶ κολοιὸν ποτὶ κολοιόν: „παροιμίαι" 1371 b 15, quo loco plures sunt; cf. 1381 b 14; Plat. Lys. 214 a, Georg. 510 b. Quaestio enim, utrum τὸ ὅμοιον an τὸ ἐναντίον amicum sit ut in Eud. atque in MM. (1235 a 5—29; 1239 b 6 sqq.; 1208 b 8 —20; 1210 a 5—23) ita in Platonis Lyside cap. 10—12 diligentius pertractatur. — Prior vox τὸν ὅμοιον ὡς τὸν ὅμοιον in Eud. et MM. plenior ex Homero (Od. ρ 218) ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον affertur; at in alterâ auctorem Nicomacheorum aliud et antiquius dictum significasse quam quod in MM. exhibetur „κολοιὸς παρὰ κολοιὸν ἱζάνει", propter praepositionem ποτὶ probabile est.

35. κεραμεῖς . . ἀλλήλοις . . εἶναι. Ipsa brevitas docet quam fuerit tritum Hesiodeum illud quo spectatur (Op. 25)

καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει καὶ τέκτονι τέκτων
καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.

v. 1312 b 5; cf. Pl. Symp. 186 b; Lys. 215 c (ubi immutata leguntur Hesiodi verba).

2. ἀνώτερον καὶ φυσικώτερον: φυσικῶς ζητεῖν etiam per se utrumque valet: tum ita disputare ut ad rei veritatem penetretur opp. impr. λογικῶς, tum ita ut naturalia in quaestionem vocentur opp. e. g. ἠθικῶς (v. vs 10). Cf. ad 1147 a 24.

1155b3 *ἐρᾶν μὲν ὄμβρου γαῖαν ξηρανθεῖσαν, ἐρᾶν δὲ σεμνὸν οὐρανὸν* 6
*πληρούμενον ὄμβρου πεσεῖν εἰς γαῖαν, καὶ Ἡράκλειτος τὸ
ἀντίξουν συμφέρον καὶ ἐκ τῶν διαφερόντων καλλίστην ἁρμονίαν καὶ πάντα κατ' ἔριν γίνεσθαι· ἐξ ἐναντίας δὲ τούτοις
ἄλλοι τε καὶ Ἐμπεδοκλῆς· τὸ γὰρ ὅμοιον τοῦ ὁμοίου ἐφίεσθαι. τὰ μὲν οὖν φυσικὰ τῶν ἀπορημάτων ἀφείσθω (οὐ γὰρ* 8
*οἰκεῖα τῆς παρούσης σκέψεως)· ὅσα δ' ἐστὶν ἀνθρωπικὰ καὶ
ἀνήκει εἰς τὰ ἤθη καὶ τὰ πάθη, ταῦτ' ἐπισκεψώμεθα, οἷον
πότερον ἐν πᾶσι γίνεται φιλία ἢ οὐχ οἷόν τε μοχθηροὺς ὄντας φίλους εἶναι, καὶ πότερον ἓν εἶδος τῆς φιλίας ἐστὶν ἢ
πλείω. οἱ μὲν γὰρ ἓν οἰόμενοι, ὅτι ἐπιδέχεται τὸ μᾶλλον καὶ*

3. K^b *ὄμβρου μέν*. 4. *ἐς*] K^bO^b *εἰς*. 10. *τὰ ἤθη*] K^b *τἀληθῆ*.

3 sq. *Εὐριπίδης μὲν* ... in fragmento quod septem versibus Athenaeus (XIII, 599 f) exhibet

ἐρᾷ μὲν ὄμβρου γαῖ', ὅταν ξηρὸν πέδον,
ἐρᾷ δὲ σεμνὸς οὐρανὸς πληρούμενος
ὄμβρου πεσεῖν ἐς γαῖαν κ. τ. λ.

Primum istum trimetrum et MM. 1208 b 16; 1210 a 14 ita tradunt.

4. *καὶ Ἡράκλειτος*: cf. Heracliteum illud quod in eandem sententiam Eudemus 1235 a 25–28 enarrat. Ceterum Heracliti et Empedoclis (vs 7) placita de rerum naturâ, ad quae commemoranda ipse Arist. casu quasi defertur, explicare testimoniisve illustrare non videtur interpretis huj. l. esse.

10 et 12. *οἷον πότερον* ... *καὶ πότερον* ... Quum primae *ἀπορίας* (a 32 sq.) id relictum sit quod in illâ non est *φυσικόν* (vs 8), tres omnino proponuntur; quarum nulla post neglegitur quidem, nec tamen ulla propriâ disputatione absolvitur. Et ea enim quaestio, utrum inter malos sit amicitia, quum per alia capp. occurrit, tum *I* 4 ita pertractatur ut mali ne erga se ipsos quidem amice affecti esse dicantur. De illâ vero unumne sit genus an plura mox actum est, quum distinctâ triplici *τοῦ φιλητοῦ* naturâ primo cap. 3 tria enumerentur.

tur ab amicis vel honorentur, aut omnino alia agunt aut certe ipsam rem minus sapiunt — a 27. *Amare enim nec amari, ut matres ostendunt, summum et quasi virtus in amicitiâ est; quique amorem ut decet praestat, vel cum disparibus sanam firmamque societatem habet* — b 3. *Quamquam nisi inter bonos nihil sanum et stabile est* — b 12. *Diversa autem vel contraria maxime in eo genere petuntur quod διὰ τὸ χρήσιμον est* (— b 19), *nisi forte probabilius est non ipsa contraria sed media quaedam appeti* — b 24.

12. 13. οἱ πολλοὶ δὲ δοκοῦσι . . .: tantum igitur absunt ut videantur supra modum βούλεσθαι τἀγαθὰ τοῖς φίλοις (v. vs 5 sqq.) ut ipsi velint superiores amicis esse et ab illis diligi potissimum ac suspici. Vide (sîs) quomodo eodem hoc loco Eudemus transitum ad sequentia paret 1239 a 21 δῆλον δὲ καὶ διὰ τί ζητοῦσι μᾶλλον οἱ ἄνθρωποι τὴν καθ' ὑπεροχὴν φιλίαν (sc. eâ conditione ut ipsi sint οἱ ὑπερέχοντες) τῆς κατ' ἰσότητα. — Demonstratur bis quasi falli qui amicitiam deligere sibi videantur quum honoris sint cupidi. Ut enim amentur: at amari nec idem est quod honorari (ad quod unum fert animus) — vs 27 nec ipsum id est ad quod amicitia spectat; nam ipse amet necesse est qui amicitiam affectaverit — vs 35.

13. διὰ φιλοτιμίαν: in amicitiâ igitur honoris, quem iidem plerumque parum appetunt (1125 b 15. 16), velut importuno loco cupidiores sunt.

14. 15. ὑπερεχόμενος γὰρ φίλος ὁ κόλαξ ἢ προσποιεῖται . . . Video τὸ ἢ corrigentis esse. Suscipit vero assentator molestam istam personam ὅπως ὠφέλειά τις αὐτῷ γίγνηται κ. τ. λ. 1127 a 7—10.

17. οὐ δι' αὐτὸ δ' ἐοίκασιν αἱρεῖσθαι τὴν τιμήν: αὐτό, quasi τὸ τιμᾶσθαι quod praecedit subjuncto nomine τῆς τιμῆς illustrandum fuerit. — Cum hoc loco qui (— vs 26) περὶ τοῦ τιμᾶσθαι ac τοῦ φιλεῖσθαι est cf. Rhet. 1371 a 8—24, ubi paullo amplius sed similiter explicatur quid sit τὸ ἡδὺ ἐν τῷ τιμᾶσθαι φιλεῖσθαι θαυμάζεσθαι κολακεύεσθαι. — Liberius oratio evagatur jam, tanquam omnino de honore quaeratur. Nam ut alterum genus (οἱ δὲ vs 22 sq.) dicatur velle amicos et se inferiores esse τοὺς ἐπιεικεῖς καὶ εἰδότας, certe οἱ ἐν ταῖς ἐξουσίαις vs 19 haud ab iis adeuntur qui ὑπερεχομένοις φίλοις atque κόλαξιν (vs 14 s.) uti cupiant. Quapropter conjunctio illa enuntiationum quae in libro K^b est „οὗ δὴ οἱ πολλοὶ ἐφίενται, οἳ οὐ δι' αὐτὸ ἐοίκασιν . . .“ ipsi sententiae officit.

:ήν ἐλπίδα· οἴονται γὰρ τεύξεσθαι παρ' αὐτῶν, ἄν του :αι· ὡς δὴ σημείῳ τῆς εὐπαθείας χαίρουσι τῇ τιμῇ. ὑπὸ τῶν ἐπιεικῶν καὶ εἰδότων ὀρεγόμενοι τιμῆς βε- ιαι τὴν οἰκείαν δόξαν ἐφίενται περὶ αὑτῶν· χαίρουσι ει εἰσὶν ἀγαθοί, πιστεύοντες τῇ τῶν λεγόντων κρίσει. ιλεῖσθαι δὲ καθ' αὑτὸ χαίρουσιν· διὸ δόξειεν ἂν κρεῖτ- ἶναι τοῦ τιμᾶσθαι, καὶ ἡ φιλία καθ' αὑτὴν αἱρετὴ δοκεῖ δ' ἐν τῷ φιλεῖν μᾶλλον ἢ ἐν τῷ φιλεῖσθαι σημεῖον δ' αἱ μητέρες τῷ φιλεῖν χαίρουσαι· ἔνιαι]ιδόασι τὰ ἑαυτῶν τρέφεσθαι, καὶ φιλοῦσι μὲν εἰδυῖαι, ιλεῖσθαι δ' οὐ ζητοῦσιν, ἐὰν ἀμφότερα μὴ ἐνδέχηται, ἱκανὸν αὐταῖς ἔοικεν εἶναι ἐὰν ὁρῶσιν εὖ πράττοντας, ὑταὶ φιλοῦσιν αὐτοὺς κἂν ἐκεῖνοι μηδὲν ὧν μητρὶ προσ- ἀπονέμωσι διὰ τὴν ἄγνοιαν. μᾶλλον δὲ τῆς φιλίας ; ἐν τῷ φιλεῖν, καὶ τῶν φιλοφίλων ἐπαινουμένων, φίλων τὸ φιλεῖν ἔοικεν, ὥστ' ἐν οἷς τοῦτο γίνεται κατ' ἀξίαν, μόνιμοι φίλοι καὶ ἡ τούτων φιλία. οὕτω δ' ἂν καὶ οἱ ι μάλιστ' εἶεν φίλοι· ἰσάζοιντο γὰρ ἄν. ἡ δὲ ἰσότης

του] K^b ἀνθ' οὗ. 29. διδόασι] K^b δοκοῦσι. 33. K^bL^b τὴν . 34. φιλοφίλων] K^b φίλων. 35. ἀρετῇ] K^b ἀρετῆι (L^bM^bO^b — add. M^b εἶναι).

. καὶ ἡ φιλία καθ' αὑτὴν αἱρετὴ εἶναι: ut amicitia, etiamsi a τοῦ φιλεῖσθαι solum consideretur, superior sit honore quem οὐ τὸν αἱροῦνται vs 17. Quamquam velis Aristotelem non dixisse tendisse ὅτι χαίρουσι τῷ φιλεῖσθαι καθ' αὑτό (vs 25); de honore in contrariam sententiam diligenter nec semel tantum in Nic. '. 1095 b 22—29).

. σημεῖον δ' αἱ μητέρες τῷ φιλεῖν χαίρουσαι κ. τ. λ. Matrum ıt maximus (v. 1161 b 27; 1168 a 25) ita omnino pro exemplo mi amoris est; v. et 1166 a 5. Quod enim in aliis tanquam ı amici animi documentum omnes admirantur dum absentes ıve diligi percipiunt (v. 1381 b 24 s.; 1239 b 1), id illae infantium quasi volentes eligunt. Unde illud quidem optime efficitur τὸ in amicitiâ longe summum esse (vs 33 s.); sed v. proxima.

(—b 3). ὥστ' ἐν οἷς τοῦτο γίνεται κατ' ἀξίαν, οὗτοι μόνιμοι .. Huc postquam perventum est, res ad priorem disputationem lucta; v. 1158 b 23 sq. Habet enim amicitia quo τὴν ἀνισότητα interque impares τὸ δίκαιον servet. Modo apparet matrum n, qualis descriptus est, stabilem esse plane neglecto omni ἀξίας : quibus enim longe major amor debetur, eaedem vel solae V. ad 1158 b 23. 24.

ἡ δ' ἰσότης καὶ ὁμοιότης φιλότης: v. 1157 b 36. Interpungendo

1159 b 3 καὶ ὁμοιότης φιλότης. καὶ μάλιστα μὲν ἡ τῶν κατ' ἀρετὴν ὁμοιότης· μόνιμοι γὰρ ὄντες καθ' αὑτοὺς καὶ πρὸς ἀλλήλους μένουσι, καὶ οὔτε δέονται φαύλων οὔθ' ὑπηρετοῦσι τοιαῦτα, ἀλλ' ὡς εἰπεῖν καὶ διακωλύουσι· τῶν ἀγαθῶν γὰρ μήτ' αὐτοὺς ἁμαρτάνειν μήτε τοῖς φίλοις ἐπιτρέπειν. οἱ δὲ μοχθηροὶ τὸ μὲν βέβαιον οὐκ ἔχουσιν· οὐδὲ γὰρ αὑτοῖς διαμένουσιν ὅμοιοι ὄντες· ἐπ' ὀλίγον δὲ χρόνον γίγνονται φίλοι, χαίροντες τῇ ἀλλήλων μοχθηρίᾳ. οἱ χρήσιμοι δὲ καὶ ἡδεῖς ἐπὶ πλεῖον διαμένουσιν· ἕως γὰρ ἂν πορίζωσιν ἡδονὰς καὶ ὠφελείας ἀλλήλοις. ἐξ ἐναντίων δὲ μάλιστα μὲν δοκεῖ ἡ διὰ

11. ἕως] K^b ἡδέως. 12. ἡ διὰ] K^b διά.

haec enuntiatio ad ea quae praecedunt adscribatur: „ἰσάζοιντο γὰρ ἄν, τὰ δ' ἰσασθέντα πρὸς φιλίαν πέφυκεν“.

3. καὶ μάλιστα μὲν ἡ τῶν κατ' ἀρετὴν (sc. φίλων) ὁμοιότης: sc. φιλότης ἐστίν. Re haud flagitante devertitur scriptor ad comparandas amicitias bonorum et malorum (— vs 10) eorumque qui aut voluptatis aut fructûs causa amici sunt (— vs 24). Et ita quidem ad ista genera, de quibus jam videbatur actum esse, redit ut prius — vs 12 omnia ad τὸ μόνιμον quod vs 1 commemoratum erat referantur, deinde examinetur sitne praeter τὴν ὁμοιότητα (vs 3) in amicitiâ τῇ ἐναντιότητι locus. Qua in re pleraque, si relegas capp. 3 — 7, ne nova quidem sunt. Contra ad eas notiones, in quibus nunc summa res versatur, ad τὴν φίλησιν, τὸ κατ' ἀξίαν, τὴν ἀνίσων ἢ ἐν ὑπερβολῇ φιλίαν omnino (ni forte casu fere fit) non respicitur; v. ad b 12.

4. μόνιμοι γὰρ . . . Quantum ab initio in dijudicandis generibus τῷ διαμένειν (s. τῷ βεβαίῳ, ut Eudemus loquitur) det Arist., et ad 1156 b 10. 11 adnotatum est et passim infra licet observare.

5. καὶ οὔτε δέονται φαύλων . . .: haec jam nova laus societatis inter probos, de qua v. 1165 b 18—20; 1172 a 11. 12; 1169 a 32 sq.; 1170 a 11 s. Quam ad τὸ μόνιμον ita pertinere intelleges, ut dicantur amici se invicem adjuvare ne in malam partem mutentur.

7—10. De pravorum societate paullo aliter actum 1157 a 16—20 (v. illic ad vs 19. 20). Eudemus vero ut h. l. φαῦλοι ἡδεῖς ἀλλήλοις καὶ ᾗ φαῦλοι 1238 a 35 s.; nam ita quoque verum esse illud κακὸς κακῷ δὲ συντέτηκεν ἡδονῇ 1239 b 22.

12. ἐξ ἐναντίων δὲ μάλιστα μὲν δοκεῖ ἡ διὰ τὸ χρήσιμον γίγνεσθαι φιλία. Reminiscitur quasi auctor τῆς ὁμοιότητος vs 3; sed gravius est quod nusquam alibi tam diligenter prima ἀπορία cap. 2 perpensa est, quatenus Euripideo modo τοῖς ἐναντίοις amicitia tribuebatur. — Μάλιστα prudenter adjicitur quoniam et exemplum τοῦ ἐραστοῦ vs 15 magis ad ἀνομοειδῆ quam ad φιλίαν διὰ τὸ χρήσιμον spectat, et praeter alias societas τοῦ ἀμαθοῦς καὶ τοῦ εἰδότος liberalior esse debet quam quae infimo generi adscribatur; v. 1164 a 33 — b 6. — Apparet autem h. l. scriptorem totum in tribus illis generibus esse; nam si ad τὴν ἐν

) χρήσιμον γίγνεσθαι φιλία· οἷον πένης πλουσίῳ, ἀμαθὴς 1159 b 13 'δότι· οὗ γὰρ τυγχάνει τις ἐνδεὴς ὤν, τούτου ἐφιέμενος ντιδωρεῖται ἄλλο. ἐνταῦθα δ' ἂν τις ἕλκοι καὶ ἐραστὴν καὶ ιώμενον, καὶ καλὸν καὶ αἰσχρόν. διὸ φαίνονται καὶ οἱ ιασταὶ γελοῖοι ἐνίοτε, ἀξιοῦντες φιλεῖσθαι ὡς φιλοῦσιν· ιοίως δὴ φιλητοὺς ὄντας ἴσως ἀξιωτέον, μηδὲν δὲ τοιοῦτον ;οντας γελοῖον. ἴσως δὲ οὐδ' ἐφίεται τὸ ἐναντίον τοῦ ἐναν- 'ου καθ' αὑτό, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός, ἡ δ' ὄρεξις τοῦ ἴσου ἐστίν· τοῦτο γὰρ ἀγαθόν, οἷον τῷ ξηρῷ οὐχ ὑγρῷ ;νέσθαι ἀλλ' ἐπὶ τὸ μέσον ἐλθεῖν, καὶ τῷ θερμῷ, καὶ τοῖς λλοις ὁμοίως. ταῦτα μὲν οὖν ἀφείσθω· καὶ γάρ ἐστιν λλοτριώτερα.

ἔοικε δέ, καθάπερ ἐν ἀρχῇ εἴρηται, περὶ ταὐτὰ καὶ ἐν ›ῖς αὐτοῖς εἶναι ἥ τε φιλία καὶ τὸ δίκαιον· ἐν ἀπάσῃ

.. $K^b O^b$ τῷ ὑγρῷ οὐ ξηρῷ γενέσθαι. 25. K^b περὶ ταυτό.

ιεροχῇ φιλίαν voluisset respicere, jamjam aderat in istis societatibus lut pauperis cum divite vs 13; aderatque ἡ ἀξία quae per φίλησιν icitur, quae maxime ejusdem τῆς καθ' ὑπεροχὴν propria est („ἀξι- ›ντες φιλεῖσθαι . . ." vs 17 s.).

21. οἷον τῷ ξηρῷ: v. 1155 b 2—4. Sed profecto illud ἴσως vs 19 ntroversiam habet. Quidni enim velit pauper quam divitissimus fieri, ἀμαθὴς plenus scientiae (vs 13)? Cavetur igitur etiam in hanc par- n additâ voce ἀλλοτριώτερον vs 24 (cf. 1155 b 8. 9), ne isti dicto ρὶ τοῦ μέσου vs 20 sq. nimium datum esse videatur.

4 a) Θ 11: 1159 b 25 — 1160 a 30.

ıstum et amicum ad eadem pertinent: ubicunque enim aliquod socie- tis genus est, illa locum habent ambo, eodemque spectant quo ipsa so- etas spectat, atque in eâdem inter se sanctitatis ratione sunt — 1160 8. *Itaque quum non sit ulla societas quin seu pars sit rei publicae ›s sub illam sit, sequitur et a republicâ aptas esse amicitias* — a 30.

25. ἔοικε δὲ καθάπερ ἐν ἀρχῇ εἴρηται, περὶ ταὐτὰ καὶ ἐν τοῖς ›τοῖς εἶναι ἥ τε φιλία καὶ τὸ δίκαιον. Quod supra cap. 8. 9 in. re- ›ertum est, ad amicitiam τὸ κατ' ἀξίαν vel δίκαιόν τι (quod maxime uidem ad ipsam τὴν φίλησιν spectabat) esse necessarium, ad ea quae unc proponuntur jam non sufficit. Provocatur igitur ad τὰ ἐν ἀρχῇ i. e. ad Θ 1. Quodsi enim verum est, reipublicae plurimum interesse ut inter cives φιλία vel ὁμόνοια potius sit, quoniam inter amicos ne justitia quidem opus sit (1155 a 22—28): patebit profecto amicitia quaedam ad eos omnes, ad quos τὸ δίκαιον (τὸ πολιτικὸν) refertur. Ergo, si minus εἴρηται ἐν ἀρχῇ, at illic de iisdem his rebus in hanc sententiam verba facta sunt.

26. ἐν ἀπάσῃ γὰρ κοινωνίᾳ δοκεῖ τι δίκαιον εἶναι, καὶ φιλία δέ·

γὰρ κοινωνίᾳ δοκεῖ τι δίκαιον εἶναι, καὶ φιλία δέ· προσαγορεύουσι γοῦν ὡς φίλους τοὺς σύμπλους καὶ τοὺς συστρατιώτας, ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς ἐν ταῖς ἄλλαις κοινωνίαις. καθ' ὅσον δὲ κοινωνοῦσιν, ἐπὶ τοσοῦτόν ἐστι φιλία· καὶ γὰρ τὸ δίκαιον. καὶ ἡ παροιμία „κοινὰ τὰ φίλων" ὀρθῶς· ἐν κοινωνίᾳ γὰρ ἡ φιλία. ἔστι δ' ἀδελφοῖς μὲν καὶ ἑταίροις πάντα κοινά, τοῖς δ' ἄλλοις ἀφωρισμένα, καὶ τοῖς μὲν πλείω τοῖς δ' ἐλάττω· καὶ γὰρ τῶν φιλιῶν αἱ μὲν μᾶλλον αἱ δ' ἧττον. διαφέρει δὲ καὶ τὰ δίκαια· οὐ γὰρ 1160 a ταὐτὰ γονεῦσι πρὸς τέκνα καὶ ἀδελφοῖς πρὸς ἀλλήλους, οὐδ' ἑταίροις καὶ πολίταις, ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων φιλιῶν. ἕτερα δὴ καὶ τὰ ἄδικα πρὸς ἑκάστους τούτων, καὶ αὔξησιν λαμβάνει τῷ μᾶλλον πρὸς φίλους εἶναι, οἷον χρήματα ἀποστερῆσαι ἑταῖρον δεινότερον ἢ πολίτην, καὶ μὴ βοηθῆσαι ἀδελφῷ ἢ ὀθνείῳ, καὶ πατάξαι πατέρα ἢ ὁντινοῦν θ 11

33. K[b] τοῖς δ' ἀφωρισμένα.

προσαγορεύουσι γοῦν . . . Nimirum si φιλία est ubicunque ἡ στάσις ἔχθρα οὖσα (1155 a 25. 26) procul esse jubetur, vel si φιλίαν vocas insitum illum generis humani amorem (1155 a 16—22) propter quem omnino κοινωνικοὶ sumus (ζῷον συνδιαστικὸν οἰκονομικὸν πολιτικόν): non erit ulla societas sine amicitiâ. Sin vero comparaveris diligenter distinctiones 1156 b 24 sqq.; 1158 a 10 sqq. al., miraberis quam longe ab illâ jam recedatur quae una proprie amicitia esse dicta est, ac τὴν φιλίαν ita extendi concedes ut quasi suâ ipsius vi vacuefiat. Et sensit ipse Arist., quamquam ab initio non dixit, hanc quidem argumentationem ad novum quoddam genus pergere. Etenim quum mox 1161 b 11—16 al. discernat τὴν ἑταιρικὴν τὴν συγγενικὴν τὴν κοινωνικήν, illis nominibus amicitiae quae verae sunt, seu naturae lege impositae seu a singulis suâ sponte creatae, dicuntur; at ἡ κοινωνική, si omnino amicitia vocanda est, alio certe vocabuli usu appellatur. Et hanc quidem τὴν κοινωνικήν, quae similitudinem quandam τῆς διὰ τὸ χρήσιμον exhibet, his capp. 11 sqq. commendat: caute ab initio (v. τὶ vs 27, γοῦν vs 28), mox pleniore ore.

29. 30. καθ' ὅσον δὲ κοινωνοῦσιν, ἐπὶ τοσοῦτόν ἐστι φιλία: addas καὶ τὸ δίκαιον vs 35 sq. Itaque non tantum in societate qualibet utrumque est (vs 26 sq.), sed etiam iisdem quibus illa finibus circumscribitur.

3. ἕτερα δὲ καὶ τὰ ἄδικα . . . καὶ αὔξησιν λαμβάνει τῷ μᾶλλον πρὸς φίλους εἶναι (scilicet non τὰ ἄδικα tantum, sed item τὰ δίκαια vs 7. 8). Ergo praeter fines, quibus continentur, dignitas quoque et sanctitas quae inest τῷ δικαίῳ atque ταῖς φιλίαις communis est. Quae omnia probabilia sunt, dummodo οἱ κοινωνοὶ recte φίλοι sunt appellati 1159 b 28.

11 ἄλλον. αὔξεσθαι δὲ πέφυκεν ἅμα τῇ φιλίᾳ καὶ τὸ δί- 1160 a 7
καιον, ὡς ἐν τοῖς αὐτοῖς ὄντα καὶ ἐπ' ἴσον διήκοντα. αἱ δὲ κοινωνίαι πᾶσαι μορίοις ἐοίκασι τῆς πολιτικῆς· συμπορεύονται γὰρ ἐπί τινι συμφέροντι, καὶ πορειζόμενοί τι τῶν εἰς τὸν βίον· καὶ ἡ πολιτικὴ δὲ κοινωνία τοῦ συμφέροντος χάριν δοκεῖ καὶ ἐξ ἀρχῆς συνελθεῖν καὶ διαμένειν· τούτου γὰρ καὶ οἱ νομοθέται στοχάζονται, καὶ δίκαιόν φασιν εἶναι τὸ κοινῇ συμφέρον. αἱ μὲν οὖν ἄλλαι κοινωνίαι κατὰ μέρη τοῦ συμφέροντος ἐφίενται, οἷον πλωτῆρες μὲν τοῦ κατὰ τὸν πλοῦν πρὸς ἐργασίαν χρημάτων ἤ τι τοιοῦτον, συστρατιῶται δὲ τοῦ κατὰ τὸν πόλεμον, εἴτε χρημάτων εἴτε νίκης ἢ πόλεως ὀρεγόμενοι· ὁμοίως δὲ καὶ φυλέται καὶ δημόται.

---

7. πέφυκεν] K^b φαίνεται. 8. καὶ ἐπ' ἴσον διήκοντα] om. K^b.

---

8. 9. *αἱ δὲ κοινωνίαι πᾶσαι μορίοις ἐοίκασι τῆς πολιτικῆς.* Hoc est quod ab initio 1094 b 6 erat *τὸ ταύτης (τῆς πολιτικῆς) τέλος περιέχοι ἂν τὰ τῶν ἄλλων.* Neque interest utrum reliquae societates dicantur *μόρια* esse illius (vs 9. 28) an *ὑπ' ἐκείνην* esse (vs 21; 1094 b 3).

9. *συμπορεύονται* sc. *οἱ τὴν κοινωνίαν ἔχοντες.* Est vero *συμπορεύεσθαι* ita i. q. *συνέρχεσθαι* vs 12, accommodatâ ut videri possit voce ad exempla nautarum et militum, quae et 1159 b 28 et mox vs 15. 16 sunt. Neque enim ii soli *συμπορεύονται* qui uno in itinere sunt, sed etiam ii qui sic *πορεύονται* ut conveniant; v. Polyb. *IH* 17 (Bekk. 880, 30) *συνετάξατο δὲ καὶ συμπορεύεσθαι τῷ Φιλίππῳ κοινολογησόμενος* . . .

10. *ἐπί τινι συμφέροντι καὶ πορειζόμενοί τι τῶν εἰς τὸν βίον*: at in republicâ omnino *τὸ κοινῇ συμφέρον* (vs 11—14) atque *εἰς ἅπαντα τὸν βίον* (vs 22. 23) propositum est.

12. *καὶ ἐξ ἀρχῆς συνελθεῖν καὶ διαμένειν*: apponas illud Politicorum *περὶ πόλεως „γινομένη μὲν οὖν τοῦ ζῆν ἕνεκα, οὖσα δὲ τοῦ εὖ ζῆν“* 1252 b 29.

13. *τούτου γὰρ καὶ οἱ νομοθέται στοχάζονται*: v. 1129 b 15 (*οἱ νόμοι ἀγορεύουσι*) *στοχαζόμενοι ἢ τοῦ κοινῇ συμφέροντος πᾶσιν . . . ὥστε ἕνα μὲν τρόπον δίκαια λέγομεν τὰ ποιητικὰ καὶ φυλακτικὰ τῆς εὐδαιμονίας καὶ τῶν μορίων αὐτῆς τῇ πολιτικῇ κοινωνίᾳ.*

14. *αἱ μὲν οὖν ἄλλαι κοινωνίαι κατὰ μέρη τοῦ συμφέροντος ἐφίενται*: quae desideratur oppositio *„ἡ δὲ πολιτικὴ ὅλως* vel *ὅλου τοῦ συμφέροντος στοχάζεται“*, postquam mentio complurium et diversarum societatum vs 15—20 intervenit, paullo serius nec suis verbis vs 21 s. subsequitur.

17. *ἢ πόλεως ὀρεγόμενοι*: aut quam recuperare exsules cupiunt aut quam forte coloni condituri sunt.

18. *ὁμοίως δὲ καὶ φυλέται καὶ δημόται* sc. *κατά τι μέρος τοῦ συμφέροντος ἐφίενται* (vs 14).

θ

ἔνιαι δὲ τῶν κοινωνιῶν δι' ἡδονὴν δοκοῦσι γίγνεσθαι, θιασωτῶν καὶ ἐρανιστῶν· αὗται γὰρ θυσίας ἕνεκα καὶ συνουσίας. πᾶσαι δ' αὗται ὑπὸ τὴν πολιτικὴν ἐοίκασιν εἶναι· οὐ γὰρ τοῦ παρόντος συμφέροντος ἡ πολιτικὴ ἐφίεται, ἀλλ' εἰς ἅπαντα τὸν βίον, θυσίας τε ποιοῦντες καὶ περὶ ταύτας συνόδους, τιμάς τε ἀπονέμοντες τοῖς θεοῖς, καὶ αὑτοῖς ἀναπαύσεις πορίζοντες μεθ' ἡδονῆς. αἱ γὰρ ἀρχαῖαι θυσίαι καὶ

19. K^b θειασ τῶν, incerta inter σ et τ litera. 21. εἶναι] om. K^b.
23. $K^b L^b$ ταύτας τὰς συνόδους.

---

19. *ἔνιαι δὲ τῶν κοινωνιῶν δι' ἡδονὴν δοκοῦσι γίγνεσθαι*: quae commemorandae sunt, quia videri possit quod *δι' ἡδονὴν* fiat non *ἐπὶ συμφέροντι* fieri. Quapropter cum vi quâdam pergitur *πᾶσαι δ' αὗται* vs 21: id enim quod prius de illis quae aperte *ἐπὶ συμφέροντι* sunt (vs 14 sq.) dicendum erat, de novo genere *τῶν δι' ἡδονὴν* solo dicitur, quasi ita in hoc occupatus sit scriptor ut ne addere quidem *καὶ* meminerit „*καὶ αὗται δὲ πᾶσαι*" vel „*εἰσὶ δὲ καὶ αὗται πᾶσαι ὑπὸ τὴν πολιτικήν*". Etenim si universa res spectatur, ut politicum decet, etiam *ἡδοναί τινες* ad *τὸ συμφέρον* flagitantur.

22. *οὐ γὰρ τοῦ παρόντος συμφέροντος* . . . *Τὸ παρὸν συμφέρον* „quod per se consideratum et quasi illico *συμφέρον* est". Oppositum *τὸ εἰς ἅπαντα τὸν βίον: ἐν δὲ τῷ βίῳ ἔστι καὶ ἀνάπαυσις* (1127 b 33). De re plura v. Polit. Θ 5; 1337 b 36 sqq.

23. *θυσίας τε ποιοῦντες* (. . . *ἀπονέμοντες* . . . *πορίζοντες*). Constructio participiorum vel nulla vel ea est quâ a nomine abstracto transitus fit ad homines ad quos nomen illud attinet. Praeterea legantur haec participia paene in rationem sententiae per se stantis, quasi diceretur „nec non idem hoc fit (quod modo *τῇ πολιτικῇ* propositum esse audivimus) quum sacra faciunt laetoque concursu festos dies celebrant". *Τὸ τὲ* enim quod hic est vim habet paria adjungendi, valde diversum ab illo quod, exceptum per *καί*, ad sequentia quaedam prospicit. Quem usum particulae *τὲ* a viris doctis Thucydideum putari reperio, quamquam et Aristoteli certe valde placet: v. ex uno cap. Nic. Θ 1 locos 1155 a 11 *ἐν πενίᾳ τε*; ib. 14 *τοῖς τ' ἐν ἀκμῇ*; ib. 16 *φύσει τ' ἐνυπάρχειν*; ib. 30 *ἥ τε πολυφιλία*. — Quod sequitur *καὶ περὶ ταύτας συνόδους* non intellexit qui falsus auctoritate ll. $K^b L^b$ scribendum censuit *ταύτας τὰς συνόδους*. Diligenter enim Arist. in isto societatum genere duas res agi ostendit, *θυσίας* et *συνόδους* vel *θυσίαν* et *συνουσίαν* vs 20 vel *τιμὰς θεοῖς καὶ ἀναπαύσεις ἑαυτοῖς* vs 24. Et rem divinam quidem ipsam h. l. vix attingit: de quâ v. 1145 a 10 *ἔτι ὅμοιον κἂν εἴ τις τὴν πολιτικὴν φαίη ἄρχειν τῶν θεῶν, ὅτι ἐπιτάττει περὶ πάντα τὰ ἐν τῇ πόλει*; vel 1328 b 11 s. *πέμπτον δὲ καὶ πρῶτον* (*τῶν ἔργων ὧν δεῖται πᾶσα πόλις*) *τὴν περὶ τὸ θεῖον ἐπιμέλειαν* sc. *δεῖ ὑπάρχειν*; v. ad 1158 b 35. 36. At in re humanâ, quae cum religione conjuncta est ut conveniant genioque indulgeant, moratur: et huc enim legislatorum prudentia spectat.

25 sq. *αἱ γὰρ ἀρχαῖαι θυσίαι* . . . Vides (*γὰρ*) rem *τῇ πολιτικῇ*

σύνοδοι φαίνονται γίνεσθαι μετὰ τὰς τῶν καρπῶν συγκομιδὰς οἷον ἀπαρχαί· μάλιστα γὰρ ἐν τούτοις ἐσχόλαζον τοῖς καιροῖς. πᾶσαι δὴ φαίνονται αἱ κοινωνίαι μόρια τῆς πολιτικῆς εἶναι· ἀκολουθήσουσι δὲ αἱ τοιαῦται φιλίαι ταῖς τοιαύταις κοινωνίαις.

29. 30. K[b] ταῖς κοινωνίαις.

vel certe φρονήσει τινὶ tribui: quae enim necessariae sunt ἡδοναὶ (v. vs 19 sqq.), eae ab initio in ea tempora differebantur quibus τὸ παρὸν συμφέρον minus urgebat. Quod autem ἀρχαῖον est, in tali re prope ad τὸ φύσει accedit. — Similiter alibi censetur ut 1337 b 41 καιροφυλακτοῦντες τὴν χρῆσιν (τῶν παιδιῶν); atque de hominibus qui ad ista ministeria adhibendi sint 1329 a 33: τοὺς ἀπειρηκότας διὰ τὸν χρόνον maxime idoneos esse. Nec nunc quaeretur num Arist. rerum sacrarum naturam animumque eorum qui pie eas olim instituerint satis videatur perspexisse.

28. πᾶσαι δὴ . . . αἱ κοινωνίαι — haud exceptis illis quae δι' ἡδονὴν sunt. Redit oratio eo unde vs 9 exorsa erat; adjungiturque vs 29 mentio τῆς φιλίας, cujus causa omnia illa disputabantur; sed neglegitur jam τὸ δίκαιον (v. ad 1161 a 10 — b 10).

4 b) Θ 12. 13 (1160 a 31 — 1161 b 10).

Revocatâ amicitiâ ad omne societatis genus omnique societatis genere rursus ad civilem societatem relato necesse est amicitiam istam κοινωνικήν, si non omnes in partes, at recte in supremâ illâ societate reipublicae ostendi quaenam et qualis sit. Id quod fit cap. 13. Quum vero constet civilem societatem tam diversâ ratione institutam reperiri, ut diversitas illa ad omnia pertineat quaecunque sub illâ in civitate sunt, non minus probabile est, prius varias has rei publicae conformationes ant commemorari aut describi: neque enim una φιλία κοινωνικὴ in omnibus erit. In quâ quaestione versatur cap. 12.

Tres sunt reipublicae conformationes quae suo loco probandae sint, totidemque in quas per pravitatem potentium, dum suum commodum publicae saluti praeponunt, illae degenerant —1160 b 22. *Diversae autem eorum qui civitatem regunt eorumque qui parent rationes inter se, quae hac varietate nascuntur (seu diversa genera κοινωνίας πολιτικῆς) ex similitudine domesticae societatis perspiciantur. Pater enim regis similis, at tyranni si abutatur patriâ potestate; maritus uxorem gubernat ut plebem optimates, nisi forte in modum oligarchiae qui ditior sit vel validior cunctâ re domesticâ potiatur; denique fratrum societas fere popularis est ut in timocratiâ civium; sed ea domus cui nemo praeest omnium democraticum coetum exhibet* — 1161 a 9. — *Qualis igitur ratio vel societas eorum qui in civitate vel praesunt vel parent pro diversâ rei publicae conformatione esse videtur: talis et amicitia inter eosdem existet. Atque ut modo* societas *eorum qui in civitate unâ sunt per domesticae societatis genera illustrata est, sic jam* amicitiae *civilis genera item per amicitias quae domi inter parentes liberosque, inter con-*

1160 a 31 πολιτείας δ' ἐστὶν εἴδη τρία, ἴσαι δὲ καὶ παρεκβάσεις, 6 οἷον φθοραὶ τούτων. εἰσὶ δ' αἱ μὲν πολιτεῖαι βασιλεία τε καὶ ἀριστοκρατία, τρίτη δ' ἡ ἀπὸ τιμημάτων, ἣν τιμοκρατικὴν λέγειν οἰκεῖον φαίνεται, πολιτείαν δ' αὐτὴν εἰώθασιν οἱ πλεῖστοι καλεῖν. τούτων δὲ βελτίστη μὲν ἡ βασιλεία, χειρίστη δ' ἡ τιμοκρατία. παρέκβασις δὲ βασι-
1160 b λείας μὲν τυραννίς· ἄμφω γὰρ μοναρχίαι, διαφέρουσι δὲ

32. K^b εἰσὶ μὲν πολιτεῖαι. 33. K^b ἀριστοκράτεια. δ' ἡ ἀπὸ] K^b δ' ἀπό.

juges, inter fratres sunt illustrentur — 1161 a 30. *Corruptâ vero monarchiâ in tyrannidem, quoniam vix quidquam commune domino et servis esse potest, amicitiae quoque vix ullum vestigium relinqui apparet; similiterque in ceteris generibus civitatum quae depravata esse dicta sunt, nisi quod in democratiâ late patet* τὸ κοινόν — 1161 b 10.

Quum Plato in ll. de Rep. (IV extr., VIII) unam veram rem publicam (seu μοναρχίαν seu ἀριστοκρατίαν), quatuor gradûs depravationis quos τιμοκρατίαν ὀλιγαρχίαν δημοκρατίαν τυραννίδα appellabat statuisset, Aristoteles in Polit. quidem — nam Rhet. 1365 b 29 sqq. aliter egit — de his quaestionibus quot sint πολιτείας εἴδη et quot παρεκβάσεις, quemnam inter se dignitatis et pravitatis ordinem habeant, quibusnam modis alia in aliam mutetur, inde a Polit. Γ 7 tam copiose et tam varie in eandem quae hic in Nic. est sententiam disputavit, ut ipsa res Politicorum interpretibus permitti et possit et debeat. Id vero, quoniam ad Nicomacheorum rationem noscendam facit, adnotetur videri hanc disputationem ab eo conscriptam esse qui Politica nondum confecerit. Quamquam enim id quidem quod nonnulla in Nic. certiore judicio proponuntur quam in Polit. recte ipsi brevitati huj. loci tribui possit, tamen alia quaedam mox apparebunt quae Arist. postquam ll. Polit. consummavit aut omnino non scripturus fuisse videatur aut alio modo. V. ad 1160 a 33; ib. a 35; b 10.

33. τρίτη δ' ἡ ἀπὸ τιμημάτων. A Socrate ἡ ἀπὸ τιμημάτων teste Xenophonte (Memor. IV, 6, 12) πλουτοκρατία esse dicebatur; apud Platonem (Rep. 547 sq.) τιμοκρατία seu τιμαρχία longe aliud genus reipublicae est. Sed gravius, quod ipse Arist. in Polit. omnino τιμοκρατίας nomen non adhibet hancque conformationem vocabulo πολιτείας, quod in Nic. τοῖς πολλοῖς permittit, saepissime appellavit. Videas igitur, resne ipsa nomine τιμοκρατίας proprie designetur: v. Rhet. 1365 b 33 ὀλιγαρχία δὲ ἐν ᾗ οἱ ἀπὸ τιμημάτων (διανέμονται τὰς ἀρχάς); reputesque istam appellationem, si Politica jam in manibus erant, correcturae speciem habituram esse.

35. βελτίστη μὲν ἡ βασιλεία. Sunt in Polit. loci quibus τῇ βασιλείᾳ plane ex aequo aristocratia ponitur (1289 a 30 sq.); sunt quibus vel praeferri videatur aristocratia (1286 a 38—b 7 sq.; v. 1284 b 25 sqq.); nihilo minus si uno verbo judicium declarandum erat, Politica auctori Nic. haud obloquuntur. — Cf. ad b 8.

ιτον· ὁ μὲν γὰρ τύραννος τὸ ἑαυτῷ συμφέρον σκοπεῖ, 1160 b 2 ; βασιλεὺς τὸ τῶν ἀρχομένων. οὐ γάρ ἐστι βασιλεὺς ἡ αὐτάρκης καὶ πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς ὑπερέχων· ὁ δὲ ῖκος οὐδενὸς προσδεῖται· τὰ ὠφέλιμα οὖν αὑτῷ μὲν οὐκ ικοποίη, τοῖς δ' ἀρχομένοις· ὁ γὰρ μὴ τοιοῦτος κληρω- ἂν τις εἴη βασιλεύς. ἡ δὲ τυραννὶς ἐξ ἐναντίας ταύτῃ· ἀρ ἑαυτῷ ἀγαθὸν διώκει. καὶ φανερώτερον ἐπὶ ταύ- ὅτι χειρίστη· κάκιστον δὲ τὸ ἐναντίον τῷ βελτίστῳ. βαίνει δ' ἐκ βασιλείας εἰς τυραννίδα· φαυλότης γάρ μοναρχίας ἡ τυραννίς· ὁ δὴ μοχθηρὸς βασιλευς τύραν- γίνεται. ἐξ ἀριστοκρατίας δὲ εἰς ὀλιγαρχίαν κακίᾳ τῶν ντων, οἳ νέμουσι τὰ τῆς πόλεως παρὰ τὴν ἀξίαν, καὶ α ἢ τὰ πλεῖστα τῶν ἀγαθῶν ἑαυτοῖς, καὶ τὰς ἀρχὰς οῖς αὐτοῖς, περὶ πλείστου ποιούμενοι τὸ πλουτεῖν· ὀλίγοι ἄρχουσι καὶ μοχθηροὶ ἀντὶ τῶν ἐπιεικεστάτων. ἐκ δὲ ιμοκρατίας εἰς δημοκρατίαν· σύνοροι γάρ εἰσιν αὗται·

. K^b τὸ αὐτῶι. 7. $K^bL^bM^b$ εἴη ἢ βασιλεύς. 15. K^bL^b περὶ του. 16. 17. δὲ δὴ] $K^bL^bO^b$ δέ.

. 3. τὸ ἑαυτῷ συμφέρον . . . τὸ τῶν ἀρχομένων. Hoc discrimine, quam illud propter numerum eorum penes quos summa potestas ı monarchiâ plurimum valet, etiam cetera sana genera a depra- differunt; de oligarchiâ v. vs 14 „καὶ πάντα ἢ τὰ πλεῖστα τῶν ῶν ἑαυτοῖς (νέμουσι)". Cf. 1279 a 29 sq.; 1278 b 32. Nam omnino is ἀρχὴ quae nomine suo digna sit τὸ τῷ ἀρχομένῳ συμφέρον roponit, ut vel Plato docuit Rep. 346 e; 347 e.

. κληρωτὸς ἄν τις εἴη βασιλεύς. Inter quatuor regum genera Polit. Γ 14 discernuntur non est quod hic dicatur. Nam ut sint αἰσυμνῆται et qui στρατηγίαν ἀίδιον gerunt (1285 a 16), at nequit ut sorte eligantur. Sed regum nomine et sacerdotes qui- et unus τῶν ἀρχόντων Athenis insignes erant: κληρωτοὶ βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς, λαχὼν βασιλεὺς — ἄρχων Pl. Polit. 291 a; 290 e. Hi dicuntur.

. καὶ φανερώτερον ἐπὶ ταύτης ὅτι χειρίστη: sc. hoc magis con- quam τὴν βασιλείαν optimam esse; ut judicium, quod supra a 35 per argumentum ex contrario fulciri videatur.

0. μεταβαίνει i. e. μεταβολὴ γίνεται. Item sine subjecto est μεβαίνει 1222 a 26 (1307 a 29). Quaestio vero haec de ratione τῶν άσεων usque ad vs 22 agitatur: vs 12 ἐξ ἀριστοκρατίας δὲ sc. αίνει; vs 16 ἐκ δὲ δὴ τιμοκρατίας item; ut de duobus generibus ιο non agatur nisi hanc in partem. Id quod notandum est: quan- s enim quaerentes de civitate intersit ut haec sciantur, ad ami- m quo Nic. pergunt tota ista quaestio minus valet.

πλήθους γὰρ βούλεται καὶ ἡ τιμοκρατία εἶναι, καὶ ἴσοι πάντες οἱ ἐν τῷ τιμήματι. ἥκιστα δὲ μοχθηρόν ἐστιν ἡ δημοκρατία· ἐπὶ μικρὸν γὰρ παρεκβαίνει τὸ τῆς πολιτείας εἶδος. μεταβάλλουσι μὲν οὖν μάλισθ' οὕτως αἱ πολιτεῖαι· ἐλάχιστον γὰρ οὕτω καὶ ῥᾷστα μεταβαίνουσιν. ὁμοιώματα δ' αὐτῶν καὶ οἷον παραδείγματα λάβοι τις ἂν καὶ ἐν ταῖς οἰκίαις. ἡ μὲν γὰρ πατρὸς πρὸς υἱεῖς κοινωνία βασιλείας ἔχει σχῆμα· τῶν τέκνων γὰρ τῷ πατρὶ μέλει. ἐντεῦθεν δὲ καὶ Ὅμηρος τὸν Δία πατέρα προσαγορεύει· πατρικὴ γὰρ ἀρχὴ βούλεται ἡ βασιλεία εἶναι. ἐν Πέρσαις δ' ἡ τοῦ πατρὸς τυραννική· χρῶνται γὰρ ὡς δούλοις τοῖς υἱέσιν. τυραννικὴ δὲ καὶ ἡ δεσπότου πρὸς δούλους· τὸ γὰρ τοῦ δεσπότου συμφέρον ἐν αὐτῇ πράττεται. αὕτη μὲν οὖν

19. *ἐν τῷ*] K^b *ἐν*. *ἐστιν ἡ*] K^b *ἐστι(ν)*. 23. *τις ἂν*] K^b *τις*.

18. *πλήθους γὰρ βούλεται καὶ ἡ τιμοκρατία εἶναι* sc. illa in quâ *τὸ τίμημα* ita institutum est ut plures intra illud sint quam extra.

20. *παρεκβαίνειν* transitive ut „excedere fines“. Videtur hoc verbum et subst. *παρέκβασις* e re musicâ huc translatum esse: v. 1241 b 28; cf. 1342 a 24 (*παρέκβασις τῶν ἁρμονιῶν καὶ τῶν μελῶν*) et 1290 a 24 sqq.

21. *μεταβάλλουσι μὲν οὖν μάλισθ' οὕτως* .. Quî enim fugere possit, vel oligarchias in tyrannidas mutari vel democratias pulsis tyrannis exsistere? Quarum rerum imprimis in Pol. VIII exempla satis multa commemorata sunt. Imo v. 1286 b 8—20.

22 s. *ὁμοιώματα δ' αὐτῶν* i. e. *τῶν πολιτειῶν* vel potius *τῶν κοινωνιῶν* quae in civitate inter *τοὺς ἄρχοντας καὶ τοὺς ἀρχομένους* sunt. Quae genera societatum si per rem domesticam illustranda sunt, ut item cap. 13 amicitiae eorundem ad domesticam familiaritatem revocantur, apparet ipsi Aristoteli hoc genus societatum ac amicitiarum, quod in republicâ est, minus videri compertum esse. Quid enim? nonne rex ita tam multos amicos habebit ut plerosque forte ne noverit quidem? „*φίλους δὲ πῶς ἂν τις εἴποι λανθάνοντας ὡς ἔχουσιν ἑαυτοῖς;*“ 1156 a 2. V. ad 1159 b 26.

27. *πατρικὴ γὰρ ἀρχὴ βούλεται ἡ βασιλεία εἶναι*: addatur cogitatione *ὅ τε Ζεὺς βασιλεύς ἐστιν*.

27—32. Sunt in re domesticâ etiam *τῶν παρεκβάσεων ὁμοιώματα καὶ οἷον παραδείγματα* (vs 22); et tyrannidos quidem duo diversa; quorum alterum (*αὕτη μὲν οὖν* vs 30) suo loco recte habet, alterum per se omnino *παρέκβασις* (*ἡμαρτημένη* vs 31) est.

30. *τὸ γὰρ τοῦ δεσπότου συμφέρον ἐν αὐτῇ πράττεται.* Quamquam enim *τῷ φύσει δούλῳ* servitium conducit, tamen *ἄρχει* (*ἡ δεσποτεία*) *πρὸς τὸ τοῦ δούλου συμφέρον κατὰ συμβεβηκὸς* (*μόνον*) 1278 b 32 sqq. -- nisi quod aliquid vel in servis humanitati dandum est, v. 1161 b

12 ὀρθὴ φαίνεται, ἡ Περσικὴ δ' ἡμαρτημένη· τῶν διαφερόντων γὰρ αἱ ἀρχαὶ διάφοροι. ἀνδρὸς δὲ καὶ γυναικὸς ἀριστοκρατικὴ φαίνεται· κατ' ἀξίαν γὰρ ὁ ἀνὴρ ἄρχει, καὶ περὶ ταῦτα ἃ δεῖ τὸν ἄνδρα· ὅσα δὲ γυναικὶ ἁρμόζει, ἐκείνῃ ἀποδίδωσιν. ἁπάντων δὲ κυριεύων ὁ ἀνὴρ εἰς ὀλιγαρχίαν μεθίστησιν· παρὰ τὴν ἀξίαν γὰρ αὐτὸ ποιεῖ, καὶ οὐχ ᾗ ἀμείνων. ἐνίοτε δὲ ἄρχουσιν αἱ γυναῖκες ἐπίκληροι οὖσαι· οὐ δὴ γίνονται κατ' ἀρετὴν αἱ ἀρχαί, ἀλλὰ διὰ πλοῦτον καὶ δύναμιν, καθάπερ ἐν ταῖς ὀλιγαρχίαις. τιμοκρατικῇ δ' ἔοικεν ἡ τῶν ἀδελφῶν· ἴσοι γάρ, πλὴν ἐφ' ὅσον ταῖς ἡλικίαις διαλλάττουσιν· διόπερ ἂν πολὺ ταῖς ἡλικίαις διαφέρωσιν, οὐκέτι ἀδελφικὴ γίνεται ἡ φιλία. δημοκρατία

---

31. δ'] excidisse videtur τῶν παίδων. 34. ὅσα δὲ] K^b ἃ δέ. 35. K^b πάντων δέ.

1. K^b οὐχὶ ἀμείνω. 2. fort. γίνεται κατ' ἀρετὴν ἡ ἀρχή. διὰ] K^b κατά. 5. διαλλάττουσιν] K^b pr. οὐ διαλλάττουσι. 6. γίνεται] K^b φαίνεται. K^b δημοκρατίαι; fort. δημοκρατική.

---

3 sq. — Pueri vero a servis differunt vs 31; nam et ipsi cives sunt sc. ἀτελεῖς 1278 a 5; 1275 a 17.

31. ἡ Περσικὴ δ': vide annon ratio rei postulet paene ἡ Περσικὴ δὲ τῶν παίδων.

33. κατ' ἀξίαν γὰρ ὁ ἀνὴρ ἄρχει. Quum vs 32—1161 a 3 similitudo tum ἀριστοκρατικῆς tum ὀλιγαρχικῆς κοινωνίας ἢ ἀρχῆς quae domi est exhibeatur, proprium esse videtur τὸ κατ' ἀξίαν et τὸ παρ' ἀξίαν (vs 36). Nimirum hoc in genere ἡ ἀξία, quae ubique observanda est, saepius quaeritur quam apud patres ac reges, magisque valet quam inter fratres civesque democratiae qui pares videntur esse.

1. ἐνίοτε δὲ ... ἐπίκληροι οὖσαι: transit igitur auctoritas major ad eos quos gubernari decebat, velut si qui liberi in primo genere patribus vellent imperare. De re, quippe quae Spartanis potissimum officerit, v. 1270 a 23 sq. et 1269 b 33 sq. (neque enim mulierum opulentia una in causâ est, si quando justo plus pollent).

3 — 9. Superest tertium genus reipublicae tertiaque παρέκβασις: quae domi inter fratres maxime similitudinem habent. Omnino enim haud latebit, diversa genera quae in civitate quidem diremta sint in re domesticâ unâ et simul esse, ut una domus beata regnum aristocratiam timocratiam intra se habeat.

4. πλὴν ἐφ' ὅσον ταῖς ἡλικίαις διαλλάττουσιν. Quodsi enim nimium aetate differant, aut desinent fraterne amici esse — quomodo enim vir pueri sit amicus? (1165 b 26 sq.) — aut uni inter se tanquam patri parebunt; nam πᾶσα οἰκία βασιλεύεται ὑπὸ τοῦ πρεσβυτάτου 1252 b 20.

6. δημοκρατία δὲ: K^b δημοκρατίαι. Scripsit, ni fallor, Arist. δημοκρατικὴ δὲ (sc. κοινωνία vel jam φιλία), ut in reliquis generibus.

1161 a 7 δὲ μάλιστα μὲν ἐν ταῖς ἀδεσπότοις τῶν οἰκήσεων (ἐνταῦθα 8 γὰρ πάντες ἐξ ἴσου), καὶ ἐν αἷς ἀσθενὴς ὁ ἄρχων καὶ ἑκάστῳ ἐξουσία.

καθ᾽ ἑκάστην δὲ τῶν πολιτειῶν φιλία φαίνεται, ἐφ᾽ 13 ὅσον καὶ τὸ δίκαιον, βασιλεῖ μὲν πρὸς τοὺς βασιλευομένους ἐν ὑπεροχῇ εὐεργεσίας· εὖ γὰρ ποιεῖ τοὺς βασιλευομένους, εἴπερ ἀγαθὸς ὢν ἐπιμελεῖται αὐτῶν, ἵν᾽ εὖ πράττωσιν, ὥσπερ νομεὺς προβάτων· ὅθεν καὶ Ὅμηρος τὸν Ἀγαμέ-

---

7. *μάλιστα μὲν ἐν ταῖς ἀδεσπότοις τῶν οἰκήσεων.* Opponuntur (*μὲν* enim, orbatum suo *δέ*, excipitur vs 8 per *καί*) eae domus quae omnino capite carent iis quibus imbecilli vel neglegentes praesunt. Dicuntur autem haud male *οἰκήσεις*, quae non sunt *οἰκίαι* nedum *οἶκοι*. Vix enim ista democratia ab anarchiâ differet; nec profecto ibi tantum exsistet ubi ante fuerit timocratia.

10—b 10. Hôc cap. a societatum generibus ad ipsas amicitias pergitur. Qua in re prius eae quae in sanâ republicâ sunt cunctae absolvuntur — a 30; sequuntur suo ordine, sed neglectâ oligarchiâ, quae in degeneratâ civitate esse possint — b 10. Additur ubique ut cap. 12 similitudo a re domesticâ petita, sed etiam *τοῦ δικαίου* jam rursus ratio habetur (a 11. 21. 25. 30. 34; b 2. 6. 9), v. ad 1160 a 28.

10. *καθ᾽ ἑκάστην δὲ τῶν πολιτειῶν φιλία φαίνεται ἐφ᾽ ὅσον καὶ τὸ δίκαιον.* Amicitiae quae *κατὰ τὰς πολιτείας* sunt eorum sunt amicitiae qui praesunt cum iis qui gubernantur, eodemque *τὸ δίκαιον* spectat quod dicitur *ἐπὶ ταὐτὸ εἶναι* vel *ἐπ᾽ ἴσον διήκειν* (1160 a 8). Atqui si verus rex (vs 11) cum iis quibus imperat comparetur, et res docet neque Arist. infitias it vix inter utramque partem amicitiae locum esse; nec minus justum, quod quidem Nic. E definitum est, ad longe alios refertur. V. enim de amicitiâ 1159 a 1 *οὐδὲ γὰρ τοῖς βασιλεῦσιν ἀξιοῦσιν εἶναι φίλοι οἱ πολὺ καταδεέστεροι*: quis autem non *πολὺ καταδεέστερος*, si cum eo agatur cujus virtus ne *συμβλητὴ* quidem et qui dei est instar inter homines (1284 a 5. 6; ib. 10)? Justum vero audivimus E 10 *ἐπὶ ἐλευθέρων εἶναι καὶ ἴσων ἢ κατ᾽ ἀναλογίαν ἢ κατ᾽ ἀριθμόν* atque inter illos *ἐν οἷς ἐπεφύκει εἶναι νόμος* (1134 a 25—30; b 14); at verus rex ne *κατ᾽ ἀναλογίαν* quidem *ἴσος* est, siquidem nullum in illo est *τὸ συμβλητόν*; neque est *κατὰ τοῦ τοιούτου νόμος* (1284 a 3—15; ib. b 25—34). Ergo in optimâ rei publicae conformatione, quâ magis augustum et perfectum societatis genus non est, *φιλίας* et *τοῦ δικαίου* haud ita multum erit. At in depravatâ quâdam plurimum „*ἐν δὲ ταῖς δημοκρατίαις ἐπὶ πλεῖστον* sc. *αἱ φιλίαι καὶ τὸ δίκαιον*“ 1161 b 9 — seu enim scripsit Arist. isto loco *πλεῖστον* seu non scripsit, sententia *ὅτι ἐπὶ πλεῖστον* pro rerum ratione illi rata esse oportebat. Quaerendum igitur num sciri possit quomodo Arist. rem haud ita facilem expedire voluerit; attamen quum hanc in partem Nicomachea taceant pertineatque res maxime ad Politica, satis sit digito difficultatem attigisse.

14. *ὥσπερ νομεὺς προβάτων* sc. *ἐπιμελεῖται*: noto vel e Platone, velut Rep. 345 c, exemplo.

13 μνονα ποιμένα λαῶν [εἶπεν]. τοιαύτη δὲ καὶ ἡ πατρική, διαφέρει δὲ τῷ μεγέθει τῶν εὐεργετημάτων· αἴτιος γὰρ τοῦ εἶναι, δοκοῦντος μεγίστου, καὶ τροφῆς καὶ παιδείας· (καὶ τοῖς προγόνοις δὲ ταῦτα ἀπονέμεται·) φύσει τε ἀρχικὸν πατὴρ υἱῶν καὶ πρόγονοι ἐκγόνων καὶ βασιλεὺς βασιλευομένων. ἐν ὑπεροχῇ δὲ καὶ αἱ φιλίαι αὗται· διὸ καὶ τιμῶνται οἱ γονεῖς. καὶ τὸ δίκαιον δὴ ἐν τούτοις οὐ ταὐτὸ ἀλλὰ τὸ κατ' ἀξίαν· οὕτω γὰρ καὶ ἡ φιλία. καὶ ἀνδρὸς δὲ πρὸς γυναῖκα ἡ αὐτὴ φιλία καὶ ἐν ἀριστοκρατίᾳ· κατ' ἀρετὴν

---

15. [εἶπεν] om. K^b. 17. 18. (καὶ — ἀπονέμεται)] fort. rectius uncis secludentur. 18. K^{b}L^{b}O^b προσνέμεται.

---

15. ἡ πατρικὴ i. e. (cf. vs 11) ἡ τοῦ πατρὸς πρὸς τοὺς παῖδας φιλία: et pergitur vs 16 quasi non ἡ πατρικὴ sed ipse pater dictus sit „αἴτιος γὰρ τοῦ εἶναι . . .“

18. καὶ τοῖς προγόνοις δὲ ταῦτα ἀπονέμεται: K^{b}L^{b}O^b προσνέμεται, quod verbum Aristoteli non est usitatum; v. 1237 b 33 ubi aliam habet vim. Sin accuratius hic locus perpendatur, forsitan dubitetur annon omnino ista τῶν προγόνων mentio vs 18 e medio sit tollenda. Quum enim pergatur φύσει τε ἀρχικὸν . . . novum quid additur, non quo discrimen inter patres (avosve) atque inter reges amplius exponatur (διαφέρει δὲ vs 16), sed ut similitudo eorundem inter se (τοιαύτη δὲ καὶ vs 15) depingatur: aliud enim τὸ φύσει ἀρχικόν, aliud τὸ εὐεργετικόν (vs 12. 16). Quodsi ratio sententiarum haec est, molesta ista τῶν προγόνων mentio vs 18 vim orationis infringere videbitur. Cf. ad 1162 a 3. — Multo autem etiam minus probabitur „φύσει τε γὰρ . . .“ quod L^{b}M^b exhibent: nam nec verum est τε γὰρ idem esse quod „etenim“ nec latinae particulae „etenim“ hic locus est.

20. διὸ καὶ τιμῶνται οἱ γονεῖς: cf. 1124 a 22 ἐν ὑπεροχῇ γάρ· τὸ δ' ἀγαθῷ ὑπερέχον πᾶν ἐντιμότερον atque 1163 b 2 τῷ μὲν ὑπερέχοντι τιμῆς (πλέον δεῖ νέμειν) . . . τῆς μὲν γὰρ ἀρετῆς καὶ τῆς εὐεργεσίας ἡ τιμὴ γέρας. Cf. 1159 a 12 sqq. — Commemoratis parentibus (οἱ γονεῖς) paene negleguntur reges, de quibus primo loco agitur; v. ad vs 22 — 25.

21 s. καὶ τὸ δίκαιον δὴ . . . Ita ex aequo sunt δίκαιον et τὸ φιλικόν, ut modo ex hoc illud (vs 21), modo ex illo hoc illustretur (οὕτω δὴ καὶ ἡ φιλία vs 29; καὶ φιλία δή b 8).

22. τὸ κατ' ἀξίαν v. ad 1160 b 33.

22 — 25. καὶ ἀνδρὸς δὲ . . . De amicitiâ tum eâ quae in aristocratiâ est, tum (vs 25 — 30) eâ quae in timocratiâ est ita jam agitur quasi familiaritates domesticae, quibuscum componi possunt, plane eodem loco quaestionis atque illae sint; seu ita quasi ab initio cap. (vs 10) propositum esset „καθ' ἑκάστην δὲ τῶν τε ἐν ταῖς οἰκίαις κοινωνιῶν καὶ τῶν πολιτειῶν φιλία γίγνεταί ὁμοία τις“.

1161 a γάρ, καὶ τῷ ἀμείνονι πλέον ἀγαθόν, καὶ τὸ ἁρμόζον ἑκάστῳ· οὕτω δὲ καὶ τὸ δίκαιον. ἡ δὲ τῶν ἀδελφῶν τῇ ἑταιρικῇ ἔοικεν· ἴσοι γὰρ καὶ ἡλικιῶται, οἱ τοιοῦτοι δ' ὁμοπαθεῖς καὶ ὁμοήθεις ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. ἔοικε δὲ ταύτῃ καὶ ἡ κατὰ τὴν τιμοκρατικήν· ἴσοι γὰρ οἱ πολῖται βούλονται καὶ ἐπιεικεῖς εἶναι· ἐν μέρει δὴ τὸ ἄρχειν, καὶ ἐξ ἴσου· οὕτω δὴ καὶ ἡ φιλία. ἐν δὲ ταῖς παρεκβάσεσιν, ὥσπερ καὶ τὸ δίκαιον ἐπὶ μικρόν ἐστιν, οὕτω καὶ ἡ φιλία ἐστί, καὶ ἥκιστα ἐν τῇ χειρίστῃ· ἐν τυραννίδι γὰρ οὐδὲν ἢ μικρὸν φιλίας. ἐν οἷς γὰρ μηδὲν κοινόν ἐστι τῷ ἄρχοντι καὶ τῷ ἀρχομένῳ, οὐδὲ φιλία· οὐδὲ γὰρ δίκαιον· ἀλλὰ οἷον τεχνίτῃ πρὸς ὄργανον

(Right margin, beside the first line: 6; beside the line beginning καὶ ἡ φιλία: 7.)

26. γὰρ καὶ] K^b καί. ὁμοπαθεῖς] ex uno (ut vid.) K^b, ὁμομαθεῖς cett. 27. ἔοικε δὲ] ita $K^b M^b$, ἔοικε δὴ Bekk. c. cett. 28. K^b βουλεύονται. 31. φιλία ἐστί] K^b φιλία (nec male). 33. καὶ τῷ] $K^b O^b$ καί. 34. ἀλλ'] om. K^b.

24. καὶ τῷ ἀμείνονι πλέον ἀγαθὸν καὶ τὸ ἁρμόζον ἑκάστῳ i. e. κατ' ἀξίαν, ut etiam in primo genere vs 22 erat.

25. ἡ δὲ τῶν ἀδελφῶν τῇ ἑταιρικῇ ἔοικεν i. e. ὁμοιοῦται (1162 a 1). Hae quidem amicitiae plerumque componuntur v. 1159 b 32; 1161 b 35; 1162 a 9 s. Ἡ ἑταιρικὴ vero prae ceteris vera amicitia est proprie dicta; v. et ad 1161 b 12; atque 1171 a 14. 15.

27. ἔοικε δὴ ταύτῃ καὶ ἡ κατὰ τὴν τιμοκρατικήν (Bekk.); $K^b M^b$ δὲ (pro δὴ), quod rectum esse censeo; quamquam in hac serie brevium enuntiationum minus expressum est quonam modo scriptor singula velit inter se conjuncta esse. Interpreteris καὶ „ut modo ἡ ἑταιρικὴ fratrum amicitiae similis videbatur". Porro ne τιμοκρατικὴν falsam putes esse pro τιμοκρατίαν, v. 1160 a 33. 34; vocat enim Arist. τιμοκρατικὴν genus ipsum πολιτείας.

28 s. καὶ ἐπιεικεῖς. Cives omnes (in timocratiâ) pro paribus habentur ejusdemque juris sunt, ut quilibet publice viri boni loco sit. Quod ut sanciatur et illâ scilicet ἐπιεικείᾳ opus qua non sunt ἀκριβοδίκαιοι ἐπὶ τὸ χεῖρον (1138 a 1).

29. ἐν μέρει δὴ τὸ ἄρχειν: transit enim res administranda ab aliis ad alios ἵνα (τοῖς ἴσοις) ἴσον ᾖ τοῦ ἀγαθοῦ ἢ τῆς λειτουργίας (1242 b 30).

31. οὕτω καὶ ἡ φιλία ἐστί sc. ἐπὶ μικρόν: id quod demonstratur in unâ tyrannide, probabile est in oligarchiâ, dubitationem gravem habet in democratiâ (b 9. 10).

32. ἐν οἷς γὰρ μηδὲν κοινόν ἐστι τῷ ἄρχοντι καὶ τῷ ἀρχομένῳ: nullum vero τὸ κοινὸν est, ubi ὁ ἄρχων desiit imperio suo uti πρὸς τὸ τῶν ἀρχομένων (vel potius πρὸς τὸ κοινῇ) συμφέρον; v. ad 1160 b 2. 3. Quâ in re moratur Eudemus 1241 b 17—24; 1242 a 13—19; conf. insignem locum 1328 a 25—35.

13 καὶ ψυχῇ πρὸς σῶμα [καὶ δεσπότῃ πρὸς δοῦλον]· ὠφελεῖ- 1161 a 35
ται μὲν γὰρ πάντα ταῦτα ὑπὸ τῶν χρωμένων, φιλία δ' 1161 b
οὐκ ἔστι πρὸς τὰ ἄψυχα, οὐδὲ δίκαιον. ἀλλ' οὐδὲ πρὸς ἵππον ἢ βοῦν, οὐδὲ πρὸς δοῦλον ᾗ δοῦλος. οὐδὲν γὰρ κοινόν ἐστιν· ὁ γὰρ δοῦλος ἔμψυχον ὄργανον, τὸ δ' ὄργανον ἄψυχος δοῦλος. ᾗ μὲν οὖν δοῦλος, οὐκ ἔστι φιλία πρὸς αὐτόν, ᾗ δ' ἄνθρωπος· δοκεῖ γὰρ εἶναί τι δίκαιον παντὶ ἀνθρώπῳ πρὸς πάντα τὸν δυνάμενον κοινωνῆσαι νόμου καὶ συνθήκης· καὶ φιλία δή, καθ' ὅσον ἄνθρωπος. ἐπὶ μικρὸν δὴ καὶ ἐν ταῖς τυραννίσιν αἱ φιλίαι καὶ τὸ δίκαιον, ἐν δὲ ταῖς δημοκρατίαις ἐπὶ πλεῖστον· πολλὰ γὰρ τὰ κοινὰ ἴσοις οὖσιν.

35. [καὶ — δοῦλον] rectius absunt.
3. ἢ βοῦν] K^b O^b οὐδὲ βοῦν. 5. οὐκ] K^b δούλοις μὲν οὐκ. 7. νόμου] K^b καὶ νόμος. 8. φιλία] e conj.; φιλίας Bekk. ll. 10. K^b ἐπὶ πλεῖον.

---

35. ὠφελεῖται μὲν γὰρ πάντα ταῦτα ὑπὸ τῶν χρωμένων. Sed haec est illa ὠφέλεια κατὰ συμβεβηκός, v. ad 1160 b 30; quoniam rei utili consulitur non nisi in usum domini, velut vino „ἵνα αὐτὸς ἔχῃ" 1155 b 27—31.

4. ὁ δοῦλος ἔμψυχον ὄργανον, τὸ δ' ὄργανον ἄψυχος δοῦλος. Habes ipsius Aristotelis ἀντιμεταβολὴν quam rhetorici dicunt, ut Spengel ad 1406 b 29 monet. — Verba ὅτι ὁ δοῦλος ὄργανον premenda sunt: passim enim amicos quosque amicis ὀργάνων loco esse oportet: πολλὰ γὰρ πράττεται καθάπερ δι' ὀργάνων διὰ φίλων . . . 1099 a 33 s.; at servi nil esse dicuntur nisi instrumenta. De re diligenter actum Pol. Α 4—6 ubi et ὄργανον πρὸ ὀργάνων minister vocatur, κτῆμά τι ἔμψυχον et μέρος ἔμψυχόν τι τοῦ σώματος, κεχωρισμένον δὲ servus (vel ut Eud. 1241 b 23 loquitur μόριον καὶ ὄργανον ἀφαιρετόν) 1253 b 28; ib. 32; 1255 b 11.

7. πρὸς πάντα τὸν δυνάμενον κοινωνῆσαι νόμου καὶ συνθήκης. Sin talis est servus, multa in favorem ejus et contra omne servitium dici videantur. Sed cavendum, ne Aristotelem hic plus affirmasse putemus quam affirmavit: varie enim τὸ κοινωνεῖν νόμου esse potest. Vide 1254 b 22 „ὁ κοινωνῶν λόγου τοσοῦτον ὥστε αἰσθάνεσθαι, ἀλλὰ μὴ ἔχειν", ὁ δὲ νόμος λόγος τις. Forte igitur erunt qui possint κοινωνῆσαι νόμου nec tamen inter eos sint ἐν οἷς ἐπεφύκει εἶναι νόμος (1134 b 14).

8. καὶ φιλίας δή (Bekk. ll.). Vitiose; ac certum videtur Aristotelem scripsisse καὶ φιλία δή sc. δοκεῖ εἶναι πρὸς πάντας τοὺς τοιούτους (vs 6 s.).

9. ἐπὶ μικρὸν δὴ καὶ ἐν ταῖς τυραννίσιν . . .: δή: nam si quam pessime agunt tyranni, pro servis habent ingenuos quibus imperant.

10. ἐν δὲ ταῖς δημοκρατίαις ἐπὶ πλεῖστον: K^b ἐπὶ πλεῖον, quod recte quidem habet si id unum agatur ut duo genera comparentur. Sed vide argumentum quod additur „πολλὰ γὰρ τὰ κοινὰ ἴσοις οὖσιν";

1161 b 11 *ἐν κοινωνίᾳ μὲν οὖν πᾶσα φιλία ἐστίν, καθάπερ εἴρηται· ἀφορίσειε δ' ἄν τις τήν τε συγγενικὴν καὶ τὴν ἑταιρικήν. αἱ δὲ πολιτικαὶ καὶ φυλετικαὶ καὶ συμπλοϊκαί, καὶ* 6

13. K[b] *σύμπλων.*

nam quum per omnem hanc disputationem *κοινὸν* sit quod commune est *τῷ ἄρχοντι καὶ τῷ ἀρχομένῳ* (a 33), dubitatio non est quin in democratiâ, quippe in quâ *οἱ ἀρχόμενοι* iidem et sint *ἄρχοντες*, latissime necessario pateat *τὸ κοινόν*. Nec minus certum est, item *φιλίας* ac *δίκαια* (qualiacunque sunt) plurima in eâdem istâ rei publicae conforformatione exsistere. V. ad a 10.

5) Θ 14: 1161 b 11 — 1162 a 33.

Postquam de amicitiis quae *κατὰ τὰς πολιτείας* sunt actum est, varietas *τῶν φιλιῶν* quae hucusque apparuisse videntur jam aliâ ratione atque ab initio placebat tria in genera disponitur: sunt enim aut *συγγενικαὶ* aut *ἑταιρικαὶ* aut *κοινωνικαί* — 1161 b 16. — Exponitur *ἡ συγγενική*, et ita quidem ut primum *ἡ πατρικὴ* in utramque partem, fraterna, reliquorum consanguineorum consuetudo, quo spectent, unde vim suam habeant describantur (— 1161 b 30. 1162 a 1. ib. a 4); deinde eodem ordine vel explicetur vel significetur, in singulis verae amicitiae naturam plene inesse (— 1162 a 9. 15. 16). Subjungitur inque eundem modum pertractatur ea amicitia quae inter conjuges est (— 1162 a 23. 29). — Sin de quolibet genere accuratius quaeratur quemadmodum familiaribus sociisve utendum sit, nil aliud nisi *τὸ δίκαιον* illius generis quaeritur — 1162 a 33.

11 — 16. Et ad ipsam quaestionem *περὶ φιλίας* et ad cognoscendam rationem, qua Arist. viam sibi parat, haec sunt gravissima. Sensim enim nec tamen fortuito huc perventum est ut plane novo modo tria genera, quibus jam et nomina sua induntur, proponenda sint. Fuit enim *ἑταιρικὴ* ea amicitia ad quam principalem priora capp. 2—7 contendere videbantur. Accidebat deinde ut reperto vinculo inter *φιλίαν* interque *τὸ δίκαιον* amicitia patere videretur quousque societas — unde ad amicitias in civili societate pergendum erat cap. 8 sqq.: peculiare istud esse genus et diligenter discernendum proprio nomine *κοινωνικῆς φιλίας* addito nunc elucet. Denique ut *αἱ κατὰ τὰς πολιτείας φιλίαι* illustrarentur, societates domesticae primo commemorabantur, post (v. ad 1161 a 22 — 25) magis magisque cum illis aequo loco tractabantur: jam vero cap. 14 eaedem — *ἡ συγγενικὴ* enim, si addatur *ἡ γαμικὴ* ut 1162 a 16 sqq. factum est, familiaritatem domesticam explet — pro se in quaestionem vocantur.

11. *ἐν κοινωνίᾳ μὲν οὖν πᾶσα φιλία ἐστίν, καθάπερ εἴρηται*: 1159 b 31 *ἐν κοινωνίᾳ γὰρ ἡ φιλία*. At dum omnia totamque harum sententiarum rationem reputo, equidem crediderim Aristotelem scripsisse *ἐν κοινωνίᾳ μὲν οὖν πάσῃ* (v. 1159 b 26. 27 „*ἐν ἁπάσῃ κοινωνίᾳ . . . φιλία*").

12. *ἀφορίσειε δ' ἄν τις*: nam ut sint *ἡ ἑταιρικὴ* et *ἡ συγγενική*, quod sunt, multa alia ad solam *κοινωνίαν* accedant oportet.

13. Mentio *τῶν φυλετικῶν* et *τῶν συμπλοϊκῶν* comprobat, bene

ι τοιαῦται, κοινωνικαῖς ἐοίκασι μᾶλλον· οἷον γὰρ καθ' 1161
λογίαν τινὰ φαίνονται εἶναι. εἰς ταύτας δὲ τάξειεν τις καὶ τὴν ξενικήν. καὶ ἡ συγγενικὴ δὲ φαίνεται νειδὴς εἶναι, ἠρτῆσθαι δὲ πᾶσα ἐκ τῆς πατρικῆς· οἱ εἰς μὲν γὰρ στέργουσι τὰ τέκνα ὡς ἑαυτῶν τι ὄντα, δὲ τέκνα τοὺς γονεῖς ὡς ἀπ' ἐκείνων τι ὄντα. μᾶλλον

K^{b}M^b (Vet.) καὶ ἠρτῆσθαι πᾶσα. 18. ἑαυτῶν τι] K^b αὐτῶν τε. τι] om. K^b.

---

conscium esse scriptorem, versari se in illâ re quae cap. 11 excepta sit: v. τοὺς σύμπλους 1159 b 28, τοὺς πλωτῆρας 1160 a 15; ἵτας ib. 18. Et ibidem οἱ πολῖται commemorati sunt 1160 a 2. 5, um societates inter se πολιτικαὶ erunt φιλίαι. Quae quidem quales quum verbis expressis nusquam explicetur, comparatis his locis urum non erit: 1167 b 2 sq. πολιτικὴ δὲ φιλία φαίνεται ἡ ὁμόνοια λ.; 1163 b 34 οἷον καὶ ἐν τῇ πολιτικῇ (φιλίᾳ) τῷ σκυτοτόμῳ ἀντὶ ὑποδημάτων ἀμοιβὴ γίνεται κατ' ἀξίαν; 1171 a 15 s. οἱ πολύφιλοι οὐδενὶ δοκοῦσιν εἶναι φίλοι πλὴν πολιτικῶς. Eae enim de quibus 13 agebatur, siquidem ad rationem τῶν ἀρχόντων atque τῶν ἀρ-ἰνων inter se referuntur, ad ipsam potius rempublicam quam ad atem et civile commercium spectant neque usquam πολιτικαὶ φι- sunt appellatae.

14. κοινωνικαῖς ἐοίκασι μᾶλλον· οἷον γὰρ καθ' ὁμολογίαν τινὰ νται εἶναι. Nomen κοινωνικῆς uno hoc loco legitur; v. Eud. 1242 ἐγονται δὲ φιλίαι συγγενικὴ ἑταιρικὴ κοινωνική, ἡ λεγομένη ικη. Testatur autem γὰρ particula, κοινωνίας (a quibus nomen ική aptum est), dici quae non sint nisi utrique prius de eâ re communem esse velint aliquo modo paciscantur. Id quod in bus (vs 16) ita esse apparet. Et quaeritur igitur in tali amicitiâ ιedam; at ἑταῖροι, συγγενεῖς homines sunt conjuncti inter se, αλλάγματα quibus operam unâ dent sunt, sive non sunt.

καὶ ἡ συγγενικὴ δέ: sane enim valde diversa genera τῆς κοι- esse satis indicatum est.

οἱ γονεῖς . . στέργουσι τὰ τέκνα ὡς ἑαυτῶν τι ὄντα. Quod pedit quominus vere δίκαιον inter illos sit (1134 b 9 sq.), idem ındamentum est. — Nec tamen hac voce ὡς ἑαυτῶν τι ὂν rei ita jam descripta est, ut minus intellegi non possit. Anel servorum sunt definitiones, quas e Polit. ad 1161 b 4 lauter quas heri illos ἑαυτῶν τι ὄντας necessario vocabunt? V.

ῖλλον δ' ἴσασιν οἱ γονεῖς: tria deinceps exponuntur (μᾶλλον s 19; μᾶλλον συνῳκείωται vs 21; καὶ τῷ πλήθει τοῦ χρόνου ις diverse parentes erga liberos quam liberos erga parentes ıdatur. Quae argumenta quo spectent, quodammodo ne ım est: sed v. στέργουσι vs 18 et φιλοῦσι μᾶλλον vs 27;

δ' ἴσασιν οἱ γονεῖς τὰ ἐξ αὐτῶν ἢ τὰ γεννηθέντα ὅτι ἐκ τούτων, καὶ μᾶλλον συνῳκείωται τὸ ἀφ' οὗ τῷ γεννηθέντι ἢ τὸ γενόμενον τῷ ποιήσαντι· τὸ γὰρ ἐξ αὐτοῦ οἰκεῖον τῷ ἀφ' οὗ, οἷον ὀδοὺς ἢ θρὶξ ἢ ὁτιοῦν τῷ ἔχοντι· ἐκείνῳ δ' οὐθὲν τὸ ἀφ' οὗ, ἢ ἧττον. καὶ τῷ πλήθει δὲ τοῦ χρόνου· οἱ μὲν γὰρ εὐθὺς γενόμενα στέργουσι, τὰ δὲ προελθόντα τοῖς χρόνοις τοὺς γονεῖς, σύνεσιν ἢ αἴσθησιν λαβόντα. ἐκ τούτων δὲ δῆλον καὶ δι' ἃ φιλοῦσι μᾶλλον αἱ μητέρες. γονεῖς μὲν οὖν τέκνα φιλοῦσιν ὡς ἑαυτούς (τὰ γὰρ ἐξ αὐτῶν οἷον ἕτεροι αὐτοὶ τῷ κεχωρίσθαι), τέκνα δὲ γονεῖς ὡς ἀπ' ἐκείνων πε-

---

23. K^b ὀδοὺς θρὶξ ὁτιοῦν· ἐκείνῳ δ' (ἢ — ἢ om. et L^bO^b). 25. K^b προελθόντος χρόνου. 27. K^b αἱ μητέρες μᾶλλον.

---

unde apparet propositum esse ut necessario amorem parentium majorem quam liberorum esse noscamus. Scilicet si τὸ δίκαιον quaeratur et ἡ κατ' ἀξίαν φίλησις (1158 b 27), sane contraria quaedam videantur statuenda esse. — Cf. caput *I* 7.

21. συνῳκείωται igitur quisque ei, quod ipsi est οἰκεῖον; ut in verbum συνῳκειῶσθαι h. l. illata sit notio sensûs per quem nos alligatos esse percipimus. Sin tali sensu erga illos, quorum sumus οἰκεῖοι, paene destituti sumus, causa vix alia erit nisi quod eo nos advertimus ubi nostra sunt, inde vero nos avertimus ubi ipsi aliorum esse debemus. Id quod longe sane abest a verâ amoris naturâ.

23. K^b ὀδοὺς τρὶξ ὁτιοῦν: quod facile concedes auctoritati potiori; at quum idem liber mox et verba τῷ ἔχοντι omittat, haud temere dubitabis num tutum sit isti auctoritati rem committere. — In proximis „ἐκείνῳ δ' οὐθὲν (οἰκεῖον) τὸ ἀφ' οὗ" apparet οὐθὲν adverbii loco esse.

24. καὶ τῷ πλήθει τοῦ χρόνου sc. ἡ τῶν γονέων φίλησις διαφέρει τῆς τῶν τέκνων. Verba abrupta ad grammaticam rationem, nec tamen ambigua.

26. σύνεσιν ἢ αἴσθησιν λαβόντα: vix enim σύνεσις (non illa quae proprie dicitur Z 11, sed quae τοῖς οὐκ ἀλόγοις contigit omnibus) opus erit ut parentes noscantur.

27. δι' ἃ φιλοῦσι μᾶλλον αἱ μητέρες: v. 1168 a 25 ἐπιπονωτέρα γὰρ ἡ γέννησις (unde forte τὸ συνῳκειῶσθαι vs 21 augebitur) καὶ μᾶλλον ἴσασιν ὅτι αὐτῶν (quae h. l. prima erat ratio vs 19 s.).

28. ὡς ἑαυτούς· τὰ γὰρ ἐξ αὐτῶν οἷον ἕτεροι αὐτοὶ τῷ κεχωρίσθαι. Simile quid nec tamen idem vs 18 erat „ὡς ἑαυτῶν τι ὄντα". — Vox haec, quâ homo amatus amanti dicitur ἕτερος αὐτὸς (τῷ κεχωρίσθαι) esse, hic primum occurrit; mox a parentium amore ad omnem veram amicitiam transfertur (inde a *I* 4). Neque ullam illâ veriorem repperisse Aristoteles videatur. Dixeris enim eam propriam vim amoris esse ut velit possitque τὸν ἕτερον facere ἕτερον αὐτόν, et ita differre amorem a justitiâ quod illa sit πρὸς ἕτερον, ipse πρὸς ἕτερον αὐτόν.

ɩυκότα, ἀδελφοὶ δ' ἀλλήλους τῷ ἐκ τῶν αὐτῶν πεφυκέαι· ἡ γὰρ πρὸς ἐκεῖνα ταὐτότης ἀλλήλοις ταὐτοποιεῖ· θεν φασὶ ταὐτὸν αἷμα καὶ ῥίζαν καὶ τὰ τοιαῦτα. εἰσὶ ἡ ταὐτό πως καὶ ἐν διῃρημένοις. μέγα δὲ πρὸς φιλίαν αὶ τὸ σύντροφον καὶ τὸ καθ' ἡλικίαν· ἧλιξ γὰρ ἥλικα, αὶ οἱ συνήθεις ἑταῖροι· διὸ καὶ ἡ ἀδελφικὴ τῇ ἑταιρικῇ μοιοῦται. ἀνεψιοὶ δὲ καὶ οἱ λοιποὶ συγγενεῖς ἐκ τούτων υνῳκείωνται· τῷ γὰρ ἀπὸ τῶν αὐτῶν εἶναι. γίγνονται δ' ἱ μὲν οἰκειότεροι οἱ δ' ἀλλοτριώτεροι τῷ σύνεγγυς ἢ πόρρω ὸν ἀρχηγὸν εἶναι. ἔστι δ' ἡ μὲν πρὸς γονεῖς φιλία τέκνοις, καὶ ἀνθρώποις πρὸς θεούς,] ὡς πρὸς ἀγαθὸν καὶ ὑπερέχον·

1. K^b τοῦτο ποιεῖ ($M^b O^b$ ταὐτὸ ποιεῖ). - 33. δὲ] K^b δὴ (om. O^b).
5. [καὶ ἀνθρώποις πρὸς θεούς] susp. K^b ἀγαθὸν ὑπερέχον.

31. ἡ γὰρ πρὸς ἐκεῖνα (i. e. πρὸς τὰ ἀφ' ὧν) ταὐτότης: propter uam se quisque dicit illis genitum esse. Itaque fieri non potest quin mnes inter se dicant communem sibi stirpem esse (vs 32). Τὸ αὐτὸ ὰρ πρός τι, ὃ ἔχουσι πρὸς τὰ ἀφ' ὧν, ποιεῖ πρὸς ἀλλήλους ὡσαύτως ζειν (κατὰ τὸ ἀπὸ τίνων). Res haud obscura est nec tamen ita simlex ut duobus vocabulis („ἀλλήλοις ταὐτοποιεῖ") expressa esse possit.

33. ταὐτό πως καὶ ἐν διῃρημένοις: καὶ particulae adversativam ut loquuntur) vim esse dixeris „idem quasi quamquam diremti sunt". ſeque enim jam mota est quaestio περὶ τῆς πρὸς ἑαυτὸν φιλίας, in uā probabile fit ipsum τὸ διῃρῆσθαι ad veram amicitiam desiderari: ' δυσὶ γὰρ διῃρημένοις τὸ φιλεῖσθαι καὶ φιλεῖν 1240 a 14.

33. μέγα δὲ πρὸς φιλίαν ... Subvenit fraterno amori quod unâ doleverunt et aequales sunt. Verendum enim post vs 23. 24, ne τὸ ἴκεῖον per se inter illos parum sit validum.

34. ἧλιξ γὰρ ἥλικα. Spengel ad 1371 b 15 e scholio Platonico ltum versum affert ἧλιξ ἥλικα τέρπε, γέρων δὲ τέρπε γέροντα. — 'υνήθεις vero et ὁμοήθεις (a 27) sunt, quia ἴσοι καὶ ἡλικιῶται sunt.

1. ἐξ τούτων συνῳκείωνται sc. ἐξ ἀδελφῶν vel a fratrum commuibus parentibus.

3. ἀλλοτριώτεροι sunt qui minus sunt οἰκεῖοι; cujus rei mensura uasi est, quantum singuli distent ab eo qui ἀρχηγός est. Vide autem, anc unam toto hoc cap. esse mentionem brevem τῶν προγόνων, ad uos loco multo minus opportuno 1161 a 18 s. (u. v.) properari videbatur.

5. καὶ ἀνθρώπους πρὸς θεούς: hoc ita dictum est, tanquam quaereretur de genere φιλίας πρὸς ἀγαθὸν καὶ ὑπερέχον; neque enim putaveris καὶ idem esse quod ὥσπερ καί. At amicitiam erga deos omnino Aristoteli rem satis dubiam esse vidimus ad 1158 b 35 sq.; ut paene credam ista verba καὶ ἀνθρώποις πρὸς θεούς ab alienâ manu adscripta esse.

5. ὡς πρὸς ἀγαθὸν καὶ ὑπερέχον. Τὸ ἀγαθὸν (v. γὰρ vs 6) in

1162 a 6 εὖ γαρ πεποιήκασι τὰ μέγιστα· τοῦ γὰρ εἶναι καὶ τραφῆναι αἴτιοι, καὶ γενομένοις τοῦ παιδευθῆναι. ἔχει δὲ καὶ τὸ ἡδὺ καὶ τὸ χρήσιμον ἡ τοιαύτη φιλία μᾶλλον τῶν ὀθνείων, ὅσῳ καὶ κοινότερος ὁ βίος αὐτοῖς ἐστίν. ἔστι δὲ καὶ ἐν τῇ ἀδελφικῇ ἅπερ καὶ ἐν τῇ ἑταιρικῇ, καὶ μᾶλλον ἐν τοῖς ἐπιεικέσι καὶ ὅλως ἐν τοῖς ὁμοίοις, ὅσῳ οἰκειότεροι καὶ ἐκ γενετῆς ὑπάρχουσι στέργοντες ἀλλήλους, καὶ ὅσῳ ὁμοηθέστεροι οἱ ἐκ τῶν αὐτῶν καὶ σύντροφοι καὶ παιδευθέντες ὁμοίως· καὶ ἡ κατὰ τὸν χρόνον δοκιμασία πλείστη καὶ βεβαιοτάτη. ἀνάλογον δὲ καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς τῶν συγγενῶν τὰ φιλικά. ⟨καὶ⟩ ἀνδρὶ δὲ καὶ γυναικὶ δοκεῖ φιλία κατὰ θ

16. ⟨καὶ⟩ conj. add.

summis beneficiis positum est: illi vero, qui ita diligendus est, amor δι' ἀρετὴν quam praestitit debetur. Nec deest in eâdem amicitiâ τὸ χρήσιμον et τὸ ἡδύ vs 7. 8. Ergo omnia adsunt quae φιλητὰ erant Θ 2 sq.; addendumque quod ὡς πρὸς ὑπερέχον vel φιλία ἐν ὑπεροχῇ est (Θ 8 sq.). Itaque locus, quem ἡ πρὸς γονεῖς φιλία inter amicitias e priore disputandi ratione habeat, diligenter circumscribitur. Quod ne fortuito accidisse censeatur, v. infra de amicitiâ inter conjuges vs 24. 25 „τὸ χρήσιμον ... τὸ ἡδὺ ... καὶ δι' ἀρετήν".

8. μᾶλλον τῶν ὀθνείων i. e. μᾶλλον τῆς τῶν ὀθνείων (φιλίας). Iam vero ὀθνεῖοι vocantur quamquam familiares sunt qui non sunt consanguinei.

10 s. ἐν τοῖς ἐπιεικέσι καὶ ὅλως ἐν τοῖς ὁμοίοις: „dummodo boni nec dissimiliores inter se sint". Additur enim his verbis conditio quam in fratribus esse oportet ut τὸ μᾶλλον ... ὅσῳ κ. τ. λ. vs 10. 11 verum sit. Scilicet apud τοὺς ἑταίρους nil opus tali conditione: neque enim ἑταῖροι essent nisi abesset dissimilitudo ac pravitas; at fratres fratres esse non desinunt si aut propter vitia omnino ad amicitiam haud idonei sunt aut, ut nonnunquam fit (v. ὡς ἐπὶ τὸ πολύ 1161 a 27), tam dispares inter se sunt ut in diversas partes abeant.

14. καὶ ἡ κατὰ χρόνον δοκιμασία: qua opus est ad firmam veramque amicitiam, v. 1156 b 25—29 al. Et fraterna igitur familiaritas, si stet, φιλία δι' ἀρετὴν erit. V. ad vs 5.

15. ἀνάλογον δὲ ... Reliquae quoque propinquorum amicitiae habent quo ταῖς τῶν ὀθνείων non tantum ex aequo sint, sed etiam praestent (μᾶλλον vs 8. 10).

16. ἀνδρὶ δὲ καὶ γυναικὶ ... κατὰ φύσιν. Τὸ κατὰ φύσιν ad τὴν συγγενικὴν quoque pertinere vel sine verbo certum est; vide igitur annon post φιλικά oppressum sit καὶ (ἀνδρὶ δὲ κ. γ.). Propositum enim huic capiti est ut amicitiae vel αἱ φύσει οὖσαι vel αἱ ἐν ταῖς οἰκίαις (v. ad 1161 b 11—16) pertractentur: quod ut intellegeretur suo jure Arist. lectoribus permisit nec operam dedit ut ipse nomen toti

14 φύσιν ὑπάρχειν· ἄνθρωπος γὰρ τῇ φύσει συνδυαστικὸν 1162 a 17
μᾶλλον ἢ πολιτικόν, ὅσῳ πρότερον καὶ ἀναγκαιότερον οἰκία
πόλεως, καὶ τεκνοποιία κοινότερον τοῖς ζῴοις. τοῖς μὲν οὖν
ἄλλοις ἐπὶ τοσοῦτον ἡ κοινωνία ἐστίν, οἱ δ' ἄνθρωποι οὐ μόνον
τῆς τεκνοποιίας χάριν συνοικοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τῶν εἰς τὸν
βίον· εὐθὺς γὰρ διῄρηται τὰ ἔργα, καὶ ἔστιν ἕτερα ἀνδρὸς
καὶ γυναικός· ἐπαρκοῦσιν οὖν ἀλλήλοις, εἰς τὸ κοινὸν τιθέν-
τες τὰ ἴδια. διὰ ταῦτα δὲ καὶ τὸ χρήσιμον εἶναι δοκεῖ
καὶ τὸ ἡδὺ ἐν ταύτῃ τῇ φιλίᾳ. εἴη δ' ἂν καὶ δι' ἀρετήν,
εἰ ἐπιεικεῖς εἶεν· ἔστι γὰρ ἑκατέρου ἀρετή, καὶ χαίροιεν ἂν
τῷ τοιούτῳ. σύνδεσμος δὲ τὰ τέκνα δοκεῖ εἶναι· διὸ θᾶττον
οἱ ἄτεκνοι διαλύονται· τὰ γὰρ τέκνα κοινὸν ἀγαθὸν ἀμ-
§ φοῖν, συνέχει δὲ τὸ κοινόν. τὸ δὲ πῶς συμβιωτέον ἀνδρὶ

19. K^b τεκνοποιεῖν. 26. εἰ] om. K^b. 29. συμβιωτέον] $K^b L^b O^b$ βιωτέον.

generi commune inscriberet quasi. In tali autem scribendi genere eo magis necesse, in particularum usu diligentem esse.

17 sq. Τὸ μᾶλλον φύσει, τὸ πρότερον καὶ ἀναγκαιότερον, τὸ κοινότερον ad eandem rem spectat. Quod vero oppositum est (τὸ ἧττον φύσει, τὸ ὕστερον καὶ οὐκ ἀναγκαῖον, τὸ ἴδιον) haud inferius, sed praestantius et augustius Aristoteli videtur; idem enim τῇ φύσει πρότερον et καλόν; veraque hominis natura ad τὸ πολιτικὸν potissimum fert. -- De sententiis huj. l. v. egregium locum Polit. *Α* 2 nec non Oecon. *Α* 3 (quae enim de verbis Oeconomicorum haud temere movetur dubitatio num ipsius philosophi sint, ad sententias non pertinet).

20. ἐπὶ τοσοῦτον (i. e. ἐπὶ τὸ τεκνοποιεῖν μόνον) ἡ κοινωνία ἐστίν. Animalia enim quum duobus tantum studiis impellantur τεκνοποιΐας καὶ τροφῆς, pleraque τὴν τροφὴν singula nec jam συνδυασθέντα procurant: 589 a 5 s. Homines igitur, dum connubio vitae societatem efficiunt, ἐν τῷ κοινοτάτῳ (vs 19) ἴδιόν τι ἔχουσιν.

22. εὐθὺς γὰρ διῄρηται τὰ ἔργα . . . Utraque igitur pars habet quod εἰς τὸν βίον de suo contribuat; quod acceptum alteri parti et dulce et utile erit (καὶ τὸ χρήσιμον . . καὶ τὸ ἡδὺ vs 24 s.). V. 1158 b 17 s. „. . . ἑτέρα γὰρ ἑκάστῳ τούτων ἀρετὴ καὶ τὸ ἔργον" (ad q. l. v.).

23. 24. εἰς τὸ κοινὸν τιθέντες τὰ ἴδια: si substantivo opus esset, apparet τὰ ἴδια ἔργα cogitanda esse: id quod eorum causâ adnoto, qui τὰ ἴδια χρήματα, velut dotem mulierum, potissimum dici velint.

26. ἔστι γὰρ ἑκατέρου ἀρετή: ethico sensu. Quae in mulieribus, quoniam natura earum ἀτελής πως est, perfecta quidem et plena esse non potest; agnoscitur tamen 1260 a 20—31.

27—29. σύνδεσμος δὲ τὰ τέκνα . . . Ad illa vs 20—25 et 25—27, quae cuncta conjungendi vim habent (συνέχει), accedit quasi res quae nec tota alterutrius conjugis propria esse nec dividi potest sc. liberi.

29 sq. τὸ δὲ πῶς συμβιωτέον . . . Saepius post 1158 b 23. 24 ad-

1162 a 6 *εὖ γὰρ πεποιήκασι τὰ μέγιστα· τοῦ γὰρ εἶναι καὶ τραφῆναι αἴτιοι, καὶ γενομένοις τοῦ παιδευθῆναι. ἔχει δὲ καὶ τὸ ἡδὺ καὶ τὸ χρήσιμον ἡ τοιαύτη φιλία μᾶλλον τῶν ὀθνείων, ὅσῳ καὶ κοινότερος ὁ βίος αὐτοῖς ἐστίν. ἔστι δὲ καὶ ἐν τῇ ἀδελφικῇ ἅπερ καὶ ἐν τῇ ἑταιρικῇ, καὶ μᾶλλον ἐν τοῖς ἐπιεικέσι καὶ ὅλως ἐν τοῖς ὁμοίοις, ὅσῳ οἰκειότεροι καὶ ἐκ γενετῆς ὑπάρχουσι στέργοντες ἀλλήλους, καὶ ὅσῳ ὁμοηθέστεροι οἱ ἐκ τῶν αὐτῶν καὶ σύντροφοι καὶ παιδευθέντες ὁμοίως· καὶ ἡ κατὰ τὸν χρόνον δοκιμασία πλείστη καὶ βεβαιοτάτη. ἀνάλογον δὲ καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς τῶν συγγενῶν τὰ φιλικά. ⟨καὶ⟩ ἀνδρὶ δὲ καὶ γυναικὶ δοκεῖ φιλία κατὰ* θ

16. ⟨*καὶ*⟩ conj. add.

summis beneficiis positum est: illi vero, qui ita diligendus est, amor *δι' ἀρετὴν* quam praestitit debetur. Nec deest in eâdem amicitiâ *τὸ χρήσιμον* et *τὸ ἡδύ* vs 7. 8. Ergo omnia adsunt quae *φιλητὰ* erant Θ 2 sq.; addendumque quod *ὡς πρὸς ὑπερέχον* vel *φιλία ἐν ὑπεροχῇ* est (Θ 8 sq.). Itaque locus, quem *ἡ πρὸς γονεῖς φιλία* inter amicitias e priore disputandi ratione habeat, diligenter circumscribitur. Quod ne fortuito accidisse censeatur, v. infra de amicitiâ inter conjuges vs 24. 25 „*τὸ χρήσιμον . . . τὸ ἡδὺ . . . καὶ δι' ἀρετήν*".

8. *μᾶλλον τῶν ὀθνείων* i. e. *μᾶλλον τῆς τῶν ὀθνείων* (*φιλίας*). Iam vero *ὀθνεῖοι* vocantur quamquam familiares sunt qui non sunt consanguinei.

10 s. *ἐν τοῖς ἐπιεικέσι καὶ ὅλως ἐν τοῖς ὁμοίοις*: „dummodo boni nec dissimiliores inter se sint". Additur enim his verbis conditio quam in fratribus esse oportet ut *τὸ μᾶλλον . . . ὅσῳ κ. τ. λ.* vs 10. 11 verum sit. Scilicet apud *τοὺς ἑταίρους* nil opus tali conditione: neque enim *ἑταῖροι* essent nisi abesset dissimilitudo ac pravitas; at fratres fratres esse non desinunt si aut propter vitia omnino ad amicitiam haud idonei sunt aut, ut nonnunquam fit (v. *ὡς ἐπὶ τὸ πολύ* 1161 a 27), tam dispares inter se sunt ut in diversas partes abeant.

14. *καὶ ἡ κατὰ χρόνον δοκιμασία*: qua opus est ad firmam veramque amicitiam, v. 1156 b 25—29 al. Et fraterna igitur familiaritas, si stet, *φιλία δι' ἀρετὴν* erit. V. ad vs 5.

15. *ἀνάλογον δὲ . . .* Reliquae quoque propinquorum amicitiae habent quo *ταῖς τῶν ὀθνείων* non tantum ex aequo sint, sed etiam praestent (*μᾶλλον* vs 8. 10).

16. *ἀνδρὶ δὲ καὶ γυναικὶ . . . κατὰ φύσιν. Τὸ κατὰ φύσιν* ad *τὴν συγγενικὴν* quoque pertinere vel sine verbo certum est; vide igitur annon post *φιλικά* oppressum sit *καὶ* (*ἀνδρὶ δὲ κ. γ.*). Propositum enim huic capiti est ut amicitiae vel *αἱ φύσει οὖσαι* vel *αἱ ἐν ταῖς οἰκίαις* (v. ad 1161 b 11—16) pertractentur: quod ut intellegeretur suo jure Arist. lectoribus permisit nec operam dedit ut ipse nomen toti

4 φύσιν ὑπάρχειν· ἄνθρωπος γὰρ τῇ φύσει συνδυαστικὸν 1162 a 17 μᾶλλον ἢ πολιτικόν, ὅσῳ πρότερον καὶ ἀναγκαιότερον οἰκία πόλεως, καὶ τεκνοποιία κοινότερον τοῖς ζῴοις. τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις ἐπὶ τοσοῦτον ἡ κοινωνία ἐστίν, οἱ δ' ἄνθρωποι οὐ μόνον τῆς τεκνοποιίας χάριν συνοικοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τῶν εἰς τὸν βίον· εὐθὺς γὰρ διῄρηται τὰ ἔργα, καὶ ἔστιν ἕτερα ἀνδρὸς καὶ γυναικός· ἐπαρκοῦσιν οὖν ἀλλήλοις, εἰς τὸ κοινὸν τιθέντες τὰ ἴδια. διὰ ταῦτα δὲ καὶ τὸ χρήσιμον εἶναι δοκεῖ καὶ τὸ ἡδὺ ἐν ταύτῃ τῇ φιλίᾳ. εἴη δ' ἂν καὶ δι' ἀρετήν, εἰ ἐπιεικεῖς εἶεν· ἔστι γὰρ ἑκατέρου ἀρετή, καὶ χαίροιεν ἂν τῷ τοιούτῳ. σύνδεσμος δὲ τὰ τέκνα δοκεῖ εἶναι· διὸ θᾶττον οἱ ἄτεκνοι διαλύονται· τὰ γὰρ τέκνα κοινὸν ἀγαθὸν ἀμ-
5 φοῖν, συνέχει δὲ τὸ κοινόν. τὸ δὲ πῶς συμβιωτέον ἀνδρὶ

19. K[b] τεκνοποιεῖν. 26. εἰ] om. K[b]. 29. συμβιωτέον] K[b]L[b]O[b] βιωτέον.

generi commune inscriberet quasi. In tali autem scribendi genere eo magis necesse, in particularum usu diligentem esse.

17 sq. Τὸ μᾶλλον φύσει, τὸ πρότερον καὶ ἀναγκαιότερον, τὸ κοινότερον ad eandem rem spectat. Quod vero oppositum est (τὸ ἧττον φύσει, τὸ ὕστερον καὶ οὐκ ἀναγκαῖον, τὸ ἴδιον) haud inferius, sed praestantius et augustius Aristoteli videtur; idem enim τῇ φύσει πρότερον et καλόν; veraque hominis natura ad τὸ πολιτικὸν potissimum fert. — De sententiis huj. l. v. egregium locum Polit. *Α* 2 nec non Oecon. *Α* 3 (quae enim de verbis Oeconomicorum haud temere movetur dubitatio num ipsius philosophi sint, ad sententias non pertinet).

20. ἐπὶ τοσοῦτον (i. e. ἐπὶ τὸ τεκνοποιεῖν μόνον) ἡ κοινωνία ἐστίν. Animalia enim quum duobus tantum studiis impellantur τεκνοποιΐας καὶ τροφῆς, pleraque τὴν τροφὴν singula nec jam συνδυασθέντα procurant: 589 a 5 s. Homines igitur, dum connubio vitae societatem efficiunt, ἐν τῷ κοινοτάτῳ (vs 19) ἴδιόν τι ἔχουσιν.

22. εὐθὺς γὰρ διῄρηται τὰ ἔργα ... Utraque igitur pars habet quod εἰς τὸν βίον de suo contribuat; quod acceptum alteri parti et dulce et utile erit (καὶ τὸ χρήσιμον .. καὶ τὸ ἡδὺ vs 24 s.). V. 1158 b 17 s. „... ἑτέρα γὰρ ἑκάστῳ τούτων ἀρετὴ καὶ τὸ ἔργον" (ad q. l. v.).

23. 24. εἰς τὸ κοινὸν τιθέντες τὰ ἴδια: si substantivo opus esset, apparet τὰ ἴδια ἔργα cogitanda esse: id quod eorum causâ adnoto, qui τὰ ἴδια χρήματα, velut dotem mulierum, potissimum dici velint.

26. ἔστι γὰρ ἑκατέρου ἀρετή: ethico sensu. Quae in mulieribus, quoniam natura earum ἀτελής πως est, perfecta quidem et plena esse non potest; agnoscitur tamen 1260 a 20—31.

27—29. σύνδεσμος δὲ τὰ τέκνα ... Ad illa vs 20—25 et 25—27, quae cuncta conjungendi vim habent (συνέχει), accedit quasi res quae nec tota alterutrius conjugis propria esse nec dividi potest sc. liberi.

29 sq. τὸ δὲ πῶς συμβιωτέον ... Saepius post 1158 b 23. 24 ad-

1162 a 30 πρὸς γυναῖκα καὶ ὅλως φίλῳ πρὸς φίλον, οὐδὲν ἕτερον Θ 14 φαίνεται ζητεῖσθαι ἢ πῶς δίκαιον· οὐ γὰρ ταὐτὸν φαίνεται τῷ φίλῳ πρὸς τὸν φίλον καὶ ⟨πρὸς⟩ τὸν ὀθνεῖον καὶ τὸν ἑταῖρον καὶ τὸν συμφοιτητήν.

τριττῶν δ' οὐσῶν φιλιῶν, καθάπερ ἐν ἀρχῇ εἴρηται, 15 καὶ καθ' ἑκάστην τῶν μὲν ἐν ἰσότητι φίλων ὄντων τῶν δὲ καθ' ὑπεροχήν (καὶ γὰρ ὁμοίως ἀγαθοὶ γίνονται φίλοι καὶ 1162 b ἀμείνων χείρονι, ὁμοίως δὲ καὶ ἡδεῖς, καὶ διὰ τὸ χρήσιμον ἰσάζοντες ταῖς ὠφελείαις καὶ διαφέροντες), τοὺς ἴσους μὲν κατ' ἰσότητα δεῖ τῷ φιλεῖν καὶ τοῖς λοιποῖς ἰσάζειν, τοὺς δ' ἀνίσους τῷ ἀνάλογον ταῖς ὑπεροχαῖς ἀποδιδόναι.

32. ⟨πρὸς⟩ conj. add. 35. φίλων] K^b τῶν φίλων.

notatum est, Aristotelem in hac disputatione, quum passim τὸ δίκαιον unam legem τῆς φιλίας facere videatur, aliquid aut non vidisse aut non satis explicuisse. Sin h. l. sufficiebat ut τὸ δίκαιον atque τὸ ὀρθῶς συμβιοῦν inter diversos diversa esse probarentur („οὐ γὰρ ταὐτόν φαίνεται" vs 31), vel si δίκαιον jam vocatur quodcunque ὡς δεῖ habet (cf. 1158 b 21. 22 ἃ δεῖ), non est cur in his moremur. — Quanam vero ratione scriptor adductus sit ut h. l. de justo modo τοῦ συμβιοῦν verba faceret, facile ab iis intellegetur qui vel brevem illam epitomen quam ad Θ 8—Ι 3 praemisimus recordentur. Jam enim corpus ut ita dicam hujusce disputationis elaboratum est adestque cap. 15 quaestio de disceptationibus amicorum, ad quas judice vel arbitro opus est. —

6. Θ 15. 16. Ι 1: 1162 a 34—1164 b 21.

De omnibus amicitiae generibus quaeritur quonam modo et in quibusnam dissensiones (ἐγκλήματα μέμψεις μάχαι διαφοραί) oriantur atque quanam e lege sint dijudicandae. Commemoratâ enim generum varietate (— 1162 b 4)

a) capite 15 tria illa genera quae ab initio erant in hanc partem examinantur;

b) capite 16 imprimis ἡ καθ' ὑπεροχήν;

c) cap. 1 noni libri αἱ ἀνομοιοειδεῖς.

34—b 4. *Quum variae sint amicitiae, cunctis propositum esse pridem constat, ut paritas quaedam aut servetur aut efficiatur.*

34. καθάπερ ἐν ἀρχῇ εἴρηται: v. cap. 3 in.

35. καὶ καθ' ἑκάστην τῶν μὲν ἐν ἰσότητι φίλων ὄντων ... Et verum hoc neque obscurum est, sed verbis nondum dictum; v. ad 1158 b 1.

4. τοὺς δ' ἀνίσους sc. δεῖ ἰσάζειν (τῷ ἀποδιδόναι quod ἀνάλογον sit ταῖς ὑπεροχαῖς). Ergo ὃ δεῖ vel τὸ δίκαιον (a 31) ubique ἰσότης quaedam est sive κατ' ἀριθμὸν quasi sive κατ' ἀναλογίαν.

9 15 § γίγνεται δὲ τὰ ἐγκλήματα καὶ αἱ μέμψεις ἐν τῇ κατὰ 1162 b 5 τὸ χρήσιμον φιλίᾳ ἢ μόνῃ ἢ μάλιστα εὐλόγως. οἱ μὲν γὰρ δι' ἀρετὴν φίλοι ὄντες εὖ δρᾶν ἀλλήλους προθυμοῦνται· τοῦτο γὰρ ἀρετῆς καὶ φιλίας. πρὸς τοῦτο δ' ἁμιλλωμένων οὐκ ἔστιν ἐγκλήματα οὐδὲ μάχαι· τὸν γὰρ φιλοῦντα καὶ εὖ ποιοῦντα οὐδεὶς δυσχεραίνει, ἀλλ' ἐὰν ᾖ χαρίεις, ἀμύνεται εὖ δρῶν. ὁ δ' ὑπερβάλλων, τυγχάνων οὗ ἐφίεται,

10. ἐὰν ᾖ] K[b] ἂν εἴη.

a) 1162 b 5 — 1163 a 23.

Dissensio amicorum quum neque inter eos qui propter virtutem amici sunt (— b 12) *neque inter eos qui suavitatem e familiaritate petunt* (— b 16) *habeat locum, ad unam fere eam amicitiam pertinet quae utilitatis causa jungitur* — 1162 b 21. *Haec enim quoniam tum in quolibet legitimo commercio est* (*νομικὴ τις φιλία, ἐπὶ ῥητοῖς οὖσα, seu ἐκ χειρὸς εἰς χεῖρα seu εἰς χρόνον fit*), *tum eorum est qui liberalius alteris gratificantur* (*ἠθικὴ τις, οὐκ ἐπὶ ῥητοῖς*) —b 33: *saepissime evenit ut alter cupide tanquam suum flagitet quod ab initio aut alterius amicae voluntati permisit aut videbatur permisisse* — 1163 a 1. *Quod quum acciderit, cedendum erit, si fieri potest, importune flagitanti retribuendumque quod acceptum est; in posterum vero cavendum, ne ejus beneficio obligemur cujus debitores esse nolimus* — 1163 a 9. *Sed quaeri praeterea necesse est, quonam modo tunc aestimandum sit quod debeatur: unde plurimae controversiae nascuntur. Statuatur igitur, hoc quidem in genere aestimantibus ad id esse spectandum, quantum usum is cui succurrebatur ceperit; at in verâ amicitiâ ad animum ejus qui succurrebat* — 1163 a 23.

6. 7. *οἱ μὲν γὰρ δι' ἀρετὴν φίλοι ὄντες εὖ δρᾶν ἀλλήλους προθυμοῦνται*: itaque hi, si quaeratur *πῶς συμβιωτέον* (a 29) aliud ipsi sibi proponunt neque illam *ἰσότητα κατ' ἀξίαν* in qua *τὸ δίκαιον* positum est. — Hinc jam apparet quaestionem hanc de dissensionibus gravissimam quidem et ad usum vitae necessariam nec tamen (ut nonnulli putabant) eandem esse atque quaestionem de naturâ amicitiae vel de justo quod ad illam pertineat. Tantum enim abest ut in universo genere justum e judicio quo lites dirimuntur cognosci possit, ut verissima quaeque amicitia, quamquam sane haud suo jure caret, omnino ab omni dissensione abhorreat.

10. *ἀλλ' ἐὰν ᾖ χαρίεις, ἀμύνεται εὖ δρῶν. Χαριέντως* igitur Socrates, ut solebat, *ὕβριν ἔφη εἶναι τὸ μὴ δύνασθαι ἀμύνασθαι ὁμοίως εὖ παθόντα ὥσπερ καὶ κακῶς* 1398 a 25. — Laus *τῶν χαριέντων* et in urbanitate consuetudinis et in studio veritatis cognoscendae et in ingenuo sensu cujusvis decoris cernitur: v. ex. gr. *τοὺς εἴρωνας* 1127 b 23. 31 vel *τοὺς εὐτραπέλους* 1128 a 15 al.; *τῶν ἰατρῶν τοὺς χαρίεντας* 1102 a 21; *τοὺς χαρίεντας καὶ πρακτικοὺς* 1095 b 22. Vox vere Graeca, quam nec definitione circumscribere nec paucis nominibus alius linguae recte interpretari possis.

11. *τυγχάνων οὗ ἐφίεται*: nisi enim amicum beneficiis (*τῷ εὖ δρᾶν* n 7) vicerit, retribuisse quae debebat, non benefecisse videbitur.

1162b 12 οὐκ ἂν ἐγκαλοίη τῷ φίλῳ· [ἑκάτερος γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ ἐφίε- θ
ται.] οὐ πάνυ δ' οὐδ' ἐν τοῖς δι' ἡδονήν· ἅμα γὰρ ἀμφοῖν γίνεται οὗ ὀρέγονται, εἰ τῷ συνδιάγειν χαίρουσιν. γελοῖος δ' ἂν φαίνοιτο καὶ ὁ ἐγκαλῶν τῷ μὴ τέρποντι, ἐξὸν μὴ συνδιημερεύειν. ἡ δὲ διὰ τὸ χρήσιμον ἐγκληματική· ἐπ' ὠφελείᾳ γὰρ χρώμενοι ἀλλήλοις ἀεὶ τοῦ πλείονος δέονται, καὶ ἔλαττον ἔχειν οἴονται τοῦ προσήκοντος, καὶ μέμφονται ὅτι οὐχ ὅσων δέονται τοσούτων τυγχάνουσιν ἄξιοι ὄντες· οἱ δ' εὖ ποιοῦντες οὐ δύνανται ἐπαρκεῖν τοσαῦτα ὅσων οἱ πάσχοντες δέονται. ἔοικε δέ, καθάπερ τὸ δίκαιόν ἐστι διττόν (τὸ μὲν γὰρ ἄγραφον το δὲ κατὰ νόμον), καὶ τῆς κατὰ τὸ

12. 13. [ἑκάτερος — ἐφίεται] del. vid.; K^b L^b ἕκαστος — ὀρέγεται (hoc et O^b). 14. εἰ τῷ] K^b ἐν τῷ. 16. K^b M^b συνημερεύειν.

12. ἑκάτερος (K^b ἕκαστος) γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ ἐφίεται (K^b ὀρέγεται). Causa τοῦ μὴ ἐγκαλεῖν, si etiam nunc causa quaeratur, haec erit „nam et ille idem petebat sc. ut vinceret benefaciundo; ἀποτυγχάνων δὲ πῶς μέμψεως τεύξεται ὑπὸ τοῦ νικῶντος;" Paraphrastes ἐφίεται γὰρ ἑκάτερος τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τοῦ εὖ ποιεῖν. Et videatur paraphrasis quaedam in textum migrasse.

16. συνδιημερεύειν. K^b h. l. et 1166 b 14 verbo συνημερεύειν favet; cujus auctoritati si obsequendum est, omnino e Nic. verbum συνδιημερεύειν exstirpatum erit; reliquis enim locis (1156 b 4; 1157 b 15. 20; 1158 a 9; 1169 b 21; 1171 a 5; 1172 a 5) ab omnibus exhibetur συνημερεύειν; cf. συνημέρευσις 1239 b 19; συνημερευταί Pol. 1314 a 10. Videndum igitur quid censendum sit de loco Rhet. 1381 a 30 (et Eud. 1235 a 1) ubi in ll., ut videtur, unice est συνδιημερεύειν. — Ad sententiam non latebit, hoc in genere vitari dissensionem dissidio, in primo (b 6—12) non esse.

17. ἀεὶ τοῦ πλείονος δέονται (v. δέονται vs 19. 21) καὶ ἔλαττον ἔχειν οἴονται. Videntur isti ita in suâ necessitate vel potius cupiditate occupati esse, ut inde falsa computatio (τὸ οἴεσθαι) ultro nascatur, de ipsorum vero dignitate (vel περὶ τοῦ κατ' ἀξίαν, v. „ἄξιοι ὄντες" vs 19) ne dubitatio quidem exsistat. — Itaque quae 21 sqq. subjunguntur novos quasi fontes discordiae ad priora addunt.

22. τὸ μὲν ἄγραφον, τὸ δὲ κατὰ νόμον. Τὸ ἄγραφον δίκαιον quum nec libro E omnino commemoratum sit et h. l. ad aliam quaestionem similitudine illustrandam adhibeatur, quid sit ex interprete huj. l. vix quaeretur. Erat enim nomen jam Platonis tempore tritum τοῖς πολλοῖς (Legg. VII, 793 a), usitatum oratoribus et poëtis (velut Sophocli Antig. 450), ipsi Socrati receptum (Xen. Mem. IV, 4, 18 s.). Nec fortasse casu accidit, quod in Arist. Eth. et Polit. non reperitur — nam οἱ ἄγραφοι νόμοι qui 1180 b 1 et 1319 b 40 τοῖς γεγραμμένοις opponuntur in aliam partem spectant —; at in Rhet. pluries non tantum legitur, sed etiam definitur: v. 1368 b 9; 1373 b 5; 1374 a 19; 1375

15 χρήσιμον φιλίας ἡ μὲν ἠθικὴ ἡ δὲ νομικὴ εἶναι. γίγνεται 1162 b 23 οὖν τὰ ἐγκλήματα μάλισθ' ὅταν μὴ κατὰ τὴν αὐτὴν συναλλάξωσι καὶ διαλύωνται. ἔστι δ' ἡ νομικὴ μὲν [ἡ] ἐπὶ ῥητοῖς, ἡ μὲν πάμπαν ἀγοραία ἐκ χειρὸς εἰς χεῖρα, ἡ δὲ ἐλευθεριωτέρα εἰς χρόνον, καθ' ὁμολογίαν δὲ τί ἀντὶ

---

25. δ' ἡ] ita $M^b O^b$; L^b δὲ; Bekk. c. cett. δή. [ἡ] del. vid., om. M^b.

---

a 15. 35. b 7. Quos locos Rhet. qui comparaverit, quaestionibus haud ita facilibus offendet; neque enim res est simplex neque Arist. satis sibi constat. Ad haec vero verba Nic. intellegenda cf. potissimum 1374 a 19 sqq. ubi τῶν ἀγράφων δικαίων καὶ ἀδίκων δύο εἴδη distinguuntur, quorum alterum ad honestatis praecepta, alterum ad illud ἐπιεικὲς pertinet quo legum iniquitas pro rerum conditione exaequatur. Contra τὸ φυσικὸν τοῦ πολιτικοῦ δικαίου quod Nic. *E* 1134 b 18 sqq. dicitur non prorsus quidem alienum ab isto genere τοῦ ἀγράφου nec tamen idem esse putandum est. Imo et hic locus documento est, auctorem huj. libri quaestiones ad justum pertinentes liberius tractasse neque ita ut cum lectoribus libri *E* agere videatur: v. ad 1161 a 10.

23. ἡ μὲν ἠθικὴ ἡ δὲ νομική. Quae hic appellantur vs 25—33 describuntur; itemque observatio praemissa γίγνεται οὖν τὰ ἐγκλήματα ... vs 24. 25 mox inde a vsu 33 primum iteratur, deinde explicatur ne lateat quid sit τὸ μὴ ὁμοίως συναλλάξαι καὶ διαλύειν („τοῦτο δὲ συμβαίνει ..." vs 34).

25. ἔστι δὴ νομικὴ μὲν ἡ ἐπὶ ῥητοῖς (Bekk.): v. vs 31 ἡ δ' ἠθικὴ οὐκ ἐπὶ ῥητοῖς. Quod Spengel ad 1355 b 26 allatis multis exemplis docet Aristotelem aut per ἔστω δὴ aut per ἔστι δὲ talia inchoare, ego dubitem quidem pro certâ normâ, ad quam singula quaeque sint conformanda, recipere. Sed hôc sane loco ratio sententiarum suadet ut scribatur „ἔστι δ' ἡ νομικὴ μὲν ἐπὶ ῥητοῖς (sublato articulo ante ἐπὶ ῥ.): id enim agitur ut ἡ νομική, quae vs 23 non tantum dicta sed etiam similitudine τοῦ κατὰ νόμον δικαίου adumbrata est, jam demonstretur ubinam sit et qualis sit.

26. ἐκ χειρὸς εἰς χεῖρα Eudemus 1242 b 26 sq. omnem τὴν πολιτικὴν φιλίαν, quoniam solam utilitatem spectet, esse ait. Nec male suo loco.

27. ἡ δὲ ἐλευθεριωτέρα εἰς χρόνον: ita ut alter nunc det quod habet, alter suum non illico det sed se daturum ajat. Num certam in diem? Non credo Aristotelem de tali negotiorum genere cogitasse, nec si cogitaverit istud genus excepturum fuisse quominus et ipsum τῆς πάμπαν ἀγοραίας sit. Sunt enim multa et philosopho notissima (velut δανεισμὸς μίσθωσις χρῆσις 1131 a 3 s.) quae omnino ἐκ χειρὸς εἰς χεῖρα fieri nequeant, nisi dicta vel scripta obligatio in certam diem solutionem rei creditae includere videatur et ita quidem pro praesenti solutione sit. An ἐλευθεριωτέρα dicetur feneratio? — Sed pleraque ita aguntur, ut de tempore quo pretium pendatur, res credita restituatur nihil convenerit. In hisce igitur aliquid fidei committitur natâque dissensione ambiguum est (ἀμφίλογον vs 28) quousque debitori liceat

1162b 28 τίνος. δῆλον δ' ἐν ταύτῃ τὸ ὀφείλημα κοὐκ ἀμφίλογον, Θ 15 φιλικὸν δὲ τὴν ἀναβολὴν ἔχει· διὸ παρ' ἐνίοις οὐκ εἰσὶ τούτων δίκαι, ἀλλ' οἴονται δεῖν στέργειν τοὺς κατὰ πίστιν συναλλάξαντας. ἡ δ' ἠθικὴ οὐκ ἐπὶ ῥητοῖς, ἀλλ' ὡς φίλῳ δωρεῖται ἢ ὁτιδήποτε ἄλλο. κομίζεσθαι δὲ ἀξιοῖ τὸ ἴσον ἢ πλέον, ὡς οὐ δεδωκὼς ἀλλὰ χρήσας. οὐχ ὁμοίως δὲ συναλλάξας καὶ διαλυόμενος ἐγκαλέσει. τοῦτο δὲ συμβαίνει

29. K[b] φιλικὸν δή. παρ'] K[b] περ. 31. K[b] ὡς φιλοδωρεῖται.

cunctari. — Ad verba καθ' ὁμολογίαν τί ἀντὶ τίνος cf. 1164 a 34 ἐν οἷς δὲ μὴ γίγνεται διομολογία τῆς ὑπουργίας.

29. φιλικὸν δὲ τὴν ἀναβολὴν ἔχει: at prior, ἡ πάμπαν ἀγοραία τῆς νομικῆς, quamquam φιλία est, ne istud quidem φιλικὸν habet; nec quicquam aliud, nisi forte ipsum illud χαρίζεσθαι quod in omni genere ἀλλαγῆς (E 8) est, velis φιλικὸν vocare. Nec mirum est Aristotelem et in hoc nomine φιλικὸν et in aliis (cf. τὸν φίλον 1163 a 3. 4) ab eo usu quem ipse cap. 11 probavit quasi nolentem recidere in veriorem illum quo multum differt amicitia a qualibet societate.

29 s. διὸ παρ' ἐνίοις οὐκ εἰσὶ τούτων δίκαι: τούτων i. e. τοιούτων συναλλαγμάτων ἐν οἷς ὡμολόγηται μὲν περὶ τοῦ τί ἀντὶ τίνος, περὶ δὲ τοῦ χρόνου οὔκ. Ad hunc locum faciunt et verba 1164 b 13 sq. u. s. — Quos dicat ἐνίους, non satis compertum est. Platoni certe ne satis fecerint quidem; ille enim si leges laturus est, parum sollicitus de rerum eventu, emtionem certe legitimam omnino nullam esse vult quin res vendita ipsumque pretium statim et loco legibus statuto permutentur (sublato omni genere ἀναβολῆς); idemque omnem δίκην περὶ ἐράνων e civitate tollit Legg. 915 e; inque eandem sententiam, ut coërceantur οἱ ἀναιδῶς χρηματιζόμενοι, de Rep. 556 a jubet quemque ἐπὶ τῷ αὑτοῦ κινδύνῳ τὰ πολλὰ τῶν ἑκουσίων συμβολαίων συμβάλλειν.

31. δωρεῖται ἢ ὁτιδήποτε ἄλλο: cf. 950 a 31 οὐ δανείζει ἐὰν ᾖ φίλος, ἀλλὰ δίδωσιν. Neque enim, dum inter amicos agitur, refert quinam titulus quasi officiis singulis inscribatur.

32. κομίζεσθαι δὲ ἀξιοῖ τὸ ἴσον ἢ πλέον . . . Neque enim διὰ τὸ χρήσιμον amicus esset, si hoc quamquam absconditum non haberet in animo. Itaque si de animo quaeratur, quo datur, nec de titulo: est χρῆσις, non δόσις.

33. οὐχ ὁμοίως δὲ συναλλάξας καὶ διαλυόμενος ἐγκαλέσει: v. vs 24. 25 ubi res eadem verbis facilioribus proposita est. Nam συναλλάξας quidem omnino non ἐγκαλέσει; sed ab initio (i. e. συναλλάξας) aliter et liberalius locutus est quam in fine loquitur, quum jam postulando incusandoque sua repetit. — Animadvertantur et tempora verborum (συναλλάξωσι συναλλάξας, διαλύωνται διαλυόμενος vs 25 et 33) et ipsa verba; συναλλάττειν enim proprium hujus est generis in quo de rebus potius quam de amicis quaeritur, cf. τὰ συναλλάγματα E 5; διαλύεσθαι autem jam non dicuntur qui τὴν φιλίαν διαλύονται (v. I 3), sed qui negotium aliquod transigunt.

15 διὰ τὸ βούλεσθαι μὲν πάντας ἢ τοὺς πλείστους τὰ καλά, προαιρεῖσθαι δὲ τὰ ὠφέλιμα. καλὸν δὲ τὸ εὖ ποιεῖν μὴ § ἵνα ἀντιπάθῃ, ὠφέλιμον δὲ τὸ εὐεργετεῖσθαι. δυναμένῳ δὴ ἀνταποδοτέον τὴν ἀξίαν ὧν ἔπαθε, καὶ ἑκόντι· ἄκοντα γὰρ φίλον οὐ ποιητέον. ὡς δὴ διαμαρτόντα ἐν τῇ ἀρχῇ καὶ εὖ παθόντα ὑφ' οὗ οὐκ ἔδει· οὐ γὰρ ὑπὸ φίλου, οὐδὲ δι' αὐτὸ τοῦτο δρῶντος· καθάπερ οὖν ἐπὶ ῥητοῖς εὐεργετηθέντα

2. καὶ ἑκόντι] om. $K^b O^b$; scriptum a nonnullis καὶ ἑκοντί.

35. 36. διὰ τὸ βούλεσθαι μὲν πάντας . . . τὰ καλά, προαιρεῖσθαι δὲ τὰ ὠφέλιμα. Cui enim per se non placeat quod honestum est, dummodo ne ipsius labore vel impensâ tuendum sit? v. 1243 a 38 ἐκ περιουσίας διώκουσιν οἱ πολλοὶ τὸ καλόν. — Προαίρεσιν hic eam dici voluntatem vides quâ jam ad agendum impellimur; prior enim distinctio vel definitio βουλήσεως et προαιρέσεως („ἡ βούλησις τοῦ τέλους, ἡ δὲ προαίρεσις τῶν πρὸς τὸ τέλος" — v. ad 1113 a 15 al.) ad h. l. adhiberi nequit. Indicatur sine dubio ἀκρασία τις κέρδους (1145 b 19 s.); τοὺς ἀκρατεῖς vero plerumque libro Η dici παρὰ τὴν προαίρεσιν πράττειν meminimus. — Locus igitur per se haud obscurus difficilis erit, si oporteat ad reliquam Nicomacheorum disputationem respicere.

37 s. καλὸν δὲ τὸ εὖ ποιεῖν . . .: ergo βουλήσονται εὖ ποιεῖν, προαιρέσονται δὲ εὐεργετεῖσθαι. At istud decorum („μὴ ἵνα ἀντιπάθῃ") omnino pro hoc genere τῆς διὰ τὸ χρήσιμον φιλίας augustius est; nec jam videbuntur discordiae mixturâ quadam τῆς νομικῆς et τῆς ἠθικῆς (vs 23) nasci, sed in ipsius generis naturâ positae esse. Neque est profecto amicitia utilitatis causa, nec dum amici esse volunt aperte honestatem spernere possunt. V. ad vs 29.

1. δυναμένῳ δὴ ἀνταποδοτέον . . . καὶ ἑκόντι· ἄκοντα γὰρ φίλον οὐ ποιητέον. Δὴ „ut finis querelis sit vel ut ἡ διάλυσις conficiatur". Oportet igitur eum qui beneficii loco aliquid acceperit postulanti idem retribuere, quasi debita solvenda sint — „καὶ ἑκόντι" i. e. etiamsi necessitas procul absit; cf. proxima vs 6—8 (scribi cum nonnullis ἑκοντί juberem, si huj. adverbii usus ap. Arist. receptus esset). Quid in his verbis sit ineptum non video, multoque veri similius est in libro K^b propter sequentem vocem similem ἄκοντα illa praetermissa, quam ab aliis male superaddita esse. — Ἄκοντα γὰρ . . . „quis enim sanus voluerit nolenti legem amicitiae injungere?" id quod facit qui sua repetenti responsurus est „at amice dedisti".

3. ὡς δὴ διαμαρτόντα sc. δεῖ πράττειν s. διαλύεσθαι (vs 6). Duabus rationibus vs 3—6 atque vs 6—8 commendatur quod modo vs 1 praeceptum est. Etenim tum errorem suum corrigit qui ita agit (erravit enim quum amicitiam jungere sibi videretur cum indigno), tum re sibi ipsi bene constat (quidni enim retribuat vel beneficium vel debitum?).

4. οὐδὲ δι' αὐτὸ τοῦτο δρῶντος i. e. δι' αὐτὸ τὸ εὖ δρᾶν μὴ ἵνα ἀντιπάθῃ. Qua voce quum explicetur quid sit ὑπὸ φίλου εὖ παθεῖν, iterum apparet veriorem amicitiam spectari quam τὴν διὰ τὸ χρήσιμον; v. ad 1162 b 29; ib 37 s.

1163 a 6 διαλυτέον. καὶ ὁμολογῆσαι δ' ἂν δυνάμενος ἀποδώσειν· ἀδυνατοῦντα δ' οὐδ' ὁ δοὺς ἠξίωσεν ἄν· ὥστ' εἰ δυνατός, ἀποδοτέον. ἐν ἀρχῇ δ' ἐπισκεπτέον ὑφ' οὗ εὐεργετεῖται καὶ ἐπὶ τίνι, ὅπως ἐπὶ τούτοις ὑπομένῃ ἢ μή. ἀμφισβήτησιν δ' ἔχει πότερα δεῖ τῇ τοῦ παθόντος ὠφελείᾳ μετρεῖν καὶ πρὸς ταύτην ποιεῖσθαι τὴν ἀνταπόδοσιν, ἢ τῇ τοῦ δράσαντος εὐεργεσίᾳ. οἱ μὲν γὰρ παθόντες τοιαῦτά φασι λαβεῖν

6. fuit qui haud male scriberet ὡμολόγησε. 7. δοὺς] K^b διδοὺς. K^b δυνατὸν. 10. K^b ποτέραι δὴ τῇ.

6. καὶ ὁμολογῆσαι δ' ἂν δυνάμενος . . ., „et ab initio libenter assensisset et quolibet alio tempore profiteatur, profecto se meritam gratiam relaturum esse;" v. ad vs 3. Quid rectius? Nihilominus fuit qui mire flagitaret καὶ ὁμολογῆσαι δ' . . . non difficili sed barbarâ constructione. — Alii ὡμολόγησε δ' ἄν: haud sane malâ conjecturâ.

9. ὅπως ἐπὶ τούτοις ὑπομένῃ (sc. εὐεργετούμενος) ἢ μή. Voce ἐπὶ τούτοις quasi in unum contrahitur τὸ ὑφ' οὗ et τὸ ἐπὶ τίνι vs 8: et est unum, quoniam talis est (amicus) ille qui dat quale est quod dando comparare vult.

9 (—21). ἀμφισβήτησιν δ' ἔχει . . . Probato praecepto ὅτι διαλυτέον καθάπερ ἐπὶ ῥητοῖς εὐεργετηθέντα (vs 5) restat quaestio, quonam modo ῥητὰ quaedam, quae suo tempore nulla fuerunt, postea quasi fingi possint; vel quaeratur necesse est περὶ τοῦ μέτρου (vs 10. 17. 22) ex quo debitum, τὸ ἴσον illud ἢ καὶ πλέον (1162 b 32; 1163 a 20) recte aestimetur. Qua de re ita decernitur ut natura τῆς διὰ τὸ χρήσιμον φιλίας pro argumento sit (vs 16 sq.). Quodsi enim ab initio verbis inter se egissent, sane neque is cui subveniebatur plus pretii dare voluisset neque is qui subveniebat alterum plus daturum esse sperasset, quam utilitatis acciperet. Aequum igitur in utramque partem si ἡ τοῦ παθόντος ὠφέλεια μέτρον sit (vs 17). Etenim si quis forte de suo alterius causâ consumsit quod consumtum ipsi plus damni afferebat quam alteri utilitatis, is, dum τὸ χρήσιμον propositum est, stultitiam arguat; neque ullo modo ἐπὶ ῥητοῖς alterum adducere potuisset ut suo pretio alienum errorem compensaret. — Hanc fere sententiam probabilem in brevibus Arist. verbis inesse dixeris. Quamquam ne ita quidem res expedita erit. Quantum enim utilitatis olim acceptum? annon de hac quoque re disceptabant vs 12—16? (ἃ ἐξῆν παρ' ἑτέρων λαβεῖν vs 13 — ἃ παρ' ἄλλων οὐκ ἦν καὶ ἐν κινδύνοις · · · vs 15). Neu putes comiter in favorem τῶν κατασμικριζόντων (vs 14) judicatum esse: quanti enim ἡ ὠφέλεια ejus stet qui siti periturus haustu aquae servatus est? cf. Rhet. 1361 a 32—34. Nisi forte censemus, Aristotelem quum τὸ μέτρον a parte τοῦ παθόντος peteret sibi visum esse et aliud statuisse: nimirum ut idem ὁ παθὼν etiam arbiter totius litis esset liceretque eidem utilitatem a se acceptam tanti aestimare quanti vellet. Huc enim in alio genere (τῶν ἀνομοιειδῶν φιλιῶν I 1), in quo quidem κοινὸν μέτρον omnino non est (1164 a 1 sq.), eadem quaestio convertitur 1164 a 22—24; ib. b 8—12; b 15 sq.

παρὰ τῶν εὐεργετῶν ἃ μικρὰ ἦν ἐκείνοις καὶ ἐξῆν παρ' 1163 a 13 ἑτέρων λαβεῖν, κατασμικρίζοντες· οἱ δ' ἀνάπαλιν τὰ μέγιστα τῶν παρ' αὐτοῖς, καὶ ἃ παρ' ἄλλων οὐκ ἦν, καὶ ἐν κινδύνοις ἢ τοιαύταις χρείαις. ἆρ' οὖν διὰ μὲν τὸ χρήσιμον τῆς φιλίας οὔσης ἡ τοῦ παθόντος ὠφέλεια μέτρον ἐστίν; οὗτος γὰρ ὁ δεόμενος, καὶ ἐπαρκεῖ αὐτῷ ὡς κομιούμενος τὴν ἴσην· τοσαύτη οὖν γεγένηται ἡ ἐπικουρία ὅσον οὗτος ὠφέληται, καὶ ἀποδοτέον δὴ αὐτῷ ὅσον ἐπηύρατο, ἢ καὶ πλέον· κάλλιον γάρ. ἐν δὲ ταῖς κατ' ἀρετὴν ἐγκλήματα μὲν οὐκ ἔστι, μέτρῳ δ' ἔοικεν ἡ τοῦ δράσαντος προαίρεσις· τῆς ἀρετῆς γὰρ καὶ τοῦ ἤθους ἐν τῇ προαιρέσει τὸ κύριον.

διαφέρονται δὲ καὶ ἐν ταῖς καθ' ὑπεροχὴν φιλίαις· ἀξιοῖ γὰρ ἑκάτερος πλέον ἔχειν, ὅταν δὲ τοῦτο γίγνηται,

20. ἐπηύρατο] K^b ἐφεύρετο. ἢ καὶ] K^b ἤ.

20. ἢ καὶ πλέον· κάλλιον γάρ. Aliquid enim vel in iis rebus quae ad utilitatem fiunt honestati dari poterit. Subsit forsitan et aliud quid. Scilicet acceptâ quidem illâ aestimandi ratione quam modo ultimam commemoravimus aliquantum certe periculi erit, ne quod retributmenti par videatur esse revera parum sit. Monendus igitur, ne licentia sibi datâ abutatur.

21. ἐν δὲ ταῖς κατ' ἀρετὴν ἐγκλήματα μὲν οὐκ ἔστιν: v. ad 1162 b. 7. At mentione dignum, et in his, si non ad cupidorum rixas, sed ad certamen honestorum μέτρον τι desiderari; idque diversum. Nam ni sit beneficiorum mensura, ignorabitur τὸ κατ' ἀξίαν et τὸ ἴσαιον nec sciri possit uter vincat benefaciundo (1162 b 8—11). Quaerentibus vero quaenam sit eo spectandum esse unde voluntas amica et omnino honesta appareat, vel e tertio cap. libri *B* cognitum erit.

b) 1163 a 24—b 27. (Θ 16).

Transeundum ad τὰς καθ' ὑπεροχὴν φιλίας. *In his dissentitur, quum is qui praestat — sive virtute sive utilitate praestat — merita sua majoribus officiis a parte alterius digna censeat* (— a 27—a 32), *alter vero qui inferior est seu virtute seu utilitate in potiore amico eo potiorem sibi fructum quaerat* — a 35. *At utrisque satis fit, dum ut res postulat utrisque plus quoddam conceditur, praestantibus honoris, inferioribus utilitatis* (— b 5). *Annon eandem ad rationem in civitate bene meritis de re publicâ publice honor tribuitur* (— b 12)? *Et in amicitiâ igitur quae quis plura et meliora accepit, ea honore quantum potest retribuat; quamquam multa sunt quae plene nunquam retribuentur* (— b 18). *Nec tamen ideo periculum est, ne dissidium fiat; nam cui liceat alterum dimittere, quia ipsi debentur gratiae velut parenti, vel propter amorem vel propter spem bonam* n o l e t; *at ei qui ipse gratias debet, quamvis velit forte ut sunt homines ingrati,* n o n l i c e t — b 27.

1163 a 26 *διαλύεται ἡ φιλία. οἴεται γὰρ ὅ τε βελτίων προσήκειν αὑτῷ πλέον ἔχειν· τῷ γὰρ ἀγαθῷ νέμεσθαι πλέον· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ὠφελιμώτερος· ἀχρεῖον γὰρ ὄντα οὔ φασι δεῖν ἴσον ἔχειν· λειτουργίαν [τε] γὰρ γίνεσθαι καὶ οὐ φιλίαν, εἰ μὴ κατ' ἀξίαν τῶν ἔργων ἔσται τὰ ἐκ τῆς φιλίας· οἴονται*

---

28. *καὶ ὁ*] $K^b M^b$ *καί*. 29. [*τε*] del vid. 30. *οἴονται*] K^b *οἰόντε*.

Quaestio de dissensionibus ad eas amicitias pervenit quae 1162 a 35—b 2 („*τῶν δὲ καθ' ὑπεροχὴν . . . . ἰσάζοντες ταῖς ὠφελείαις καὶ διαφέροντες*") secundo loco erant. Quo si respexeris comparaverisque cap. 16, reperies unum de tribus generibus quae illic erant (1162 b 1 „*ὁμοίως δὲ καὶ ἡδεῖς*") nullâ causâ allatâ jam prorsus neglegi. Neque ejus rei causa additur, qui fiat ut virtus *τῶν ὁμοίως ἀγαθῶν* (1162 a 36) omnem discordiam excludat (v. 1162 b 6 sqq.; modo 1163 a 21), at melior cum minus bono, pejor cum meliore saepe disceptent: v. 1163 a 26. 27 et 33 sq. Sed qui viderint rem simpliciorem paullo ampliore disputatione capitis 15 absolvi non potuisse (v. ad 1163 a 9—21), vix mirabuntur si breviore hoc cap. in re magis variâ et quasi mistâ multa occurrunt quae significata potius sunt quam explicita.

26. *διαλύεται ἡ φιλία*: id quod non fieri nequit, si res *τῶν διαφερομένων* (vs 24) non componantur.

26 sq. *οἴεται γὰρ ὅ τε βελτίων . . . ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ὠφελιμώτερος*. Apparet particulam *τε* non per *δὲ*, sed per *ὁμοίως δὲ καὶ* excipi; id quod ne in usu quidem ita rarum est; v. e. gr. 9 b 35—10 a 2. — Vsu 27. 28 *πλέον* et *ἴσον* dici apparet *τὸ κατὰ ποσὸν πλέον* et *ἴσον*, ut *τὸ πλέον* istud sit *ἴσον κατ' ἀξίαν*, at *τὸ ἴσον* vere *ἄνισον* (*κατ' ἀξίαν*). Laudant hi in amicitiâ *τὸ διανεμητικὸν δίκαιον*; quoque magis *τὸ βελτίω ἢ ὠφελιμώτερον εἶναι* per se, tanquam ipsorum quaedam proprietas, inter ea numeretur quae in societatem contribuerint (*ἃ συνεβάλοντο* vs 32), eo magis volentibus fiet. — Sed noli plura sciscitari.

29. *λειτουργίαν τε γὰρ γίνεσθαι*: abesse velis istud *τε*. — *Λειτουργίας* nomen graecis fere invisum fuit (v. et 1167 b 11 *ἐν δὲ τοῖς πόνοις καὶ ταῖς λειτουργίαις*); interdum enim usque eo augebantur ut viderentur quidam *τὰς οὐσίας ἀναδάστους ποιεῖν ἢ τὰς προσόδους ταῖς λειτουργίαις* 1305 a 4. 5. Mentione autem *τῶν λειτουργιῶν* factâ jam quasi via munitur ad eam quaestionis solutionem quae b 5 probatur „*οὕτω δ' ἔχειν τοῦτο καὶ ἐν ταῖς πολιτείαις φαίνεται*"; nam plerumque *οἱ περὶ χρήματα ἐλαττούμενοι* (b 10) reipublicae causa per *λειτουργίας* jacturam faciebant.

30. 32. Si conjunxeris quod K^b et quod M^b exhibet, scribetur *οἷόν τε* [sic K^b] *γάρ, καθάπερ ἐν χρημάτων κοινωνίᾳ πλεῖον λαμβάνουσιν οἱ συμβαλλόμενοι πλεῖον, οὕτω δὴ* [sic M^b] *καὶ ἐν τῇ φιλίᾳ*: id quod sane ineptum non est. Quamquam cavendum, ne nimium in talibus auctoritati horum ll. tribuatur. Vide enim quae ab iisdem in uno hoc cap. aperte vitiosa tradantur:

a 28 *ὁμοίως δὲ καὶ ὠφελιμώτερος* ($K^b M^b$)

b 7. *τὸ κοινὸν γὰρ δίδοται τῷ κοινὸν εὐεργετοῦντι* (K^b)

16 γάρ, καθάπερ ἐν χρημάτων κοινωνίᾳ πλεῖον λαμβάνουσιν 1163 a 31
οἱ συμβαλλόμενοι πλεῖον, οὕτω δεῖν καὶ ἐν τῇ φιλίᾳ. ὁ
δ' ἐνδεὴς καὶ ὁ χείρων ἀνάπαλιν· φίλου γὰρ ἀγαθοῦ εἶναι
τὸ ἐπαρκεῖν τοῖς ἐνδεέσιν· τί γάρ, φασίν, ὄφελος σπουδαίῳ
ἢ δυνάστῃ φίλον εἶναι, μηθέν γε μέλλοντα ἀπολαύειν;
ἔοικε δὲ ἑκάτερος ὀρθῶς ἀξιοῦν, καὶ δεῖν ἑκατέρῳ πλέον 1163 b
νέμειν ἐκ τῆς φιλίας, οὐ τοῦ αὐτοῦ δέ, ἀλλὰ τῷ μὲν ὑπερ-
έχοντι τιμῆς, τῷ δ' ἐνδεεῖ κέρδους· τῆς μὲν γὰρ ἀρετῆς
καὶ τῆς εὐεργεσίας ἡ τιμὴ γέρας· τῆς δ' ἐνδείας ἐπικουρία
τὸ κέρδος. οὕτω δ' ἔχειν τοῦτο καὶ ἐν ταῖς πολιτείαις φαί-

---

34. φασίν] om. Kb.
1. δὲ] Kb δ' οὖν. πλέον] Kb πλεῖον. 2. δέ] om. Kb. 4. Kb ταῖς ἐνδείαις δὲ.

---

b 12. τούτωι δὴ καὶ τοῖς ἀνίσοις ὁμιλητέον (Kb)
b 13. καὶ τῷ χρήματα ὠφελουμένῳ (Mb)
b 24. χωρὶς γὰρ τῆς φυσικῆς ὠφελείας (Kb)
addas: a 20. καὶ ἀποδοτέον δὴ αὐτῷ ὅσον ἐφεύρετο (Kb).
Et cf. ad b 1. 4. 14. 22.

33—35. Contraria argumentatio τῶν ὑπερεχομένων, in unum contracta. Ὁ ἐνδεὴς enim καὶ ὁ χείρων vs 33, qui modo ἧττον ὠφέλιμος (vs 28) et ἧττον ἀγαθὸς (vs 26) erant, jam vs 34 unâ voce tanquam unum genus ἐνδεεῖς dicuntur. Et est profecto quicunque minus bonus est ἐνδεής τις κατ' ἀρετήν, nec male idem, siquidem amicitia propter virtutem juncta est, diceret τί γὰρ ὄφελος σπουδαίῳ φίλον εἶναι, μηθέν γε μέλλοντα ἀμείνω ἐκ τῆς φιλίας γίνεσθαι ἢ μηθὲν ὠφελούμενον εἰς ἀρετήν (v. b 13. 14); Sed videntur omnino litigantes isti aliud potius genus fructûs et auxilii spectare; v. κέρδος b 3. 5.

1. ἔοικε δὲ ἑκάτερος ὀρθῶς ἀξιοῦν. Solet enim in qualibet opinione aliquid veritatis subesse, ut optime in Eth. declaratur Eud. Α 6; alterâque a parte id cognitae veritatis documentum, si contrarie opinantes tandem in unum consentire videntur: τῷ γὰρ ἀληθεῖ πάντα συνᾴδει (1098 b 11). Nec tamen ideo erat cur scriberetur ἔοικε δ' οὖν (Kb); nam huic cap. ab initio (a 24) id unum propositum erat ut διαφοραὶ et in hoc genere esse ostenderentur. Quae igitur b 1 sqq. adduntur, nova sunt et opposita.

3. τῆς μὲν γὰρ ἀρετῆς καὶ τῆς εὐεργεσίας ἡ τιμὴ γέρας: virtus inter amicos et beneficia sunt ἀλλότριον ἀγαθόν, ut justitia erat de quâ 1134 b 6 legimus „μισθὸς ἄρα τις δοτέος, τοῦτο δὲ τιμὴ καὶ γέρας".

4. τῆς δ' ἐνδείας ἐπικουρία τὸ κέρδος: aegre mihi persuadeatur, Aristotelem scripsisse hic ταῖς δ' ἐνδείαις (Kb).

5. οὕτω δ' ἔχειν τοῦτο καὶ ἐν ταῖς πολιτείαις φαίνεται: cf. 1103 b 2 μαρτυρεῖ δὲ καὶ τὸ γινόμενον ἐν ταῖς πόλεσιν u. v. Similitudo autem in eo percipitur, quod in civitate honore remunerantur qui vel virtute suâ vel opibus rem publicam egregie adjuverint. Duplex enim

1163 b 6 νεται· οὐ γὰρ τιμᾶται ὁ μηδὲν ἀγαθὸν τῷ κοινῷ πορίζων· τὸ κοινὸν γὰρ δίδοται τῷ τὸ κοινὸν εὐεργετοῦντι, ἡ τιμὴ δὲ κοινόν. οὐ γὰρ ἔστιν ἅμα χρηματίζεσθαι ἀπὸ τῶν κοινῶν καὶ τιμᾶσθαι· ἐν πᾶσι γὰρ τὸ ἔλαττον οὐδεὶς ὑπομένει. τῷ δὴ περὶ χρήματα ἐλαττουμένῳ τιμὴν ἀπονέμουσι καὶ τῷ δωροδόκῳ χρήματα· τὸ κατ' ἀξίαν γὰρ ἐπανισοῖ καὶ σώζει τὴν φιλίαν, καθάπερ εἴρηται. οὕτω δὴ καὶ τοῖς ἀνίσοις ὁμιλητέον, καὶ τῷ εἰς χρήματα ὠφελουμένῳ ἢ εἰς ἀρετὴν τιμὴν ἀνταποδοτέον, ἀνταποδιδόντα τὸ ἐνδεχόμενον.

7. τῷ τό] K^b τῷ. 12. οὕτω] K^b τούτωι. post καὶ excidisse vid. ἐν φιλίᾳ. 14. K^b ἀποδιδόντα τὰ ἐνδεχόμενα (τὰ — μενα et. L^b).

sine dubio et hac in re est beneficiorum genus; nec tamen magis quam supra (v. ad a 33—35) in hoc discrimine illustrando morari scriptori placuit.

6—8: luditur in voce τὸ κοινόν, quâ bis ipsa potius res publica dicitur, bis id quod quasi in thesauro publico honorum atque opum habetur.

8. 9. οὐ γὰρ ἔστιν . . . ἐν πᾶσι γὰρ . . . Quum jam duae sententiae quae praecedunt (vs 6. 7) per γὰρ sint adjunctae, denuo duae eodem modo adjiciuntur. Quarum in priore τὸ γὰρ spectat ad vs 6: qui enim χρηματίζεται ἀπὸ τῶν κοινῶν sane non adscribetur τοῖς ἀγαθὸν τῷ κοινῷ πορίζουσιν. In posteriore vero („ἐν πᾶσι γὰρ") ratio habetur eorum quae vs 7 dicta sunt: necessariam enim hanc τοῦ κοινοῦ δόσιν esse ostenditur, ni velint optimos cives in studio rei publicae languescere. Dixeris igitur caveri vsu 8 ne nimium publice detur, vsu 9 ne nihil.

11. καὶ τῷ δωροδόκῳ: ut oppositio ipsaque sententia recta sit, duas in partes vis nominis δωροδόκος vertatur. Tum enim is erit cui honores pro nihilo sint; tum is qui operam quidem suam forte strenue navaverit, sed plane abhorreat a detrimento rei familiaris. — Oratio pressa minusque concinna.

12. καθάπερ εἴρηται: oportere in amicitiâ τὴν φίλησιν esse κατ' ἀξίαν ne desit ἡ ἰσότης, 1159 a 35—b 3; cf. 1158 b 27 s. dictum est. Sed propius ad h. l. accedit sententia 1162 b 4 „τοὺς δ' ἀνίσους (δεῖ ἰσάζειν) τῷ ἀνάλογον ταῖς ὑπεροχαῖς ἀποδιδόναι", quamquam ibi nec vox κατ' ἀξίαν nec τὸ σώζειν legitur. V. et ad 1163 b 33.

12 s. οὕτω δὴ καὶ τοῖς ἀνίσοις ὁμιλητέον. Cogitandum certe οὕτω δὴ καὶ ἐν ταῖς (τῶν ἰδιωτῶν) φιλίαις τοῖς ἀνίσοις ὁμιλητέον. Annon et illi qui modo commemorabantur (civitatem dico et cives prae ceteris meritos) satis dispares inter se erant? quaeque erat illis φιλία (vs 12), sane non ea est quae proprie dicitur.

14. ἀνταποδοτέον ἀνταποδιδόντα τὸ ἐνδεχόμενον: traditur etiam ἀποδοτέον ἀποδιδόντα, ita ut illud in M^b, hoc in K^b exstet; quod quamvis a sententiâ sane haud flagitetur, tamen si majore librorum fide commendatum sit contra vim conjicientium tutum esse oportuerit.

τὸ δυνατὸν γὰρ ἡ φιλία ἐπιζητεῖ, οὐ τὸ κατ' ἀξίαν· οὐδὲ γὰρ ἔστιν ἐν πᾶσι, καθάπερ ἐν ταῖς πρὸς τοὺς θεοὺς τιμαῖς καὶ τοὺς γονεῖς· οὐδεὶς γὰρ ἄν ποτε τὴν ἀξίαν ἀποδοίη, εἰς δύναμιν δὲ ὁ θεραπεύων ἐπιεικὴς εἶναι δοκεῖ. διὸ κἂν δόξειεν οὐκ ἐξεῖναι υἱῷ πατέρα ἀπείπασθαι, πατρὶ δ' υἱόν· ὀφείλοντα γὰρ ἀποδοτέον, οὐθὲν δὲ ποιήσας, ἄξιον τῶν ὑπηργμένων δέδρακεν· ὥστ' ἀεὶ ὀφείλει. οἷς δ' ὀφείλεται,

17. $K^b M^b$ γὰρ τὴν ἀξίαν ποτ' ἄν.

Sed male item in K^b pergitur τὰ ἐνδεχόμενα: in unam enim quasi summam computandum h. l. erat quod utrinque beneficii aut officii in amicum confertur.

15. τὸ δυνατὸν γὰρ ἡ φιλία ἐπιζητεῖ, οὐ τὸ κατ' ἀξίαν: v. a 7 ἀδυνατοῦντα δ' οὐδ' ὁ δοὺς ἠξίωσεν ἄν. Non male Eudemia eadem haec τῆς ἠθικῆς φιλίας propria esse, at a vulgari commercio aliena dicit 1243 b 9—14. Nec tamen putandum, plane ita infringi τὸ δίκαιον quod amicitiae ex aequo ponebatur. Vide enim rationem οὐδὲ γὰρ ἔστιν (ἡ ἀξία) ἐν πᾶσιν: quae ratio profecto et pertinet ad res justitiae subditas et ibi per τὴν ἐπιείκειαν bene observabitur.

16. καθάπερ ἐν ταῖς πρὸς τοὺς θεοὺς τιμαῖς καὶ τοὺς γονεῖς. Ecce mentio rei divinae vere Aristotelica: τιμαὶ enim sine dubio in eos conferuntur quibuscum forte φιλία non sit (v. ad 1162 a 5); quaeque succedit explicatio, mox ita agit tanquam soli parentes commemorati sint.

18. ἐπιεικὴς εἶναι δοκεῖ: est enim is quem judex aequus (ἐπιεικὴς) non reprobet. Scil. in hoc nomine quodam modo eadem notio (ut barbare loquar) tum active tum passive accipitur.

18 sqq. διὸ κἂν δόξειεν οὐκ ἐξεῖναι υἱῷ πατέρα ἀπείπασθαι, πατρὶ δ' υἱὸν sc. ἔξεστιν ἀποκηρῦξαι (hoc enim vb. proprium huj. rei est; cf. inter alia Plat. de Legg. 928 extr.) — Verbis haec ita adjunguntur quasi datâ occasione videatur juris cujusdam rationem explicare. Atqui satis apertum est (id quod in epitomê praemissâ secutus sum), facere ad ipsam illam quaestionem reliqui capitis quum ostendatur dissensiones hoc in genere (si quae sint) per rei naturam coërceri ne in dissidium abeant: alteris enim non licere, alteris non placere. Parentium vero similes ad haec omnino τοὺς εὐεργέτας esse, et res docet et infra cap. 7 libri *I*.

20. οὐθὲν δὲ ποιήσας, ἄξιον τῶν ὑπηργμένων δέδρακεν: perspicuitati certe profuerit ita distingui; nam bene Lamb. interpretatur, „quidquid fecerit filius, nihil (vel „nunquam“) beneficiis a patre acceptis dignum fecerit“. — Τὰ ὑπηργμένα sc. παρὰ τοῦ πατρὸς eadem sunt quae 1165 a 5 προϋπαρχὴ vocatur; alibi similiter ὑπαρχὴ est, velut ἐξ ὑπαρχῆς 590 a 21; 741 b 32. Passivum ὑπῆρχθαι, rarissimum apud Arist., reperiri apud oratores constat.

ἐξουσία ἀφεῖναι· καὶ τῷ πατρὶ δή. ἅμα δ' ἴσως οὐδείς ποτ' θ ἂν ἀποστῆναι δοκεῖ μὴ ὑπερβάλλοντος μοχθηρίᾳ· χωρὶς γὰρ τῆς φυσικῆς φιλίας τὴν ἐπικουρίαν ἀνθρωπικὸν μὴ διωθεῖσθαι. τῷ δὲ φευκτὸν ἢ οὐ σπουδαστὸν τὸ ἐπαρκεῖν, μοχθηρῷ ὄντι· εὖ πάσχειν γὰρ οἱ πολλοὶ βούλονται, τὸ δὲ ποιεῖν φεύγουσιν ὡς ἀλυσιτελές. [περὶ μὲν οὖν τούτων ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω.]

---

22. $K^b M^b$ ἀφιέναι. 24. φιλίας] K^b ὠφελείας. 27. 28. [περὶ — εἰρήσθω] del.

---

22. ἐξουσία ἀφεῖναι: quis crediderit e $K^b M^b$ recipiendum esse ἀφιέναι?

24. τὴν ἐπικουρίαν: praesentem adulti filii vel speratam pueri.

25. τῷ δὲ: cui οὐκ ἔξεστιν ἀφεῖναι (vs 19).

27. περὶ μὲν οὖν τούτων ... Tam aperte haec ab eo addita sunt qui libros male aut distingueret aut distinctos reperisset, ut hic locus pro exemplo sit clausularum illarum perperam fictarum.

c) 1163 b 32—1164 b 21 (*I* 1).

Per hoc caput, ut mox apparebit, plura reperiuntur quae paene incondite proferantur ut videaris tibi in parte disputationis versari quae minus sit elaborata. Deest enim vel principalis quasi propositio quam MM. (1210 a 34—b 2) haud male exposuerunt quum inciperent ἐν ᾗ δὲ φιλίᾳ μὴ διὰ ταὐτὸ φίλοι ἐσμέν, μᾶλλον αἱ διαφοραί. Eudemia verò dum 1243 b 14—38 dissensiones inter eos, quos μὴ κατ' εὐθυωρίαν amicos esse dicunt, explicant, misere quidem corrupto sermone traduntur, nec tamen ea exhibent unde non possis et sententiis Nic. persimilem doctrinam eruere et aliquid lucis ad hanc disputationem recte intellegendam mutuari. —

His praemissis ita argumentum cap. huj. disponam.

1) *Item αἱ ἀνομοιειδεῖς φιλίαι, quum et ipsae analogiâ quadam tuendae sint, passim dissensione turbantur:*

tum enim de communi mensurâ, quâ diversa illa quae utrinque in societatem afferuntur recte compensari possint minus constat (— 1164 a 2);

tum saepe fit velut in eroticis, ut alteruter quale a se exspectetur vel quale ipsi praestari possit ne perspexerit quidem satis (— a 12);

deniqae interdum vel a scientibus volentibusque aliud retribuitur atque alteri propositum erat; *quo facto queri illum probabile est quasi nil acceperit* (— a 22).

2) *Sin porro quaeratur quomodo talia hoc in genere vel evitari vel componi possint, imprimis recte habet ea ratio ut ab initio ei qui prior accipiat omne aestimandi munus permittatur* (— a 27); *quamquam iis qui inania jactant, ut sophistae, suadendum est ut omnium primum pretia colligant, querelas deceptorum deinceps fortiter ferant* (— a 33). *Quum*

ἐν πάσαις δὲ ταῖς ἀνομοιοειδέσι φιλίαις τὸ ἀνάλο- 1163 b 32 *ν ἰσάζει καὶ σώζει τὴν φιλίαν, καθάπερ εἴρηται, οἷον ὶ ἐν τῇ πολιτικῇ τῷ σκυτοτόμῳ ἀντὶ τῶν ὑποδημάτων ιοιβὴ γίνεται κατ' ἀξίαν, καὶ τῷ ὑφάντῃ καὶ τοῖς λοι- ῖς. ἐνταῦθα μὲν οὖν πεπόρισται κοινὸν μέτρον τὸ νόμισμα,* 1164 a

---

ro de remuneratione nil convenerit, inter eos quidem qui ipsorum ami- rum causâ suam operam navaverint neque omnino disceptabitur neque ebit pro amicâ voluntate quantum fieri possit aequa retribuenda esse - b 6); *at inter eos quibus propositum est ut sibi quid acquirant, ni od utrique gratum sit reperiri possit, jus aestimandi penes eum erit i credita prior acceperit* (— b 12); *ita enim vel in mercaturâ res nsigatur necesse est (quando de pretio verba non sint facta)* — 64 b 21.

utendum sit qui aliquando fuerint amici nec jam sint: profecto in hoc quidem rerum genere nil reliquum est, et aut disputationi finis imponendus aut in alias partes inquirendum erit.

I 4: 1166 a 1—b 29.

Omissis quaestiunculis atque distinctionibus Arist. hoc capite, ut jam in primâ epitome hh. ll. significatum est, ad ipsam naturam amicitiae investigandam se convertit. Nec propter perorationem 1166 b 27 sq. solam, sed propter universum tenorem fit, ut legentes eum audire nobis videamur qui rem gravem cum gravitate absolvat. Dudum hoc perceptum est, non tantum (ut decebat) ab interpretibus velut a Giphanio, qui non male aureum hoc et fere theologum caput laudabat, sed etiam ab iis, ut videtur, qui seu subtilia et augusta seu obscura et arcana admirantes datâ occasione Aristotelis sententiam sibi aut traducendam ad rem divinam aut ex illâ illustrandam esse censerent. V. ad 1166 a 20 sq.

Quum recensemus, quae vel ad definitionem amicitiae adhibentur vel prae ceteris propria ejus esse videntur (— a 10), *iisdem his invenimus rationem describi quâ homo, si probus sit, secum ipso agat vel quâ erga se ipsum sit affectus* — a 29. *Itaque quoniam amicus alter idem est, is modus vivendi quo vir bonus quasi interne secum utitur, translatus ad alterum, amicitia est* — b 1. *At in hominibus vulgi, nedum in sceleratis res aliter habet. Ut enim illi videantur interdum sibi ipsis placere, vana est species; hi vero omnium, quae animi amici propria sunt, prorsus nihil habent, imo in contrarium modum contra se ipsos affecti sunt* — b 25.

Ergo una honestas facit, ut ne ipsi nobiscum discordemus, eademque efficit ut ad amicitiam cum aliis idonei simus — 1166 b 29.

Disputatio, quam sic breviter adumbravimus, diligentissime elaborata est. Nam quum ab iis quae φιλικὰ uno nomine appellare liceat proficiscendum esset, ternis locis eadem reputanda erant: quae enim in ipsâ amicitiâ sedem suam habebant (A) deinde in internâ honestorum vitâ adesse (B), ab animis malorum aliena esse (C) demonstranda erant. Quâ in re postquam ab initio quinque potissimum notiones recensaê sunt, harum nulla neque in alterâ (quam dixi) parte neque in tertiâ negligitur, quamquam singula non plane iisdem locis disponuntur. Vide enim hanc tabulam:

A 1) τὸ βούλεσθαι τἀγαθὰ ἐκείνου ἕνεκα a 3. 4 = B 2) a 14—16 et C 2) b 8—11.

A 2) τὸ βούλεσθαι εἶναι καὶ ζῆν τὸν φίλον αὐτοῦ χάριν a 4. 5 = B 3) a 17—19 et C 3) b 11—13.

1166 a τὰ φιλικὰ δὲ πρὸς τοὺς φίλους, καὶ οἷς αἱ φιλίαι ὁρίζονται, ἔοικεν ἐκ τῶν πρὸς ἑαυτὸν ἐληλυθέναι. τιθέασι γὰρ φίλον τὸν βουλόμενον καὶ πράττοντα τἀγαθὰ ἢ τὰ φαινόμενα ἐκείνου ἕνεκα, ἢ τὸν βουλόμενον εἶναι καὶ ζῆν τὸν φίλον αὐτοῦ χάριν· ὅπερ αἱ μητέρες πρὸς τὰ τέκνα

1. K^b φίλους πέλας καὶ ὅσαι φιλίαι. 2. K^b πρὸς αὐτόν. 5. K^bO^b ζῆν τῶν φίλων.

A 3) τὸ συνδιάγειν a 7 = B 4) a 23—27 et C 4) b 13—17.
A 4) τὸ ταὐτὰ αἱρεῖσθαι a 7 = B 1) a 13. 14 et C 1) b 7. 8.
A 5) τὸ συναλγεῖν καὶ συγχαίρειν a 7. 8 = B 5) a 27—29 et C 5) b 18—25.

Sin de iisdem his quinque notionibus quaeratur, numquid jam sit compertum, secunda quidem (τὸ βούλεσθαι εἶναι καὶ ζῆν) et quinta (τὸ συναλγεῖν κ. συγχαίρειν) verbis hucusque non sunt dicta; at prima et principalis τὸ βούλεσθαι τἀγαθὰ τοῦ φίλου ἕνεκα et commemorata et comprobata est 1155 b 31, v. ad 1156 a 9. b 8—10; tertiae τοῦ συζῆν vel συνδιάγειν primum facta est mentio 1157 b 19; quartae (idem enim τὸ ταὐτὰ αἱρεῖσθαι atque τὸ χαίρειν τοῖς αὐτοῖς) 1157 b 23 et modo 1165 b 28 s. Quodsi igitur haec ab eo scripta sunt qui prioris disputationis non immemor esset, hoc cap. re et sententiis magis cum primâ parte hh. ll., in quâ Θ 2—6 indoles amicitiae proprie dictae explicabatur, conjunctum esse dicetur quam cum iis quae vel inde a Θ 8 disputata sunt vel proxime praecedunt.

Ex Eudemiis, quibus hanc et sequentes quaestiones I 5—7 priore loco quam Nic. tractare placuit, cf. H 6; e MM. v. 1210 b 22—1211 a 6 atque 1211 a 15—b 3, quamquam ibi ratio disputationis et mutata et turbata est.

1. τὰ φιλικὰ τὰ πρὸς τοὺς φίλους vel potius τὰ πρὸς τοὺς πέλας [K^b φίλους πέλας] quaenam sint, hoc quidem nomine nondum audivimus, nisi quod 1158 a 10 (ib. 4) τὸ συνημερεύειν καὶ χαίρειν ἀλλήλοις dictum est μάλιστα φιλικὸν esse. Sed cf. „καὶ ὅσα ἄλλα ἐν τῇ ὡς ἀληθῶς φιλίᾳ ἀξιοῦται" 1157 a 24, u. v. — Discernuntur τὰ φιλικὰ et ea οἷς αἱ φιλίαι ὁρίζονται: v. et vs 9 τούτων δέ τινι καὶ τὴν φιλίαν ὁρίζονται. Et unum saltem ex iis quae enumerantur ipsi Arist. pro definitione erat 1155 b 31 sq.: τὸ βούλεσθαι τἀγαθὰ ἐκείνου ἕνεκα, si addatur τὸ ἐν ἀντιπεπονθόσιν et τὸ μὴ λανθάνειν.

2. ἐκ τῶν πρὸς ἑαυτόν: ne addas cogitatione φιλικῶν. Rei prima sedes τὰ πρὸς ἑαυτὸν dicuntur esse; nomina a duorum societate petita sunt: v. 1240 b 3 et 18 τὰ φιλικὰ πάντα πρὸς τὸν ἕνα ἐπαναφέρεται atque ἡ αὐτοῦ πρὸς αὐτὸν φιλία ἀνάγεται πρὸς τὴν τοῦ ἀγαθοῦ. Cf. 1371 b 18 sq.

5. ὅπερ αἱ μητέρες πρὸς τὰ τέκνα πεπόνθασι: cf. 1159 a 31 ἱκανὸν αὐταῖς ἐὰν ὁρῶσιν εὖ πράττοντας. Denuo matrum amor vs 8. 9 laudatur, quod maxime συναλγοῦσι καὶ συγχαίρουσι (cf. 1240 a 35). Nec fortasse casu factum est, ut exemplo ex vitae usu petito ea potissimum τῶν φιλικῶν confirmarentur quae prius commemorata non

4 πεπόνθασι [καὶ τῶν φίλων οἱ προσκεκρουκότες]. οἱ δὲ 1166 a 6
τὸν συνδιάγοντα καὶ ταὐτὰ αἱρούμενον, ἢ τὸν συναλγοῦντα καὶ συγχαίροντα τῷ φίλῳ· μάλιστα δὲ καὶ τοῦτο περὶ τὰς μητέρας συμβαίνει. τούτων δέ τινι καὶ τὴν φιλίαν
5 ὁρίζονται. πρὸς ἑαυτὸν δὲ τούτων ἕκαστον τῷ ἐπιεικεῖ ὑπάρχει, τοῖς δὲ λοιποῖς, ᾗ τοιοῦτοι ὑπολαμβάνουσιν εἶναι. ἔοικε γάρ, καθάπερ εἴρηται, μέτρον ἑκάστῳ ἡ ἀρετὴ καὶ ὁ σπουδαῖος εἶναι. οὗτος γὰρ ὁμογνωμονεῖ ἑαυτῷ, καὶ τῶν αὐτῶν ὀρέγεται κατὰ πᾶσαν τὴν ψυχήν. καὶ βούλεται δὲ ἑαυτῷ τἀγαθὰ καὶ τὰ φαινόμενα καὶ πράττει (τοῦ

6. [καὶ — προσκεκρουκότες] susp. 7. ἢ τὸν] K^b τόν. 14. Bekk. post ψυχήν comma. 15. δὲ] conj. scr., δὴ Bekk. c. ll.

sunt (v. supra). Quamquam quum τὸ εἶναι καὶ ζῆν id sit sine quo nullum aliud bonum contingere queat, inter primum interque secundum φιλικὸν non tam rei quam verborum est differentia.

6. καὶ τῶν φίλων οἱ προσκεκρουκότες: v. 1263 a 18 (20) ubi προσκρούειν ἀλλήλοις dicuntur quibus offensiuncula suboritur (aliter προσκρούειν est 913 b 10. 13. 30); cf. Appian. 726, 8 (Bekk.) ὅσοι τι τοῖς ἄρχουσι προσεκεκρούκεσαν et absolute ib. 734, 28. Quid igitur dicit Arist.? Extorserunt sententiam hanc fere: pro exemplo τοὺς προσκεκρουκότας esse, quoniam interdum amici, qui offensi convictu abstineant, tamen eo sint inter se animo, ut uterque velit alterum servari. Sed vereor ne absurdum sit, ad probandam aliquam amici definitionem eos laudare qui τὸ μάλιστα φιλικὸν (τὸ συζῆν) sane parum amanter omiserint et εὖνοι potius quam amici sint appellandi. Longe enim aliter matres: quae ut liberi vivant sibi ipsae liberorum causâ id auferunt (τὸ συζῆν), quo quam maxime delectantur. Ne multa: verba ista καὶ τῶν φίλων οἱ προσκ. Aristotelis non sunt; et sufficiebat profecto unum matrum exemplum.

11. τοῖς δὲ λοιποῖς [ὑπάρχει] ᾗ τοιοῦτοι ὑπολαμβάνουσιν εἶναι: v. paene idem b 3. 4. Sed fallacem ὑπόληψιν τῶν πολλῶν, qua ipsi sibi blandiantur, non tantum valere, ut pro specie et opinione res (τὸ ὑπάρχειν τὰ φιλικά) exsistat, et per se certum est et infra Aristoteli in mentem venit: v. b 6 σχεδὸν δὲ οὐδὲ τοῖς φαύλοις (ὑπάρχει) κ. τ. λ.

12. ἔοικε γάρ, καθάπερ εἴρηται, μέτρον . . . ὁ σπουδαῖος εἶναι: v. 1113 a 32 διαφέρει πλεῖστον ἴσως ὁ σπουδαῖος τῷ τἀληθὲς ἐν ἑκάστοις ὁρᾶν, ὥσπερ κανὼν καὶ μέτρον αὐτῶν ὤν (u. v.). Quae si ita sunt, id quod omnino ἐκ τῶν πρὸς ἑαυτὸν ἐλήλυθε (vs 2) recte ἐν τοῖς ὑπάρχουσι τῷ ἐπιεικεῖ πρὸς ἑαυτὸν (vs 10 s.) percipietur; in ceteris vero ita tantum aut erit aut esse videbitur qua similitudinem illius normae aut habebunt aut videbuntur habere.

14. κατὰ πᾶσαν τὴν ψυχήν: ut τὸ ἄλογον (τὸ ὀρεκτικὸν) obsequatur τῷ λόγον ἔχοντι. — Ceterum interpungendum „τὴν ψυχήν. καὶ βούλεται δὲ . . .: v. vs 17 καὶ ζῆν δέ; vs 23 συνδιάγειν τε; vs 27 συν-

1166 a 16 γὰρ ἀγαθοῦ τἀγαθὸν διαπονεῖν) καὶ ἑαυτοῦ ἕνεκα· τοῦ I γὰρ διανοητικοῦ χάριν, ὅπερ ἕκαστος εἶναι δοκεῖ. καὶ ζῆν δὲ βούλεται ἑαυτὸν καὶ σώζεσθαι, καὶ μάλιστα τοῦτο ᾧ φρονεῖ· ἀγαθὸν γὰρ τῷ σπουδαίῳ τὸ εἶναι. (*ἕκαστος δ' ἑαυτῷ βούλεται τἀγαθά, γενόμενος δ' ἄλλος οὐδεὶς αἱρεῖ-

---

16. K^b διαπονεῖ. 19—22. (*ἕκαστος — ἐστίν*) spuria vid. 20. K^b αἱρεῖται οὐδείς.

---

16. τοῦ γὰρ ἀγαθοῦ τἀγαθὸν διαπονεῖν: itaque τὸ βούλεσθαι (vs 14) apud illum non erit iners, unde τὸ πράττειν (vs 15) nullum nascatur. Fuerunt tamen qui talem sententiam corruptelae deberi vellent; scribunt enim τοῦ γὰρ ἀγαθοῦ [sc. ἕνεκα] τἀγαθὸν διαπονεῖ [sic K^b] καὶ ἑαυτοῦ ἕνεκα — quod nihil est.

16. καὶ ἑαυτοῦ ἕνεκα: in amicitiâ enim vs 4 addendum erat ἐκείνου ἕνεκα; atqui in locum amici jam ipse vir bonus secum agens successit. Hinc vero, quoniam quodammodo nemo non suâ causâ facit quae facit, distinctione opus est ut sciatur, quamnam quisque sui partem recte ἑαυτὸν dicat sc. („τοῦ γὰρ διαν. χ.“ vs 16. 17) τὸ διανοητικὸν vel τὸ νοοῦν vs 22 vel τοῦτο ᾧ φρονεῖ vs 18, vel denique τὸν νοῦν qui τὸ κυριώτατον cujusque est: „ὥσπερ δὲ καὶ πόλις τὸ κυριώτατον μάλιστ' εἶναι δοκεῖ καὶ πᾶν ἄλλο σύστημα, οὕτω καὶ ἄνθρωπος“ 1168 b 30—35. Sin ultra quaeratur quodnam dicatur διανοητικόν, ipsa vox ἕνεκα monet spectari quod omnium summum est, nec τὸ ἐπιτάττον sed illud οὗ ἕνεκα αὐτὴ ἡ φρόνησις ἐπιτάττει (cf. 1145 a 6—9): v. ad vs 27.

17 s. καὶ ζῆν δὲ βούλεται ἑαυτόν, quemadmodum vs 4. 5 amicus alteri erat ὁ βουλόμενος .. ζῆν τὸν φίλον αὐτοῦ χάριν. Quod ut ratum sit, quoniam modo vs 14—17 demonstratum est βούλεσθαι τὸν σπουδαῖον ἑαυτῷ τἀγαθὰ ἑαυτοῦ ἕνεκα, nihil opus est nisi ut probetur ὅτι τὸ ζῆν τῷ σπουδαίῳ ἀγαθόν. Recte igitur res acta erit, dummodo haec legantur:

καὶ ζῆν δὲ βούλεται ἑαυτὸν καὶ σώζεσθαι
καὶ μάλιστα τοῦτο ᾧ φρονεῖ — scimus enim ὅτι τὸ διανοητικὸν (ᾧ φρονεῖ) ἕκαστος εἶναι δοκεῖ vs 17.
ἀγαθὸν γὰρ τῷ σπουδαίῳ τὸ εἶναι — nam optimo cuique μάλιστα ζῆν ἄξιον, καὶ οὗτος (διὰ τοῦ θανάτου) μεγίστων ἀγαθῶν ἀποστερεῖται εἰδώς 1117 b 11 sq.; cf. 1170 a 19 sq.; ib. 27 sq.

19. ἕκαστος δ' ἑαυτῷ βούλεται τἀγαθά. Haec sententia tum ad priorem potius notionem vs 14—17 spectat quam ad hanc, tum hoc quidem l., nisi alia addantur quibus res expediatur, molesta est: annon ipsum τὸ βούλεσθαι τἀγαθὰ ἑαυτῷ minus „ἑκάστου“ quam viri boni proprium erat?

20—22. γενόμενος δ' ἄλλος . . . ἀλλ' ὢν ὅ,τι ποτ' ἐστίν. Nulla in his est sana sententia nec per se nec si ad argumentationem huj. cap. referantur. Etenim si videatur probabile addi *omnino τὸ βούλεσθαι ἑαυτῷ ἑαυτοῦ χάριν τἀγαθὰ ἢ τὸ εἶναι inane esse, dum de iis agatur in quibus nihil sit stabile ut sciri nequeat quid ipsi sint; at viros*

I 4 ται πάντ᾽ ἔχειν ἐκεῖνο τὸ γενόμενον· ἔχει γὰρ καὶ νῦν ὁ 1166 a 21 θεὸς τἀγαθόν, ἀλλ᾽ ὢν ὅ τι ποτ᾽ ἐστίν.*) δόξειε δ᾽ ἂν τὸ νοοῦν ἕκαστος εἶναι, ἢ μάλιστα. συνδιάγειν τε ὁ τοιοῦτος ἑαυτῷ βούλεται· ἡδέως γὰρ αὐτὸ ποιεῖ· τῶν τε γὰρ πεπραγμένων ἐπιτερπεῖς αἱ μνῆμαι, καὶ τῶν μελλόντων ἐλπίδες ἀγαθαί· αἱ τοιαῦται δ᾽ ἡδεῖαι. καὶ θεωρημάτων δ᾽ εὐπορεῖ τῇ διανοίᾳ. συναλγεῖ τε καὶ συνήδεται μάλισθ᾽ ἑαυτῷ· πάντοτε γάρ ἐστι τὸ αὐτὸ λυπηρόν τε καὶ ἡδύ, καὶ οὐκ
5 ἄλλοτ᾽ ἄλλο· ἀμεταμέλητος γὰρ ὡς εἰπεῖν. τῷ δὴ πρὸς αὑτὸν ἕκαστα τούτων ὑπάρχειν τῷ ἐπιεικεῖ, πρὸς δὲ τὸν φίλον ἔχειν ὥσπερ πρὸς ἑαυτόν (ἔστι γὰρ ὁ φίλος

---

22. K^b *ἀλλ᾽ οἷον ὁπότ᾽ ἐστίν.* 23. *ἢ μάλιστα*] K^b M^b *μάλιστα.* 25. *μνῆμαι*] K^b M^b *μνεῖαι.* 27. Bekk. post *διανοίᾳ* comma. 29. *ἄλλο*] K^b *ἄλλῳ.* 30. *αὑτὸν μὲν*] ex uno M^b; *αὑτὸν* cett. 31. K^b M^b *πρὸς αὑτὸν.*

---

bonos, quantum humana natura admittat, sibi ipsis constare: facile apparebit verba tradita nullo modo ad haec sufficere. Quodsi igitur necessario statuendum est aut plura in his corrupta et perdita esse aut fuisse qui interpolando faciliorem sanamque Aristotelis sententiam exornarent scilicet, multo veri similius pro rei ratione hoc puto esse quam illud.

22. 23. *δόξειε δ᾽ ἂν τὸ νοοῦν ἕκαστος εἶναι ἢ μάλιστα.* Postquam vs 17 dictum est *τοῦ γὰρ διανοητικοῦ χάριν, ὅπερ ἕκαστος εἶναι δοκεῖ*, idemque agnitum vs 18 verbis *καὶ μάλιστα τοῦτο ᾧ φρονεῖ*: per se ista „*δόξειε δ᾽ ἂν* . . .“ profecto supervacanea sunt. Sin recte modo de vss 20—22 judicatum est, non mirum nonnulla quae vel praecedant (v. ad vs 19) vel subsequantuur minus esse certa.

24. *ἡδέως* — a 26 *ἡδεῖαι*: *τὸ ἡδὺ* enim ad *τὸ συνημερεύειν* seu *τὸ συνδιάγειν* omnium plurimum facit: *οὐδεὶς δύναται συνημερεύειν τῷ λυπηρῷ οὐδὲ τῷ μὴ ἡδεῖ* 1157 b 15.

27. Interpungendum *τῇ διανοίᾳ. συναλγεῖ τε.* Ad aliam enim notionem transitus fit (cf. ad vs 14). — Vides *τὸν θεωρημάτων εὐποροῦντα* quum solus sit habere comites et amicos (*συνδιάγοντας*) suas cogitationes; virumque bonum paene describi sapientem (*θεωρητικόν*, v. vs 17. 22).

29 s. *τῷ δὴ . . . ὑπάρχειν . . . ἔχειν . . . καὶ ἡ φιλία τούτων εἶναί τε δοκεῖ.* In unum colligitur quod demonstratum est atque in eam sententiam quae vs 1. 2 erat. Per dativos enim infinitivi (*τῷ ὑπάρχειν . . . ἔχειν*), dum causa proditur, ea dicuntur „*ὅθεν ἐλήλυθεν*“. — Quâ in re alterâ propositione „*πρὸς δὲ τὸν φίλον ἔχειν* . . .“ nova sententia novis nominibus subjungitur. Nam naturale quoddam dicebatur quum liberi parentibus viderentur *ἕτεροι αὐτοὶ τῷ κεχωρίσθαι* 1161 b 28; at omnino amicum esse *ἄλλον αὐτὸν* jam primum paene in parenthesi legimus, quasi ad universam de amicitiâ disputationem

1155 a 32 ἄλλος αὐτός), καὶ ἡ φιλία τούτων εἶναί τι δοκεῖ, καὶ I 4
φίλοι οἷς ταῦθ' ὑπάρχει. πρὸς αὐτὸν δὲ πότερον ἔστιν ἢ
οὐκ ἔστι φιλία, ἀφείσθω ἐπὶ τοῦ παρόντος· [δόξειε δ' ἂν
ταύτῃ εἶναι φιλία, ᾗ ἐστὶ δύο ἢ πλείω ἐκ τῶν εἰρημένων,
1166 b καὶ ὅτι ἡ ὑπερβολὴ τῆς φιλίας τῇ πρὸς αὐτὸν ὁμοιοῦται.]
φαίνεται δὲ τὰ εἰρημένα καὶ τοῖς πολλοῖς ὑπάρχειν, 1
καίπερ οὖσι φαύλοις. ἆρ' οὖν ᾗ ἀρέσκουσιν ἑαυτοῖς καὶ

---

32. καὶ ἡ] K^b ἡ. 34—b 1. [δόξειε — ὁμοιοῦται] susp. 35. ἐκ] K^b ἢ ἐκ.
3. ᾗ] K^b ᾗ τ'.

---

nihil referat mature talem amici descriptionem cognosci. At dehinc ad hanc vel appellationem vel definitionem aliquoties recurritur: v. 1169 b 6; 1170 b 6.

33. *πρὸς αὐτὸν δὲ πότερόν ἐστιν ἢ οὐκ ἔστι φιλία . . .* b 1 *τῇ πρὸς αὐτὸν ὁμοιοῦται.* Per occasionem atque obiter alia quaestio tentatur, ad quam quidem nec capite 8, quum ὁ *φίλαυτος* eodem mentem revocare videri possit, redire placuit. Quodsi enim recte hoc cap. ostendebatur, *τὰ τῆς φιλίας* omnia quasi primam sedem habere *ἐν τοῖς πρὸς αὐτόν* (vs 1 s.; vs 29 s.), de vocabulorum potius usu quam de re disputat qui neget esse *φιλίαν πρὸς αὐτόν*. Quapropter vel id ferri potest, quod, quum ista ἡ *φιλία* num sit dubitetur, vsu b 1 eadem dicatur validissima esse: „— *τῇ πρὸς αὐτὸν* (sc. *φιλίᾳ*) *ὁμοιοῦται*". Gravior Eudemo res videbatur qui ab initio huj. cap. (*H* 6) ad eam pergit 1240 a 9—21; gravissima auctori MM., a quo similis quaestio *περὶ τοῦ ἀδικεῖν αὐτὸν* ad illustrandam hanc diligenter adhibetur 1211 a 15—36 (cf. 1210 b 32 s.). — Nil horum improbabile. At aliud quaerendum videtur, num putandus sit Arist. motam quaestionem ita absolvere ut verbis *δόξειε δ' ἂν ταύτῃ εἶναι φιλία . . . ὁμοιοῦται* a 34 sq. fit. Interpretantur nimirum quasi scriptum sit „*ᾗ ἕκαστος* vel ὁ *εἷς ἐστὶ δύω ἢ πλείω μέρη* (*ἃ ἐνδέχεται συμφωνεῖν τε καὶ διαφέρεσθαι*)" quumque addatur *ἐκ τῶν εἰρημένων*, ad notam illam animi humani descriptionem spectari quae in Nic. maxime A 13 proposita est. Atqui alterum argumentum b 1 *καὶ ὅτι ἡ ὑπερβολὴ τῆς* (*πρὸς ἕτερον*) *φιλίας τῇ πρὸς αὐτὸν ὁμοιοῦται* vix esse argumentum, haud (credo) negabunt. Imo putaverim Aristotelem, qui ne in quaestione quidem *περὶ τοῦ αὐτὸν ἀδικεῖν* E 12 (15), si exceperis suspecta verba 1138 b 5—14, ad illam partitionem hominis in plures quasi partes confugerit, satis habuisse quaestionem *περὶ τῆς πρὸς αὐτὸν φιλίας* commemorasse et in aliud tempus distulisse (*ἀφείσθω* vs 34); quae vero sequantur *δόξειε δ' ἂν* — b 1 ab eo non inepte quidem, sed verbis propter brevitatem impeditis addita esse qui disputationes Eudemi et MM. novisset.

2. *φαίνεται δὲ τὰ εἰρημένα* sc. *τὰ φιλικὰ καὶ οἷς αἱ φιλίαι ὁρίζονται* a 1. Altera pars disputationis; qua *οἱ πολλοὶ* s. *φαῦλοι* atque ἐν *κομιδῇ φαῦλοι καὶ ἀνοσιουργοὶ* s. *μοχθηροὶ* discernuntur, quamquam hanc ad rem haud ita diversi sunt: v. vs 2. 6—11 et vs 5. 11—22.

I 4 ὑπολαμβάνουσιν ἐπιεικεῖς εἶναι, ταύτῃ μετέχουσιν αὐτῶν; 1166 b 4 ἐπεὶ τῶν γε κομιδῇ φαύλων καὶ ἀνοσιουργῶν οὐθενὶ ταῦθ' ὑπάρχει, ἀλλ' οὐδὲ φαίνεται. σχεδὸν δὲ οὐδὲ τοῖς φαύλοις· διαφέρονται γὰρ ἑαυτοῖς, καὶ ἑτέρων μὲν ἐπιθυμοῦσιν ἄλλα δὲ βούλονται, οἷον οἱ ἀκρατεῖς· αἱροῦνται γὰρ ἀντὶ τῶν δοκούντων ἑαυτοῖς ἀγαθῶν εἶναι τὰ ἡδέα βλαβερὰ ὄντα· οἱ δ' αὖ διὰ δειλίαν καὶ ἀργίαν ἀφίστανται τοῦ πράττειν ἃ οἴονται ἑαυτοῖς βέλτιστα εἶναι· οἷς δὲ πολλὰ καὶ δεινὰ πέπρακται διὰ τὴν μοχθηρίαν, μισοῦσί τε καὶ φεύγουσι τὸ ζῆν καὶ ἀναιροῦσιν ἑαυτούς. ζητοῦσί τε οἱ μοχθηροὶ μεθ' ὧν συνδιημερεύσουσιν, ἑαυτοὺς δὲ φεύγουσιν· ἀναμιμνήσκονται γὰρ πολλῶν καὶ δυσχερῶν, καὶ τοιαῦθ'

12. διὰ $K^b M^b$ καὶ διά. K^b μισοῦνται καὶ φεύγουσι (omisso καὶ it. $M^b N^b$).
14. K^b συνημερεύσουσιν.

5. κομιδῇ φαῦλοι: cf. 1172 a 28 κομιδῇ φαῦλον, 1114 a 10 κομιδῇ ἀναίσθητος. In aliis Arist. ll. κομιδῇ haud usitatum est; at Platoni tritum. Neque ad sententias quibus jam οἱ φαῦλοι depinguntur inutile erit Platonicam viri injusti descriptionem Rep. 351. 52 adhibere. V. ad vs 24 et 25.

7. 8. ἑτέρων μὲν ἐπιθυμοῦσιν, ἄλλα δὲ βούλονται: cf. 1162 b 35. 36 (u. v.) βούλεσθαι τὰ καλά, προαιρεῖσθαι δὲ τὰ ὠφέλιμα. Est quidem dissensio hujus generis etiam apud τοὺς ἐγκρατεῖς, at spectatur ad rem ἀκρασίας propriam; neque exemplum aliquod adlaturus Arist. addidit οἷον οἱ ἀκρ., sed ut sexcenties ipsum id genus appellans de quo agit. Quid enim? Vel οἱ ἀνοσιουργοὶ et οἱ μοχθηροὶ e numero τῶν ἀκρατῶν hic non excipiuntur: cuncti enim tanquam μεταμελητικοὶ describuntur; qui vero plane mali (πονηροὶ) sunt, velut suo in genere οἱ ἀκόλαστοι, non minus sunt ἀμεταμέλητοι 1150 b 29, quam vir bonus modo a 29.

10. οἱ δ' αὖ: alterum genus ἀκρασίας, eorum qui τὸ λυπηρὸν vel τὸ ὀχληρὸν (διὰ δειλίαν — δι' ἀργίαν) tantopere extimescunt aut etiam tam parum sibi confidunt (v. 917 a 9—11), ut desistant ab iis quae ipsis maxime probantur. Cf. τὸν μαλακόν *H* 8.

11 sq. Haec in M^b ita traduntur: οἷς δὲ πολλὰ καὶ δεινὰ πέπρακται καὶ διὰ τὴν μοχθηρίαν μισοῦνται, φεύγουσι τὸ ζῆν καὶ ἀναιροῦσιν ἑαυτούς. Item K^b, nisi quod exhibet καὶ φεύγουσι τὸ ζῆν. Neque tamen quisquam negaverit, odio aliorum hominum ad augendum maleflci angorem advocato vim ejus rei de qua agitur imminui; nec male (secundum Bekk.) a taedio vitae, ἀπὸ τοῦ μισεῖν τὸ ζῆν pergi ad fugam vitae et ad suicidium.

14. Illos μεθ' ὧν συνδιημερεύσουσι (vel συνημερεύσουσι K^b — v. ad 1162 b 16) non amicos esse καθ' αὐτοὺς 1157 a 18 sq., sed tales apud quos facillime oblivio sui (vs 17) reperiri possit, ratio sententiarum docet.

1155 a 32 ἄλλος αὐτός), καὶ ἡ φιλία τούτων εἶναί τι δοκεῖ, καὶ φίλοι οἷς ταῦθ' ὑπάρχει. πρὸς αὐτὸν δὲ πότερον ἔστιν ἢ οὐκ ἔστι φιλία, ἀφείσθω ἐπὶ τοῦ παρόντος· [δόξειε δ' ἂν ταύτῃ εἶναι φιλία, ᾗ ἐστὶ δύο ἢ πλείω ἐκ τῶν εἰρημένων,
1166 b καὶ ὅτι ἡ ὑπερβολὴ τῆς φιλίας τῇ πρὸς αὐτὸν ὁμοιοῦται.] φαίνεται δὲ τὰ εἰρημένα καὶ τοῖς πολλοῖς ὑπάρχειν, καίπερ οὖσι φαύλοις. ἆρ' οὖν ᾗ ἀρέσκουσιν ἑαυτοῖς καὶ

---

32. καὶ ἡ] K^b ἡ. 34—b 1. [δόξειε — ὁμοιοῦται] susp. 35. ἐκ] K^b ἢ ἐκ.
3. ᾗ] K^b ᾗ τ'.

---

nihil referat mature talem amici descriptionem cognosci. At dehinc ad hanc vel appellationem vel definitionem aliquoties recurritur: v. 1169 b 6; 1170 b 6.

33. πρὸς αὐτὸν δὲ πότερόν ἐστιν ἢ οὐκ ἔστι φιλία ... b 1 τῇ πρὸς αὐτὸν ὁμοιοῦται. Per occasionem atque obiter alia quaestio tentatur, ad quam quidem nec capite 8, quum ὁ φίλαυτος eodem mentem revocare videri possit, redire placuit. Quodsi enim recte hoc cap. ostendebatur, τὰ τῆς φιλίας omnia quasi primam sedem habere ἐν τοῖς πρὸς αὐτόν (vs 1 s.; vs 29 s.), de vocabulorum potius usu quam de re disputat qui neget esse φιλίαν πρὸς αὐτόν. Quapropter vel id ferri potest, quod, quum ista ἡ φιλία num sit dubitetur, vsu b 1 eadem dicatur validissima esse: „— τῇ πρὸς αὐτὸν (sc. φιλίᾳ) ὁμοιοῦται". Gravior Eudemo res videbatur qui ab initio huj. cap. (*H* 6) ad eam pergit 1240 a 9—21; gravissima auctori MM., a quo similis quaestio περὶ τοῦ ἀδικεῖν αὑτὸν ad illustrandam hanc diligenter adhibetur 1211 a 15—36 (cf. 1210 b 32 s.). — Nil horum improbabile. At aliud quaerendum videtur, num putandus sit Arist. motam quaestionem ita absolvere ut verbis δόξειε δ' ἂν ταύτῃ εἶναι φιλία ... ὁμοιοῦται a 34 sq. fit. Interpretantur nimirum quasi scriptum sit „ᾗ ἕκαστος vel ὁ εἷς ἐστὶ δύο ἢ πλείω μέρη (ἃ ἐνδέχεται συμφωνεῖν τε καὶ διαφέρεσθαι)" quumque addatur ἐκ τῶν εἰρημένων, ad notam illam animi humani descriptionem spectari quae in Nic. maxime A 13 proposita est. Atqui alterum argumentum b 1 καὶ ὅτι ἡ ὑπερβολὴ τῆς (πρὸς ἕτερον) φιλίας τῇ πρὸς αὐτὸν ὁμοιοῦται vix esse argumentum, haud (credo) negabunt. Imo putaverim Aristotelem, qui ne in quaestione quidem περὶ τοῦ αὑτὸν ἀδικεῖν *E* 12 (15), si exceperis suspecta verba 1138 b 5—14, ad illam partitionem hominis in plures quasi partes confugerit, satis habuisse quaestionem περὶ τῆς πρὸς αὐτὸν φιλίας commemorasse et in aliud tempus distulisse (ἀφείσθω vs 34); quae vero sequantur δόξειε δ' ἂν — b 1 ab eo non inepte quidem, sed verbis propter brevitatem impeditis addita esse qui disputationes Eudemi et MM. novisset.

2. φαίνεται δὲ τὰ εἰρημένα sc. τὰ φιλικὰ καὶ οἷς αἱ φιλίαι ὁρίζονται a 1. Altera pars disputationis; qua οἱ πολλοὶ s. φαῦλοι atque οἱ κομιδῇ φαῦλοι καὶ ἀνοσιουργοὶ s. μοχθηροὶ discernuntur, quamquam hanc ad rem haud ita diversi sunt: v. vs 2. 6—11 et vs 5. 11—22.

I 4 ὑπολαμβάνουσιν ἐπιεικεῖς εἶναι, ταύτῃ μετέχουσιν αὐτῶν; 1166 b 4 ἐπεὶ τῶν γε κομιδῇ φαύλων καὶ ἀνοσιουργῶν οὐθενὶ ταῦθ' ὑπάρχει, ἀλλ' οὐδὲ φαίνεται. σχεδὸν δὲ οὐδὲ τοῖς φαύλοις· διαφέρονται γὰρ ἑαυτοῖς, καὶ ἑτέρων μὲν ἐπιθυμοῦσιν ἄλλα δὲ βούλονται, οἷον οἱ ἀκρατεῖς· αἱροῦνται γὰρ ἀντὶ τῶν δοκούντων ἑαυτοῖς ἀγαθῶν εἶναι τὰ ἡδέα βλαβερὰ ὄντα· οἱ δ' αὖ διὰ δειλίαν καὶ ἀργίαν ἀφίστανται τοῦ πράττειν ἃ οἴονται ἑαυτοῖς βέλτιστα εἶναι· οἷς δὲ πολλὰ καὶ δεινὰ πέπρακται διὰ τὴν μοχθηρίαν, μισοῦσί τε καὶ φεύγουσι τὸ ζῆν καὶ ἀναιροῦσιν ἑαυτούς. ζητοῦσί τε οἱ μοχθηροὶ μεθ' ὧν συνδιημερεύσουσιν, ἑαυτοὺς δὲ φεύγουσιν· ἀναμιμνήσκονται γὰρ πολλῶν καὶ δυσχερῶν, καὶ τοιαῦθ'

---

12. διὰ $K^b M^b$ καὶ διὰ. K^b μισοῦνται καὶ φεύγουσι (omisso καὶ it. $M^b N^b$).
14. K^b συνημερεύσουσιν.

---

5. κομιδῇ φαῦλοι: cf. 1172 a 28 κομιδῇ φαῦλον, 1114 a 10 κομιδῇ ἀναίσθητος. In aliis Arist. ll. κομιδῇ haud usitatum est; at Platoni tritum. Neque ad sententias quibus jam οἱ φαῦλοι depinguntur inutile erit Platonicam viri injusti descriptionem Rep. 351. 52 adhibere. V. ad vs 24 et 25.

7. 8. ἑτέρων μὲν ἐπιθυμοῦσιν, ἄλλα δὲ βούλονται: cf. 1162 b 35. 36 (u. v.) βούλεσθαι τὰ καλά, προαιρεῖσθαι δὲ τὰ ὠφέλιμα. Est quidem dissensio hujus generis etiam apud τοὺς ἐγκρατεῖς, at spectatur ad rem ἀκρασίας propriam; neque exemplum aliquod adlaturus Arist. addidit οἷον οἱ ἀκρ., sed ut sexcenties ipsum id genus appellans de quo agit. Quid enim? Vel οἱ ἀνοσιουργοὶ et οἱ μοχθηροὶ e numero τῶν ἀκρατῶν hic non excipiuntur: cuncti enim tanquam μεταμελητικοὶ describuntur; qui vero plane mali (πονηροὶ) sunt, velut suo in genere οἱ ἀκόλαστοι, non minus sunt ἀμεταμέλητοι 1150 b 29, quam vir bonus modo a 29.

10. οἱ δ' αὖ: alterum genus ἀκρασίας, eorum qui τὸ λυπηρὸν vel τὸ ὀχληρὸν (διὰ δειλίαν — δι' ἀργίαν) tantopere extimescunt aut etiam tam parum sibi confidunt (v. 917 a 9—11), ut desistant ab iis quae ipsis maxime probantur. Cf. τὸν μαλακόν *H* 8.

11 sq. Haec in M^b ita traduntur: οἷς δὲ πολλὰ καὶ δεινὰ πέπρακται καὶ διὰ τὴν μοχθηρίαν μισοῦνται, φεύγουσι τὸ ζῆν καὶ ἀναιροῦσιν ἑαυτούς. Item K^b, nisi quod exhibet καὶ φεύγουσι τὸ ζῆν. Neque tamen quisquam negaverit, odio aliorum hominum ad augendum malefici angorem advocato vim ejus rei de qua agitur imminui; nec male (secundum Bekk.) a taedio vitae, ἀπὸ τοῦ μισεῖν τὸ ζῆν pergi ad fugam vitae et ad suicidium.

14. Illos μεθ' ὧν συνδιημερεύσουσι (vel συνημερεύσουσι K^b — v. ad 1162 b 16) non amicos esse καθ' αὐτούς 1157 a 18 sq., sed tales apud quos facillime oblivio sui (vs 17) reperiri possit, ratio sententiarum docet.

1166 b 16 ἕτερα ἐλπίζουσι, καθ' ἑαυτοὺς ὄντες, μεθ' ἑτέρων δ' ὄντες ἐπιλανθάνονται. οὐθέν τε φιλητὸν ἔχοντες οὐθὲν φιλικὸν πάσχουσι πρὸς ἑαυτούς. οὐδὲ δὴ συγχαίρουσιν οὐδὲ συναλγοῦσιν οἱ τοιοῦτοι ἑαυτοῖς· στασιάζει γὰρ αὐτῶν ἡ ψυχή, καὶ τὸ μὲν διὰ μοχθηρίαν ἀλγεῖ ἀπεχόμενόν τινων, τὸ δὲ ἥδεται, καὶ τὸ μὲν δεῦρο τὸ δ' ἐκεῖσε ἕλκει ὥσπερ διασπῶντα. εἰ δὲ μὴ οἷόν τε ἅμα λυπεῖσθαι καὶ ἥδεσθαι, ἀλλὰ μετὰ μικρόν γε λυπεῖται ὅτι ἥσθη, καὶ οὐκ ἂν ἐβούλετο ἡδέα ταῦτα γενέσθαι αὐτῷ· μεταμελείας γὰρ οἱ φαῦλοι γέμουσιν. οὐ δὴ φαίνεται ὁ φαῦλος οὐδὲ πρὸς I 4

20. τὸ μὲν] om. K^b. 25. 26. K^b πρὸς αὐτόν.

17 sq. οὐθέν τε φιλητὸν ἔχοντες . . . οὐδὲ δὴ συγχαίρουσιν. Quod novum per particulam τε adjungitur, ad τὸ μὴ συγχαίρειν μηδὲ συναλγεῖν ἑαυτῷ spectat: hoc enim tum unum τῶν φιλικῶν jam reliquum est, tum quasi ceterorum intimam causam prodit. Itaque non male huic tanquam ratio (v. δὴ vs 18) praemittitur quae vel ad reliqua omnia referri poterat „οὐθέν τε φιλητὸν ἔχοντες οὐθὲν φιλικὸν πάσχουσι πρὸς ἑαυτούς". Quod qui concesserit, jam non demonstrationem amplius desiderabit. V. vs 25.

20. τὸ μὲν . . . ἀλγεῖ ἀπεχόμενόν τινων, τὸ δ' ἥδεται: nam ἄν τι θάτερον πράττῃ, τοῦτο τῇ ἑτέρᾳ φύσει παρὰ φύσιν 1154 b 22. Ἀπέχεσθαι passive. — Videsne, his τῆς ἐγκρατείας potius πάθος describi quam τῆς ἀκρασίας?

21. ὥσπερ διασπῶντα: cf. τὰ παραλελυμένα τοῦ σώματος μόρια παρὰ τὴν προαίρεσιν εἰς τοὐναντίον παραφερόμενα, quibuscum pridem 1102 b 18 sq. ista πάθη animi male affecti componebantur.

22. εἰ δὲ μὴ οἷόντε ἅμα λυπεῖσθαι καὶ ἥδεσθαι: non incidit talis dubitatio Eudemo qui 1240 b 21 scripserit ὁ δ' ἀγαθὸς οὐθ' ἅμα λοιδορεῖται ἑαυτῷ ὥσπερ ὁ ἀκρατής, οὔθ' ὁ ὕστερος τῷ πρότερον ὥσπερ ὁ μεταληπτικός [ni sit scrib. potius ὁ μεταμελητικός], οὔτε ὁ ἔμπροσθεν τῷ ὕστερον ὥσπερ ὁ ψεύστης. Neque est, siquidem sunt uno tempore ἐπὶ τἀναντία αἱ ὁρμαὶ τῶν ἀκρατῶν (1102 b 21), cur neges voluptati vincentis partis et subesse et admisceri dolorem victae partis. An est quisquam qui re id nunquam expertus sit? Sed frustra quaeret qui scire voluerit utrum Aristoteli τὸ ἅμα λυπεῖσθαι καὶ ἥδεσθαι propter suas definitiones an propter aliorum decreta in ambiguo relinquendum esse visum sit.

24 s. γέμουσι μεταμελείας: paene Platonicum hoc. Plato enim γέμειν ἀδικημάτων, φόβου, λήθης, ἐλπίδων scribit.

25. οὐ δὴ φαίνεται ὁ φαῦλος . . . φιλικῶς διακεῖσθαι κ. τ. λ. Sub finem et suo loco iteratur quod vs 17 (u. v.) praeceptum est. — Οὐδὲ πρὸς ἑαυτόν: nam amicitiam quâ cum aliis conjungatur aut nullam esse aut fragilem et levem, pridem probatum est; v. ad 1157 a 19. 20; 1159 b 7—10. — Μηδὲν φιλητόν: v. Θ 2: quum enim vere boni nil habeat, πρὸς ἑαυτὸν certe nec suavis ille est (v. vs 14. 18 sq.),

ἑαυτὸν φιλικῶς διακεῖσθαι διὰ τὸ μηδὲν ἔχειν φιλητόν. εἰ 1166 b 26 δὴ τὸ οὕτως ἔχειν λίαν ἐστὶν ἄθλιον, φευκτέον τὴν μοχθηρίαν διατεταμένως καὶ πειρατέον ἐπιεικῆ εἶναι· οὕτω γὰρ καὶ πρὸς αὑτὸν φιλικῶς ἂν ἔχοι καὶ ἑτέρῳ φίλος γένοιτο.

ἡ δ' εὔνοια φιλίᾳ μὲν ἔοικεν, οὐ μὴν ἔστι γε φιλία·

---

29. καὶ πρὸς] $K^b M^b$ πρός. 30. K^b φιλικῷ μέν.

---

neque utilis sibi ipsi quisquam dicetur. — Cf. Pl. Rep. 443 d, ubi τὸ φίλον γενέσθαι ἑαυτῷ καὶ παντάπασιν ἕνα ἐκ πολλῶν unum dicitur τῇ δικαιοσύνῃ propositum esse.

27—29. λίαν ἄθλιον: quemadmodum mox vs 28 voce ἐπιεικῆ res ad virtutem refertur, ita vs 27 voce ἄθλιον ad ipsam beatitatem; v. 1100 b 33 εἰ δ' εἰσὶν αἱ ἐνέργειαι κύριαι τῆς ζωῆς, οὐδεὶς ἂν γένοιτο τῶν μακαρίων ἄθλιος. — Vs 28 διατεταμένως φεύγειν, ut 1175 a 8 διατεταμένως ἐνεργεῖν περί τι; nec minus Pl. Rep. 499 a ξυντεταμένως ζητεῖν τἀληθές; cf. Xen. Oec. 20, 22. Contrarium esse τὸ ἀνειμένως, jam ad 1114 a 5 adnotatum est. — Vs 29 καὶ ἑτέρῳ φίλος γένοιτο sc. διότι ἐπιεικής ἐστιν: recte igitur Θ 1 „ἔστι γὰρ (ἡ φιλία) ἀρετή τις ἢ μετ' ἀρετῆς“, et recte ib. ἔνιοι illi „τοὺς αὐτοὺς οἴονται ἄνδρας ἀγαθοὺς εἶναι καὶ φίλους“ 1155 a 4 et 31. — Verba igitur huj. cap. extrema et ad primum initium disputationis περὶ φιλίας et ad summa quaeque, quo universa Ethica spectant, optime se applicant. Accedit dicendi genus paene inauditum apud Arist., quale graviter exhortantem maxime decet. Insignis locus et ita comparatus ut non possit magis idoneus ad finem disputationi imponendum excogitari.

Subjunguntur vero quasi extra ordinem, ut Aristoteli haud est insolitum, quaestiones nonnullae separatae capp. 5—11. septem numero, quibus pertractatis denuo, ut ita dicam, capite 12 peroratur.

I 5—12.

1) *Περὶ εὐνοίας* 1166 b 30—1167 a 21 (*I* 5).

Differt benevolentia et ab amicitiâ (—b 32) *et ab amore* (—1167 a 3): *ab amicitiâ, quoniam erga ignotos atque inscios esse potest; ab amore tum quia movendi animos impellendique vim non habet, tum quia repente exsistit.*

Dixeris, ab illâ nasci amicitiam neque esse sine illâ; ipsam autem ignavam quandam vel inertem esse amicitiam — 1167 a 12.

Id vero habet benevolentia, quod quum ad eam non fructu quodam utilitatis aut voluptatis evocemur, sed aliquâ alterius praestantiâ, ad eam potissimum amicitiam viam paret quae vera est — 1167 a 21.

Ex Eudemiis v. 1241 a 1—15, e MM. 1212 a 1—13.

30. ἡ δ' εὔνοια φιλίᾳ [K^b φιλικῷ] μὲν ἔοικεν. Haud spernendum φιλικῷ; modo ne ideo postuletur, quod cap. 4 ab in. τὰ φιλικὰ proposita habuerit, cap. 6 item inchoetur φιλικὸν δὲ καὶ ἡ ὁμόνοια φαίνεται. Etenim si haec omnia c. 4—6 potissimum ad genus τῶν φιλικῶν essent relata, quum omnino aliter per haec capp. agendum, tum

1166 b 31 *γίνεται γὰρ εὔνοια καὶ πρὸς ἀγνῶτας καὶ λανθάνουσα, φι-* I
λία δ' οὔ. καὶ πρότερον δὲ ταῦτ' εἴρηται. ἀλλ' οὐδὲ φίλησίς ἐστιν· οὐ γὰρ ἔχει διάτασιν οὐδ' ὄρεξιν, τῇ φιλήσει δὲ ταῦτ' ἀκολουθεῖ. καὶ ἡ μὲν φίλησις μετὰ συνηθείας, ἡ δ' εὔνοια καὶ ἐκ προσπαίου. οἷον καὶ περὶ τοὺς ἀγωνιστὰς
1167 a *συμβαίνει· εὖνοι γὰρ αὐτοῖς γίνονται καὶ συνθέλουσι, συμπράξαιεν δ' ἂν οὐθέν· ὅπερ γὰρ εἴπομεν, προσπαίως εὖνοι γίνονται καὶ ἐπιπολαίως στέργουσιν. ἔοικε δὴ ἀρχὴ φιλίας* 1
εἶναι, ὥσπερ τοῦ ἐρᾶν ἡ διὰ τῆς ὄψεως ἡδονή· μὴ γὰρ προησθεὶς τῇ ἰδέᾳ οὐθεὶς ἐρᾷ, ὁ δὲ χαίρων τῷ εἴδει οὐθὲν

---

32. *ταῦτ'*] $K^b M^b$ *τοιαῦτ'*. 34. *φίλησις*] fort. *φιλία*. 35. Bekk. post *προσπαίου* comma.
1. K^b *συνελθοῦσιν*. 5. *ἰδέᾳ*] K^b *εἰδέαι*.

---

certe id quaeri necesse erat num vir bonus erga se ipsum esset benevolus. Imo haud temere separatas hasce quaestiones *I* 4—11 vocavimus.

32. *καὶ πρότερον δὲ ταῦτ' εἴρηται*: 1155 b 34 *ἢ προσθετέον μὴ λανθάνουσαν· πολλοὶ γάρ εἰσιν εὖνοι οἷς οὐχ ἑωράκασιν*.

33. *τῇ φιλήσει δὲ ταῦτ' ἀκολουθεῖ*: cf. 1157 b 28 *ἔοικε δ' ἡ μὲν φίλησις πάθει*; neque erit ullum *πάθος* quin adsit quaedam contentio animi (*διάτασις*). Benevolentia contra satis habet *ἐπιπολαίως στέργειν* 1167 a 3.

34. *καὶ ἡ μὲν φίλησις μετὰ συνηθείας*: quum opponatur *ἡ δ' εὔνοια καὶ ἐκ προσπαίου* sc. *γίνεται* (v. 1167 a 2. 3), necessario et ad *μετὰ συνηθείας* cogitabitur *γίνεται*. Atqui ut amicitia quidem vera nascatur, scimus tempore opus esse et experientiâ (v. 1156 b 25—32 „*προσδεῖται χρόνου καὶ συνηθείας*“ *κ. τ. λ.*; at cf. etiam 1156 a 34—b 4); ad *τὴν φίλησιν* autem vel ad *τὸ ἐρᾶν* iisdem opus esse, nec satis certum videatur neque usquam dictum est. Censebisne igitur, vs 34 pro *ἡ μὲν φίλησις* scribendum esse *ἡ μὲν φιλία*? Sed omnino parum per hoc cap. eorum ratio habetur quae ante disputata sunt; cur enim vel id omissum quod benevoli ne desiderent quidem *τὸ μάλιστα φιλικόν, συνημέρευσιν*? V. 1158 a 7—10; 1157 b 18. 19. Et v. ad 1167 a 13. Animadvertatur vocabulorum quoque usus, quae in re haud novâ satis multa hic primum reperiuntur nec post recurrunt *συνθέλειν, ἐπιπολαίως στέργειν, προσπαίως* vel *ἐκ προσπαίου*.

35. *οἷον καὶ περὶ τοὺς ἀγωνιστὰς συμβαίνει*: utrumque nimirum; nam *ἐκ προσπαίου* esse quodcunque spectatores de his sentiant, res docet; quod autem *συμπράξαιεν ἂν οὐθὲν* (1167 a 1. 2) documento est studium istud inane fere esse, *ἄνευ διατάσεως* et *ἐπιπολαίως*. Itaque ne *οἷον καὶ* ad unam sententiam quae proxime antecedit „*καὶ ἡ μὲν φίλησις*“ . . . referatur, puncto post *ἐκ προσπαίου* interpungamus.

2. *ὅπερ γὰρ εἴπομεν*: haec ipsa enim duo — *τὸ προσπαίως, τὸ ἐπιπολαίως* — inde a 1166 b 33 demonstrabantur.

5. *μὴ γὰρ προησθεὶς . . . οὐθεὶς ἐρᾷ, ὁ δὲ χαίρων . . . οὐθὲν μᾶλλον ἐρᾷ* et rursus vs 7 *φίλους οὐχ οἷόν τ' εἶναι μὴ εὔνους γενο-*

μᾶλλον ἐρᾷ, ἀλλ' ὅταν καὶ ἀπόντα ποθῇ καὶ τῆς παρουσίας ἐπιθυμῇ. 1167 a 6 οὕτω δὴ καὶ φίλους οὐχ οἷόν τ' εἶναι μὴ εὔνους γενομένους, οἱ δ' εὖνοι οὐθὲν μᾶλλον φιλοῦσιν· βούλονται γὰρ μόνον τἀγαθὰ οἷς εἰσὶν εὖνοι· συμπράξαιεν δ' ἂν οὐθέν, οὐδ' ὀχληθεῖεν ὑπὲρ αὐτῶν. διὸ μεταφέρων φαίη

---

7. $K^b O^b$ ἐπιθυμεῖ.

μένους, οἱ δ' εὖνοι οὐθὲν μᾶλλον φιλοῦσιν. Loquendi genus vere Nicomacheum: v. 1122 a 28 ὁ μὲν γὰρ μεγαλοπρεπὴς ἐλευθέριος, ὁ δ' ἐλευθέριος οὐθὲν μᾶλλον μεγαλοπρεπής et 1128 b 31 εἰ δ' ἡ ἀναισχυντία φαῦλον . . ., οὐθὲν μᾶλλον τὸ τοιαῦτα πράττοντα αἰσχύνεσθαι ἐπιεικές. Cognatum illud est loquendi genus Aristotelicum, quo Eud. h. l. 1241 a 12 utitur ὁ μὲν γὰρ φίλος πᾶς εὔνους, ὁ δ' εὔνους οὐ πᾶς φίλος; sed etiam propius accedit si dicatur ἡ φιλία οὐκ ἄνευ εὐνοίας esse (v. 1241 a 2; ad 1099 a 31). Vox οὐδὲν μᾶλλον, cui non additur οὐ μᾶλλον, varium admittit usum: velut 156 b 29 „οὐδὲν μᾶλλον λέλυται" i. e. „ita quidem nil proficitur"; neque aliter ap. alios velut Xenoph. Anab. III, 3, 11 et 13; at aliquantum diverse 1372 b 22 οἱ μὲν (σφόδρα εὐδοκιμοῦντες ἀδικοῦσιν) ὡς οὐ δόξοντες, οἱ δὲ (σφόδρα ἀδοξοῦντες) ὡς οὐδὲν μᾶλλον δόξοντες.

6. ἀλλ' ὅταν καὶ ἀπόντα ποθῇ καὶ τῆς παρουσίας ἐπιθυμῇ i. e. ὅταν καὶ συζῆν (συνημερεύειν) βούληται. Quod quum ad τὸν ἔρωτα flagitetur, at in amicitiâ vs 9. 10 (quamvis illa prius eâdem hac re a benevolentiâ discerni meminerimus) omittatur, vides vera esse quae ad 1166 b 34 extr. adnotavimus. — In locum vero hujus differentiae, quae ἀπὸ τοῦ συζῆν petitur, vs 9. 10 ut vs 1. 2 id maxime successit quod benevoli τὸ συμπράττειν negligant. Sed videbantur certe quidam 1158 a 7—10 benevoli esse qui vellent ἀπαντᾶν εἰς τὰς χρείας i. e. βοηθεῖν καὶ συμπράττειν.

7. φίλους οὐχ οἷόν τ' εἶναι μὴ εὔνους γενομένους i. e. φίλους δι' ἀρετήν γε seu τελείως: v. vs 12. 13.

10. διὸ μεταφέρων φαίη τις ἂν ἀργὴν εἶναι φιλίαν i. e. eam cui voluntas (τὸ βούλεσθαι vs 8, τὸ συνθέλειν vs 1) ad operam suscipiendam non sufficit. — Quid vero μεταφορᾶς in hac appellatione „ἀργὴν φιλίαν" inest? Nam si proprie ἔργον amicitiae non minus quam ipsius hominis, singulorum membrorum (A 6) esse dicitur, profecto eadem omnia, quando τὸ ἔργον sit infectum aut infectum esse cogitetur, recte et proprie ἀργὰ vocabuntur. Scilicet usu Aristotelico etiam is μεταφέρειν dicitur qui vocem aliquam ab usitatâ notione ad insolitam transtulerit: velut qui εὔψυχον non eum dixerit qui fortis est, sed τὸν εὖ τὴν ψυχὴν ἔχοντα 112 a 31—38. Praeterea vero, quum μεταφορὰ Aristoteli inter alia sit ἐπιφορὰ ὀνόματος ἀπὸ τοῦ εἴδους ἐπὶ τὸ εἶδος (1457 b 6 sq.), saepe fit ut ipse nomen quoddam uni εἴδει tanquam proprium addicat idemque in alio repertum μετενεχθῆναι dicat. Exemplo sit ἡ θυμοῦ ἀκρασία κατὰ μεταφορὰν λεγομένη: omnis enim intemperantia prius ἐπιθυμίᾳ τινὶ data est v. 1149 a 21—24; vel μεταφέροντες λέγειν συκοφάντην τέλειον talia: nam τὸ τέλειον omne virtutis

1167 a 11 τις ἂν αὐτὴν ἀργὴν εἶναι φιλίαν, χρονιζομένην δὲ καὶ εἰς συνήθειαν ἀφικνουμένην γίνεσθαι φιλίαν, οὐ τὴν διὰ τὸ χρήσιμον οὐδὲ τὴν διὰ τὸ ἡδύ· οὐδὲ γὰρ εὔνοια ἐπὶ τούτοις γίνεται. ὁ μὲν γὰρ εὐεργετηθεὶς ἀνθ' ὧν πέπονθεν ἀπονέμει τὴν εὔνοιαν, τὰ δίκαια δρῶν· ὁ δὲ βουλόμενός τιν' εὐπραγεῖν, ἐλπίδα ἔχων εὐπορίας δι' ἐκείνου, οὐκ ἔοικ' εὔνους ἐκείνῳ εἶναι, ἀλλὰ μᾶλλον ἑαυτῷ, καθάπερ οὐδὲ φίλος, εἰ θεραπεύει αὐτὸν διά τινα χρῆσιν. ὅλως δ' ἡ εὔνοια δι' ἀρετὴν καὶ ἐπιείκειάν τινα γίνεται, ὅταν τῳ φανῇ

18. δ' ἡ] K^b M^b δ'.

factum est 1021 b 14—20; vel τὴν τελευτὴν κατὰ μεταφορὰν dici τέλος ib. 28 „ὅτι ἄμφω ἔσχατα".

12. οὐ. τὴν διὰ τὸ χρήσιμον (φιλίαν) οὐδὲ τὴν διὰ τὸ ἡδύ. Hoc igitur habet benevolentia ut si corroborata sit ad perfectam et veram amicitiam traducat. Quae sententia, usque ad extr. cap. tractanda, primum hic quasi per appositionem infertur..

13. οὐδὲ γὰρ εὔνοια ἐπὶ τούτοις γίνεται: ἀλλὰ δι' ἀρετήν τινα μόνον (vs 18. 19). Adversari videtur 1155 b 35 πολλοὶ εὖνοι οὓς οὐχ ἑωράκασιν, ὑπολαμβάνουσι δὲ ἐπιεικεῖς εἶναι ἢ χρησίμους. Deinde autem demonstratio h. l. haud facilis additur „ὁ μὲν γὰρ ..." vs 14—18. Ut enim omittam quod per illam τοῦ ἡδέος jam nulla mentio fit, reputes quaeso quae ultima vs 17. 18 sunt καθάπερ οὐδὲ φίλος, εἰ θεραπεύει αὐτὸν (τὸν ἕτερον) διά τινα χρῆσιν. Erit igitur aliquis in tali societate, ut pridem constat (v. ad 1155 b 27—1156 a 5), ἑαυτῷ potius amicus quam alteri, haud aliter atque vs 17 ἑαυτῷ εὔνους esse videbatur, voletque τῷ ἑτέρῳ τἀγαθά, ἀλλ' οὐκ ἐκείνου ἕνεκα. Quae quum ita sint, reputandum erit utrum istis tum benevolorum nomen tum amicorum tribuendum sit necne. Quodsi enim placeat illam amicitiam διὰ τὸ χρήσιμον appellare amicitiam, ut vs 12. 13 factum est, consentaneum erit in eâdem argumentatione et pro benevolentiâ accipi quae διὰ τὸ χρήσιμον et πρὸς χρησίμους sit. Sin minus: nec benevolentia nisi propter virtutem erit neque amicitia praeter illam quâ veri amici copulantur (vs 17. 18).

14—17. ὁ μὲν γὰρ εὐεργετηθεὶς ... ὁ δὲ βουλόμενός τιν' εὐπραγεῖν κ. τ. λ. Ita quaeritur num sint benevoli qui ad usum suum spectent, ut et ii examinentur qui ad accepta quaedam respiciunt, et ii qui prospiciunt. Illi enim (οἱ μὲν) si sapiunt benevolentiam a se deberi sciunt, ut non possint eo animo esse qui ad arripiendam utilitatem intentus est; hi vero (οἱ δὲ) aut ipsius causâ volent amicum salvum esse aut nomine benevolorum indigni erunt: qui enim ob id alium bene habere cupit, ut sibi ab illo fructus redundet, sibi potius quam alteri bene vult. — Hanc argumentationem quum dico h. l. proponi, non dico eandem omnino rectam et veram esse; v. ad vs 13.

5 καλός τις ἢ ἀνδρεῖος ἤ τι τοιοῦτον, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἀγωνιστῶν εἴπομεν.

6 φιλικὸν δὲ καὶ ἡ ὁμόνοια φαίνεται· διόπερ οὐκ ἔστιν ὁμοδοξία· τοῦτο μὲν γὰρ καὶ ἀγνοοῦσιν ἀλλήλους ὑπάρξειεν ἄν. οὐδὲ τοὺς περὶ ὁτουοῦν ὁμογνωμονοῦντας ὁμονοεῖν φασίν, οἷον τοὺς περὶ τῶν οὐρανίων (οὐ γὰρ φιλικὸν τὸ περὶ τούτων ὁμονοεῖν), ἀλλὰ τὰς πόλεις ὁμονοεῖν φασίν, ὅταν περὶ τῶν συμφερόντων ὁμογνωμονῶσι καὶ ταὐτὰ προαιρῶνται καὶ πράττωσι τὰ κοινῇ δόξαντα. περὶ τὰ πρακτα

---

28. Kᵇ τὰ κοινά.

---

20. *καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἀγωνιστῶν εἴπομεν*: qui enim certantibus quibusdam favent (1166 b 35 s.), aut virtutem eorum aut pulchritudinem *ἤ τι τοιοῦτον* erunt admirati. — Videatur igitur, si haec ac priora composueris, negari cuiquam qui inter certamina benevolus alicui factus sit inde *φιλίαν διὰ τὸ ἡδὺ* vel etiam *ἔρωτα* natum esse.

2) *Περὶ ὁμονοίας*: 1167 a 22—b 16 (*I* 6). Cf. 1241 a 15—33; 1212 a 14—27.

Ὁμόνοια, affinis illa amicitiae, quid sit —b 4, *et inter quos sit* —b 16.

22. *φιλικὸν δὲ καὶ ἡ ὁμόνοια φαίνεται*: quo titulo ad res tractandas refertur; v. ad 1166 b 30. Nec quidquam e priore disputatione de illâ constat, nisi quod in prooemio 1155 a 24 legimus *ἡ γὰρ ὁμόνοια ὅμοιόν τι τῇ φιλίᾳ ἔοικεν εἶναι κ. τ. λ.* Eadem igitur haec notio *ὅτι φιλικὸν ἢ ὅμοιόν τι τῇ φιλίᾳ* hic ab initio, quum quaeratur quid sit, bis adhibetur (*γὰρ* vs 23 et vs 25). Primum enim vs 22—26 cavetur ne *ὁμόνοια* esse videatur ubicunque quilibet de qualibet re idem sentiunt (*νοοῦσιν*); deinde vs 26—b 4 id rerum genus circumscribitur ad quod illa pertinet.

22 s. *οὐκ ἔστιν ὁμοδοξία*: licebat et huc referre quod mox vs 24. 25 in partem *τοῦ ὁμογνωμονεῖν περὶ ὁτουοῦν* monetur: *ἡ μὲν γὰρ δόξα περὶ πάντα* 1111 b 31. Neque enim id agitur ut *τὸ ὁμοδοξεῖν* et *τὸ ὁμογνωμονεῖν* differre inter se videantur; sed argumenta duo sunt communia quasi, quorum alterum ab hominibus petitur qui seu *ὁμοδοξοῦσι* seu *ὁμογνωμονοῦσιν* (vs 23), alterum a rebus de quibus consentitur (vs 24 s.).

23. *τοῦτο μὲν γὰρ* (*τὸ ὁμοδοξεῖν*) *καὶ ἀγνοοῦσιν ἀλλήλους ὑπάρξειεν ἄν*: aliud enim *τὸ ἀγνοούντων ἀλλήλους εἶναι*, aliud *τὸ εἶναι πρὸς ἀγνῶτας καὶ λανθάνειν* 1166 b 31.

26. *ἀλλὰ τὰς πόλεις ὁμονοεῖν φασίν*: neque hic nec vs 30 „*οἷον αἱ πόλεις*" de pluribus civitatibus cogitandum est inter quas de aliquâ re convenerit, sed de civibus unius civitatis qui concordent. Et in eandem hanc partem *ἡ ὁμόνοια* accipiebatur quum ab initio 1155 a 22—26 ejus mentio fieret. Ab exemplo vero civitatis exorsus (*ὁμονοοῦσιν* enim sine dubio etiam privati et in re privatâ) fere eodem sub finem b 2 revertitur „*πολιτικὴ φιλία ἡ ὁμόνοια*"; quaeque media sunt, hinc fidem habent, v. „*δή*" vs 29.

28. *καὶ πράττωσι τὰ κοινῇ δόξαντα*: consensus igitur is qui vel

1167 a 29 δὴ ὁμονοοῦσιν, καὶ τούτων περὶ τὰ ἐν μεγέθει καὶ τὰ ἐνδεχόμενα ἀμφοῖν ὑπάρχειν ἢ πᾶσιν, οἷον αἱ πόλεις, ὅταν πᾶσι δοκῇ τὰς ἀρχὰς αἱρετὰς εἶναι, ἢ συμμαχεῖν Λακεδαιμονίοις, ἢ ἄρχειν Πιττακόν, ὅτε καὶ αὐτὸς ἤθελεν. ὅταν δ' ἑκάτερος ἑαυτὸν βούληται, ὥσπερ οἱ ἐν ταῖς Φοινίσσαις, στασιάζουσιν· οὐ γάρ ἐσθ' ὁμονοεῖν τὸ αὐτὸ ἑκάτερον ἐννοεῖν I 6

29. καὶ τὰ] K^{b} c. al. καί. 32. K^{b} ἔθελεν. 33. ἑαυτὸν] K^{b} καὶ ἑαυτόν. 34. K^{b}L^{b}M^{b} τὸ αὐτῷι. K^{b}L^{b} εὐνοεῖν.

ἀργὸς sit (vs 11) vel prorsus inconstantium (v. b 6. 7) nomine ὁμονοίας in usu linguae indignus esse censetur.

29. καὶ τούτων τὰ ἐν μεγέθει. Ut pulchritudo, ut virtutes non tantum quaedam sed vel omnino virtus ἐν μεγέθει tum rerum tum hominum posita est (v. ad 1123 b 6 et 7; 1232 b 23), utque inter fortunas eae tantum vim habent quae ἐν μεγέθει s. μεγάλα (1100 b 22—25 sq.) sunt s. μέγεθος ἔχοντα (1386 a 6): ita probabile est, hominum appellationem, ut ὁμονοεῖν dicantur, a consensu eorum non peti nisi in magnis quibusdam et gravibus rebus consentiant.

29 s. καὶ τὰ ἐνδεχόμενα ἀμφοῖν ὑπάρχειν: tertia additur notio; ad quam illustrandam vs 32 „ὅταν δ' ἑκάτερος" — b 2 reditur: nec sine causâ. Iis enim quae primum dicuntur res non ita describitur ut minus recte intellegi non possit. Velut si publice cuidam praemium destinetur, de isto praemio sane consensu omnium agi potuerit nec tamen idem ἐνδέχεται πᾶσιν ὑπάρχειν. Nec desiderabatur, si verum dixeris, rerum accuratior descriptio; de animis potius hominum vel de cogitandi ratione agitur, ut τὸ πρακτὸν de quo quaeritur omnes tamquam commune sibi cum ceteris considerent. Nam prorsus idem si e re publicâ appelletur omnibus contingere potest; sin ad singulos referatur, uni tantum. Bene Eudemus οὕτω δὲ δεῖ τῶν αὐτῶν ὀρέγεσθαι ὥστ' ἐνδέχεσθαι ἀμφοτέροις ὑπάρχειν οὗ ὀρέγονται 1241 a 27. 28. V. ad vs 34 s.

34 s. οὐ γάρ ἐστ' ὁμονοεῖν τὸ αὐτὸ ἑκάτερον ἐννοεῖν ὁδήποτε, ἀλλὰ τὸ ἐν τῷ αὐτῷ. Quod in priore membro rejicitur ut vox ὁδήποτε docet ideo rejicitur quia non satis distinctum et circumscriptum est. Itaque τὸ αὐτὸ recte habet (K^{b} al. τὸ αὐτῷι); recte enim tamquam magis distinctum opponitur τὸ ἐν τῷ αὐτῷ sc. αὐτό. Et fortasse scripsit Arist. ἀλλὰ τὸ ἐν τῷ αὐτῷ αὐτό. *Non satis est ad ὁμόνοιαν, si eandem omnino rem mente plures conceperint, nisi eandem rem in eodem homine positam conceperint.* Quâ in sententiâ suo jure ea non iterat quae modo vs 29 flagitavit: nempe rem quaecunque est (τὸ αὐτὸ ὁδήποτε) e numero τῶν πρακτῶν καὶ τῶν ἐν μεγέθει esse. Nec tamen nego Eudemum et in his (v. ad vs 29 s.) sententiam haud male expedivisse quum 1241 a 30 multo facilius scriberet ἔστι δ' ἡ ὁμόνοια ὅταν περὶ τοῦ ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι ἡ αὐτὴ προαίρεσις ᾖ, μὴ τοῦ ἑκάτερον ἀλλὰ τοῦ τὸν αὐτόν. — Quibus vero placet τὸ αὐτῷ ἑκάτερον ἐννοεῖν ὁδήποτε, iis inter alia suadendum est ut talem usum verbi ἐννοεῖν exemplis comprobent. Tantum enim abest ut ἐννοεῖν dicatur

οὐδήποτε, ἀλλὰ τὸ ἐν τῷ αὐτῷ, οἷον ὅταν καὶ ὁ δῆμος καὶ οἱ ἐπιεικεῖς τοὺς ἀρίστους ἄρχειν· οὕτω γὰρ πᾶσι γίγνεται οὗ ἐφίενται. πολιτικὴ δὴ φιλία φαίνεται ἡ ὁμόνοια, καθάπερ καὶ λέγεται· περὶ τὰ συμφέροντα γάρ ἐστι καὶ τὰ εἰς τὸν βίον ἀνήκοντα. ἔστι δ' ἡ τοιαύτη ὁμόνοια ἐν τοῖς ἐπιεικέσιν· οὗτοι γὰρ καὶ ἑαυτοῖς ὁμονοοῦσι καὶ ἀλλήλοις, ἐπὶ τῶν αὐτῶν ὄντες ὡς εἰπεῖν· τῶν τοιούτων γὰρ μένει τὰ βουλήματα καὶ οὐ μεταρρεῖ ὥσπερ εὔριπος, βούλονταί τε τὰ δίκαια καὶ τὰ συμφέροντα, τούτων δὲ καὶ κοινῇ ἐφίενται. τοὺς δὲ φαύλους οὐχ οἷόν τε ὁμονοεῖν πλὴν ἐπὶ μικρόν, καθάπερ καὶ φίλους εἶναι, πλεονεξίας ἐφιεμένους ἐν τοῖς ὠφελίμοις, ἐν δὲ τοῖς πόνοις καὶ ταῖς

---

35. post *αὐτῷ* fort. addendum *αὐτό*.
2. *δὴ* e conj.; *δὲ* Bekk. c. ll. 4. *ἀνήκοντα*] K^b *εἰκότα*.

---

qui alicui aliquid addicturus sit, ut animus quo volumus omnino vix videatur *ἐννοεῖν*. Sane proprium usum verbi huj. percipias velut 89 b 12 *οἷον εἴ τις ἰδὼν ὅτι ἡ σελήνη τὸ λαμπρὸν ἀεὶ ἔχει πρὸς τὸν ἥλιον, ταχὺ ἐνενόησε διὰ τί τοῦτο*; vel 458 b 15 *παρὰ τὸ ἐνύπνιον ἐννοοῦμεν ἄλλο τι* (cf. 458 b 18. 25; 430 b 1. 10; 725 a 18). Itemque *ἔννοιαι* sunt quae *ταῖς φαντασίαις καὶ ταῖς αἰσθήσεσιν* opponuntur mentis perceptiones 701 b 16 sq. (636 b 22; 981 a 6; in Nic. v. substantivum 1171 a 32; b 14; 1177 a 15; 1179 b 15).

2. *πολιτικὴ δὲ φιλία φαίνεται ἡ ὁμόνοια* (Bekk.): scr. *πολιτικὴ δὴ* p. Huc enim universa disputatio ab initio spectabat; v. ad a 26. Ratio enim quae vs 3 additur „*περὶ τὰ συμφέροντα γὰρ*" ita tantum sufficit si *τὰ συμφέροντα καὶ τὰ ἀνήκοντα* cogitentur *ἐν μεγέθει ὄντα* a 29) atque *κοινά* (v. ad a 29 s.): nimirum denominatio ut loquuntur potiore parte fit. — Quam vero amicitiam Arist. dicat *πολιτικήν*, ad 1161 b 13 exposuimus.

4. *ἔστι δ' ἡ τοιαύτη ὁμόνοια* . . . Hinc altera pars cap. inchoatur. Addito pronomine *ἡ τοιαύτη* indicari videatur — id quod priora non testantur — esse etiam aliam *ὁμόνοιαν*, aut *οὐ φιλικὴν* (v. Eud. 1241 a 16 *ἡ ὁμόνοια ἡ φιλική*) aut inferioris generis (*ἔοικε δὲ καὶ ἡ ὁμόνοια οὐχ ἁπλῶς λέγεσθαι . . . ἑτέρα δὲ καθ' ἣν καὶ οἱ φαῦλοι ὁμονοοῦσιν* 1241 a 23—27).

5. *καὶ αὐτοῖς ὁμονοοῦσι* v. 1166 a 13 sq.

10. *καθάπερ καὶ φίλους εἶναι*: relatum hoc ad „*πλὴν ἐπὶ μικρόν*" et ita, si placet, interpungendum. Ratio enim principalis sententiae *οὐχ οἷόν τε* flagitaret *καθάπερ οὐδὲ φίλους εἶναι*. — De re v. imprimis 1159 b 7 (ad q. l. v.) „*οἱ δὲ μοχθηροὶ τὸ μὲν βέβαιον οὐκ ἔχουσιν· οὐδὲ γὰρ αὐτοῖς διαμένουσιν ὅμοιοι ὄντες· ἐπ' ὀλίγον δὲ χρόνον γίγνονται φίλοι χαίροντες τῇ ἀλλήλων μοχθηρίᾳ*".

11. *ἐν δὲ τοῖς πόνοις . . . ἐλλείποντας*: id quod item *πλεονεκτούντων* est; nam *τὸ μεῖον κακὸν δοκεῖ ἀγαθόν πως εἶναι* 1129 b 8.

1167 a 12 λειτουργίαις ἐλλείποντας· ἑαυτῷ δ' ἕκαστος βουλόμενος ταῦτα I τὸν πέλας ἐξετάζει καὶ κωλύει· μὴ γὰρ τηρούντων τὸ κοινὸν ἀπόλλυται. συμβαίνει οὖν αὐτοῖς στασιάζειν, ἀλλήλους μὲν ἐπαναγκάζοντας, αὐτοὺς δὲ μὴ βουλομένους τὰ δίκαια ποιεῖν.

---

12. ἑαυτῷ δ' ἕκαστος βουλόμενος ταῦτα . . . b 14 τὸ κοινὸν ἀπόλλυται. *Ista vero* πλεονεξίας ἔφεσις *necessario concordiam expellit: quoniam enim nec suppetit unde omnes plus sibi arripiant, et labores subeantur aerariumque sublevetur necesse est, singuli, ni velint universam rem perdi, non possunt non alteros invitos prohibere a fructu, ad portanda onera cogere.* Sententia haud dubia est; at a vocabulis, quum res per se varia paucis verbis describatur, non omnis ambiguitas abest. Notus in verbo ἐξετάζειν usus (ut ita dicam) et judicialis et theoreticus; sed huj. loci propria notio e loco 1271 b 14 perspiciatur *Spartani* κακῶς εἰσφέρουσι· διὰ γὰρ τὸ τῶν Σπαρτιατῶν εἶναι τὴν πλείστην γῆν οὐκ ἐξετάζουσιν ἀλλήλων τὰς εἰσφοράς, *et ita plerumque parum pendunt.* Erit igitur ἐξετάζει τὸν πέλας *observat quisque reliquos ne quis aut usum debito majorem capiat aut molestiarum parti se subtrahat;* καὶ κωλύει *et intercedit si vel hoc vel illud ab aliquo tentari senserit.* Pergitur μὴ γὰρ τηρούντων sc. τὸν πέλας vel potius ἀλλήλους: sicut est 1315 a 8 κοινὴ δὲ φυλακὴ πάσης μοναρχίας τὸ μηθένα ποιεῖν ἕνα μέγαν, ἀλλ' εἴπερ, πλείους· τηρήσουσι γὰρ ἀλλήλους similiterque τηρεῖν τοὺς νέους ap. Plat. Legg. 836 a.

15. ἀλλήλους μὲν ἐπαναγκάζοντας: cogitatione addas sive idem qu[illegible] τῷ ἐξετάζοντι καὶ κωλύοντι erat propositum sive „τὰ δίκαια ποιεῖ[illegible]" ut verba sequuntur: utrumque enim idem est. —

3) Ἀπορία περὶ εὐεργετῶν τε καὶ εὐεργετηθέντων φιλήσεως. 1167 b 17—1168 a 27 (*I* 7).

Quaeritur qui fiat ut ii qui beneficia in alios contulerint soleant eos quos sint collata magis amare quam ipsi ab illis amantur.

1) *Dicunt quidem (nec temere dicunt), hominum naturam eo fe[illegible] ut nobis cordi sint a quibus debitam gratiam exspectemus, at minus [illegible]olliciti simus de eorum salute quibus ipsi debeamus* —1167 b 28.

2) *Attamen quum apertum sit, idem vel apud eos accidere, qui [illegible]llam spem futurae remunerationis benevolentiae habeant, altius in natu[illegible] humanae rationem descendendum erit, ut verum hujus rei quasi fon[illegible] indagemus* —b 33.

a) *Quod enim jam quaeritur, latius patet. Cujuscunque operis opificem miro quodam amore id amplecti constat quod fecerit. Atqui is qui alterius beneficiis adjutus fuerit recte pro illius quasi opere habebitur. (Ergo et eodem amore fovebitur quo omnino opera ab opificibus)* —1168 a 5. *Nec latet communis harum rerum causa. Carum cuique quod ipse est; sumus agendo; itaque quoniam actionem nostram in opere quasi deponimus, quidque simus per opera nostra manifestum fiat, naturae quadam lege evenit, ut opera nobis similiter cara sint atque ipsum* τὸ εἶναι —1168 a 9.

b) *Praeterea is qui bene fecit in altero suum quoddam decus habet, quo gaudet; ille vero quid suum in benefico habeat praeter aliquam*

I 7 οἱ δ' εὐεργέται τοὺς εὐεργετηθέντας δοκοῦσι μᾶλλον φιλεῖν ἢ οἱ εὖ παθόντες τοὺς δράσαντας, καὶ ὡς παρὰ λόγον γινόμενον ἐπιζητεῖται. τοῖς μὲν οὖν πλείστοις φαίνεται, ὅτι οἱ μὲν ὀφείλουσι τοῖς δὲ ὀφείλεται· καθάπερ οὖν ἐπὶ τῶν δανείων οἱ μὲν ὀφείλοντες βούλονται μὴ εἶναι οἷς ὀφείλουσιν, οἱ δὲ δανείσαντες καὶ ἐπιμέλονται τῆς τῶν ὀφειλόντων σωτηρίας, οὕτω καὶ τοὺς εὐεργετήσαντας βούλεσθαι εἶναι τοὺς παθόντας ὡς κομιουμένους τὰς χάριτας, τοῖς δ' οὐκ εἶναι ἐπιμελὲς τὸ ἀνταποδοῦναι. Ἐπίχαρμος 1167 b 17

18. οἱ εὖ] $K^b M^b$ εὖ. 22. $K^b M^b$ οἱ δανείσαντες δὲ καὶ ἐπιμελοῦνται.

utilitatem? (— a 12). *Scilicet sive de praesenti delectatione quaeritur, diuturnum quod honeste factum est, sed (acceptae) utilitatis fructus celeriter consumitur; sive memoriam rei praeteritae spectas, honeste facti memoria suavis, at utilitatis si omnino dulcis est multo est minus* — 1168 a 19.

c) *Deinde diligendo eum praestare probabile est qui (quoniam fecit bene quae alter in se collata recipiebat tantum) omnino agendo excellit* — 1168 a 21.

d) *Denique quae cum labore confecta sint cariora esse, vel matrum major amor quo natos prae patribus amplectuntur ostendit. Atqui beneficia facilius accipi quam comparari nemo nescit* — 1168 a 27.

Ex Eudemiis cf. *H* 8, breve caput quo gravissima quaeque et verissima ex Nicomacheorum disputatione tam scite et concinne proponuntur, ut epitome rectius confecta vix cogitari possit.

18 s. καὶ ὡς παρὰ λόγον γινόμενον ἐπιζητεῖται: est igitur et haec ἀπορία: v. ad 1164 b 22. Ὁ λόγος autem παρ' ὃν γίνεται dicatur ὁ τοῦ δικαίου esse; v. Eud. 1241 a 37 δοκεῖ δὲ δίκαιον εἶναι τοὐναντίον: nimirum ut τῷ εὐεργέτῃ ὡς ὑπερέχοντι magis amando et honorando rependatur quod ipse bene faciundo plus praestitit. Quam legem si homines propter vulgare quoddam vitium (ut vs 20—28 exponitur) negligerent, non esset quod miraremur. Sin, ut deinde evincitur, naturae quadam vi coactis ea contingunt quae contra justi rationem pugnant, dubitabis satisne Ethicorum scientiae fecerit qui demonstraverit ὅτι θάτερον μὲν (τὸ μᾶλλον φιλεῖσθαι τὸν εὐεργέτην ἢ φιλεῖν) δίκαιον, θάτερον δὲ (τὸ μᾶλλον φιλεῖν ἢ φιλεῖσθαι τὸν εὐεργέτην) φυσικόν. Nec tamen Arist. longius quaerendo progressus est. V. ad 1158 b 23. 24; ad 1161 b 19 (1162 a 29 sq.): una enim sedes multae difficultatis est.

25 s. Ἐπίχαρμος μὲν οὖν τάχ' ἂν φαίη ταῦτα λέγειν αὐτοὺς ἐκ πονηροῦ θεωμένους. Epicharmum, principem comoediae Siculae, cujus vel sententiam aliquam vel dictum hic illic velut 724 a 28; 1010 a 6; 1086 a 16 Aristoteles laudavit, usum esse loquendi genere λέγειν ἐκ πονηροῦ θεωμένους, non Paraphrastae nec schol. testibus credimus, sed ipsi philosopho. Vox vero ista ad ancipitem usum apta erat, ut aliquis et proprie ἐκ πονηροῦ θεᾶσθαι diceretur qui, quum ex iniquo

1167 b 26 *μὲν οὖν τάχ' ἂν φαίη ταῦτα λέγειν αὐτοὺς ἐκ πονηροῦ θεωμένους, ἔοικε δ' ἀνθρωπικῷ· ἀμνήμονες γὰρ οἱ πολλοί, καὶ μᾶλλον εὖ πάσχειν ἢ ποιεῖν ἐφίενται. δόξειε δ' ἂν φυσικώτερον εἶναι τὸ αἴτιον, καὶ οὐχ ὅμοιον τῷ περὶ τοὺς δανείσαντας· οὐ γάρ ἐστι φίλησις περὶ ἐκείνους, ἀλλὰ τοῦ σώζεσθαι βούλησις τῆς κομιδῆς ἕνεκα· οἱ δ' εὖ πεποιηκότες φιλοῦσι καὶ ἀγαπῶσι τοὺς εὖ πεπονθότας, κἂν μηθὲν ὦσι χρήσιμοι μηδ' εἰς ὕστερον γένοιντ' ἄν. ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν τεχνιτῶν συμβέβηκεν· πᾶς γὰρ τὸ οἰκεῖον ἔργον ἀγαπᾷ μᾶλλον ἢ ἀγαπηθείη ἂν ὑπὸ τοῦ ἔργου ἐμψύχου γενομένου.*
1168 a *μάλιστα δ' ἴσως τοῦτο περὶ τοὺς ποιητὰς συμβαίνει· ὑπεραγαπῶσι γὰρ οὗτοι τὰ οἰκεῖα ποιήματα, στέργοντες ὥσπερ τέκνα. τοιούτῳ δὴ ἔοικε καὶ τὸ τῶν εὐεργετῶν· τὸ γὰρ εὖ*

29. *καὶ οὐχ*] $K^b M^b$ *καὶ οὐδ'*.

loco spectaret, non recte de spectaculo censuisset, et iisdem verbis carperetur qui in malam partem res acciperet quoniam ex similitudine suae pravitatis reliquos aestimaret.

27. *ἔοικε δ' ἀνθρωπικῷ* sc. quod dicunt esse. *Ἀνθρωπικὸν* jam id vocatur quodcunque apud plerosque vel apud cupidum vulgus est: tuo enim jure *τοὺς πολλοὺς* vs 27 vel *μοχθηροὺς* appelles; cf. 1163 b 25 sq. (qui locus simillimus est). — *ἀμνήμονες γὰρ οἱ πολλοί*...: ostenditur *τὸ ἀνθρωπικόν*; sed ita ut alterius partis (*τῶν εὐεργετησάντων*) in verbis certe ratio nulla habeatur. Sed re item *ἀνθρωπικὸν* quod de illis vs 22—24 erat dictum; namque „*ἀνθρωπικὸν τὴν ἐπικουρίαν μὴ διωθεῖσθαι*" 1163 b 24. V. ad 1178 a 8.

29. *φυσικώτερον* (v. 1168 a 8 *τοῦτο δὲ φυσικόν*) appellatur id quod magis innatum atque ingenuum est quam illae cupidorum ratiunculae quamquam sunt *ἀνθρωπικαί*.

30. *οὐ γάρ ἐστι φίλησις περὶ ἐκείνους*: amantium nomine *οἱ δανείσαντες* indigni sunt. Cur? nimirum *φίλησις* jam esse negatur nisi *φιλία* sit et *βούλησις ἀγαθῶν ἐκείνου ἕνεκα*. Nulla igitur erit *τῶν ἀψύχων φίλησις*; distinctionesque quaedam quae 1155 b 27—31 propositae sunt inanes videbuntur. At in Aristotele hoc ferendum est quod interdum notionum vim uno loco diligenter intendit, aliis eandem remittit aut certe ipse minus observat.

32 s. *κἂν μηθὲν ὦσι χρήσιμοι μηδ' εἰς ὕστερον γένοιντ' ἂν* i. e. *κἂν μηθὲν ὦσι χρήσιμοι μήδ' ἐλπὶς ᾖ τοῦ γενέσθαι ἂν εἰς ὕστερον χρησίμους*. Suppressâ enim ut ita dicam in altero membro constructione quam particula *ἐὰν* flagitabat, illatus est sententiae causa optativus cum particulâ *ἄν*.

3. *τὸ γὰρ εὖ πεπονθὸς*: ipsum hominem, in quem quis beneficia contulerit, ejus operâ confectum esse dubitabis dicere. Ob eandem igitur fere causam Arist. scripsit *τὸ εὖ πεπονθὸς* neque *ὁ εὖ πεπον-*

πεπονθὸς ἔργον ἐστὶν αὐτῶν· τοῦτο δὴ ἀγαπῶσι μᾶλλον ἢ 1168 a 4 *τὸ ἔργον τὸν ποιήσαντα. τούτου δ' αἴτιον ὅτι τὸ εἶναι πᾶσιν αἱρετὸν καὶ φιλητόν, ἐσμὲν δ' ἐνεργείᾳ· τῷ ζῆν γὰρ καὶ πράττειν. ἐνεργείᾳ δ' ὁ ποιήσας τὸ ἔργον ἐστί πως· στέργει δὴ τὸ ἔργον, διότι καὶ τὸ εἶναι. τοῦτο δὲ φυσικόν· ὃ γάρ ἐστι δυνάμει, τοῦτο ἐνεργείᾳ τὸ ἔργον μηνύει. ἅμα δὲ καὶ τῷ μὲν εὐεργέτῃ καλὸν τὸ κατὰ τὴν πρᾶξιν, ὥστε χαίρειν ἐν ᾧ τοῦτο, τῷ δὲ παθόντι οὐθὲν καλὸν ἐν τῷ δράσαντι, ἀλλ' εἴπερ, συμφέρον· τοῦτο δ' ἧττον ἡδὺ καὶ φιλητόν. ἡδεῖα δ' ἐστὶ τοῦ μὲν παρόντος ἡ ἐνέργεια, τοῦ δὲ μέλλοντος*

---

7. *δ' ὁ*] scr. c. $L^bM^bO^b$; *δὴ ὁ* Bekk. c. cett. Bekk. *ἔστι πως*.

θώς, et Eud. *ὁ γὰρ εὖ παθὼν ὥσπερ ἔργον τοῦ εὖ ποιήσαντος* 1241 b 2.

7. *ἐνεργείᾳ δὴ ὁ ποιήσας τὸ ἔργον ἔστι πως* (Bekk.). Qui argumentum quod in his sententiis inest reputaverit, probaveritque quale supra (2 a) exposuimus, jam intelleget quid dicam quum ex ratione rei fuisse ajo ut scriberetur „*ἐνέργεια δὲ τοῦ ποιήσαντος τὸ ἔργον ἐστί πως*". Nec tamen conjicio Aristotelem haec ita edidisse: imo similitudine vocis *ἐσμὲν ἐνεργείᾳ* vs 6 allectum ipsum puto et vs 7 praetulisse *ἐνεργείᾳ . . . ἐστί*. Sed particula *δὴ* in hac enunciatione locum non habet; scribendum *ἐνεργείᾳ δὲ* . . .

8. *ὃ γάρ ἐστι δυνάμει, τοῦτο ἐνεργείᾳ τὸ ἔργον μηνύει*. Inaudita ...ene in Eth. et Polit. haec oppositio *τοῦ δυνάμει καὶ τοῦ ἐνεργείᾳ* ...*ντος*, quae alias Aristoteli tam solemnis est. Quâ in re nec philoso...hum excusatione, nec quemquam huj. loci causâ explicatione illius ...sûs indigere censeo. — Sed prudenter jam pro *ἐστὶν* scriptum *μηνύει*: ...uâ voce receptâ in hanc sententiam demonstratio abibit „delectari ...numquemque iis rebus per quas vel aliis vel sibi ipsi quid sit quid...ue possit ante oculos ponatur".

9. *ἅμα δὲ καὶ* . . . Quae sic adjunguntur, ab initio quidem propter ...riorem argumentationem (1167 b 31 — 1168 a 9) ut stet, necessaria ...unt. Illa enim ad omne genus *ἔργον* spectare videbatur, ut multa ...ane *ἀγαπητὰ* esse oporteret quae haud fuerant beneficiorum instar. Revocatur igitur disputatio ad ea quae *κατὰ τὴν πρᾶξιν* (vs 10) habent *τὸ καλὸν τὸ τοῦ εὐεργετήματος*.

12. *τοῦτο (τὸ συμφέρον) δ' ἧττον ἡδὺ καὶ φιλητόν*. Recte haec opposita esse liquet; sed quaeritur num res apud omnes, velut apud *τοὺς πολλοὺς* ita habeat. Etenim si omnino haec vera essent, nemo non mallet ipse *εὖ ποιεῖν* quam *εὖ πάσχειν*. Ergo quae vs 13 — 19 additur temporum distinctio propter haec poscebatur: per eam enim cavetur ne quis de rebus faciundis cogitet, ubi de actis quaeritur.

13. *τοῦ δὲ μέλλοντος ἡ ἐλπίς*: addas vs 18 *ἡ προσδοκία ἀνάπαλιν ἔχειν ἔοικεν*. Utrumque (v. ad vs 12) ab hac quaestione alienum videatur; autumetque aliquis futuri temporis mentionem ob id adjunctam

1168 a 14 ἡ ἐλπίς, τοῦ δὲ γεγενημένου ἡ μνήμη. ἥδιστον δὲ τὸ κατὰ τὴν ἐνέργειαν, καὶ φιλητὸν ὁμοίως. τῷ μὲν οὖν πεποιηκότι μένει τὸ ἔργον (τὸ καλὸν γὰρ πολυχρόνιον), τῷ δὲ παθόντι τὸ χρήσιμον παροίχεται. ἥ τε μνήμη τῶν μὲν καλῶν ἡδεῖα, τῶν δὲ χρησίμων οὐ πάνυ ἢ ἧττον· ἡ προσδοκία δ' ἀνάπαλιν ἔχειν ἔοικεν. καὶ ἡ μὲν φίλησις ποιήσει ἔοικε, τὸ φιλεῖσθαι δὲ τῷ πάσχειν. τοῖς ὑπερέχουσι δὴ περὶ τὴν πρᾶξιν ἕπεται τὸ φιλεῖν καὶ τὰ φιλικά. ἔτι δὲ τὰ ἐπιπόνως γενόμενα πάντες μᾶλλον στέργουσιν, οἷον καὶ τὰ χρήματα οἱ κτησάμενοι τῶν παραλαβόντων· δοκεῖ δὴ τὸ μὲν εὖ πάσχειν ἄπονον εἶναι· τὸ δ' εὖ ποιεῖν ἐργῶδες. διὰ ταῦτα δὲ καὶ αἱ μητέρες φιλοτεκνότεραι· ἐπιπονωτέρα γὰρ ἡ γέννησις[, καὶ μᾶλλον ἴσασιν ὅτι αὐτῶν]. δόξειε δ' ἂν τοῦτο καὶ τοῖς εὐεργέταις οἰκεῖον εἶναι.

18. 19. M^b om. ἢ ἧττον — ἔχειν ἔοικεν; fort. recte, modo et 13. 14 vba τοῦ δὲ μέλλοντος ἡ ἐλπίς deleantur. 21. τὸ φιλεῖν] om. K^b. 23. $K^b L^b M^b$ τὸ εὖ μὲν. 25. 26. K^b γένεσις. 26. [καὶ — αὐτῶν] susp.

esse ne quod genus τοῦ ἡδέος praetermitteretur. Attamen, etsi dictum non sit, aliquid etiam in futuro tempore inest quod sententiae conveniat. Siquidem enim exspectatio utilitatis gratior est quam offici (vs 18): illa penes τὸν εὐεργετήσαντα, haec apud τὸν εὐεργετηθέντα est, nec longe abest τὸ ἀνθρωπικὸν illud 1167 b 27. — De ipsa fortasse aliter judicabis nec videbitur Arist. ubique in istam partem censuisse.

16. μένει τὸ ἔργον: itaque praesens quasi habebit τὸ κατὰ ἐνέργειαν. At τῷ παθόντι aut nihil unquam fuit hujus generis aut usu acceptae utilitatis erat, qui perennis non solet esse.

21. ἕπεται: consentaneum, illum omnino agendo plus posse; ergo etiam diligendo. Quo in argumento vs 19—21 quam mediocris sit vis non latet. — Audias ipsum magistrum in persimili re alio loco dicentem ἐν πᾶσι γὰρ τὸ ἔλαττον οὐδεὶς ὑπομένει 1163 b 9.

22. οἷον καὶ τὰ χρήματα (μᾶλλον στέργουσιν) οἱ κτησάμενοι τῶν παραλαβόντων: v. 1120 b 11 ἐλευθεριώτεροι δὲ εἶναι δοκοῦσιν οἱ μὴ κτησάμενοι ἀλλὰ παραλαβόντες τὴν οὐσίαν κ. τ. λ.

26. καὶ μᾶλλον ἴσασιν (αἱ μητέρες τῶν πατέρων) ὅτι αὐτῶν. Jam prius haec sententia se obtulit legentibus nobis, 1161 b 27 si non verbis expressa, at recte interpretando elicita. Et illic quidem, quoniam de parentium et liberorum inter se amore pluribus agebatur, e re erat vel hoc addi. Quid vero idem ad amorem de quo h. l. quaeritur, qui inter τοὺς εὐεργετήσαντας atque τοὺς εὐεργετηθέντας est, pertineat? An sano judicio quisquam contendat καὶ τοῦτο τοῖς εὐεργέταις οἰκεῖον esse (vs 26. 27) sc. ut magis sciant quid fecerint, quam alteri quid acceperint? Confer Eudemum, qui simillime disputans verbis quidem

prope ad haec accedere videatur, re autem satis habet unum *τὸ ἐπιπονώτερον* s. *χαλεπώτερον* commemorare; longe enim commodius „*ὅτι μᾶλλον*, inquit, *οἴονται αὐτῶν εἶναι ἔργον τὰ τέκνα· τὸ γὰρ ἔργον τῷ χαλεπῷ διορίζουσιν*“ (1241 b 7—9). Videntur, si non plura, ista certe verba *καὶ μᾶλλον ἴσασιν ὅτι αὐτῶν* ab h. l. removenda esse. V. Menandri vel, si Eustathio major fides sit, Euripidis fragmentum:

ἔστιν δὲ μήτηρ φιλότεκνος μᾶλλον πατρός·
ἡ μὲν γὰρ αὐτῆς οἶδεν ὄνθ', ὁ δ' οἴεται.

Stob. Floril. Oϛ 17).

4) *Περὶ τοῦ φίλαυτον εἶναι πότερον ψεκτὸν ἢ ὀρθῶς ἔχει* 1168 a 28 —1169 b 2 (*I* 8).

1) *Ἀπορία.*

a) *Vituperatur τὸ φίλαυτον, quia mali hominis sit* (— a 33) *et a viro bono, qui honestatis amicorumque causâ sua negligat, alienum* — a 35.

b) *Ab alterâ parte, quum et voluntas illa in favorem alterius, in quâ maxime amicitia posita est, et reliqua, quae amicorum propria esse dicuntur proverbiisque celebrantur, cuique erga se ipsum potissimum suppetant, ipse sibi quisque amicissimus esse videbitur; sin amicissimus, maxime amandus* — b 10.

Λύσις. Dissensionis hujus ratio haud obscura erit, si quis ostenderit quid utrinque dicatur φίλαυτον.

a) *Reprehendentes enim illi eum φίλαυτον vocant qui sibi quam plurimum potest eorum bonorum arrogat quae vulgo placent, itaque cupidini suae indulget* — b 23. *Nam si quis sua esse velit quaecunque honestissima sint, nec nomen illud nec notam imponunt* — b 28.

b) *Res vero ipsa et linguae usus aliis in nominibus (velut ἐγκρατείας) suadent, ut sui ipsius amans is potissimum dicatur, qui quod in se habet summum et optimum, τὸν νοῦν, colit* —1169 a 1. *Ita vero φίλαυτος vir bonus est: qui et sibi et reliquis sic optime consulit omnique vituperio est exemtus* — a 11.

c) *Ergo in viro bono bene habet τὸ φίλαυτον; at in malo nocet* — a 18. *Atque in illo utrumque verum est, tum (ut vituperatores τοῦ φιλαύτου praedicabant) amicorum causâ ab eo opes, honores, imo vel vitam laudemque bene factorum negligi, tum (id quod nos probamus) eundem quantumvis aliis permittat utique quod omnium verissimum bonum est sibi potissimum vindicare, ipsam honestatem* —1169 b 2.

Est hoc caput inter ea, quibus interdum Arist. seu rebus sententiisque ultra solitum illectus seu suâ docendi facultate delectatus quasi ostendere videtur, quid, si spatium sibi sumpserit ad conscribendum, non tantum argumentorum concinnitate sed etiam in dicendo facilitate, vi, paene elegantiâ possit.

In Eudemiis omnis haec quaestio *περὶ τοῦ φιλαύτου* tractata non est; quae enim *H* 6 in eam partem disputantur num quis *αὐτὸς αὐτῷ φίλος* dici possit et quo sensu, ad eam rem pertinent de qua Nic. *I* 4 audivimus. Magnorum contra Mor. scriptor ita *B* 13. 14 in hac quae-

1169 a 28 ἀπορεῖται δὲ καὶ πότερον δεῖ φιλεῖν ἑαυτὸν μάλιστα ἢ ἄλλον τινά· ἐπιτιμῶσι γὰρ τοῖς ἑαυτοὺς μάλιστα ἀγαπῶσι, καὶ ὡς ἐν αἰσχρῷ φιλαύτους ἀποκαλοῦσι· δοκεῖ τε ὁ μὲν φαῦλος ἑαυτοῦ χάριν πάντα πράττειν, καὶ ὅσῳ ἂν μοχθηρότερος ᾖ, τοσούτῳ μᾶλλον· ἐγκαλοῦσι δὴ αὐτῷ ὅτι οὐθὲν ἀφ' ἑαυτοῦ πράττει· ὁ δ' ἐπιεικὴς διὰ τὸ καλόν, καὶ ὅσῳ ἂν βελτίων ᾖ, μᾶλλον διὰ τὸ καλόν, καὶ φίλου ἕνεκα· τὸ δ' αὑτοῦ παρίησιν. τοῖς λόγοις δὲ τούτοις τὰ ἔργα δια- I 8

32. ὅτι] K[b] οἷον ὅτι. 34. K[b] βέλτιον.

stione versatur ut sententiae quidem attentione haud sint indignae. Etenim quum de recto usu vocis φίλαυτος aliquantum aliter censeat atque Arist., tum ad rem memorabilem distinctionem proponit 1212 b 20 ὁ δὲ φαῦλος φίλαυτος· οὐδὲν γὰρ ἔχει δι' ὃ φιλήσει αὐτὸς ἑαυτὸν οἷον καλόν τι, ἀλλ' ἄνευ τούτων αὐτὸς ἑαυτὸν φιλήσει ᾗ αὐτός. Ecce Plato, qui quum Legg. E 731 d sqq. in eam sententiam disputat ὅτι τὸ πάντων ἁμαρτημάτων αἴτιον ἑκάστῳ γίγνεται ἑκάστοτε διὰ τὴν σφόδρα ἑαυτοῦ φιλίαν, haud in usu tantum vocabuli ab Arist. discedit. Ipse vero his potissimum locis praeter Eth. τὸ φίλαυτον attigit 1263 a 41—b 5; in Rhet. 1371 b 18—26 unde apparebit esse in amore illo τῶν ἐρ[illegible] καὶ τῶν εὐεργετηθέντων, de quo Nic. I 7 agebatur, quod ad hanc quaestionem perducat) et 1389 b 35—1390 a 1 (ubi τὸ φίλαυτον quod in senibus praecipue notatur, ad eorundem μικροψυχίαν refertur; v. infra ad 1169 a 22 sq.. In his Aristotelem, ut probabile erat, vulgatum potius usum nominis sequi apertum est; in re num cuncta concinant, hoc quidem loco longum est disquirere.

28. ἀπορεῖται δὲ καὶ πότερον δεῖ φιλεῖν ἑαυτὸν μάλιστα ἢ ἄλλον τινά. Si ad hanc propositionem conformatum esset quod per hoc comp. efficitur, ipsa quaestio reprehendenda erat. Fieri enim aliter non posse, nisi ut quisque se magis amet quam quemlibet alium. Hanc naturae necessitatem apud bonos in bonam partem abire, apud malos in malam. Quodsi igitur quaeratur quid oporteat esse (τί δεῖ;), quid non: oportere nos viros bonos esse ut naturalis quoque nostri amor quem habeamus tum ipsis tum reliquis conducat (cf. extremas sententias I 4 1166 b 27 sq.).

30. καὶ ὡς ἐν αἰσχρῷ φιλαύτους ἀποκαλοῦσι: cf. Plat. Gorg. 512 c καὶ ὡς ἐν ὀνείδει ἀποκαλέσαις ἂν μηχανοποιόν (v. ἄγειν εἰς ὄνειδος b 15, ὀνειδίζειν b 23; 1169 a 4.

33. ὅτι οὐθὲν ἀφ' ἑαυτοῦ πράττει „nihil ita agit ut sui cogitationem deponat“: usu praepositionis ἀπὸ non frequenti quidem, sed satis vel e grammaticis comperto.

35. τὸ δ' αὑτοῦ παρίησιν. Pro isto παριέναι τι (ἄλλου χάριν) vel προΐεσθαί τί τινι 1169 a 20. 26. 30. 33) MM. haud male dicunt ἐξίστασθαί τινί τινος.

35 sq. *Cum hac hominum sententiâ res non concinunt (unusquisque enim haud excepto viro bono se ipsum maxime amare videtur);*

I 8 φωνεῖ, οὐκ ἀλόγως. φασὶ γὰρ δεῖν φιλεῖν μάλιστα τὸν 1168 b 1
μάλιστα φίλον, φίλος δὲ μάλιστα ὁ βουλόμενος ᾧ βούλεται τἀγαθὰ ἐκείνου ἕνεκα, καὶ εἰ μηδεὶς εἴσεται. ταῦτα δ' ὑπάρχει μάλιστ' αὐτῷ πρὸς αὑτόν, καὶ τὰ λοιπὰ δὴ πάνθ' οἷς ὁ φίλος ὁρίζεται· εἴρηται γὰρ ὅτι ἀπ' αὐτοῦ πάντα τὰ φιλικὰ καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους διήκει. καὶ αἱ παροιμίαι δὲ πᾶσαι ὁμογνωμονοῦσιν, οἷον τὸ „μία ψυχὴ“ καὶ „κοινὰ τὰ φίλων“ καὶ „ἰσότης φιλότης“ καὶ „γόνυ κνήμης ἔγγιον“·

---

2. ᾧ] K^b ἢ ὥ.

---

quodque apud omnes fit, aliter fieri non posse facile ostenditur (οὐκ ἀλόγως). Nam recte is maxime amatur, qui amicissimus est maximeque amico illius causâ omnis generis bonorum auctor esse velit: atqui quis est quin sibi suâ causâ auctor bonorum omnium velit esse? (b 1 — 4). *Τὰ ἔργα, τοῖς λόγοις διαφωνοῦντα, ἔχει λόγον.*

2. *ὁ βουλόμενος ᾧ βούλεται τἀγ. ἐκ. ἕν.* Hanc amicam voluntatem, quâ hic ipsum *τὸ φίλον εἶναι* describi apparet, ab initio diximus verissimam amicitiae definitionem esse: v. ad 1156 a 9 al. Offenderunt autem nonnulli in isto loquendi genere *ὁ βουλόμενος* (*τούτῳ*) *ᾧ βούλεται*, fueritque inde varietas quaedam quae et in ll. MS. observatur exorta. Sed vide annon ex re sint quae scripta sunt; quod enim probabilius videatur „*ὁ βουλόμενος τῷ ἄλλῳ* vel *τῷ φίλῳ*“, in huj. l. rationem, qua volens ille atque is ad quem spectat (c u i vult) idem est, parum conveniebat.

3. *καὶ εἰ μηδεὶς εἴσεται*: interpreteris „nemo, forte ne is quidem erga quem benevolus est“ et cf. matres 1159 a 28—33. Qui vero sibi ipsi consulit, sine dubio satis habet rem perpetrare, ut neque alius conscientiâ neque suâ tantopere egeat. Quid igitur censendum de laudatâ a quibusdam Giphanii conjecturâ *καὶ εἰ μηθὲν οἴσεται*?

4 s. *τὰ λοιπὰ δὴ πάνθ' οἷς ὁ φίλος ὁρίζεται . . . πάντα τὰ φιλικά*: v. ad 1157 a 20—25, vel potius ad 1166 a 1 „*τὰ φιλικὰ τὰ πρὸς τοὺς φίλους καὶ οἷς αἱ φιλίαι ὁρίζονται*“: ad haec enim verba et omnino ad *I* 4 respicitur, ibique „*εἴρηται ὅτι . . . διήκει*“ (vs 5. 6). Neque igitur Arist., quum jam quaerat *πότερον δεῖ φίλαυτον* (*ἑαυτῷ φίλον*) *εἶναι*, necessarium esse ratus est, ut ad quaestionem illo in cap. motam *πότερον ἔστι φιλία πρὸς ἑαυτόν* regrederetur: v. ad 1166 a 33 — b 1. Et erant profecto comparatis his capp. *I* 4 et 8 aliae dubitationes graviores expediendae, ni soleret aliquid lectorum operae permittere. Nonne enim mali homines, qui cap. 8 satis esse *φίλαυτοι* videntur, cap. 4 potius *μισεῖν ἑαυτοὺς* dicebantur nec quidquam *φιλικὸν πρὸς ἑαυτοὺς πάσχειν* (1166 b 17 s.)?

6 s. *καὶ αἱ παροιμίαι δὲ πᾶσαι* . . . Ex quatuor illis quae vs 7. 8 laudantur postremum (*γόνυ κνήμης ἔγγιον*) praeter hunc l. in Eth. non reperitur, primum (*μία ψυχή*) vulgo Diogeni datum, Eudemus 1240 b 9 inter *τὰ φιλικὰ* commemorat; reliqua ex Nic. nota sunt (1159 b 31; 1157 b 36 u. v.).

πάντα γὰρ ταῦτα πρὸς αὐτὸν μάλισθ' ὑπάρχει· μάλιστα γὰρ φίλος αὐτῷ, καὶ φιλητέον δὴ μάλισθ' ἑαυτόν. ἀπορεῖται δ' εἰκότως ποτέροις χρεὼν ἕπεσθαι, ἀμφοῖν ἐχόντοιν τὸ πιστόν. ἴσως οὖν τοὺς τοιούτους δεῖ τῶν λόγων διαιρεῖν καὶ διορίζειν ἐφ' ὅσον ἑκάτεροι καὶ πῇ ἀληθεύουσιν. εἰ δὴ λάβοιμεν τὸ φίλαυτον πῶς ἑκάτεροι λέγουσι, τάχ' ἂν γένοιτο δῆλον. οἱ μὲν οὖν εἰς ὄνειδος ἄγοντες αὐτὸ φιλαύτους καλοῦσι τοὺς ἑαυτοῖς ἀπονέμοντας τὸ πλεῖον ἐν χρήμασι καὶ τιμαῖς καὶ ἡδοναῖς ταῖς σωματικαῖς· τούτων γὰρ οἱ πολλοὶ ὀρέγονται, καὶ ἐσπουδάκασι περὶ αὐτὰ ὡς ἄριστα ὄντα, διὸ καὶ περιμάχητά ἐστιν. οἱ δὴ περὶ ταῦτα πλεονέκται χαρίζονται ταῖς ἐπιθυμίαις καὶ ὅλως τοῖς πάθεσι καὶ τῷ ἀλόγῳ τῆς ψυχῆς. τοιοῦτοι δ' εἰσὶν οἱ πολλοί· διὸ καὶ ἡ προσηγορία γεγένηται ἀπὸ τοῦ πολλοῦ φαύλου ὄντος. δικαίως δὴ τοῖς οὕτω φιλαύτοις ὀνειδίζεται. ὅτι δὲ τοὺς τὰ τοιαῦθ' αὑτοῖς ἀπονέμοντας εἰώθασι λέγειν οἱ πολλοὶ φιλαύτους, οὐκ ἄδηλον· εἰ γάρ τις ἀεὶ σπουδάζοι τὰ δίκαια πράττειν αὐτὸς

9. KᵇMᵇ μάλιστ' ἂν ὑπάρχοι. 15. μὲν οὖν] KᵇMᵇ μέν. 23. Kᵇ ... δὲ τοῖς τά.

9 s. μάλιστα γὰρ φίλος αὐτῷ. Siquidem in eâ argumentandi vi quâ incedebat disputatio (v. ad a 35 s.) persistendum erat, non sati recte istud γὰρ illatum est. Per τὰ φιλικὰ enim demonstrandum er τὸ φίλον εἶναι, ut inde (δὴ vs 10) ratum esset τὸ μάλιστα φιλητέον.

11. ἀμφοῖν ἐχόντοιν τὸ πιστόν: nam ab alterâ parte non vulg sed eorum judicium stat quibus decus et praestantia honestatis cor est (a 29—35), ab alterâ ipsae res (τὰ ἔργα a 35) quique rerum ver tatem sequuntur. Dirimentur autem certantes (διαιρεῖν b 12) atq utrique rem non male gessisse videbuntur, si apparuerit, diversa e censuisse de nomine quidem vel titulo uno, sed de re vel homine genere diverso.

15—21. Hac τῶν φιλαύτων descriptione, collato loco 1129 b 1— apparebit sub novo nomine ipsum virum injustum depingi.

21. διὸ καὶ ἡ προσηγορία γεγένηται sc. οἷα ἔστιν: neque enim φ λαυτος vocari poterat qui cupiditati potissimum indulget, nisi pleri que quod ipsi sunt in cupiditate suâ positum esse videretur; ut i repletâ ipsi bene habere, τῷ ἀλόγῳ χαριζόμενοι ἑαυτοῖς χαρίζεσ sibi videantur. — ἀπὸ τοῦ πολλοῦ φαύλου ὄντος: et recte quidem appellando ad τὸ πολὺ spectant, quum vel lex omissâ minore parte ὡς ἐπὶ τὸ πλέον λαμβάνει (1137 b 15 s.) atque ars nomina ita injur ut quae forte passim praeter usum accidunt negligantur (1138 b Quamquam hoc in genere id proprium est quod τὸ πολὺ est t fere κατὰ συμβεβηκός.

I 8 μάλιστα πάντων ἢ τὰ σώφρονα ἢ ὁποιαοῦν ἄλλα τῶν κατὰ 1168 b 28 τὰς ἀρετάς, καὶ ὅλως ἀεὶ τὸ καλὸν ἑαυτῷ περιποιοῖτο, οὐθεὶς 5 ἐρεῖ τοῦτον φίλαυτον οὐδὲ ψέξει. δόξειε δ' ἂν ὁ τοιοῦτος μᾶλλον εἶναι φίλαυτος· ἀπονέμει γοῦν ἑαυτῷ τὰ κάλλιστα καὶ μάλιστ' ἀγαθά, καὶ χαρίζεται ἑαυτοῦ τῷ κυριωτάτῳ, καὶ πάντα τούτῳ πείθεται· ὥσπερ δὲ καὶ πόλις τὸ κυριώτατον μάλιστ' εἶναι δοκεῖ, καὶ πᾶν ἄλλο σύστημα, οὕτω καὶ ἄνθρωπος· καὶ φίλαυτος δὴ μάλιστα ὁ τοῦτο ἀγαπῶν καὶ τούτῳ χαριζόμενος. καὶ ἐγκρατὴς δὲ καὶ ἀκρατὴς λέγεται τῷ κρατεῖν τὸν νοῦν ἢ μή, ὡς τούτου ἑκάστου ὄντος· καὶ πεπραγέναι δοκοῦσιν αὐτοὶ καὶ ἑκουσίως τὰ μετὰ λόγου μάλιστα. 1169 a ὅτι μὲν οὖν τοῦθ' ἕκαστός ἐστιν ἢ μάλιστα, οὐκ ἄδηλον, καὶ

35. τούτου] ex uno (ut vid.) L[b]; τοῦτο cett.

30. καὶ χαρίζεται ἑαυτοῦ τῷ κυριωτάτῳ: vs 35 demum elucet τὸν νοῦν dici τὸ κυριώτατον, cf. 1166 a 22 δόξειε δ' ἂν τὸ νοοῦν ἕκαστος εἶναι ἢ μάλιστα; et v. ad 1166 a 16: quae enim hic de opposito genere vs 19 sq. dicta sunt, per oppositionis rationem omnino ad τὸν λόγον, a quo ὁ νοῦς discernendus esse videatur, perducunt; pariterque ὁ ἀκρατής, in quo vs 34. 35 ὁ νοῦς vinci dicitur, libro H potius παρὰ τὸν λόγον ὃν αὐτὸς ἔχει πράττειν dictus est. Notanda haec ideo sunt, ne quis ex hoc similibusque capp., quorum longe alia est ratio, accuratiorem de animi ejusque partibus institutionem peti posse putet. — Ad rem Arist. aut non vidit aut certe haud significavit aliquam differentiam, quae Platonem loco illo supra laudato (Legg. 731 d sq.) non fugisse videtur. Qui enim cupiditati obtemperans φίλαυτος est, necessario suae obsequitur cupiditati; at qui rationem (seu νοῦν seu λόγον) ita colere sibi visus sit ut suam maxime admiretur, longe a proposito aberrabit.

34. καὶ ἐγκρατὴς δὲ . . . λέγεται. Usu quodam linguae recepto ostenditur ὅτι ὁ τοιοῦτος μᾶλλον ἂν δόξειε φίλαυτος εἶναι vs 28. Est enim ὁ ἐγκρατὴς κρατῶν τις· κρατεῖ δ' ἐν αὐτῷ ὁ νοῦς ἢ ὁ λόγος, ἡ δ' ἐπιθυμία (v. vs 20) κρατεῖται. Ergo si quod quisque est e cupiditate potius quam e ratione appellandum esset, ἀκρατὴς dicendus erat qui ἐγκρατής est.

1. καὶ πεπραγέναι δοκοῦσι αὐτοὶ καὶ ἑκουσίως τὰ μετὰ λόγου μάλιστα. Ne haec, quamvis probabilia per se sint, firmamento a priore disputatione plane carere videantur, conferas E 10: ibi enim propter sola τὰ ἐκ προαιρέσεως vel ἐκ προνοίας (quae eadem τὰ μετὰ λόγου sunt) homines ipsi („αὐτοί“) aut probi aut improbi vocati sunt. At esse τοῦ ἑκουσίως diversos gradūs, neque illic nec Γ 1 sqq. verbo dictum invenies.

2. ὅτι μὲν οὖν τοῦθ' ἕκαστός ἐστιν: τοῦτο (quasi τοῦ νοῦ nulla mentio facta esset), ut 1168 b 31. 33. 34 dicitur τὸ κυριώτατον (1168 b 30). Quae enim jam tria tanquam rata („μὲν οὖν“) recensentur

1169 a 3 ὅτι ὁ ἐπιεικὴς μάλιστα τοῦτο ἀγαπᾷ. διὸ φίλαυτος μάλιστ' 1 ἂν εἴη, καθ' ἕτερον εἶδος τοῦ ὀνειδιζομένου, καὶ διαφέρων τοσοῦτον ὅσον τὸ κατὰ λόγον ζῆν τοῦ κατὰ πάθος, καὶ ὀρέγεσθαι τοῦ καλοῦ ἢ τοῦ δοκοῦντος συμφέρειν. τοὺς μὲν οὖν περὶ τὰς καλὰς πράξεις διαφερόντως σπουδάζοντας πάντες ἀποδέχονται καὶ ἐπαινοῦσιν· πάντων δὲ ἁμιλλωμένων πρὸς τὸ καλὸν καὶ διατεινομένων τὰ κάλλιστα πράττειν κοινῇ τ' ἂν πάντ' εἴη τὰ δέοντα καὶ ἰδίᾳ ἑκάστῳ τὰ μέγιστα τῶν ἀγαθῶν, εἴπερ ἡ ἀρετὴ τοιοῦτόν ἐστιν. ὥστε τὸν μὲν ἀγαθὸν 5 δεῖ φίλαυτον εἶναι· καὶ γαρ αὐτὸς ὀνήσεται τὰ καλὰ πράττων καὶ τοὺς ἄλλους ὠφελήσει· τὸν δὲ μοχθηρὸν οὐ δεῖ· βλάψει γὰρ καὶ ἑαυτὸν καὶ τοὺς πέλας, φαύλοις πάθεσιν ἑπόμενος. τῷ μοχθηρῷ μὲν οὖν διαφωνεῖ ἃ δεῖ πράττειν καὶ ἃ πράττει· ὁ δ' ἐπιεικής, ἃ δεῖ, ταῦτα καὶ πράττει·

4. K^b καθ' ἑκάτερον. 6. K^bM^b Vet. ἢ τοῦ καλοῦ. 15. πράττειν] om. K^bM^b. 16. καὶ ἃ] K^b καί. K^b ταῦτα ἃ δεῖ ἀεὶ πράττει (M^b it. ταῦτα ἃ δεῖ).

vs 2—4: ὅτι μὲν οὖν . . . καὶ ὅτι . . . διὸ φίλαυτος, inverso ordine 1168 b 28—30 „δόξειε δ' ἂν . . . . τῷ κυριωτάτῳ" erant proposita.

5. 6. καὶ ὀρέγεσθαι . . . Si accurate hoc membrum ad prius conformatum esset, concinne quidem sed moleste dicendum erat καὶ (ὅσον τὸ) ὀρέγεσθαι τοῦ καλοῦ τοῦ (ὀρέγεσθαι) τοῦ δοκοῦντος συμφέρειν. In locum igitur genitivi recte et eleganter successit ἢ particula. Sed iterato ἢ („ἢ τοῦ καλοῦ ἢ τοῦ δ. σ."), quamquam multis placuit optimorumque ll. et Vet. auctoritate firmatum est, non est locus. In ostendendâ enim praestantiâ alterius generis, neque in differentiâ duorum generum demonstrandâ disputatio vs 3 sq. versatur.

6. 7. τοὺς μὲν οὖν περὶ τ. κ. πρ. σπουδάζοντας . . . i. e. τοὺς μὲν οὖν οὕτω καὶ κατ' ἀλήθειαν φιλαύτους ὄντας. Hoc enim inde a 1168 b 25 effectum est, vere τὸν περὶ τὰ τοιαῦτα σπουδάζοντα μάλιστα εἶναι φίλαυτον.

8. πάντων δ' ἁμιλλωμένων . . .: prope haec et verbis et sententiâ accedunt ad 1162 b 8 „πρὸς τοῦτο δ' ἁμιλλωμένων (τῶν κατ' ἀρετὴν φίλων ὄντων) οὐκ ἔστιν ἐγκλήματα οὐδὲ μάχαι.

11—15. ὥστε . . . In unum colligitur quod adhuc demonstratum est; jam enim respondetur quaerenti πότερον δεῖ φιλεῖν ἑαυτὸν μάλιστα ἢ ἄλλον τινά 1168 a 28. Sed v. quae ad illum locum adnotavimus: nam quod in hac quaestione adjiciebatur ἢ ἄλλον τινά prorsus negligitur; nec profecto Arist. dicturus est τὸν μὲν μοχθηρὸν δεῖν μάλιστα φιλεῖν ἄλλον τινά, τὸν δ' ἀγαθὸν ἑαυτόν: nulla enim ratio apparet, qua eo perveniatur ut quisquam vel aliquem vel aliquid magis diligat quam se. Imo τὸ δεῖ in his et τὸ οὐ δεῖ vs 12. 13 ad id potius spectat quod bene quodque male habeat quam ad praeceptum honesta

πᾶς γὰρ νοῦς αἱρεῖται τὸ βέλτιστον ἑαυτῷ, ὁ δὲ ἐπιεικὴς πειθαρχεῖ τῷ νῷ. ἀληθὲς δὲ περὶ τοῦ σπουδαίου καὶ τὸ τῶν φίλων ἕνεκα πολλὰ πράττειν καὶ τῆς πατρίδος, κἂν δέῃ ὑπεραποθνήσκειν· προήσεται γὰρ καὶ χρήματα καὶ τιμὰς καὶ ὅλως τὰ περιμάχητα ἀγαθά, περιποιούμενος ἑαυτῷ τὸ καλόν· ὀλίγον γὰρ χρόνον ἡσθῆναι σφόδρα μᾶλλον ἕλοιτ' ἂν ἢ πολὺν ἠρέμα, καὶ βιῶσαι καλῶς ἐνιαυτὸν ἢ πόλλ' ἔτη τυχόντως, καὶ μίαν πρᾶξιν καλὴν καὶ μεγάλην ἢ πολλὰς

17. *πᾶς γὰρ νοῦς αἱρεῖται τὸ βέλτιστον ἑαυτῷ*: est enim una inter veras definitiones τοῦ ἀγαθοῦ „ὅσα ὁ νοῦς ἂν ἑκάστῳ ἀποδοίη, καὶ ὅσα ὁ περὶ ἕκαστον νοῦς ἀποδίδωσιν ἑκάστῳ“ 1362 a 24. 25. Non male quidem Eudoxus (1172 b 13) ἕκαστον τὸ αὑτῷ ἀγαθὸν εὑρίσκειν, sed addendum „εἰ μὴ παρὰ φύσιν ἔχει“. In homine vero dominatio illa cupidinis contra naturam est nec non reliqua omnia praeter rationis imperium.

19. *τῶν φίλων ἕνεκα πολλὰ πράττειν καὶ τῆς πατρίδος*. Non ex usu Arist. est, locum περὶ πατρίδος exornare. Quid? quod ipsum nomen in Eth. Pol. Rhet. praeter haec „καὶ τῆς πατρίδος“ semel tantum ni fallor et in persimili quaestione reperitur 1366 b 37 καὶ τὰ ἁπλῶς ἀγαθά (sc. καλά ἐστιν) ὅσα ὑπέρ τε πατρίδος τις ἐποίησε παριδὼν τὸ αὑτοῦ: in quo dicto haerent VV. DD. imprimis propter istud τε. Neque ab hoc Nic. loco, quoniam Vet. pro verbis καὶ τῆς πατρίδος exhibet „et pati“ i. e. καὶ πάσχειν, omnis suspicio abest. Sin Veteris non ea auctoritas est ut omnium unus fidem habeat, sane ab hujus cap: oratione haud aliena videtur haec patriae mentio quam oratoris paene esse concedam. Quid enim mirum, raro Aristotelem ita scripsisse qui raro hoc dicendi genere usus sit? — Et fuerit forsitan qui hinc ad Rhetoricorum locum e similitudine Nicomachei emendandum pergat: ut illic post verba ὑπέρ τε πατρίδος excidisse conjiciat καὶ φίλων ἕνεκα sim. An minus veri simile aliquid censeamus esse, quia quasi sponte legenti se obtulerit?

22 sq. *ὀλίγον γὰρ χρόνον ἡσθῆναι σφόδρα* . . . vs 25 *καὶ μικράς*. Illum σπουδαῖον qui in his depingitur dixeris virum perfecte bonum esse quem Arist. *Δ* 7. 8 nomine μεγαλοψύχον laudavit. Ad hunc enim omnino res et sententiae et quidam color orationis cogitationem revocant; quamquam etiam e verbis idem ostendi potest, velut illâ voce 1124 b 8 ἀφειδὴς τοῦ βίου ὡς οὐκ ἄξιον πάντως ζῆν cum h. l. comparatâ. Nec praetermittendum quam bene sibi constet Arist., qui jam magnanimum faciat τὸν ὡς ἀληθῶς φίλαυτον, loco autem remoto 1389 b 35 sq. (v. supra) μικροψύχους eos qui male sint φίλαυτοι.

22. *ἡσθῆναι σφόδρα*: omne quod magnum est verae virtutis est proprium. Nihilominus quaeri possit num bene τῇ ἡδονῇ ejus, qui uno honesto delectatur, σφοδρότης attribuatur. Sane prudenter Plato quidem eas ἡδονὰς quae „μέγισται atque τῷ σφόδρα καὶ μᾶλλον ὑπερέχουσαι“ sunt in numero vilium et spernendarum posuit Phileb. 45,

καὶ μικράς. τοῖς δ' ὑπεραποθνήσκουσι τοῦτ' ἴσως συμβαίνει· I 8 αἱροῦνται δὴ μέγα καλὸν ἑαυτοῖς. καὶ χρήματα προοῖντ' ἂν ἐφ' ᾧ πλείω λήψονται οἱ φίλοι· γίγνεται γὰρ τῷ μὲν φίλῳ χρήματα, αὐτῷ δὲ τὸ καλόν· τὸ δὲ μεῖζον ἀγαθὸν ἑαυτῷ ἀπονέμει. καὶ περὶ τὰς τιμὰς δὲ καὶ ἀρχὰς ὁ αὐτὸς τρόπος· πάντα γὰρ τῷ φίλῳ ταῦτα προήσεται· καλὸν γὰρ αὐτῷ τοῦτο καὶ ἐπαινετόν. εἰκότως δὴ δοκεῖ σπουδαῖος εἶναι, ἀντὶ πάντων αἱρούμενος τὸ καλόν. ἐνδέχεται δὲ καὶ πράξεις τῷ φίλῳ προΐεσθαι, καὶ εἶναι κάλλιον τοῦ αὐτὸν πρᾶξαι τὸ αἴτιον τῷ φίλῳ γενέσθαι. ἐν πᾶσι δὴ τοῖς ἐπαινετοῖς ὁ σπουδαῖος φαίνεται ἑαυτῷ τοῦ καλοῦ πλέον νέμων. οὕτω μὲν οὖν δεῖ φίλαυτον εἶναι, καθάπερ εἴρηται· ὡς δ' οἱ πολλοί, οὐ χρή.

29. δὲ καὶ] $K^b O^b$ δὴ καί.

25. τοῖς ὑπεραποθνήσκουσι τοῦτ' ἴσως συμβαίνει sc. quodcunque vs 22 sq. („ὀλίγον γὰρ χρόνον ...“) explicitum est. Maxime enim illa ejus sunt qui προΐεσθαι τὸν βίον velit. Ad hunc autem ut primum spectaretur vis ipsa verbi ὑπεραποθνήσκειν vs 20 effecit. Quâ re absolutâ sequuntur quae vs 20 deinceps nominatim commemorata sunt: τὰ χρήματα vs 26—29; αἱ τιμαὶ vs 29—32; quibus insuper adduntur αἱ πράξεις vs 32—34. In unoquoque autem genere res acta est, ub apparuit bonum virum μέγα καλόν, μεῖζον ἀγαθόν, καλὸν καὶ ἐπαινετόν, τὸ κάλλιον (vs 26. 28. 30. 33) sibi ipsi comparare suumque maxime amicum esse: ut deinde recte finis debitus imponatur „ἐν πᾶσι δὴ ...“ vs 34. 35.

1. καθάπερ εἴρηται: a 11 sq. (u. v.).

5) Πότερον ὁ εὐδαίμων δεῖται φίλων ἢ μή; Demonstratur amicitiam ad beatam vitam necessariam esse. 1169 b 3—1[illegible] b 19 (*I* 9).

1) Ἀπορία.

a) *Sunt qui dicant, beatum hominem, quoniam undique omnibus reb[illegible] affatim instructus sit, amicis eorumque ope carere posse* — 1169 b [illegible]

b) *Sed his quae opponantur in promtu sunt. Quomodo enim is amic[illegible] summo fere inter externa bono, careat qui beatus est?* — b 10. [illegible] *quum vir quisque bonus in bene faciundum intentus sit, bea[illegible] ille eâ occasione quae exoptatissima est, ut in amicos beneficia co[illegible] ferantur, orbatus sit?* — b 13 (16). *Denique quum nemo non [illegible] tam solam moleste ferat, vir beatus iis privetur quorum consuetu[illegible] longe praestat, bonis amicis?* — b 22.

2) Λύσις.

a) *Adversarii ita tantum aliquid dicunt si liceat de unâ tali amici[illegible] vel societate cogitare, qualis vulgo maxime placet. Profecto en[illegible]*

ἀμφισβητεῖται δὲ καὶ περὶ τὸν εὐδαίμονα, εἰ δεήσεται 1169 b 3
'λων ἢ μή. οὐθὲν γάρ φασι δεῖν φίλων τοῖς μακαρίοις

---

beati haud iis egent, a quibus aut fructus expetatur (τοῖς χρησίμοις) aut delectamenta (τοῖς ἡδέσι) — b 25 — b 28.

b) *Res vero ipsa longe aliter habet. Primum enim quum beatitas in quodam ἐνεργείας genere posita sit, vir beatus, ut suae vitae dulcedinem percipiat, volet illud genus ἐνεργείας tanquam suum intueri. Quam ad rem amicis ei opus erit: nam quod in ipso tantum erit, contueri satis commode non poterit; quod vero in alio cernat, eo tanquam suo non gaudebit nisi alter ille sibi amicus sit* — 1170 a 4. *Deinde ipsi beato illa ἐνέργεια quâ delectatur magis perpetua et facilior erit, si socios habuerit* — a 11. — *Denique in convictu proborum virtus (a quâ primâ apta est beatitudo) exercetur augeturque* — a 13.

c) *Sed videtur haec quaestio demonstrationem magis ex ipsâ animi naturâ petitam flagitare* (a 13 — extr.). *Vivimus sentiendo et cogitando* (a 16 — 19). *Per se bonum et dulce vita est* (a 19 — 21; 22 — 29). *Quodcunque per se bonum est, viro bono [et beato] bonum est et dulce* (a 14. 15. 21). *Ergo viro bono et beato bonum est sensus et cogitatio in quibus vita est posita.* — *Atqui est quaedam perceptio per quam sentire nos et cogitare percipimus* (a 29 — 33). *Percipere autem bonum tanquam nostrum dulce est* (b 1 — 3). *Ergo viro bono perceptio illa sui sentientis et cogitantis dulcis est.* — *Quodsi igitur amicus est alter ipse, esse amicum similiter viro bono bonum est atque esse ipsum, et percipere amici vitam similiter dulce ac suam* (b 5 — 11); *id quod fit in consuetudine sermonis et cogitationis* (b 11 — 14).

ro *si quodcunque exoptatum est beato homini suppetere oportet: beato consuetudinem vitae) amicis bonis opus erit. Q. e. d.* — 1170 b 19.

E MM. v. *B* 15: in quod caput tanquam in exemplar inquirat qui d proprium Magnorum sit quidque diversi a reliquis Eth. habeant noscere voluerit. Qua in re imprimis eae capitis partes observen-, quibus tum 1212 b 33 — 1213 a 7 quaestio ad vitam dei transfertur, a 1213 a 13 — 26 amicis opus esse ostenditur ut difficillima illa et cissima γνῶσις ἑαυτοῦ homini contingat. — De ampliore Eudemi putatione (1244 b 1 — 1245 b 19), quam secutum esse Magnorum iptorem satis elucet, jam nihil dico: nisi enim ante paullo magis endata fuerit quam hucusque VV. DD. operâ effectum est, inde ad um interpretis nil fere videbitur converti posse.

3. ἀμφισβητεῖται περὶ τὸν εὐδαίμονα: maluerunt Nic. ab initio (v. extrema verba cap.) universam hanc quaestionem ad ipsam εὐδαιμονίαν referre quam ad τὴν αὐτάρκειαν (vs 5), in quâ et MM. et Eud. asistunt (1212 b 24; 1244 b 1). Nec male profecto Nic., imprimis si de amicis quaerendum sit, ut non tantum inter externa bona (vs 10) t quibus vel ad sustentandam vel ad exornandam vitam opus est, l etiam — id quod demonstrationi posterioris cap. huj. unum propositum est — animi mentisque conscientiam sui, sensum, cogitationem iuvent augeantque.

καὶ αὐτάρκεσιν· ὑπάρχειν γὰρ αὐτοῖς τἀγαθά· αὐτάρκεις 19 οὖν ὄντας οὐδενὸς προσδεῖσθαι, τὸν δὲ φίλον, ἕτερον αὐτὸν ὄντα, πορίζειν ἃ δι' αὑτοῦ ἀδυνατεῖ· ὅθεν τὸ „ὅταν ὁ δαίμων εὖ διδῷ, τί δεῖ φίλων;" ἔοικε δ' ἀτόπῳ τὸ πάντα ἀπονέμοντας τἀγαθὰ τῷ εὐδαίμονι φίλους μὴ ἀποδιδόναι, ὃ δοκεῖ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν μέγιστον εἶναι. εἴ τε φίλου μᾶλλόν ἐστι τὸ εὖ ποιεῖν ἢ πάσχειν, καὶ ἔστι τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τῆς ἀρετῆς τὸ εὐεργετεῖν, κάλλιον δ' εὖ ποιεῖν φίλους ὀθνείων, τῶν εὖ πεισομένων δεήσεται ὁ σπουδαῖος. διὸ καὶ ἐπιζητεῖται πότερον ἐν εὐτυχίαις μᾶλλον δεῖ φίλων ἢ ἐν ἀτυχίαις, ὡς καὶ τοῦ ἀτυχοῦντος δεομένου τῶν εὐεργετησόντων καὶ τῶν εὐτυχούντων οὓς εὖ ποιήσουσιν. ἄτοπον δ' ἴσως καὶ τὸ

5. K^b L^b M^b ὑπάρχει. αὐτοῖς τἀγαθά] K^b ἀγαθά. 7. ὅθεν τὸ ...] K^b L^b M^b ὅθεν. 10 ἀγαθῶν] K^b ἀγαθόν. 13. K^b εὖ πησομένων ... ὧν δεήσεται.

4—8. οὐθὲν γάρ φασι . . . Haec opinio jam quidem ita exponitur ut nullo negotio explodi possit (cf. vs 22 sq.). Sed est sane apud ipsum Arist. et omnino apud Graecos in eandem fere partem sententia quaedam, ad quam hôc cap. respici par erat. Cf. (ne plura congeram) Eud. 1244 b 10 s. ὁ εὐδαιμονέστατος ἥκιστα δεήσεται φίλων, ἀλλ' ἢ καθ' ὅσον ἀδύνατον εἶναι αὐτάρκη; Pl. Lys. 215 a sq. ὁ ἀγαθὸς ἱκανὸς ἑαυτῷ; Arist. Pol. 1253 a 26 sq. εἰ μὴ αὐτάρκης ἕκαστος χωρισθείς, . . τὸν ἄπολιν ἢ θηρίον esse ἢ θεόν (at virum vere beatum quantum fieri possit ad divinam naturam vergere utique probabile est); v. infra 11 7 a 27—b 1, ubi ἡ θεωρητικὴ vel ob id palmam fert quia maxime ὁ σοφὸς καθ' αὑτὸν δύναται θεωρεῖν.

7. 8. ὅταν ὁ δαίμων . . . v. Eur. Orest. 667.

8 sqq. ἔοικε δ' ἀτόπῳ: tria usque ad vs 22 in contrariam partem proponuntur argumenta, maxime illa obvia. Nec multum diversa sunt quae primo initio 1155 a 4—9 legimus ut amicitia ostenderetur ἀναγκαιότατον εἰς τὸν βίον esse.

10. εἴ τε φίλου μᾶλλόν ἐστι τὸ εὖ ποιεῖν ἢ τὸ εὖ πάσχειν. . . Haec quidem propositio in altero argumento vs 10—13 non ad illos amicos spectat qui beato acquiruntur (ubi enim erunt οἱ εὖ πεισόμενοι vs 13?), sed ipsius beati causâ adduntur, quoniam si habeat amicos necessario et ipse erit amicus.

13—16. διὸ καὶ ἐπιζητεῖται . . . Res ipsa, utrisque amicos opus esse et τοῖς ἔχουσι τὰ ἀγαθὰ πάντα et τοῖς ἐν πενίᾳ καὶ ταῖς λοιπαῖς δυστυχίαις, pridem 1155 a 5—11; ib. 11. 12 commemorata est. Quaestio vero inde confecta, cui solvendae omne cap. 11 dat operam, profecto tam futilis est, ut aut una haec mentio ejus aut plenior illa tractatio cap. 11 sane sufficere videatur. Accedit enim quod neque illuc spectatur, neque illic huc.

16. τὸ μονώτην ποιεῖν τὸν μακάριον: cf. 1170 a 5 μονώτῃ χαλεπὸς

I 9 μονώτην ποιεῖν τὸν μακάριον· οὐθεὶς γὰρ ἕλοιτ' ἂν καθ' αὑτὸν 1169 b 17 τὰ πάντ' ἔχειν ἀγαθά· πολιτικὸν γὰρ ὁ ἄνθρωπος καὶ συζῆν πεφυκός. καὶ τῷ εὐδαίμονι δὴ τοῦθ' ὑπάρχει· τὰ γὰρ τῇ φύσει ἀγαθὰ ἔχει. δῆλον δ' ὡς μετὰ φίλων καὶ ἐπιεικῶν κρεῖττον ἢ μετ' ὀθνείων καὶ [τῶν] τυχόντων συνημερεύειν·
§ δεῖ ἄρα τῷ εὐδαίμονι φίλων. τί οὖν λέγουσιν οἱ πρῶτοι, καὶ πῇ ἀληθεύουσιν; ἢ ὅτι οἱ πολλοὶ φίλους οἴονται τοὺς χρησίμους εἶναι; τῶν τοιούτων μὲν οὖν οὐθὲν δεήσεται ὁ μακάριος, ἐπειδὴ τἀγαθὰ ὑπάρχει αὐτῷ. οὐδὲ δὴ τῶν διὰ τὸ ἡδύ, ἢ ἐπὶ μικρόν· ἡδὺς γὰρ ὁ βίος ὢν οὐθὲν δεῖται ἐπεισάκτου ἡδονῆς. οὐ δεόμενος δὲ τῶν τοιούτων φίλων οὐ δοκεῖ δεῖσθαι φίλων. τὸ δ' οὐκ ἔστιν ἴσως ἀληθές· ἐν ἀρχῇ γὰρ εἴρηται

---

21. [τῶν] om. $K^b M^b$; K^b etiam καὶ quod praecedit. 22. φίλων] K^b M^b καὶ τῶν φίλων. 26. ἢ ἐπὶ] K^b ἐπί.

ὁ βίος, vel v. potius definitionem τοῦ αὐτάρκους 1097 b 7 τὸ δ' αὔταρκες λέγομεν οὐκ αὐτῷ μόνῳ τῷ ζῶντι βίον μονώτην . . . ἐπειδὴ φύσει πολιτικὸς ἄνθρωπος (ad q. l. v.). Cf. et ad 1157 b 19—22.

19. τὰ τῇ φύσει ἀγαθὰ ἔχει: huc extrema demonstratio 1170 b 17 recidit „τοῦτο δεῖ ὑπάρχειν αὐτῷ ἢ ταύτῃ ἐνδεὴς ἔσται".

20. 21. μετὰ φίλων καὶ ἐπιεικῶν . . . μετ' ὀθνείων καὶ [τῶν] τυχόντων. Libenter cum $K^b M^b$ carere velis articulo τῶν ante τυχόντων. Quod vero idem K^b ibidem etiam καὶ omittit, male factum: multoque facilius vs 22 utrique libro fidem habeamus, ante φίλων aliquid excidisse (add. illi καὶ τῶν); recta enim ratio ad conclusionem „δεῖ ἄρα . . σπουδαίων vel ἀγαθῶν φίλων" perducit (v. et 1170 b 18. 19).

22 — 28. Prima pars λύσεως: et hoc enim τοῦ λύσαντος esse scimus ut vel in falsâ opinione aliquam veri rationem ostendat: v. πῇ ἀληθεύουσιν et vs 23 et 1168 b 13.

25. οὐδὲ δὴ τῶν διὰ τὸ ἡδὺ sc. φίλων ὄντων. Nolebat Arist. alterum amicitiae minus verae genus h. l. plane negligi: quamquam τὸ ἡδὺ suas secum difficultates afferre solet. Appellatur igitur quasi in contemtum ἡ ἡδονὴ vs 26 ἐπείσακτος ut paene res sit, velut nugae illae quas scurrae secum in aedes praepotentium inferunt (1158 a 27 — 33 al.). V. ἡδονὴν περίαπτον 1099 a 16. Opponitur autem τὸ ἐπείσακτον (θύραθεν ἐπείσ. 659 b 19) vel τὸ ἐπακτὸν (v. Platonis δίκαιον ἐπακτὸν Rep. *Γ* 405) τῷ συμφύτῳ: v. 659 b 19 et 750 a 9.

28. τὸ δ' οὐκ ἔστιν ἴσως ἀληθές sc. τὸ ὅλως οὐ δεῖσθαι αὐτοὺς φίλων (ἐπεὶ τινῶν γε οὐ δέονται).

28 sqq. ἐν ἀρχῇ γὰρ εἴρηται: sufficiat locum 1098 a 16 laudare „τὸ ἀνθρώπινον ἀγαθὸν (i. e. ἡ εὐδαιμονία) ψυχῆς ἐνέργεια γίνεται κατ' ἀρετήν". Sequitur autem hinc, virum beatum non tam iis amicis egere qui sibi res (κτήματα vs 30) afferant quascunque, quam iis qui τῇ ψυχῆς ἐνεργείᾳ succurrunt. Quod monitum pariter ad tres illas demonstrationes pertinet quae — 1170 a 13 exhibentur.

ὅτι ἡ εὐδαιμονία ἐνέργειά τίς ἐστιν· ἡ δ' ἐνέργεια δῆλον ὅτι I 9 γίνεται καὶ οὐχ ὑπάρχει ὥσπερ κτῆμά τι. εἰ δὲ τὸ εὐδαιμονεῖν ἐστὶν ἐν τῷ ζῆν καὶ ἐνεργεῖν, τοῦ δ' ἀγαθοῦ ἡ ἐνέργεια σπουδαία καὶ ἡδεῖα καθ' αὑτήν, καθάπερ ἐν ἀρχῇ εἴρηται, ἔστι δὲ καὶ τὸ οἰκεῖον τῶν ἡδέων, θεωρεῖν δὲ μᾶλλον τοὺς πέλας δυνάμεθα ἢ ἑαυτοὺς καὶ τὰς ἐκείνων πράξεις ἢ τὰς οἰκείας, αἱ τῶν σπουδαίων δὴ πράξεις φίλων ὄντων ἡδεῖαι τοῖς ἀγαθοῖς· ἄμφω γὰρ ἔχουσι τὰ τῇ φύσει ἡδέα. ὁ μακάριος δὴ φίλων τοιούτων δεήσεται, εἴπερ θεωρεῖν προαιρεῖται πράξεις ἐπιεικεῖς καὶ οἰκείας· τοιαῦται δ' αἱ τοῦ ἀγαθοῦ φίλου ὄντος. οἴονταί τε δεῖν ἡδέως ζῆν τὸν εὐδαίμονα· μονώτῃ μὲν οὖν χαλεπὸς ὁ βίος· οὐ ῥᾴδιον γὰρ καθ' αὑτὸν

4. *οἴονταί τε*] K^b *οἷόν τε δέ.*

30 — 1170 a 4. Prima demonstratio: de re et sententiâ v. prae= missam epitomen huj. cap. In verbis animadvertendus est duplex usu adjectivi *οἰκεῖος*: dicuntur enim *οἰκεῖαι πράξεις* b 35 eae quas ip perficimus, 1170 a 3 eae quae nostrorum et ita quidem quasi gener — nostri sunt. Illud vero *ὅτι τὸ οἰκεῖον τῶν ἡδέων* b 33 promiscue v rum est. V. et ad 1156 b 15 sq. — Et omnino haec, nisi quod cop quâdam sententiarum impediuntur, egregie disputata sunt; essentq suo loco perfecta, dummodo id constaret, *τὸ θεωρεῖν* (b 33; 1170 a non dico suave esse, sed ita necessarium ad dulcedinem ipsius *ἐνεργείας* ut sine illo haec manca sit. Ad hoc igitur velles *φυσικω ραν τινὰ ἐπίσκεψιν* (1170 a 13) adjungi. V. ad 1170 b 5 s.

32. *καθάπερ ἐν ἀρχῇ εἴρηται*: 1099 a 14 *ὥστε (αἱ κατ' ἀρετ πράξεις) καὶ τούτοις εἰσὶν ἡδεῖαι καὶ καθ' αὑτάς.* In hac enim sententiâ interpositâ vs 31 „*τοῦ δ' ἀγαθοῦ ἡ ἐνέργεια . .*" unum *τὸ ἡδε καθ' αὑτὴν* vim habet.

1. *ἄμφω γὰρ ἔχουσι (αἱ τῶν σπουδαίων πράξεις φίλων ὄντων) τὰ τῇ φύσει ἡδέα* sc. tum *τὸ ἐπιεικὲς* tum *τὸ οἰκεῖον*. Huc enim omnis argumentationis ratio spectat; idem et verba seu proxime antecedentia seu subsequentia (— vs 4) monent.

4 — 11. *οἴονταί τε δεῖν ἡδέως ζῆν τὸν εὐδαίμονα . . .* Altera demonstratio. Quae quod novum habet, sane non est mentio *τοῦ ἡδέος*: quomodo enim *τὸ θεωρεῖν πράξεις* 1169 b 33 sq. prosit nisi primum delectando? Sed jam a suis definitionibus philosophus ad vulgatam opinionem descendit adque hanc argumenta sua applicat. Recte igitur *οἴονταί τε* (editt. cum Vet. *οἴονται δέ*, K^b *οἷόντε δέ*). — Ad rem vero proprium huj. argumenti, comparati cum tertio vs 11—13, vel hoc esse dixeris, quod amici beato opus esse probentur vs 4 — 11 quoniam τὴν ἐνέργειαν συνεχεστέραν reddant, vs 11—13 quoniam eandem βελ Cf. quod *ἡ οἰκεία ἡδονὴ* efficere dicitur 1175 b 14 „*τὰς ἐνεργείας χ νιωτέρας καὶ βελτίους ποιεῖ*".

5 s. *οὐ γὰρ ῥᾴδιον καθ' αὑτὸν ἐνεργεῖν συνεχῶς.* Τὸ συνε ως

ἐνεργεῖν συνεχῶς, μεθ' ἑτέρων δὲ καὶ πρὸς ἄλλους ῥᾷον. ἔσται 1170 a 6 οὖν ἡ ἐνέργεια συνεχεστέρα, ἡδεῖα οὖσα καθ' αὑτήν, ὃ δεῖ περὶ τὸν μακάριον εἶναι. [ὁ γὰρ σπουδαῖος, ᾗ σπουδαῖος, ταῖς κατ' ἀρετὴν πράξεσι χαίρει, ταῖς δ' ἀπὸ κακίας δυσχεραίνει, καθάπερ ὁ μουσικὸς τοῖς καλοῖς μέλεσιν ἥδεται, ἐπὶ δὲ τοῖς φαύλοις λυπεῖται.] γίνοιτο δ' ἂν καὶ ἄσκησίς τις τῆς ἀρετῆς ἐκ τοῦ συζῆν τοῖς ἀγαθοῖς, καθάπερ καὶ Θέογνίς φησιν. φυσικώτερον δ' ἐπισκοποῦσιν ἔοικεν ὁ σπουδαῖος φί-

—11. [ὁ γὰρ — λυπεῖται] susp. 12. K[b] θεόγνης.

omini quidem omnino negatum est (πάντα γὰρ τὰ ἀνθρώπεια ἀδυνατεῖ συνεχῶς ἐνεργεῖν 1175 a 4); sed eo magis exoptatum est quodcunue ad hoc perfectionis genus (τὸ τέλειον κατὰ τὸν χρόνον), si non erducit nos, at propius admovet. — Sin quis procul ab isto fine quo mditur absit, profecto neque unum nec principale τὸ ἡδὺ est quod npediatur. Nihilo minus huc, unde vs 4 profectus est, vs 7 „ἡδεῖα οὖσα καθ' αὑτήν, ὃ δεῖ περὶ τὸν μακάριον εἶναι" sermo revertitur.

8—11. ὁ γὰρ σπουδαῖος ᾗ σπουδαῖος . . . τοῖς φαύλοις λυπεῖται. i id jam propositum esset ut ratum fieret ὅτι αἱ κατ' ἀρετὴν πράξεις αὶ τοῖς σπουδαίοις εἰσὶν ἡδεῖαι καὶ καθ' αὑτάς (v. ad 1169 b 32) vel rgumentis egeret ὅτι τὸ θεωρεῖν πράξεις ἐπιεικεῖς αἱρετὸν τῷ σπουαίῳ (vs 2. 3): non ita male haberent ista „ὁ γὰρ σπουδαῖος". Ab hoc ero loco tam sunt aliena ut ferri nullo modo possint. Nec tamen rima demonstratio (1169 b 30 — 1170 a 4) sic est disposita ut satis erto loco illic inseri possint quae hinc fuerint expulsa.

11—13 tertia demonstratio. Virtuti ex amicitiâ cum bonis in-rementum afferri variis jam ante modis significatum est: v. 1165 b 19 . . μᾶλλον βοηθητέον εἰς τὸ ἦθος ἢ τὴν οὐσίαν, cf. 1159 b 5—7; 1169 32—34. Sed in explicandâ hac sententiâ versatur cap. 12; quique lic 1172 a 13 laudatur versiculus, idem hic verbis καθάπερ καὶ Θέονίς φησιν dici putatur (cf. Bergk Poët. Lyr. ad Theogn. vs 35). — um Socratis reminiscebatur Arist., quum vs 11 scriberet? v. Xen. em. I, 2, 20 ἡ τῶν χρηστῶν ὁμιλία ἄσκησις ἀρετῆς, ἡ δὲ τῶν πονηρῶν κατάλυσις.

13—b 19. φυσικωτέρα ἐπίσκεψις. Modo in hac subtilitatem atque ligentiam scriptoris agnoscimus, modo non tam sententiarum diffiultate quam sermonis ambagibus impedimur; postremo autem fructum erae navatae e manibus amittere videmur. Ut enim paucis praeittam judicium: procedit demonstratio si non commode, sed recte men procedit usque ad b 3; quum vero b 5 in eo sit, ut ad ipsam m traducat, cursu suo quasi excidit. V. supra epitomen huj. cap. et not. ad 1170 b 5 s. Dubites utrum Aristoteli dicas rem male cesse, an librorum fata incuses: nisi quod satis certa vestigia etiam in iore parte (ante b 5) probant, integram certe philosophi orationem l nos non pervenisse (v. ad a 19—29; ad b 3—5). Quae quum ita nt, plenam et certam lucem nisi forte a ll. MSS. veterumve testi-

λος τῷ σπουδαίῳ τῇ φύσει αἱρετὸς εἶναι· τὸ γὰρ τῇ φύσει ἀγαθὸν εἴρηται ὅτι τῷ σπουδαίῳ ἀγαθὸν καὶ ἡδύ ἐστι καθ' αὑτό· τὸ δὲ ζῆν ὁρίζονται τοῖς ζῴοις δυνάμει αἰσθήσεως, ἀνθρώποις δ' αἰσθήσεως ἢ νοήσεως· ἡ δὲ δύναμις εἰς τὴν ἐνέργειαν ἀνάγεται. τὸ δὲ κύριον ἐν τῇ ἐνεργείᾳ· ἔοικε δὴ τὸ ζῆν εἶναι κυρίως τὸ αἰσθάνεσθαι ἢ νοεῖν. τὸ δὲ ζῆν τῶν

15 K[b] σπουδαίῳ ἡδύ. 17. ἢ νοήσεως] Zell καὶ νοήσεως. 18. τὸ δὲ] K[b] τὸ δή.

moniis reperiendis vix sperare liceat: quae enim tradita compertaque sunt, ne ad conjecturam quidem probabilem ansam dant.

14 s. *τὸ γὰρ τῇ φύσει ἀγαθὸν εἴρηται* . . . De summâ huj. sententiae ita ubique constat ut vel nullo loco ascripto libenter conceda[illegible] ὅτι πολλάκις εἴρηται. Nihilominus si verba examinaveris, in Nic. no[illegible] invenies ubi haec ipsa sint dicta. Nec tamen hac in re offendi oporte[illegible]. Annon in ipsis his verbis ὅτι τὸ φύσει ἀγαθὸν τῷ σπουδαίῳ ἀγαθὸν κ[illegible] ἡδύ ἐστι καθ' αὑτό Arist. plus quoddam praemisit quam ad inequente[illegible] argumentationem necessarium est? Nam ἀγαθὸν quidem bono vi[illegible] vitam esse ostendit quia φύσει ἀγαθὸν sit 1170 b 1. 2 (4. 7), ἡ[illegible] vero facit sensum illum vitae et aliâ quidem ratione additâ „ὅτι ἡ[illegible] τὸ ἀγαθὸν ὑπάρχον ἐν ἑαυτῷ αἰσθάνεσθαι" 1170 b 1—3 (5. 10).

16—19. Cf. similem locum e disputatione, quâ item φυσικώτε[illegible] τὸ αἴτιον ζητεῖται (1167 b 29) „τὸ εἶναι πᾶσιν αἱρετόν· ἐσμὲν δ' ἐν[illegible]γείᾳ· τῷ ζῆν γὰρ καὶ πράττειν" 1168 a 5—7. Breviter enim ἡ ζ[illegible] ἐνέργειά τις 1175 a 12. — De animalibus satis sit comparare 467 b 24 „τῷ αἰσθάνεσθαι τὸ ζῷον πρὸς τὸ μὴ ζῷον διορίζομεν", in homini[illegible] certum est ipsum quidem Aristotelem flagitare δύναμιν αἰσθήσεως [illegible] νοήσεως (id quod Zellius recepit).

18. *ἀνάγεται εἰς τὴν ἐνέργειαν*. Re prius est εἰς ὃ ἀνάγεται et causa ejus ὃ ἀνάγεται, tempore prius (πρότερον τῷ χρόνῳ) τὸ ἀναγόμενον esse potest, quoniam ἡ ἐνέργεια et quae talis sunt generis causae sunt finales (αἴτια ὡς τέλη) atque ita κύρια (vs 18. 19).

19. *τὸ δὲ ζῆν καθ' αὑτὸ . . .* vs 29 *μακαριωτάτη ζωή*. In his primum — ut omittam quae levioris momenti sunt — in vsu 24. 25 haeretur „ἐν τοῖς ἐχομένοις δὲ περὶ τῆς λύπης ἔσται φανερώτερον". Nam neque ulla sequitur disputatio quae probabiliter περὶ τῆς λύπης esse dici possit, neque in *K* 1—6 dum περὶ ἡδονῆς quaeritur quicquam profertur unde ἡ ἐν λύπαις ζωὴ cognoscatur ἀόριστος (vs 24) esse. Deinde negaverim τῆς φυσικωτέρας ἐπισκέψεως ἕνεκα omnino necesse fuisse, ut et hoc argumentando efficeretur, vitam sc. inter bona viventibus esse. Sin placuerit ita agere, quis credat Aristotelem istâ ratione argumentandi usurum fuisse? Quamquam enim utramque demonstrationem Aristotelicam esse suo jure censeat aliquis, tum eam quâ vita viro bono cara esse probatur quia καθ' αὑτὴν (tanquam ὡρισμένον) bonum est vs 19—22, tum eam quâ converso ordine καθ' αὑτὴν bonum esse ostenditur quoniam viro bono cara est vs 25—29: tamen utramque paene conjungi, imo in hac quaestione (v. vs 14 s.) alteram

ιαθ' αὐτὸ ἀγαθῶν καὶ ἡδέων· ὡρισμένον γάρ, τὸ δ' ὡρι-ιμένον τῆς τἀγαθοῦ φύσεως. τὸ δὲ τῇ φύσει ἀγαθὸν καὶ ῷ ἐπιεικεῖ· διόπερ ἔοικε πᾶσιν ἡδὺ εἶναι. οὐ δεῖ δὲ λαμ-ιάνειν μοχθηρὰν ζωὴν καὶ διεφθαρμένην, οὐδ' ἐν λύπαις· ιόριστος γὰρ ἡ τοιαύτη, καθάπερ τὰ ὑπάρχοντα αὐτῇ [·ἐν οἷς ἐχομένοις δὲ περὶ τῆς λύπης ἔσται φανερώτερον]. εἰ δ' ιὐτὸ τὸ ζῆν ἀγαθὸν καὶ ἡδύ (ἔοικε δὲ καὶ ἐκ τοῦ πάντας ιρέγεσθαι αὐτοῦ, καὶ μάλιστα τοὺς ἐπιεικεῖς καὶ μακαρίους· ούτοις γὰρ ὁ βίος αἱρετώτατος, καὶ ἡ τούτων μακαριωτάτη ωή), ὁ δ' ὁρῶν ὅτι ὁρᾷ αἰσθάνεται καὶ ὁ ἀκούων ὅτι ἀκούει

4. 25. [ἐν τοῖς — φανερώτερον] susp.; sed plura in his inde a 19 interolatione foedata (v. adnott.). 25. περὶ τῆς λύπης] K^b περὶ τῆς αὐτῆς M^b περὶ αὐτῆς).

el commemorari ab omni sanâ ratione abhorret. Itaque haec comluribus additamentis ab alienâ manu foedata esse contendam; sufficeent enim ad rem bene gerendam perpauca: „τὸ δὲ ζῆν τῶν καθ' ὑτὸ ἀγαθῶν (καὶ ἡδέων)· τὸ δὲ τῇ φύσει ἀγαθὸν καὶ τῷ ἐπιεικεῖ": f. 1168 a 5 s. et 1170 a 14 s. (1166 a 19).

20. 21. τὸ δ' ὡρισμένον τῆς τἀγαθοῦ φύσεως: cf. Eud. 1245 a 2 ὸ γνωστὸν καὶ τὸ αἱρετόν ἐστιν ὡς ὅλως εἰπεῖν τὸ κοινωνεῖν τῆς ρισμένης φύσεως. Sine dubio vita (ἐνέργεια οὖσα) est ὡρισμένον: τὸ ὲρ δυνάμει ὂν καὶ μὴ ἐντελεχείᾳ τὸ ἀόριστόν ἐστιν 1007 b 28; nec uidquam τέλειον esse potest quin ὡρισμένον sit: v. 1092 a 11—13 ὐκ ὀρθῶς ὑπολαμβάνει . . . ὅτι ἐξ ἀορίστων ἀτελῶν δὲ ἀεὶ τὰ τελειότερα; in rebus vero naturalibus ἡ τῆς ὕλης ἀοριστία (778 a 6) impedit nominus singula quaeque absoluta et perfecta sint. Sed Arist., quando e re humanâ (περὶ τοῦ αἱρετοῦ sim.) quaeritur, talia tanquam nimis eneralia et inania aliis solet permittere: v. 1106 b 29 τὸ γὰρ κακὸν οῦ ἀπείρου, ὡς οἱ Πυθαγόρειοι εἴκαζον, τὸ δ' ἀγαθὸν τοῦ πεπερασμένου, vel 1173 a 15 λέγουσι δὲ (οἱ περὶ Πλάτωνα) τὸ μὲν ἀγαθὸν ὡρίσθαι, τὴν δ' ἡδονὴν ἀόριστον εἶναι.

28. τούτοις γὰρ (τοῖς ἐπιεικέσι κ. μακ.) ὁ βίος αἱρετώτατος: v. ad 1166 a 17 s.

29 sq. ὁ δ' ὁρῶν ὅτι ὁρᾷ αἰσθάνεται . . . De hac re, quantum quidem ad sensum neque ad mentem pertinet, de An. Γ 2 agitur: quamquam illic subtiles quaestiones motas potius et agitatas quam ad certum finem perductas esse dixeris; v. impr. 425 b 12—17 et 426 b 12—22. Magis perspicuum in minoribus quibusdam ll. ejusdem generis, dicere philosophum κοινόν τι αἰσθητήριον vel πρῶτον αἰσθητικὸν atque κοινὴν αἴσθησιν in quâ tum αἴσθησις τῶν αἰσθήσεων tum κρίσις τῶν αἰσθήσεων insit; cujus sedes sit ἡ καρδία: hinc somnum aptum esse et somnia nec minus imaginationes, μνήμην, alia. V. imprimis 455 a 19 sq.; 467 b 28; 469 a 11; 647 a 24 sq.; 656 a 28 s.; 450 a 14; 451 a 16; 454 a 23; 455 b 10; 450 a 10; 455 a 13 sq. Hanc vero αἴσθη-

λος τῷ σπουδαίῳ τῇ φύσει αἱρετὸς εἶναι· τὸ γὰρ τῇ φύσει ἀγαθὸν εἴρηται ὅτι τῷ σπουδαίῳ ἀγαθὸν καὶ ἡδύ ἐστι καθ' αὑτό· τὸ δὲ ζῆν ὁρίζονται τοῖς ζῴοις δυνάμει αἰσθήσεως, ἀνθρώποις δ' αἰσθήσεως ἢ νοήσεως· ἡ δὲ δύναμις εἰς τὴν ἐνέργειαν ἀνάγεται. τὸ δὲ κύριον ἐν τῇ ἐνεργείᾳ· ἔοικε δὴ τὸ ζῆν εἶναι κυρίως τὸ αἰσθάνεσθαι ἢ νοεῖν. τὸ δὲ ζῆν τῶν

15. K[b] σπουδαίῳ ἡδύ. 17. ἢ νοήσεως] Zell καὶ νοήσεως. 18. τὸ δὲ] K[b] τὸ δή.

moniis reperiendis vix sperare liceat: quae enim tradita compertaque sunt, ne ad conjecturam quidem probabilem ansam dant.

14 s. τὸ γὰρ τῇ φύσει ἀγαθὸν εἴρηται . . . De summâ huj. sen- tentiae ita ubique constat ut vel nullo loco ascripto libenter conceda ὅτι πολλάκις εἴρηται. Nihilominus si verba examinaveris, in Nic. no invenies ubi haec ipsa sint dicta. Nec tamen hac in re offendi oporte Annon in ipsis his verbis ὅτι τὸ φύσει ἀγαθὸν τῷ σπουδαίῳ ἀγαθὸν κα ἡδύ ἐστι καθ' αὑτό Arist. plus quoddam praemisit quam ad insequente argumentationem necessarium est? Nam ἀγαθὸν quidem bono vi vitam esse ostendit quia φύσει ἀγαθὸν sit 1170 b 1. 2 (4. 7), ἡδ vero facit sensum illum vitae et aliâ quidem ratione additâ „ὅτι ἡ τὸ ἀγαθὸν ὑπάρχον ἐν ἑαυτῷ αἰσθάνεσθαι" 1170 b 1—3 (5. 10).

16—19. Cf. similem locum e disputatione, quâ item φυσικώτερ τὸ αἴτιον ζητεῖται (1167 b 29) „τὸ εἶναι πᾶσιν αἱρετόν· ἐσμὲν δ' ἐν γείᾳ· τῷ ζῆν γὰρ καὶ πράττειν" 1168 a 5—7. Breviter enim ἡ ζ ἐνέργειά τις 1175 a 12. — De animalibus satis sit comparare 467 b „τῷ αἰσθάνεσθαι τὸ ζῷον πρὸς τὸ μὴ ζῷον διορίζομεν", in homini certum est ipsum quidem Aristotelem flagitare δύναμιν αἰσθήσεως κ νοήσεως (id quod Zellius recepit).

18. ἀνάγεται εἰς τὴν ἐνέργειαν. Re prius est εἰς ὃ ἀνάγεται et causa ejus ὃ ἀνάγεται, tempore prius (πρότερον τῷ χρόνῳ) τὸ ἀναγό- μενον esse potest, quoniam ἡ ἐνέργεια et quae talis sunt generis causae sunt finales (αἴτια ὡς τέλη) atque ita κύρια (vs 18. 19).

19. τὸ δὲ ζῆν καθ' αὑτὸ . . . vs 29 μακαριωτάτη ζωή. In his primum — ut omittam quae levioris momenti sunt — in vsu 24. 25 haeretur „ἐν τοῖς ἐχομένοις δὲ περὶ τῆς λύπης ἔσται φανερώτερον". Nam neque ulla sequitur disputatio quae probabiliter περὶ τῆς λύπης esse dici possit, neque in K 1—6 dum περὶ ἡδονῆς quaeritur quicquam profertur unde ἡ ἐν λύπαις ζωὴ cognoscatur ἀόριστος (vs 24) esse. Deinde negaverim τῆς φυσικωτέρας ἐπισκέψεως ἕνεκα omnino necesse fuisse, ut et hoc argumentando efficeretur, vitam sc. inter bona viven- tibus esse. Sin placuerit ita agere, quis credat Aristotelem istâ ratione argumentandi usurum fuisse? Quamquam enim utramque demo strationem Aristotelicam esse suo jure censeat aliquis, tum eam vita viro bono cara esse probatur quia καθ' αὑτὴν (tanquam ὡρι νον) bonum est vs 19—22, tum eam quâ converso ordine καθ' bonum esse ostenditur quoniam viro bono cara est vs 25—29: utramque paene conjungi, imo in hac quaestione (v. vs 14 s.) a

:αθ' αὑτὸ ἀγαθῶν καὶ ἡδέων· ὡρισμένον γάρ, τὸ δ' ὡρι-'μένον τῆς τἀγαθοῦ φύσεως. τὸ δὲ τῇ φύσει ἀγαθὸν καὶ ·ῷ ἐπιεικεῖ· διόπερ ἔοικε πᾶσιν ἡδὺ εἶναι. οὐ δεῖ δὲ λαμ-|άνειν μοχθηρὰν ζωὴν καὶ διεφθαρμένην, οὐδ' ἐν λύπαις· :όριστος γὰρ ἡ τοιαύτη, καθάπερ τὰ ὑπάρχοντα αὐτῇ [·ἐν οἷς `ἐχομένοις δὲ περὶ τῆς λύπης ἔσται φανερώτερον]. εἰ δ' :ὑπὸ τὸ ζῆν ἀγαθὸν καὶ ἡδύ (ἔοικε δὲ καὶ ἐκ τοῦ πάντας ρέγεσθαι αὐτοῦ, καὶ μάλιστα τοὺς ἐπιεικεῖς καὶ μακαρίους· οὗτοις γὰρ ὁ βίος αἱρετώτατος, καὶ ἡ τούτων μακαριωτάτη ωή), ὁ δ' ὁρῶν ὅτι ὁρᾷ αἰσθάνεται καὶ ὁ ἀκούων ὅτι ἀκούει

ι. 25. [ἐν τοῖς — φανερώτερον] susp.; sed plura in his inde a 19 interolatione foedata (v. adnott.). 25. περὶ τῆς λύπης] K^b περὶ τῆς αὐτῆς Ι^b περὶ αὐτῆς).

---

el commemorari ab omni sanâ ratione abhorret. Itaque haec comluribus additamentis ab alienâ manu foedata esse contendam; sufficeınt enim ad rem bene gerendam perpauca: „τὸ δὲ ζῆν τῶν καθ' ὑτὸ ἀγαθῶν (καὶ ἡδέων)· τὸ δὲ τῇ φύσει ἀγαθὸν καὶ τῷ ἐπιεικεῖ“: f. 1168 a 5 s. et 1170 a 14 s. (1166 a 19).

20. 21. τὸ δ' ὡρισμένον τῆς τἀγαθοῦ φύσεως: cf. Eud. 1245 a 2 ὁ γνωστὸν καὶ τὸ αἱρετόν ἐστιν ὡς ὅλως εἰπεῖν τὸ κοινωνεῖν τῆς ρισμένης φύσεως. Sine dubio vita (ἐνέργεια οὖσα) est ὡρισμένον: τὸ ὲρ δυνάμει ὂν καὶ μὴ ἐντελεχείᾳ τὸ ἀόριστόν ἐστιν 1007 b 28; nec uidquam τέλειον esse potest quin ὡρισμένον sit: v. 1092 a 11—13 ὐκ ὀρθῶς ὑπολαμβάνει . . . ὅτι ἐξ ἀορίστων ἀτελῶν δὲ ἀεὶ τὰ τελειόρα; in rebus vero naturalibus ἡ τῆς ὕλης ἀοριστία (778 a 6) impedit ıominus singula quaeque absoluta et perfecta sint. Sed Arist., quando ı re humanâ (περὶ τοῦ αἱρετοῦ sim.) quaeritur, talia tanquam nimis ıeneralia et inania aliis solet permittere: v. 1106 b 29 τὸ γὰρ κακὸν οῦ ἀπείρου, ὡς οἱ Πυθαγόρειοι εἴκαζον, τὸ δ' ἀγαθὸν τοῦ πεπεσμένου, vel 1173 a 15 λέγουσι δὲ (οἱ περὶ Πλάτωνα) τὸ μὲν ἀγαὸν ὡρίσθαι, τὴν δ' ἡδονὴν ἀόριστον εἶναι.

28. τούτοις γὰρ (τοῖς ἐπιεικέσι κ. μακ.) ὁ βίος αἱρετώτατος: v. ad 166 a 17 s.

29 sq. ὁ δ' ὁρῶν ὅτι ὁρᾷ αἰσθάνεται . . . De hac re, quantum uidem ad sensum neque ad mentem pertinet, de An. *Γ* 2 agitur: uamquam illic subtiles quaestiones motas potius et agitatas quam ad ertum finem perductas esse dixeris; v. impr. 425 b 12—17 et 426 b 12—22. Magis perspicuum in minoribus quibusdam ll. ejusdem generis, dicere philosophum κοινόν τι αἰσθητήριον vel πρῶτον αἰσθητικὸν atque κοινὴν αἴσθησιν in quâ tum αἴσθησις τῶν αἰσθήσεων tum κρίσις τῶν αἰσθήσεων insit; cujus sedes sit ἡ καρδία: hinc somnum aptum esse et somnia nec minus imaginationes, μνήμην, alia. V. imprimis 455 a 19 sq.; 467 b 28; 469 a 11; 647 a 24 sq.; 656 a 28 s.; 450 a 14; 451 a 16; 454 a 23; 455 b 10; 450 a 10; 455 a 13 sq. Hanc vero αἴσθη-

καὶ ὁ βαδίζων ὅτι βαδίζει, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως ἔστι τι τὸ αἰσθανόμενον ὅτι ἐνεργοῦμεν, ὥστε αἰσθανοίμεθ' ἂν ὅτι αἰσθανόμεθα· καὶ νοοῖμεν, ὅτι νοοῦμεν. τὸ δ' ὅτι αἰσθανόμεθα ἢ νοοῦμεν, ὅτι ἐσμέν· τὸ γὰρ εἶναι ἦν αἰσθάνεσθαι ἢ νοεῖν. τὸ δ' αἰσθάνεσθαι ὅτι ζῇ, τῶν ἡδέων καθ' αὑτό· φύσει γὰρ ἀγαθὸν ζωή, τὸ δ' ἀγαθὸν ὑπάρχον ἐν ἑαυτῷ αἰσθάνεσθαι ἡδύ. [αἱρετὸν δὲ τὸ ζῆν καὶ μάλιστα τοῖς ἀγαθοῖς, ὅτι τὸ εἶναι ἀγαθόν ἐστιν αὐτοῖς καὶ ἡδύ·] συναισθανόμενοι γὰρ τοῦ καθ' αὑτὸ ἀγαθοῦ ἥδονται. ὡς δὲ πρὸς ἑαυτὸν

31. K^b αἰσθάνομεθ' ($L^bM^bO^b$, omissâ voce ὥστε, αἰσθανοίμεθα δ' ἄν). 32. νοοῖμεν] K^b νοοῦμεν.

σιν ὅτι αἰσθανόμεθα et νόησιν ὅτι νοοῦμεν proxime ad id accedere i[illegible] telliges quod nos conscientiae nomine (Bewusstsein, Selbstbewusstsei[illegible] appellamus. Nec minus id apertum est, universam hanc vitae desc[illegible] ptionem (inde a versu 16) quodam modo in eam partem vergere, q[illegible] (ut mox *K* 6 sqq. fit) τῇ θεωρητικῇ in vitâ beatâ plurimum tribuit[illegible]

33. τὸ γὰρ εἶναι ἦν . . . v. vs 18 ἔοικε δὴ τὸ ζῆν εἶναι κυρίως αἰσθάνεσθαι ἢ νοεῖν.

3—5. αἱρετὸν δὲ τὸ ζῆν . . . συναισθανόμενοι γὰρ τοῦ καθ' αὐ[illegible] ἀγαθοῦ ἥδονται. Συναισθάνεσθαι igitur dicuntur (e similitudine ve[illegible] συνειδέναι) qui ἑαυτοῖς συναισθάνονταί τινος „apud se percipien[illegible] quod bonum est delectantur". Et fortasse scripsit Arist. τὸ δ' ἀγα[illegible] ὑπάρχον ἐν ἑαυτῷ αἰσθάνεσθαι ἡδύ· συναισθανόμενοι γὰρ τοῦ κ[illegible]' αὐτὸ ἀγαθοῦ ἥδονται. Quae enim verba vs 3. 4 interposita legun[illegible]tur „αἱρετὸν δὲ . . . καὶ ἡδύ" hoc loco disputationis plane sunt inania et sine ullo usu iterant quae ante satis superque dicta sunt.

5 s. ὡς δὲ πρὸς ἑαυτὸν ἔχει ὁ σπουδαῖος, καὶ πρὸς τὸν φίλον. Vide quo perventum sit. „Vita homini pro naturae suae ratione in sentiendo cogitandoque posita est; quod bonum dum vir probus penes se esse percipit, sensu voluptatis afficitur." Quid igitur amicis opus erit? Nimirum ita iis opus erit, si nemo possit societate eorum orbatus satis commode recteve aut sentire et cogitare aut percipere quod sentiat cogitetque. Et illud quidem si esset comprobatum, alteri demonstrationi quae supra erat a 4—11 subventum esset, hoc si additum esset, primae illi 1169 b 30—1170 a 4 ad q. l. v. — Sed longe aliter ea oratio habet quam nos quidem legimus b 5 sqq. De quâ haec tantum adjiciam: primum non esse cur is, apud quem constet „eodem modo nos in amicos affectos esse quo in nosmetipsos" hujus certe quaestionis (*I* 9) causâ vitae internam rationem consideret; necessario enim et id apud eundem constabit, amici vitam (dummodo vita qualecunque bonum est) αἱρετὸν esse. Deinde: eam argumentationem quae a propositione ὅτι ὁ φίλος ἕτερος αὐτός ἐστι proficiscatur (b 6 ἕτερος γὰρ αὐτὸς . . .) parum videri φυσικώτερον ἐπισκοπεῖν (a 13): v. ad 1166 a 29 s. — Itaque reputetur an temere judicata sint quae ad

ὁ σπουδαῖος, καὶ πρὸς τὸν φίλον· ἕτερος γὰρ αὐτὸς ὁ 1170 b 6 ; ἐστίν. καθάπερ οὖν τὸ αὐτὸν εἶναι αἱρετόν ἐστιν ἑκάστῳ, καὶ τὸ τὸν φίλον, ἢ παραπλησίως. τὸ δ' εἶναι ἦν ὸν διὰ τὸ αἰσθάνεσθαι αὐτοῦ ἀγαθοῦ ὄντος. ἡ δὲ τοιαύτη ησις ἡδεῖα καθ' ἑαυτήν. συναισθάνεσθαι ἄρα δεῖ καὶ τοῦ υ ὅτι ἔστιν· τοῦτο δὲ γίγνοιτ' ἂν ἐν τῷ συζῆν καὶ κοινωνεῖν ν καὶ διανοίας· οὕτω γὰρ ἂν δόξειε τὸ συζῆν ἐπὶ τῶν ώπων λέγεσθαι, καὶ οὐχ ὥσπερ ἐπὶ τῶν βοσκημάτων ν τῷ αὐτῷ νέμεσθαι. εἰ δὴ τῷ μακαρίῳ τὸ εἶναι αἱρε-έστι καθ' αὑτό, ἀγαθὸν τῇ φύσει ὂν καὶ ἡδύ, παραπλή- δὲ καὶ τὸ τοῦ φίλου ἐστί, καὶ ὁ φίλος τῶν αἱρετῶν ἂν ὃ δ' ἐστὶν αὐτῷ αἱρετόν, τοῦτο δεῖ ὑπάρχειν αὐτῷ, ἢ η ἐνδεὴς ἔσται. δεήσει ἄρα τῷ εὐδαιμονήσοντι φίλων δαίων.

ἆρ' οὖν ὡς πλείστους φίλους ποιητέον, ἢ καθάπερ ἐπὶ

. ἢ] om. $K^b M^b$. 9. αὐτοῦ] vulg. αὑτοῦ. 16. 17. καὶ ὁ et ἡ] $K^b M^b$ κἂν ὁ et εἴη.

-b 19 adnotavimus. Quod enim in his quae b 5—19 leguntur um et Aristotele dignissimum est, minus ad ipsum huj. cap. ar-ıtum spectat quam ad rectam rationem quâ sit amicis utendum —14 u. v.).

9. τὸ δ' εἶναι ἦν αἱρετὸν διὰ τὸ αἰσθάνεσθαι αὐτοῦ ἀγαθοῦ Si concedatur, τὸ ἡδὺ illud de quo vs 1 sq. dictum est, causam ›b quam vita placeat, id quidem priori argumentationi debetur ὅτι τὸ εἶναι αἱρετὸν διὰ τὸ αἰσθάνεσθαι ἀγαθοῦ (nimirum τοῦ ὑπάρχοντος αὐτῷ: cf. vs 2. 3. Sed aliud τὸ αἰσθάνεσθαι ἀγαθοῦ ὄντος. — Nec tamen conjecturis verba haec tentabit ›nsuerit genuinam Arist. conclusionem aut periisse aut prae ali-commentis oblitescere.

). συναισθάνεσθαι ἄρα δεῖ . . . vs 14 τὸ ἐν αὐτῷ νέμεσθαι. i enim τὸ ζῆν κυρίως ἐστὶ τὸ αἰσθάνεσθαι καὶ νοεῖν (a 19), τὸ non poterit non esse quaedam sentiendi et cogitandi communio. ninus recta haec pro sententiis praemissis quam ad rem vera. — σθάνεσθαι autem paullo aliter jam dicitur ac supra b 4.

4—19. Conclusio diligentius explicita et omnis illa ad senten-b 5—8 applicata. In quâ apparet vim demonstrationis in pro-›ne „παραπλήσιον δὲ καὶ τὸ τοῦ φίλου ἐστίν" vs 15 esse positam: vs b 5 s. Τὸ τοῦ φίλου „quodcunque amici est", quamquam tia maxime ad τὸ εἶναι (τὸν φίλον) fert.

ı De numero amicorum 1170 b 20—1171 a 20 (*I* 10).

mero amicorum similiter judicandum esse videatur ac de hospiti-t neu multos habere neu nullum velimus —1170 b 23. — *Nam ı molesti sunt utiles si multis officia debeantur* —b 28.

1170 b 21 τῆς ξενίας ἐμμελῶς εἰρῆσθαι δοκεῖ „μήτε πολύξεινος μήτ' ἄξεινος“, καὶ ἐπὶ τῆς φιλίας ἁρμόσει μήτ' ἄφιλον εἶναι μήτ' αὖ πολύφιλον καθ' ὑπερβολήν; τοῖς μὲν δὴ πρὸς χρῆσιν καὶ πάνυ δόξειεν ἂν ἁρμόζειν τὸ λεχθέν· πολλοῖς γὰρ ἀνθυπηρετεῖν ἐπίπονον, καὶ οὐχ ἱκανὸς ὁ βίος [αὐτοῖς] τοῦτο πράττειν. οἱ πλείους δὴ τῶν πρὸς τὸν οἰκεῖον βίον ἱκανῶν περίεργοι καὶ ἐμπόδιοι πρὸς τὸ καλῶς ζῆν· οὐθὲν οὖν δεῖ αὐτῶν. καὶ οἱ πρὸς ἡδονὴν δὲ ἀρκοῦσιν ὀλίγοι, καθάπερ ἐν 11

---

24. ἂν] om. $K^b L^b M^b$. 25. [αὐτοῖς] $K^b O^b$ αὐτὸ (M^b αὐτῷ). 26. ἱκανῶν] Bekk. maj. c. omn. ll. praeter O^b ἱκανῶς.

---

2) *et jucundi pauci sufficiunt* —b 29;

3) *probis vero multis amice uti vitae ratio ipsa prohibet quum ne- nos multis ad consuetudinem sufficiamus, nec illos quos acqu- siverit quis probabile sit singulos singulis inter se familiarit- uti velle, nec diversorum modo moeroris modo laetitiae sim- participes esse possimus* (—1170 a 3. 6. 8). *Satis igitur tot su- quot ad convictum desiderantur; accedit enim, ut ipse anim- amoris quo artius plures amplectatur non sit capax* (—a 1- *Quocum judicio consentit rerum veritas; nam insignis quaeq- amicitia inter binos fuit; qui vero plerisque amice nec civili- tantum uti videntur, vere nullius amici censentur esse* —a 17.

Unde liquet quânam in sententiâ perstandum sit —1170 a 20. — Cf. MM. *B* 16; Eud. 1245 b 19—26.

Inter hoc cap. et inter id quod praecedit quoddam rerum vincul- esse non latebit. Et esset sane de numero amicorum, velut eorum q- utiles sunt (b 24 s.), paullo aliter quaesitum, nisi animo etiam nu- maxime ii obversarentur qui pro beatâ vitae conditione magis sibi i- sufficiunt quam plerique solent. — Ceterum huc congesta et diligen- disposita esse dixeris quae fere vel e priore disputatione aut nota s- aut facile efficiantur. Imo attento lectori nonulla e superioribus in mentem venerint, quae quum ad hanc quaestionem facere videantur tamen hic praetermissa sint (v. ad 1171 a 20).

21. ἐμμελῶς εἰρῆσθαι δοκεῖ: ap. Hesiodum (Op. 660 Tauchn.).

24 s. πολλοῖς ἀνθυπηρετεῖν ἐπίπονον: neque enim de iis agitur quibus inopibus vel periclitantibus multorum auxilium acceptissimum et paene necessarium est.

25. οὐχ ἱκανὸς ὁ βίος αὐτοῖς τοῦτο πράττειν. Molestum αὐτοῖς, in ll. reperitur αὐτῷ, αὐτὸ (K^b); sed quod inde fingitur ὁ βίος αὐτοῖς id vi effert quod per se satis est. Languet omnino vox addita „αὐτ.“: „καὶ οὐχ ἱκανὸς ὁ βίος“ „nec sufficit spatium tempus res“ (haec enim ὁ βίος complectitur).

27. πρὸς τὸ καλῶς ζῆν: ab isto καλῶς omnem rationem honestatis abesse notatu dignum.

28. καὶ οἱ πρὸς ἡδονὴν . . . De brevissimâ horum mentione cf. ad 1169 b 25.

10 τῇ τροφῇ τὸ ἥδυσμα. τοὺς δὲ σπουδαίους πότερον πλείστους κατ' ἀριθμόν, ἢ ἔστι τι μέτρον καὶ φιλικοῦ πλήθους, ὥσπερ πόλεως; οὔτε γὰρ ἐκ δέκα ἀνθρώπων γένοιτ' ἂν πόλις, οὔτ' ἐκ δέκα μυριάδων ἔτι πόλις ἐστίν. τὸ δὲ ποσὸν οὐκ ἔστιν ἴσως ἕν τι, ἀλλὰ πᾶν τὸ μεταξὺ τινῶν ὡρισμένων. καὶ φίλων δή ἐστι πλῆθος ὡρισμένον, καὶ ἴσως οἱ πλεῖστοι μεθ' ὧν ἂν δύναιτό τις συζῆν· τοῦτο γὰρ ἐδόκει φιλικώτατον εἶναι. ὅτι δ' οὐχ οἷόν τε πολλοῖς συζῆν καὶ διανέμειν αὑτόν, οὐκ ἄδηλον. ἔτι δὲ κἀκείνους δεῖ ἀλλήλοις φίλους εἶναι, εἰ μέλλουσι πάντες μετ' ἀλλήλων συνημερεύειν· τοῦτο δὲ ἐργῶδες ἐν

30. καὶ φιλικοῦ] K^b φιλικοῦ.
1. ἐστι] N^b ἐστί τι. 2. K^b δύναιντο συζῆν. post εἶναι Bekk. comma. ὅτι] K^b διότι. 3. πολλοῖς] K^b πολλάκις.

30. ἢ ἔστι τι μέτρον καὶ φιλικοῦ πλήθους ὥσπερ πόλεως. Conferatur ab utrâque parte definitio: de amicis 1171 a 1 οἱ πλεῖστοι μεθ' ὧν ἄν τις δύναιτο συζῆν; de civitate 1326 b 23 ἡ μεγίστη τοῦ πλήθους ὑπερβολὴ πρὸς αὐτάρκειαν ζωῆς εὐσύνοπτος. Parum sunt nisi aut ad αὐτάρκειαν ζωῆς (v. 1326 b 7 sq.) aut ad convictum (ad quem quidem vel unus satis fuerit) sufficiant; nimis sunt si illic desinant εὐσύνοπτοι esse, hic convictum impediant (v. 1171 a 3 sq.). Primum autem spectatur quousque numerus commode augeri possit; atque in republicâ sane civium major copia varias ob causas expeti solet, sed in amicitiâ mox plura esse apparet quae suadeant ut perpaucos vel etiam unum pluribus praeferamus.

32. τὸ δὲ ποσὸν οὐκ ἔστιν ἴσως ἕν τι . . .: id quod in civium numero primum verum est; nec minus deinde (καὶ — δή vs 33 s.) in amicitiis quarum causâ haec reipublicae mentio facta est. Sed idem multo latius patere passim ab Arist. observatur: velut in l. c. Politicorum 1326 a 35—b 2 („ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων πάντων, ζῴων φυτῶν ὀργάνων“ a 36; cf. 771 a 32—772 a 4); utque in iis ποσοῖς quae numerantur, sic in iis quae in ratione quadam vel contentione sunt posita: vide τὴν συμμετρίαν ἣ ἀνιεμένη μένει ἕως τινὸς καὶ διαφέρει τῷ μᾶλλον καὶ ἧττον 1173 a 25 sq.; inque ipsam mediocritatem virtutis tale quid admitti sensimus *B* 9 (v. ad 1109 b 16).

2. τοῦτο γὰρ (τὸ συζῆν) ἐδόκει φιλικώτατον εἶναι: v. 1157 b 19 οὐδὲν γὰρ οὕτως ἐστὶ φίλων ὡς τὸ συζῆν; 1158 a 3. 4; ib 9. 10; cf. ad 1155 b 34 al. — Post hanc enunciationem plene interpungendum: quae enim adhuc dicta sunt quasi ad augendum numerum amicorum spectant (οἱ πλεῖστοι vs 1); at per ea quae exinde („ὅτι δ' οὐχ οἷόν τε“) monentur, manifestum fit quam plurimos illos haud multos fore.

3. καὶ διανέμειν αὑτόν: ut quasi sua cuique amico nostri pars contingat.

5. τοῦτο δ' ἐργῶδες . . . ὑπάρχειν: sic saepius οὐ ῥᾴδιον, velut in eâdem re 1158 a 13 πολλοὺς δ' ἅμα τῷ αὐτῷ ἀρέσκειν σφόδρα οὐ ῥᾴδιον, ἴσως δ' οὐδ' ἀγαθοὺς εἶναι. Indicatur id, quod οὐ πάνν γίνε-

1 a 6 πολλοῖς ὑπάρχειν. χαλεπὸν δὲ γίνεται καὶ τὸ συγχαίρειν I 10 καὶ τὸ συναλγεῖν οἰκείως πολλοῖς· εἰκὸς γὰρ συμπίπτειν ἅμα τῷ μὲν συνήδεσθαι τῷ δὲ συνάχθεσθαι. ἴσως οὖν εὖ ἔχει μὴ ζητεῖν ὡς πολυφιλώτατον εἶναι, ἀλλὰ τοσούτους ὅσοι εἰς τὸ συζῆν ἱκανοί· οὐδὲ γὰρ ἐνδέχεσθαι δόξειεν ἂν πολλοῖς εἶναι φίλον σφόδρα. διόπερ οὐδ' ἐρᾶν πλειόνων· ὑπερβολὴ γάρ τις εἶναι βούλεται φιλίας, τοῦτο δὲ πρὸς ἕνα· καὶ τὸ σφόδρα δὴ πρὸς ὀλίγους. οὕτω δ' ἔχειν ἔοικε καὶ ἐπὶ τῶν πραγμάτων· οὐ γίγνονται γὰρ φίλοι πολλοὶ κατὰ τὴν ἑταιρικὴν φιλίαν, αἱ δ' ὑμνούμεναι ἐν δυσὶ λέγονται. οἱ δὲ πολύφιλοι καὶ πᾶσιν οἰκείως ἐντυγχάνοντες οὐδενὶ δοκοῦσιν εἶναι φίλοι, πλὴν πολιτικῶς, οὓς καὶ καλοῦσιν ἀρέσκους. πολιτικῶς μὲν

10. οὐδὲ] $K^b M^b$ οὐ. 12. τις] K^b τισὶν. 15. πολύφιλοι] K^b πολλοὶ φίλοι; scr. vid. οἷς δὲ πολλοὶ φίλοι καὶ οἱ. 17. K^b ἀρεσκοὺς.

τει vel οὐ πάνυ εἴωθε γίνεσθαι (1157 a 35; 1158 a 36). Vide qua… aliter mox vs 6 χαλεπὸν δὲ γίνεται.

7. οἰκείως (συγχαίρειν καὶ συναλγεῖν et vs 16 ἐντυγχάνειν) interpreteris „ὡς οἰκείοις": ut inter familiares fas est. — Res haec et q…e praecedit („ἔτι δὲ" vs 4) ita ad τὸ συζῆν πολλοῖς (vs 3) pertinet …t recte in conclusione („οὖν" vs 8 s.) hujus tantum ratio habeatur.

8. 9. ἴσως οὖν εὖ ἔχει μὴ ζητεῖν ὡς πολυφιλώτατον εἶναι, ἀλ…ὰ τοσούτους sc. ζητεῖν φίλους. Ni forte istud ζεῦγμα quasi pro eo sc…ibendi genere, quo in his utitur Arist., molestius alicui videatur sus…iceturque post τοσούτους excidisse ἔχειν.

10. οὐδὲ γὰρ . . . (—vs 13). Accedit alterum genus argumentoru…, ex ipsius animi naturâ petitum. Attamen, qui meminerit imprimis lo…i 1158 a 10—15, in his quicquam novi vix agnoscet.

11. διόπερ „ob quam causam i. e. eandem ob causam ob quam …; ad verba enim οὐδ' ἐρᾶν πλειόνων cogitandum ἐνδέχεται.

14. κατὰ τὴν ἑταιρικὴν φιλίαν. Ut demonstratio haec vim habe…t, necesse erit ἡ ἑταιρικὴ sit pro omni amicitiâ verâ ac proprie dictâ (ni praecedenti sententiae tantum tribuas ut excipias τοὺς μὴ σφόδρα φίλους ὄντας). Atqui eodem fere res jam pridem cogebat, v. ad 1161 a 25; ad 1161 b 11—16. Nimirum magis magisque per has quaestiones I 5 sqq. adjectas eae amicitiae quae quasi adscriptae fuerant — αἱ καθ' ὑπεροχήν, αἱ κοινωνικαί (πολιτικαί), αἱ συγγενικαί, ἡ γαμική — rursus ita negliguntur ut quae primo una dicebatur sub finem quoque una esse videatur.

15. οἱ δὲ πολύφιλοι K^b πολλοὶ φίλοι: cf. Eud. 1245 b 20 οὐθεὶς φίλος ᾧ πολλοὶ φίλοι: id quod illic apparet proverbii loco fuisse. Scripsisse videtur Arist. οἷς δὲ πολλοὶ φίλοι καὶ (οἱ) πᾶσιν οἰκείως ἐντυγχάνοντες οὐδενὶ . . . φίλοι.

17. οὓς καὶ καλοῦσιν ἀρέσκους sc. si ipsi aliter nec civiliter tantum

οὖν ἔστι πολλοῖς εἶναι φίλον καὶ μὴ ἄρεσκον ὄντα, ἀλλ' ὡς 1171 a 18 ἀληθῶς ἐπιεικῆ· δι' ἀρετὴν δὲ καὶ δι' αὐτοὺς οὐκ ἔστι πρὸς πολλούς, ἀγαπητὸν δὲ καὶ ὀλίγους εὑρεῖν τοιούτους.

πότερον δ' ἐν εὐτυχίαις μᾶλλον φίλων δεῖ ἢ ἐν δυσ-

18. K[b] ἀρεσκόν.

videri velint amici esse (v. vs 18 „καὶ μὴ ἄρεσκον ὄντα"). Quinam ἄρεσκοι dicantur, satis ex *Δ* 12 constabit.

20. ἀγαπητὸν δὲ καὶ ὀλίγους εὑρεῖν τοιούτους. His verbis significari quaedam dixeris quae prius commemorata, at hôc cap. omissa sunt. Ab initio enim impedit quominus multos amicos habeamus, quod et sunt pauci qui omnino ad veram amicitiam idonei sint nec cuiquam contingit ut commode multos deinceps medimnos illos salis cum aliis atque aliis consumat: v. 1156 b 24—29 et al. — Quod vero superest, quoniam nec alterius probitas nec nostra ejus experientia nec denique ipsum τὸ ὁμόηθες sufficiunt ad gignendum amorem, nisi ab utrâque parte nexus quidam quo singuli cum singulis copulantur accesserit, ad id omnino Aristotelem minus animum advertisse scimus: v. ad 1157 b 13. 14.

7) De usu amicitiae tum in adversis rebus tum in secundis 1171 a 21—b 28 (*I* 11).

In adversâ quidem fortunâ amicorum opem desideramus eosque potissimum exoptamus qui utiles possint esse; at in prosperis rebus iis opus est in quos beneficia conferantur quique propter virtutem ad consuetudinem vitae maxime sint idonei —a 27. *Nec tamen ipsa societas amicorum nullam vel in tristi rerum conditione vim habet: levantur enim qui in malâ fortunâ fidos amicos praesentes habeant* —a 34. *Qua in re animus in diversa trahi videtur: ut enim inter tristitiam juvat tum eum videre quem diligas tum eum prope habere qui omnium optime animum tuum noverit* (—b 4), *ita vir constans nec suo dolore amicos contristari volet nec commiseratione gaudebit* —b 12. *Sed in felicitate omnia eo ferent ut amicorum praesentia sit accepta* —b 14. *Unde facile intelligetur quomodo et iis agendum sit qui seu felices seu miseri de advocandis amicis cogitent* (—b 16—b 19) *et iis qui amicos suos vel afflictos esse vel florentibus rebus uti compererint* (—b 23—b 27). *Clausula* b 28.

Quod ab initio huj. cap. quaeritur „πότερον ἐν εὐτυχίαις μᾶλλον δεῖ φίλων ἢ ἐν δυστυχίαις" ita memoriâ quidem tenetur ut extremis verbis eidem quaestioni finis quidam imponatur: „ἡ παρουσία δὴ τῶν φίλων ἐν ἅπασιν αἱρετή" b 27. Nec tamen minus verum est, plura et graviora per hance disputationem effici. Omissâ enim mox amicitiâ eorum qui utilitatem propositam habent (a 25) omnino de vero amico tam diligenter quam eleganter quaeritur 1. quid sentiat dum amicos suis rebus vel tristibus vel laetis interesse videat (a 27—b 12—b 14) 2. quid agat in utramque partem: quando admittere, quando prohibere amicos malit (b 15—19) et rursus quando ipse accurrere festinet quando moretur accedere (b 20—27).

21 (—27). πότερον δ' ἐν εὐτυχίαις μᾶλλον . . . Iam pridem quam-

1171 a 22 *τυχίαις; ἐν ἀμφοῖν γὰρ ἐπιζητοῦνται· οἵ τε γὰρ ἀτυχοῦντες δέονται ἐπικουρίας, οἵ τ' εὐτυχοῦντες συμβίων καὶ οὓς εὖ ποιήσουσιν· βούλονται γὰρ εὖ δρᾶν. ἀναγκαιότερον μὲν δὴ ἐν ταῖς ἀτυχίαις, διὸ τῶν χρησίμων ἐνταῦθα δεῖ, κάλλιον δ' ἐν ταῖς εὐτυχίαις, διὸ καὶ τοὺς ἐπιεικεῖς ζητοῦσιν· τούτους γὰρ αἱρετώτερον εὐεργετεῖν καὶ μετὰ τούτων διάγειν. ἔστι γὰρ καὶ ἡ παρουσία αὐτὴ τῶν φίλων ἡδεῖα καὶ ἐν ταῖς δυστυχίαις· κουφίζονται γὰρ οἱ λυπούμενοι συναλγούντων τῶν φίλων. διὸ κἂν ἀπορήσειέ τις πότερον ὥσπερ βάρους μεταλαμβάνουσιν, ἢ τοῦτο μὲν οὔ, ἡ παρουσία δ' αὐτῶν ἡδεῖα οὖσα καὶ ἡ ἔννοια τοῦ συναλγεῖν ἐλάττω τὴν λύπην ποιεῖ. εἰ μὲν οὖν διὰ ταῦτα ἢ δι' ἄλλο τι κουφίζονται, ἀφείσθω· συμβαίνειν δ' οὖν φαίνεται τὸ λεχθέν. ἔοικε δ' ἡ παρουσία μικτή τις αὐτῶν εἶναι. αὐτὸ μὲν γὰρ τὸ ὁρᾶν τοὺς φίλου*[s] I 11

23. *οἵ τ'*] $K^bM^bO^b$ *οἱ δ'*. 26. *διὸ καὶ*] $K^bM^bO^b$ *διό*. 28. pos[t] *καὶ ἐν ταῖς* $L^bM^bO^b$ addunt *εὐτυχίαις καὶ ἐν ταῖς*. 30. Bekk. *ἀπο-ρήσειέν*.

quam minus distincte ita quaesitum est, nec quid respondendum esse illic dubium erat cf. 1169 b 13—16 (u. v.) et 1155 a 5—12.

24. *βούλονται γὰρ εὖ δρᾶν*: τί γὰρ ὄφελος τῆς τοιαύτης εὐετηρί[ας] *ἀφαιρεθείσης εὐεργεσίας*; 1155 a 7.

26. 27. *ἀναγκαιότερον . . . κάλλιον* solemni apud Arist. opposition[e] spectat autem *τὸ ἀναγκαῖον* ad usum et ad utiles, *τὸ καλὸν* ad hon[e]statem et ad probos („*χρησίμων — ἐπιεικεῖς*“ vs 25. 26).

27 s. *ἔστι γὰρ καὶ ἡ παρουσία αὐτὴ . . . καὶ ἐν ταῖς δυστυχία[ις]* Verbis *καὶ μετὰ τούτων διάγειν* modo ratio *τοῦ συζῆν* habebatur qu[o]d maxime proprium amicitiae est: v. vs 2 *τοῦτο γὰρ ἐδόκει φιλικώτατ[ον] εἶναι*. Quapropter in eodem persistitur („*γὰρ*“ vs 27): male enim judicaret qui *τὸ συζῆν* ad unam tantum vitae conditionem (*ἐν ταῖς εὐτυχίαις* vs 26) referret. Addendum igitur, „*καὶ ἐν ταῖς δυστυχίαις*“. — Et ita quidem probabili modo fit, ut abhinc immutata sit tota quaestio: exinde enim id agitur, quid *ἡ παρουσία τῶν φίλων* vel *τὸ συζῆν μετὰ φίλων* tum in adversâ tum in prosperâ fortunâ possit. Quo facto *οἱ χρήσιμοι* (ab his enim fructus, non praesentia petitur) oblivioni traduntur, *οἱ ἐπιεικεῖς* soli relinquuntur.

30—32. *διὸ κἂν ἀπορήσειέν τις* (Bekk.). Quidni *ἀπορήσειέ τις*? — Interponitur vero subtilis quaestio de causâ *τοῦ κουφίζεσθαι* (vs 29): utrum quasi re onus duorum velut humeris susceptum ipsum dividatur alterique utri dimidio tantum pondere incumbat, an is qui afflictus est omnem quidem doloris molem ferat, sed auctis per solatium adstantis amici viribus.

34. *συμβαίνειν δ' οὖν φαίνεται τὸ λεχθέν*: certo levantur (vs 29); quonam modo leventur, in ancipiti relinquatur.

35. *ἔοικε δ' ἡ παρουσία μικτή τις αὐτῶν εἶναι*: dulcis a 35- b 4

11 *ἡδύ, ἄλλως τε καὶ ἀτυχοῦντι, καὶ γίνεταί τις ἐπικουρία* 1171 b 1 *πρὸς τὸ μὴ λυπεῖσθαι· παραμυθητικὸν γὰρ ὁ φίλος καὶ τῇ ὄψει καὶ τῷ λόγῳ ἐὰν ᾖ ἐπιδέξιος· οἶδε γὰρ τὸ ἦθος καὶ ἐφ' οἷς ἥδεται καὶ λυπεῖται. τὸ δὲ λυπούμενον αἰσθάνεσθαι ἐπὶ ταῖς αὐτοῦ ἀτυχίαις λυπηρόν· πᾶς γὰρ φεύγει λύπης αἴτιος εἶναι τοῖς φίλοις. διόπερ οἱ μὲν ἀνδρώδεις τὴν φύσιν εὐλαβοῦνται συλλυπεῖν τοὺς φίλους αὑτοῖς, κἂν μὴ ὑπερτείνῃ τῇ ἀλυπίᾳ, τὴν ἐκείνοις γινομένην λύπην οὐχ ὑπομένει, ὅλως τε συνθρήνους οὐ προσίεται διὰ τὸ μηδ' αὐτὸς εἶναι θρηνητικός· γύναια δὲ καὶ οἱ τοιοῦτοι ἄνδρες τοῖς συστένουσι χαίρουσι, καὶ φιλοῦσιν ὡς φίλους καὶ συναλγοῦντας. μιμεῖσθαι δ' ἐν ἅπασι δεῖ δῆλον ὅτι τὸν βελτίω. ἡ δ' ἐν ταῖς εὐτυχίαις τῶν φίλων παρουσία τήν τε διαγωγὴν ἡδεῖαν*

---

7. *αὑτοῖς*] Bekk. maj. *αὐτοῖς*.

---

eademque ingrata b 4—10. Sin accuratius loquendum sit, sensum quodammodo ex laetitiâ et tristitiâ mistum per praesentiam amicorum animo exsistere dicemus; habere vel afferre praesentiam mixtum quoddam, non esse mixtam.

1. *ἐπικουρία πρὸς τὸ μὴ λυπεῖσθαι*: a quâ diversa est illa *ἐπικουρία* quam utiles amici passim praestant (a 23).

3. *ἐὰν ᾖ ἐπιδέξιος· οἶδε γὰρ* . . . *Τὸ εἰδῆσαι* quidem *ἀλλήλους* (1156 b 27) s. *τὸ ἦθος* omnino dixeris inter veros amicos reperiri; sin accedat dexteritas, is hujus scientiae usus aderit quo inveniant quod suo loco amici animum maxime juvet. Neque enim *ὁ ἐπιδέξιος* in uno genere *ἀναπαύσεως καὶ παιδιᾶς* tantum reliquis praestabit (v. ad 1128 a 16 s.).

6. 7. *διόπερ οἱ ἀνδρώδεις τ. φ. εὐλαβοῦνται συλλυπεῖν τοὺς φίλους αὑτοῖς*: recte sane Bekk. min. *αὑτοῖς* pro *αὐτοῖς*. *Ἀνδρώδεις* (*τὴν φύσιν*), quibus vs 10 effeminati neque *οἱ δειλοὶ* opponantur, Aristoteli ii potius dicuntur qui omnino virili sunt animo quam ipsi *οἱ ἀνδρεῖοι*. V. 1109 b 18 et 1126 b 1; deinde 1125 b 12: ubi vel ira vel *τὸ φιλόπολεμον* videtur *τοῦ ἀνδρώδους* esse; similiter 1306 b 34 et 1391 a 22.

7. 8. *κἂν μὴ ὑπερτείνῃ τῇ ἀλυπίᾳ* „nisi forte alterius praesentia tantam vim doloris ipsi sit sublatura, ut exigua molestia quae illi nascatur pro nihilo sit": vere Aristotelicâ tum dictione tum sententiâ. Idem mox vs 19 aliis verbis est „*ὅταν μέλλωσιν ὀλίγα ὀχληθέντες μεγάλ' αὐτὸν ὠφελήσειν*".

8. 9. *ὑπομένει* . . . *προσίεται*: notetur numeri grammatici varietas *πᾶς φεύγει* vs 5 . . . *οἱ ἀνδρώδεις εὐλαβοῦνται* vs 6 s. . . *καὶ οὐχ ὑπομένει κ. τ. λ.*; mirâ quadam nec tamen ingratâ vice.

11. *ὡς φίλους καὶ συναλγοῦντας*: utrumque enim unâ esse debet 1166 a 7. Isti vero male putant *τὸν συναλγοῦντα* eundem etiam *συστένειν* et *συνθρηνεῖν*.

13. 14. *τήν τε διαγωγὴν* . . . *καὶ τὴν ἔννοιαν* . . . In re adversâ

ἔχει καὶ τὴν ἔννοιαν ὅτι ἥδονται ἐπὶ τοῖς αὐτοῦ ἀγαθοῖς. I 11
διὸ δόξειεν ἂν δεῖν εἰς μὲν τὰς εὐτυχίας καλεῖν τοὺς φίλους προθύμως· εὐεργετικὸν γὰρ εἶναι καλόν· εἰς δὲ τὰς ἀτυχίας ὀκνοῦντα· μεταδιδόναι γὰρ ὡς ἥκιστα δεῖ τῶν κακῶν, ὅθεν τὸ „ἅλις ἐγὼ δυστυχῶν.“ μάλιστα δὲ παρακλητέον, ὅταν μέλλωσιν ὀλίγα ὀχληθέντες μεγάλ' αὐτὸν ὠφελήσειν. ἰέναι δ' ἀνάπαλιν ἴσως ἁρμόζει πρὸς μὲν τοὺς ἀτυχοῦντας ἄκλητον καὶ προθύμως (φίλου γὰρ εὖ ποιεῖν, καὶ μάλιστα τοὺς ἐν χρείᾳ καὶ τὸ μὴ ἀξιώσαντας· ἀμφοῖν γὰρ κάλλιον καὶ ἥδιον), εἰς δὲ τὰς εὐτυχίας συνεργοῦντα μὲν προθύμως (καὶ γὰρ εἰς ταῦτα χρεία φίλων), πρὸς εὐπάθειαν δὲ σχο-

14. ἔννοιαν] ex uno (ut vid.) N^b, εὔνοιαν cett. 16. εὐεργετικὸν [illegible] $K^b L^b M^b$; εὐεργετητικὸν Bekk. 22. K^b ἀξιώσαντος.

haec in diversa abibant („μικτή“ a 35); ἡ παρουσία enim (nam διαγωγῆς in calamitate nullus est locus) et illic dulcis erat; at ἡ αἴσθησ[illegible]s κ. ἡ ἔννοια quid paterentur amici molesta (b 4 sq.). — Vox ἔννοια [illegible]t a 32; v. ad 1167 a 34 s.

18. τὸ ἅλις ἐγὼ δυστυχῶν. Paraphrastae gratiâ scribentis „ὁ τραγῳδός φησι“ hanc vocem per tragoedias quae supersunt frustra quaesiverunt. Forsitan nimium illi ita detur: dictum enim sane ipsum i[illegible]d est quod vix a poëtis discere necesse sit.

22. καὶ τὸ μὴ ἀξιώσαντας: τὸ μὴ conjungendum esse ut articul[illegible]s sit τὸ, ne adnotarem quidem (ut multa alia), ni ex aliorum commentariis vidissem, perperam quaedam quae sint certissima vel a V[illegible]V. DD. accipi.

24. καὶ γὰρ εἰς ταῦτα (εἰς τὸ συνεργεῖν εὐτυχοῦσι) χρεία φίλων. Hoc ab initio quidem a 23. 24 omittebatur; sed inter ea quae huc pertinent illud est quod 1155 a 9 sq. commemorabatur „καὶ πῶς [illegible] τηρηθείη (ἡ εὐτυχία) καὶ σῴζοιτ' ἄνευ φίλων;“ — πρὸς εὐπάθειαν [illegible] σχολαίως: cf. Chilonis illud ap. Stob. (p. 87) „ἐπὶ τὰ δεῖπνα τῶν φίλων βραδέως πορεύου, ἐπὶ δὲ τὰς ἀτυχίας ταχέως“. Quodsi componant[illegible] quae de diversâ ratione eorum qui amicos advocaturi sint eorumq[illegible] qui aut afflictos aut beatos sint adituri dicta sunt b 15—19 et b 20 — 27, efficietur rem per contrariam ab utrâque parte differentiam [illegible] exaequari ut probabile sit, aeque in malâ atque in bonâ fortunâ amicos in unum conventuros esse. At in clausulâ quae additur „ἡ παρουσία δὴ . . .“ vs 27 minus ad hanc demonstrationem proxime antecedentem quam ad principalem huj. cap. quaestionem spectatur (v. supra).

De convictu amicorum 1171 b 29—1172 a 14 (I 12).

Omnino in amicitiâ summum est τὸ συζῆν. Hinc enim nascitur, eodem spectat (—1171 b 33), *dumque una cum amico vivimus, gratissimo illo sensu esse illum afficimur, quo aeque delectamur ac nostrâ ipsorum vitâ* —1172 a 1. *Quapropter et in iisdem rebus convictum cum amicis com-*

11 *λαίως· οὐ γὰρ καλὸν τὸ προθυμεῖσθαι ὠφελεῖσθαι. δόξαν δ' ἀηδίας ἐν τῷ διωθεῖσθαι ἴσως εὐλαβητέον· ἐνίοτε γὰρ συμβαίνει. ἡ παρουσία δὴ τῶν φίλων ἐν ἅπασιν αἱρετὴ φαίνεται.*

12 *ἆρ' οὖν, ὥσπερ τοῖς ἐρῶσι τὸ ὁρᾶν ἀγαπητότατόν ἐστι καὶ μᾶλλον αἱροῦνται ταύτην τὴν αἴσθησιν ἢ τὰς λοιπάς, ὡς κατὰ ταύτην μάλιστα τοῦ ἔρωτος ὄντος καὶ γινομένου, οὕτω καὶ τοῖς φίλοις αἱρετώτατόν ἐστι τὸ συζῆν; κοινωνία*

27. δὴ] K[b] δ' ἡ.

paramus, in quibus ipsi versantes maxime nobis videmur nostrâ ipsorum vitâ commode uti —1172 a 8. *Unde sequitur, malorum amicitiam perniciosam esse, at bonorum societatem utrisque virtutis causâ esse appetendam* —1172 a 14.

Dissimilis huj. cap. ratio ac capp. 5—11, quibus singulis quaedam quaestiones tractabantur; nec minus aptus huic argumento locus est sub finem horum ll. Neque enim imprudenter ad *I* 5 extr., istam alteram quasi perorationem esse, diximus. Ut vero *τῷ συζῆν* potissimum hoc daretur, tum quae proxime antecedunt monere, tum res ipsa suadere videbatur. Nam laudatâ cap. 11 praesentiâ amicorum aliquod *τοῦ συζῆν* genus commendabatur (v. ad 1171 a 27 s.), in primâ autem horum ll. parte, quum quaereretur quid esset amicitia, idem *τὸ συζῆν* paene negligebatur (v. ad 1155 b 34). Deinde vero — quae ap. Arist. haud inaudita est docendi via — sensim quasi vim ejus magis magisque elucescere vidimus: cf. 1157 b 7—24 (1165 b 30); 1170 b 10—14; 1171 a 2. Supererat igitur, ut quae hic illic *περὶ τοῦ συζῆν* dicta erant aliquando unâ oratione in debitum ejus honorem conferrentur; id quod ultimo hoc cap. factum est.

29. *ἆρ' οὖν* . . . „Quodsi igitur praesentia amicorum in quavis vitae condicione exoptatur (vs 27 s.), dicendumne omnino amicis vitae communitatem maxime esse propositam?" Conjunguntur scilicet et ea, inter quae necessarium sententiarum vinculum non est.

31. *ὡς κατὰ ταύτην* (i. e. *κατὰ τὴν ὄψιν*) *μάλιστα τοῦ ἔρωτος . . . γινομένου: μὴ γὰρ προησθεὶς τῇ ἰδέᾳ οὐθεὶς ἐρᾷ* 1167 a 4. Itaque *τοῖς ἐρῶσιν* et praesentia eorum quos amant pariter desiderata est atque amicis; sed fortasse alio modo; v. Eud. 1245 a 25 *τοῦ γὰρ συζῆν ὀρέγεται ὁ ἐρῶν, ἀλλ' οὐχ ᾗ μάλιστα δεῖ, ἀλλὰ κατ' αἴσθησιν.* — Subjungantur hic ii loci quibus omnino *τῶν ἐρωτικῶν* in Nic. *ΘI* mentio facta est: (1155 b 3 s.); 1156 b 1—6; 1157 a 6—14; 1158 a 11—13; 1159 b 15—19; 1164 a 3—8; 1167 a 4—7; 1171 a 11 s.; b 29—31; quibus add. 1116 a 13; ex Eud. v. 1225 a 20; 1235 (a 14—16) b 20 s.; 1238 b 35—39; 1243 b 17—19 s.; 1245 a 24—26.

32. *οὕτω καὶ τοῖς φίλοις αἱρετώτατόν ἐστι τὸ συζῆν* sc. *ὡς κατὰ τοῦτο μάλιστα τῆς φιλίας οὔσης καὶ γινομένης* (vs 31). Utrumque enim re solet conjunctum esse: „*ἀλλ' οὐ μόνον αἱ γενέσεις . . . ἐκ τῶν αὐτῶν καὶ ὑπὸ τῶν αὐτῶν γίνονται, ἀλλὰ καὶ αἱ ἐνέργειαι ἐν τοῖς αὐτοῖς ἔσονται*" 1104 a 27 s.

1171 b 33 *γὰρ ἡ φιλία. καὶ ὡς πρὸς ἑαυτὸν ἔχει, οὕτω καὶ πρὸς τὸν* I *φίλον. περὶ αὐτὸν δ' ἡ αἴσθησις ὅτι ἔστιν αἱρετή· καὶ περὶ τὸν φίλον δή. ἡ δ' ἐνέργεια γίνεται αὐτοῖς ἐν τῷ συζῆν,* 1172 a *ὥστ' εἰκότως τούτου ἐφίενται. καὶ ὅ τι ποτ' ἐστὶν ἑκάστοις τὸ εἶναι ἢ οὗ χάριν αἱροῦνται τὸ ζῆν, ἐν τούτῳ μετὰ τῶν φίλων βούλονται διάγειν· διόπερ οἱ μὲν συμπίνουσιν, οἱ δὲ συγκυβεύουσιν, ἄλλοι δὲ συγγυμνάζονται καὶ συγκυνηγοῦσιν ἢ συμφιλοσοφοῦσιν, ἕκαστοι δ' ἐν τούτῳ συνημερεύοντες ὅ τι περ μάλιστα ἀγαπῶσι τῶν ἐν τῷ βίῳ· συζῆν γὰρ βουλόμενοι μετὰ τῶν φίλων, ταῦτα ποιοῦσι καὶ τούτων κοινωνοῦσιν οἷς οἴονται συζῆν. γίνεται οὖν ἡ μὲν τῶν φαύλων φιλία* I *μοχθηρά· κοινωνοῦσι γὰρ φαύλων ἀβέβαιοι ὄντες, καὶ μο-*

35. K^b *τὸν φίλον δ' ἡ ἐνέργεια.*
1. *ὅ τι ποτ'*] K^b *ὁπότ'* (L^bO^b *ὅ ποτ'*). 8. *οἷς οἴονται*] K^b *ὡς οἷόν τε. συζῆν*] Bekk. „an *εὖ ζῆν?*"; fort. *αὐτοὶ ζῆν.*

32 s. *κοινωνία γὰρ ἡ φιλία*: ni per tautologiam cogitetur *τοῦ ζῆν κοινωνία*, omni vi istud *γὰρ* caret. Maxima enim *κοινωνιῶν* est varietas: v. *Θ* 11.

33 sq. *καὶ ὡς πρὸς ἑαυτὸν ἔχει, οὕτω* ... Altera ratio, per quam constat *αἱρετώτατον τοῖς φίλοις εἶναι τὸ συζῆν* (vs 32), petita illa ex argumento capitis 9 (1170 b 5—11).

35. *ἡ δ' ἐνέργεια* sc. *τῆς αἰσθήσεως ὅτι ὁ φίλος ἔστιν* (vs 34 s.).

1 sq. *καὶ ὅ τι ποτ' ἐστὶν ἑκάστοις τὸ εἶναι* ... Jam non satis est dicere *ὅτι τὸ συζῆν αἱρετώτατον*, sed cognitâ alterâ ratione 1171 b 33 sq. accuratius loqui fas est. Quodsi enim *τὸ συζῆν* similem vim habet atque ipsum *τὸ ζῆν*, erit convictus quem petunt et ejusdem generis, qualis ipsorum vita est. Unde, si sapiunt, *λόγων καὶ διανοίας κοινωνία* exsistet (1170 b 11—14); sin minus, *ἡ τυχοῦσα* („*οἱ μὲν — οἱ δὲ*" vs 3 sq.).

8. *οἷς οἴονται συζῆν*. Molestus quodammodo dativus iste instrumentalis *οἷς* qui neutrius est generis, quippe utroque verbo (et *κοινωνοῦσιν* et *συζῆν*) alium dativum personalem, ut ita dicam, permittente. Gravius est, quod sententia ipsa voci *συζῆν* adversatur: *τὸ συζῆν* enim suam rationem nullam habet, sed omnem quam habet *ἀπὸ τοῦ ζῆν* mutuatum est vs 1 sq. Scripsisse videtur Arist. *οἷς οἴονται αὐτοὶ ζῆν* (ad prius enim „*ταῦτα ποιοῦσι*" vs 7 necessario cogitatur „*μετὰ τῶν φίλων*").

8—14. *γίνεται οὖν ἡ μὲν τῶν φαύλων φιλία μοχθηρά* ... Quoniam igitur in convictu vis et suavitas amicitiae posita est (1171 b 32 – 1172 a 1), convictum autem talem sibi quisque parat qualis ipse est (1172 a 1 – 8): summi in mores cujusque momenti est cujusnam generis amicos habeat. Hic finis est; „videat quicunque virtutem colit ut probos habeat amicos"; at supra *I* 4 „virtutem colat quicunque amice secum et cum suis vult vivere".

9. *ἀβέβαιοι ὄντες*: *οἱ μοχθηροὶ τὸ μὲν βέβαιον οὐκ ἔχουσιν* 1159

χθηροὶ δὲ γίνονται ὁμοιούμενοι ἀλλήλοις· ἡ δὲ τῶν ἐπιεικῶν 1172 a 10 ἐπιεικής, συναυξανομένη ταῖς ὁμιλίαις· δοκοῦσι δὲ καὶ βελτίους γίνεσθαι ἐνεργοῦντες καὶ διορθοῦντες ἀλλήλους· ἀπομάττονται γὰρ παρ' ἀλλήλων οἷς ἀρέσκονται, ὅθεν „ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἄπ' ἐσθλά." [περὶ μὲν οὖν φιλίας ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω· ἑπόμενον δ' ἂν εἴη διελθεῖν περὶ ἡδονῆς.]

14. 15. [περὶ μὲν — ἡδονῆς] sine fide. 14. ἐπὶ] om. K[b].

b 7 (v. ad 1156 b 10. 11). Omnino quae hic vs 9—12 monentur — ὁμοιοῦσθαι τοὺς φίλους ἀλλήλοις, διορθοῦν τοὺς ἐπιεικεῖς ἀλλήλους — e priore disputatione, ut par erat, rata sunt; v. praeter alia 1159 b 5—7; 1165 b 15—20; 1170 a 11. 12.

11. συναυξανομένη ταῖς ὁμιλίαις: hoc proprium proborum amicitiae; nam malorum societas per ipsorum inconstantiam et pravitatem brevi dissolvitur: „ἐπ' ὀλίγον χρόνον γίνονται φίλοι" 1159 b 9.

12. ἐνεργοῦντες: quis enim nescit ὅτι ἐκ τοῦ ἐνεργεῖν περὶ ἕκαστα αἱ ἕξεις γίνονται 1114 a 9. 10. — Ἀπομάττεσθαι παρά τινός τι minus est „formam exprimere ex aliquo ut epistola obsignatur anulo" quam „ea quae placent imitando (quasi digitis) apud se effingere".

13 s. ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἄπ' ἐσθλὰ] μαθήσεαι· ἢν δὲ κακοῖσιν συμμίσγῃς, ἀπολεῖς καὶ τὸν ἐόντα νόον.

Theogn. 35: qui versûs a multis scriptoribus celebrantur; v. Bergk ad l. l. Ad eosdem verbis καθάπερ καὶ Θέογνίς φησιν 1170 a 12 respici videbatur.

14—19. περὶ μὲν οὖν φιλίας ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω· ἑπόμενον δ' ἂν εἴη διελθεῖν περὶ ἡδονῆς. μετὰ δὲ ταῦτα περὶ ἡδονῆς ἴσως ἕπεται διελθεῖν. Liceat hic paullisper consistentes nonnulla aut proponere aut confirmare quae inter continuam interpretis operam, dum singula singulis excipiuntur, commode explicari nequeant.

Sunt vero tria potissimum quae attingam. 1. ut absolutâ disputatione περὶ φιλίας in unum complectamur quid de his ll. *ΘI* sit judicandum; 2. ut paucis ad eos ll. qui praecedunt *EZH* respiciatur quid diversi a ceteris habeant; 3. ut imprimis quaeratur, sitne certa quaedam ratio inter hos de amicitiâ libellos et inter duplicem περὶ ἡδονῆς quaestionem quae proxime aut praecedit aut sequitur. His enim rebus quantum tuto fieri potest perspectis forte rectius intelligetur, quonam modo Arist. putandus sit hoc Ethicorum opus conscripsisse et perfecisse.

I. Qui libros *ΘI* noverit teneatque mente quae ad eos passim observanda erant, haud dubitanter id asseveret: placuisse scriptori ita de amicitiâ agere ut rem undique exploraret, genera ejus omnia examinaret, quaestiones gravissimas quasque quae de eâ moverentur absolveret. Itaque nec res privatas nec rempublicam neglexit, tum intimam familiaritatem domesticam tum societates eorum qui ad lucrum faciundum convenerunt inspexit, nec minus ad judicem in foro sedentem quam ad ludos jocantium accessit. Quodsi igitur universa res politica, quam Arist. appellat, amicitiae causa in hoc libello perstricta est, tamen

cunctam disputationem ita conscriptam esse apparet ut ἠθικῶς potissimum quaereretur. Cujus rei inter alia multa vel id satis luculentum est testimonium quod iis locis qui sententiarum gravitate eminent ad virtutem summa rei refertur (*I* 4 extr.; *I* 8; *I* 12 extr.). Poterat sane varias ob causas aptus ad pertractandam φιλίαν locus is videri qui inter Ethica et Politica medius est. Effingas igitur mente, qualis fere disputatio haec instituenda fuisset, si non ἠθικῶς, sed ita concipiebatur ut illi loco ubi nunc Oeconomica leguntur accommodatum erat: nec jam obscurum erit, longe diversam a nostrâ fuisse eventuram.

Ut vero libri hi de amicitiâ certo ad rem ethicam pertinent eamque institutionem quae Nic. *A*—*E* exstat tum expressis verbis tum sententiarum ratione ubique ratam habent: ita negandum est eosdem tam arto vinculo cum reliquis Nic. esse conjunctos ut unâ serie videantur cum illis conscripti esse atque octavo nonoque loco prioribus quasi succrevisse. Quâ in re insignis exempli loco sit τὸ δίκαιον. Ita enim ll. *ΘI*, quum plurimum imprimis *Θ* 9—14 ad rem faciat, de illo agitur, quasi libro *E* iisque quae illic maxime propria τοῦ δικαίου sunt jam ne mentio quidem debeatur (cf. et ad 1162 b 22). Qui vero unus locus testari putatur ab ipso Arist. hos ll. ante Nic. *K* collocatos esse, eum neque ad hoc probandum vim neque omnino fidem habere reperimus: v. ad 1170 a 19—29.

Sed hanc in partem vel hoc pro certo dicatur. Etenim ne ipse quidem liber περὶ φιλίας ita videtur compositus esse, ut uno tempore talis mente sit conceptus qualis nunc editur. Nam recte quidem et prudenter ab initio dispositus esse videtur, sed in eum modum ut et posset commode suppleri et iterato labore sit auctus et confectus. Hinc separatae illae quaestiones tam amplum locum occupaverunt; hinc ad duplicem illam perorationem perventum, quam diximus (*I* 4 et 12); hinc imprimis factum est ut nonnulla de quibus jam satis constabat, tamen aliquando suam disputationem sibi deposcere viderentur, velut ἡ πολυφιλία *I* 10.

Atqui quemadmodum is cui haec probantur nec dixit nec voluit dicere, libros *ΘI* aut totos aut aliquam partem eorum undecunque conflatos vel auctore Aristotele indignos esse: ita supra nec negabatur nec recte poterat negari, eosdem libros revera ad Ethica atque ad Nicomachea Eth. pertinere. Imo ita confidimus, in contrariam partem censendum esse, ut hinc velut a tuto principio profecti vel ad majorem quaestionem solvendam pergamus. Etenim si verum est libros *ΘI* per se consideratos magis e partibus contextos quam ad unitatem integri corporis quasi genitos esse, haud improbabile erit ipsa Nic., longe majus opus, non uno librorum ordine ab initio usque ad finem quasi decurrere. Quid? num sperari posset, si casu aliquo accidisset ut ordo capitum complurium in *ΘI*, velut *I* 4—12, turbatus dubiusve factus esset, fore ut unquam acumine conjectantium efficeretur, quanam serie ipse Arist. singula singulis subjunxisset? Quid igitur ita mirum est, quoniam de Nicomacheorum posteriore parte multa incerta sunt, frustra viros doctos operam dare ut conjecturis suis compagem quandam operis, quae solvi nequeat, reficiant.

Addas et hoc. Non dubitavit Arist., ut exemplo libelli περὶ φιλίας evincitur, in opus suum de ethicis inaequabilem quandam partium

varietatem admittere. Nam non remisit tantum quasi vincula quibus singula quaeque cum summâ re conjuncta esse solent, sed etiam uni parti majorem paene quam par erat campum concessit quo exsultare posset disputatio. Quis igitur aequus judex in reliquis partibus postulaverit, singulas ad amussim inter se exaequari, offenderitve si forte et reperiantur quae praeter opinionem videantur in brevius contractae esse?

II. De Nic. *ΘI* igitur sic censemus: de loco quidem in ordine reliquorum librorum liberam esse quaestionem (v. infra ad 1176 a 30), sed satis constare Nicomacheam esse hanc περὶ φιλίας disputationem. Nec quidquam diligenter interpretantibus occurrit, unde probabilis dubitandi ratio exsistat num integra eadem tradita sit. Itaque, quoniam nemo non item de libro *K* judicat, peracto libro *H* jam rursus ad eam partem operis perventum est, quae fere suspicione omni non minus vacet quam ipsi ll. *Α—Δ*. At in intermediis ll. *EZH* res aliter habebat. Ut enim nunc eas difficultates quarum sedes in *H* 12—15 est missas faciamus, sunt illic suae cuique libro labes quibus non aliquot verba aut sententiae nonnullae, sed rationes ipsae disputationis nonnunquam deformantur et obscurantur. Meminimus inter legendum modo in ea nos incidere quae ab initio truncata sint, modo priusquam res coepta acta est ad alia abripi; reperimus capita quaedam in quibus nil fere sani inesse videatur, alia quibus libenter careamus quoniam fere eadem jam ex alio capite comperimus. Vide imprimis ea quae in l. *E* ad 1130 b 6—29; ad 1130 b 30—1133 b 28; ad 1131 a 9; ad cap. 10 et sequentia; ad cap. 15 dicenda erant; in l. *Z* ad cap. 2 et ad 1141 a 20—1142 a 30; in l. *H* ad 1146 b 14—24; ad 1148 a 22—b 14; denique ad *H* 7. Ad quae omnia illa quaestio quâ de auctore horum ll. ambigitur omnino nullius est momenti. Imo si singula perpendantur, paene eum librum quem nemo a Nicomacheis abjudicare conatus est (l. *E*) omnium plurimum violatum esse dicas; at illum qui a copiâ Nicomacheâ ad tenuitatem quasi Eudemicam recedere videatur (l. Z), longe minus. Nec mirum.. Minus enim manus ei operi inferentur cujus partes velut digitis computari possint, quam illi in quo res difficilis copiose et forte artificiose disponenda erat. — Sed haec hactenus. Quod enim dico, tribus illis ll. *EZH* commune est. Nam certum est, in his tribus multo plus corruptelae et turbamenti esse quam in septem reliquis. Quodsi iidem hi ll. in iis rebus versantur de quibus una tantum seu Aristotelis seu Eudemi disputatio exstat, quum ceterae omnes bis aut Nic. *Α—Δ* atque Eud. *Α—Γ*, aut Nic. *Θ—K* et Eud. *H*(*Θ*) sint tractatae: nonne consentaneum est fore qui mediorum librorum hinc interitum illinc corruptionem cognatione quadam inter se contineri opinentur vel etiam conjiciant, turbamenta illa eo potissimum tempore nata esse quum altera earundem rerum tractatio nescio quo pacto pessumiret et ad hosce libros aliquo modo male transferretur? Id quod ab iis factum esse fingas qui mutilata jam et perturbata ita conservare sibi viderentur; ecce enim quam desperata et perditis similia sint pleraque in Eud. *H*.

Ita igitur evenisse videbitur ut in hac Ethices Aristotelicae parte pro duplici disputatione ne unam quidem habeamus satis sanam atque integram.

III. Libri de amicitiâ nostris in Nic. medio loco inter utramque περὶ ἡδονῆς disputationem *H* 12 sqq. et *K* 1 sqq. sunt. Et istam quidem rerum dispositionem sibi probari ille certe professus est qui 1154 b 32 sq. scripsit

περὶ μὲν οὖν . . . ἡδονῆς καὶ λύπης εἴρηται . . . λοιπὸν δὲ καὶ περὶ φιλίας ἐροῦμεν. (μετὰ δὲ ταῦτα περὶ φιλίας ἕποιτ' ἂν διελθεῖν.)

at 1172 a 14 sq.

περὶ μὲν οὖν φιλίας ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω· ἑπόμενον δ' ἂν εἴη διελθεῖν περὶ ἡδονῆς. (μετὰ δὲ ταῦτα περὶ ἡδονῆς ἴσως ἕπεται διελθεῖν.)

Sin verba haec, ut omni fide destituta, omittantur, res tamen ipsa nihilo minorem admirationem movere probabile est. Fuit tamen qui Aristotelem ratione ductum capita ita disposuisse diceret: agenti enim de amicitiâ tam multa et egregia ad naturam ἡδονῆς cognoscendam affluxisse ut rudis illa et imperfecta descriptio *H* 12 sqq. jam ad plenam et absolutam scientiam, quae *K* 1 sqq. efficeretur, traduci posset. Cui sententiae rationem universam librorum *ΘI* haud favere et ab initio diximus et modo (sub *I*) satis demonstratum esse censeo: tantum enim abest ut ll. *ΘI* cognoscendae τῇ ἡδονῇ quasi inservire velint, ut paene id vinculum quo cum corpore Ethicorum conjunguntur excutiant.

Sed jam breviter videamus quid tandem ll. *ΘI* ad scientiam τῆς ἡδονῆς contribuant. Quamquam enim in illis nusquam verbis dicitur quid sit ἡ ἡδονὴ vel τὸ ἥδεσθαι, aequum erit et ad ea animum advertere quae omnino ad hoc genus pertinent. Verumtamen quum ab initio inde a *Θ* 2 tria φιλητὰ discernantur, τὸ ἡδὺ quod φιλητὸν est atque ἡ ἡδονὴ δι' ἣν unum genus amicitiae est ita diversa videntur a genere τοῦ ἀγαθοῦ atque ab amicitiâ δι' ἀρετήν, quasi nunquam auditum sit τὴν ἡδονὴν τὸ ἄριστον εἶναι et ἐνέργειαν ἀνεμπόδιστον, ut *H* 13. 14 erat. Nomina enim illa simpliciter ex usitato Aristotelis more adhibentur; nam quod suo loco diligenter monetur, habere bonorum quoque consuetudinem suas delicias vel τὸ ἁπλῶς ἀγαθὸν idem et ἁπλῶς ἡδὺ esse, id etiam Nic. *A* 9 ratum fuit. Neque aliter in Eudemicâ disputatione περὶ τοῦ ἡδέος quod in amicitiâ est agi addiderim, ne quis forte istâ Nicomacheorum ratione offensus frustra quaerat annon res, translatis capp. illis περὶ ἡδονῆς ad Eudemum, expeditior sit. Imo nihil est quod hic offendaris, modo ne neges — id quod recte negari non potest — libellum περὶ φιλίας omnino cum nullâ parte Ethicorum ita esse conjunctum ut quasi necessitas ad quaedam tanquam ad prope praecedentia respiciendi adsit.

Sed unum est in *ΘI* quo ad quaestionem περὶ ἡδονῆς aliquid non tantum tentatum sed etiam profectum esse videri possit. Vide enim cap. *I* 9 et imprimis verba τὸ δ' ἀγαθὸν ὑπάρχον ἐν ἑαυτῷ αἰσθάνεσθαι ἡδύ 1170 b 2. Scilicet is qui in hoc loco omnia inesse censuerit quae verbis illis possint committi, Aristotelem dicere contendat non tantum ἡδὺ esse illud τὸ αἰσθάνεσθαι, sed ipsum τὸ ἥδεσθαι esse τὸ αἰσθάνεσθαι, τὴν ἡδονὴν esse perceptionem illam. Unde si pergas, recte affirmes τὸ ἀγαθὸν illo loco aperte primum esse τὸ ζῆν, deinde τὴν ἐνέργειαν. Nec dubium, quin et ea dicta sit ἐνέργεια qualis hominem decet, et libera quaedam a molestiis impedimentisque. Ergo

haec qui probaverit, τὴν ἡδονὴν illo loco dici censeat αἴσθησιν οἰκείας ἐνεργείας τελείας vel ἀνεμποδίστου, et ita quidem definitionem τῆς ἡδονῆς quae *H* 13. 14 sit proposita probabili ex ratione elaborari; fieri enim potuisse ut notio τῆς αἰσθήσεως prius (in *H*) neglecta post (*I* 9) magis suppleretur quam adderetur, similiter ac 1171 a 35 παρουσία quaedam μικτὴ dicatur quoniam αἴσθησιν μικτὴν (ἐκ λύπης τε καὶ ἡδονῆς) παρέχει.

Attamen ut haec omnia si non certa at concessa sint, nihilo magis id quo tenditur per hanc demonstrationem comprobatum erit. Qui enim fiat ut is qui modo sibi persuaserit τὴν ἡδονὴν dicendam esse αἴσθησιν οἰκείας ἐνεργείας ἀνεμποδίστου, mox *K* 4 eandem prorsus aliis verbis descripserit tanquam τελειοῦσαν τὰς ἐνεργείας ὡς τέλος ἐπιγινόμενον? Itaque ne sic quidem recte observatum erit, commode nonnulla in *ΘI* disputata esse, ut a priore disputatione περὶ ἡδονῆς ad alteram transitus paretur.

Id vero illi qui hanc viam strenue tentabant recte viderunt: sc. priorem definitionem περὶ ἡδονῆς, qualis in *H* est minus esse elucubratam quam posteriorem in *K*. Quâ in re liceat ea in memoriam revocare quae ad 1153 a 12—17 adnotavimus. Videtur enim qui *H* 12 sqq. conscripsit eo potissimum spectasse ut dignitatem quasi τῆς ἡδονῆς contra praeposterum contemtum nonnullorum defenderet. Quod quum ageret, profecto et ad definiendam ejus naturam accessit, sed velut obiter et festinanter. Etenim quum rem satis bene acturus esset, dummodo illam cum vi et dignitate ipsius τῆς ἐνεργείας, si consummata sit, ita conjunctam esse probasset ut separari nequiret, idem esse τὴν ἡδονὴν atque ἐνέργειαν ἀρίστην dixit. — At *K* 1 sqq. quum accuratius et in utramque partem disputetur, tum eadem illa descriptio et in quaestionem vocatur et reprobata dimittitur: „ἄτοπον γάρ“ 1175 b 34.

Itaque ii qui Eudemo librum *H* adscribi volunt, Aristotelis discipulum faciunt non tantum contra magistrum censentem — id quod sane licebat —, sed eadem illa quae magister aspernatus erat ita recipientem, quasi nec rationem quam ille secutus sit perspexerit neque omnino sententiam ejus legerit. Idque in quaestione tam gravi et tam varie agitatâ. Nimirum haec pro eâ quam in Eudemo novimus et diligentiâ et pietate probabilia esse dicemus. Qui si aliquantum plus honoris τῇ ἡδονῇ dare volebat quam Aristoteli placuisse videbatur, sane per magistrum fere licebat vel τὸ ἄριστον eam appellare. Annon id quod τέλος ἐπιγινόμενον τῇ ἐνεργείᾳ vocandum erat (ut *K* 4 ἡ ἡδονή), idem facile inter bona paene summum esse probari poterat?

Ergo eo redeundum unde res profecta est: ut in iisdem Ethicis duas de eâdem re disputationes habeamus, haud in plane eandem sententiam confectas, rudiorem alteram, alteram magis elaboratam. Neque in Aristotele id mirum videbitur, bis ad idem accedi diversisque temporibus non prorsus eadem praecipi. Ne illud quidem mirandum, quod priorem operam quamquam non omni ex parte sibi jam probatam noluit e medio tollere; poterant enim profecto nihilo minus videri nonnulla inesse quae suâ laude digna essent. Modo id contra sanam rationem pugnabat si utraque disputatio tanquam partes ejus operis, quod ad unitatem quasi unius corporis confectum erat, se aut exciperent aut sejunctis locis disponerentur.

Sed vidimus (sub *I*) rationem Nicomacheorum aliam esse. Recipiebantur enim in illa quae ad rem quidem ethicam pertinerent, at certum in serie librorum locum non deposcerent. Quae qui dicit, haud negat universum opus re unum et ad unitatem compositum esse. Imo quum τὸ ἀνθρώπινον ἀγαθὸν quod quidem in singulorum vitâ percipitur ab initio propositum adumbratum explicatum sit idemque per omnes ll. usque ad extremum ita teneatur, ut huc omnia referantur: ne dubitationi quidem locus est quaenam sint Ethices necessariae partes. Inter quas quum virtutibus primae debeantur, de his quidem ita actum est ut nil infecti relinquatur. Nec minus ultimam disputationem *K* 6—10, ne universi operis ratio obscurari posset, ad perfectionem perductam esse videmus. Quo fit, ut Nicomacheorum corpus ab utroque fine firmissimis quasi vinclis contineatur. At intermedium quoddam spatium relinquebatur, sane haud vacuum, sed ita refertum ut et alia possent addi et ea quae huc pertinerent pro Ethicorum ratione variam admitterent tractationem.

Quâ in re (1.) memores simus postulata esse vitae beatae caus[illegible] etiam τὰ ἐκτὸς ἀγαθά, τὰ τοῦ σώματος, τὰ τῆς τύχης: quae rerum genera non tantum novisse interest, sed etiam nostrae diligentiae sub[illegible]jicere oportet. Poterant igitur tum paucissimis verbis commemora[illegible] (ut *K* 9 fit), tum suo quasi libello dignari: id quod in amicitiâ factu[illegible] esse vidimus (ut enim omnino sint alicui amici cujusque generis, pr[illegible]opinqui, cives, fortunae magis debetur quam ipsius operae). Deinde ([illegible]) vero illa quoque quaestio quid sit ἡ ἡδονή, profecto per se ejus poti[illegible]issimum est qui animi humani naturam perspicere voluerit, nec τῆς [illegible]ολιτικῆς vel ἠθικῆς est (v. *A* 13). Sin ideo lubeat huc accedere qu[illegible]od ἡ ἀρετὴ περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας ἐστίν, idem fere jus et τὰ πάθη [illegible]ibi expetant, quoniam etiam περὶ πάθη ἡ ἀρετή ἐστιν (sed v. *B* 4). S[illegible]eu ἡ ἡδονὴ videatur summum bonum esse, τὸ ἄριστον vel ipsa ἡ ἐνέργε[illegible]α, pridem libro *A* dijudicandum fuit, annon τἀνθρώπινον ἀγαθὸν ex i[illegible]llâ potissimum aptum esset. Addi possunt alia. Quae quum Aristot[illegible]eli non placuissent, disputatio περὶ ἡδονῆς, certâ sede negatâ, plures in modos commode absolvi poterat, et cum illâ eodem fere jure et al[illegible]ae quas non legimus, velut περὶ θυμοῦ.

Denique (3.) huc et librum περὶ ἐγκρατείας referas. Haec enim res inter capita quidem rerum erit et ei qui moralem (ut ita dicam) hominis naturam voluerit dignoscere, et si quis demonstraturus sit quâ viâ homines a licentiâ cupiditatis prius ad agnoscendam, deinde ad observandam, denique ad penitus animo recipiendam recti disciplinam perduci possint (fuerit enim per ἐγκράτειαν aditus ad virtutem). At pro Aristotelis instituto, postquam de utroque genere virtutum actum est, non rectâ libro *H*, sed devertendo ad τὴν ἐγκράτειαν perventum est. Probabile igitur, tum ipsum librum *H* praecipere ἄλλην ποιησάμενον ἀρχήν, tum *K* 6—9 quum omnis fructus superioris disputationis ad summum bonum noscendum conferretur, τῆς ἐγκρατείας nullam fieri mentionem. Vide etiam quae ad *H* 1—11 praemisimus.

Sed jam satis ostensum esse videtur, quid in universo opere Nic. commune habeant quaecunque inter extremum caput libri Z et inter sextum cap. libr. *K* legantur. Ibidem igitur tum periculum erat ne similia admiscerentur, admista secerni non possent, tum ipsi scriptori

K 1 μετὰ δὲ ταῦτα περὶ ἡδονῆς ἴσως ἕπεται διελθεῖν· μάλιστα γὰρ δοκεῖ συνῳκειῶσθαι τῷ γένει ἡμῶν, διὸ παιδεύουσι τοὺς νέους οἰακίζοντες ἡδονῇ καὶ λύπῃ. δοκεῖ δὲ καὶ πρὸς τὴν τοῦ ἤθους ἀρετὴν μέγιστον εἶναι τὸ χαίρειν οἷς δεῖ καὶ μισεῖν ἃ δεῖ· διατείνει γὰρ ταῦτα διὰ παντὸς τοῦ βίου, ῥοπὴν ἔχοντα καὶ δύναμιν πρὸς ἀρετήν τε καὶ τὸν εὐδαίμονα βίον· τὰ μὲν γὰρ ἡδέα προαιροῦνται, τὰ δὲ λυπηρὰ φεύγουσιν.
5 ὑπὲρ δὲ τῶν τοιούτων ἥκιστ' ἂν δόξειε παρετέον εἶναι, ἄλλως τε καὶ πολλὴν ἐχόντων ἀμφισβήτησιν. οἱ μὲν γὰρ

22. ἀρετὴν] K^b M^b N^b ἀρχήν.

spatium patebat quo liberius versaretur, ut aut nonnulla ad tempus praetermitteret aut repetito labore augeret quae jam tentata erant — id quod in quaestione περὶ ἡδονῆς factum esse probabile est.

Denuo περὶ ἡδονῆς quaeritur 1172 a 19 — 1176 a 29. K 1—5.

Disputatio tripartita. 1) Cur de hac re sit agendum? 1172 a 19 — b 8 (cap. 1). 2) Τὰ λεγόμενα περὶ ἡδονῆς explicantur examinanturque διαλεκτικῶς 1172 b 9 — 1174 a 12 (cap. 2). 3) In naturam ejus atque vim inquiritur 1174 a 13 — 1176 a 29 (c. 3. 4. 5).

1) 1172 a 19 — b 8 (K 1).

Agendum et περὶ ἡδονῆς est, tum quoniam plurimum in animo et ad mores valet (— 1172 a 26), *tum quia in contrarias partes de eâ judicatur, sincera autem veri expositio et tutissima est neque ad vitam inutilis* (— b 8).

19—26. Conferas quae supra H 12 (1152 b 1—8) praefationis loco erant. Etenim quum multa sint propter quae ἡ ἡδονὴ in ethicis tractanda esse videatur, h. l. ea potissimum commemorantur quae fere ad locum B 2 pertineant. V. συνῳκειῶσθαι vs 20 et συντεθράφθαι 1105 a 2; παιδεύειν οἰακίζοντας vs 20. 21 et ἤχθαί πως εὐθὺς ἐκ νέων 1104 b 11; ibidemque vs 12 τὸ χαίρειν τε καὶ λυπεῖσθαι οἷς δεῖ ut h. l. vs 22 χαίρειν οἷς δεῖ καὶ μισεῖν ἃ δεῖ; sententiam denique vs 25 et 1104 b 9 διὰ μὲν τὴν ἡδονὴν τὰ φαῦλα πράττομεν, διὰ δὲ τὴν λύπην τῶν καλῶν ἀπεχόμεθα. — Dixeris haec eum scripsisse qui jam ad ultimam quaestionem K 10 prospiceret: ea enim proponuntur unde probabile sit, nisi vis τῆς ἡδονῆς et τῆς λύπης quasi subacta et in usum honestatis conversa sit, disciplinam illam quâ non pueri tantum sed omnes cives ad probitatem adigantur nullam futuram esse.

24. πρὸς ἀρετήν τε καὶ εὐδαίμονα βίον: nimirum ad vitam beatam aditus non est nisi per virtutem K 6—9. — Alienum ab h. l., ut vel vocula γὰρ vs 25 ostendit, illud quod ipsa ἡ εὐδαιμονία μεθ' ἡδονῆς ἐστιν (1152 b 6).

27. οἱ μὲν γὰρ τἀγαθὸν ἡδονὴν λέγουσιν. Hi H 12 omnino non commemorabantur. Quum enim ipse scriptor illic fere in hanc partem

1172 a 28 τἀγαθὸν ἡδονὴν λέγουσιν, οἱ δ' ἐξ ἐναντίας κομιδῇ φαῦλον, K οἱ μὲν ἴσως πεπεισμένοι οὕτω καὶ ἔχειν, οἱ δὲ οἰόμενοι βέλτιον εἶναι πρὸς τὸν βίον ἡμῶν ἀποφαίνειν τὴν ἡδονὴν τῶν φαύλων, καὶ εἰ μὴ ἐστίν· ῥέπειν γὰρ τοὺς πολλοὺς πρὸς αὐτὴν καὶ δουλεύειν ταῖς ἡδοναῖς, διὸ δεῖν εἰς τοὐναντίον ἄγειν· ἐλθεῖν γὰρ ἂν οὕτως ἐπὶ τὸ μέσον. μή ποτε δὲ οὐ καλῶς τοῦτο λέγεται. οἱ γὰρ περὶ τῶν ἐν τοῖς πάθεσι καὶ ταῖς πράξεσι λόγοι ἧττόν εἰσι πιστοὶ τῶν ἔργων· ὅταν οὖν διαφωνῶσι τοῖς κατὰ τὴν αἴσθησιν, καταφρονούμενοι καὶ
1172 b τἀληθὲς προσαναιροῦσιν· ὁ γὰρ ψέγων τὴν ἡδονήν, ὀφθείς

censeret, tamen laudationem τῆς ἡδονῆς intra eos fines quasi coërcebat, ut τὶς ἡδονὴ diceretur τὸ ἄριστον 1153 b 7. 12 (cf. 1152 b 12) vel κυρίως ἀγαθόν 1153 a 16.

29. οἱ μὲν . . . οἱ δὲ . . . Apparet ita discerni eos qui modo („οἱ δ' ἐξ ἐναντίας" vs 28) una stabant ab alterâ parte.

32. διὸ δεῖν εἰς τοὐναντίον ἄγειν sc. τοὺς πολλοὺς illos serv[illegible] voluptatis. Id quod factum iri sperant per vanam quandam sed i[illegible] jecto terrore salubrem imaginem. Et bene profecto habet primu[illegible] quidem τὸ ἀποχωρεῖν αὐτοὺς vel ἀφέλκειν καὶ ἀπάγειν ἑαυτοὺς (11[illegible] a 31; b 5); deinde ut vel praeceptis vel vi abducantur; sed quaerit[illegible] num a mendaciis auxilium sit petendum. Id quod quodammodo cont[illegible] Platonem monitum esse videtur qui saepe velut Legg. 663 e τὸ ψε[illegible] δεσθαι ἐπ' ἀγαθῷ admittit. Nec tamen Arist. jam universe ist[illegible] erudiendi rationem veritatis nomine reprobat, sed in re propositâ pe[illegible] culum esse ostendit ne per tale fraudis genus ipsi efficiant quod p[illegible] cul abesse volebant.

34. τὰ ἐν τοῖς πάθεσι καὶ ταῖς πράξεσι sunt τὰ ἠθικά, ut 1[illegible] b 16 de virtute quae quidem ἠθικὴ vocatur „αὕτη γάρ ἐστι περὶ πάθη καὶ πράξεις". — Quod autem dicitur in hoc rerum genere τὰ ἔργα plus fidei habere quam τοὺς λόγους, id nunc quidem maxime eo spectat „si scire cupiamus quaenam revera sit alicujus sententia, rectius quaeri quomodo idem agat quam quid profiteatur" (neque enim Graeco homini ita facile in mentem veniebat, esse vel inter prudentes aliorum magistros qui per ἀκρασίαν quandam alia rectissime non tantum dicerent sed etiam sibi persuasissent, alia pessime facerent). Probatur vero eadem sententia etiam in aliam partem, velut 1179 a 18 sq. τὸ δ' ἀληθὲς ἐν τοῖς πρακτοῖς ἐκ τῶν ἔργων καὶ τοῦ βίου κρίνεται κτλ. i. e. „quodcunque de vitâ recte instituendâ atque instruendâ dicitur, nisi ad usum relatum et experiendo comprobatum sit, pro certo esse non poterit: quae enim audita maxime placent, forte in re gerendâ inania esse apparebunt". Quo et illud pertinet ὅτι δεῖ προσέχειν τῶν ἐμπειρων καὶ πρεσβυτέρων ἢ φρονίμων ταῖς ἀναποδείκτοις φάσεσι καὶ δόξαις οὐχ ἧττον τῶν ἀποδείξεων 1143 b 11 sq.

36. τοῖς κατὰ τὴν αἴσθησιν i. e. ἔργοις ὁρωμένοις vel τοῖς ἐναργῶς φαινομένοις, ut 1145 b 28 est.

K 1 ποτε ἐφιέμενος, ἀποκλίνειν δοκεῖ πρὸς αὐτὴν ὡς τοιαύτην 1172 b 2 οὖσαν ἅπασαν· τὸ διορίζειν γὰρ οὐκ ἔστι τῶν πολλῶν. ἐοίκασιν οὖν οἱ ἀληθεῖς τῶν λόγων οὐ μόνον πρὸς τὸ εἰδέναι χρησιμώτατοι εἶναι, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν βίον· συνῳδοὶ γὰρ ὄντες τοῖς ἔργοις πιστεύονται, διὸ προτρέπονται τοὺς συνιέντας ζῆν κατ' αὐτούς. τῶν μὲν οὖν τοιούτων ἅλις, τὰ δὲ εἰρημένα περὶ τῆς ἡδονῆς ἐπέλθωμεν.

---

2. *ἀποκλίνειν δοκεῖ πρὸς αὐτὴν ὡς τοιαύτην οὖσαν ἅπασαν* sc. *ἐφετὴν* s. *αἱρετήν*.

3. *τὸ διορίζειν γὰρ οὐκ ἔστι τῶν πολλῶν*: praeceptoris igitur erat hac discernendi operâ bene fungi. Id quod ab iis negligebatur qui *κομιδῇ φαῦλον* universum genus dicerent a 28. At Aristoteli et in his et supra (v. *H* 15 et 1153 b 13) a tali distinctione omnis veri cognitio orditur.

3. 4. *ἐοίκασιν οὖν ... χρησιμώτατοι εἶναι*: in superlativo comparandi vis est: opponuntur *οἱ ἀληθεῖς τῶν λόγων* tanquam longe utiliores *τοῖς ψευδέσιν*. Hos enim fidem non habere (*καταφρονεῖσθαι* a 36; *μὴ πιστεύεσθαι* b 6) demonstratum est („*οὖν*").

6. *διὸ προτρέπονται* ... cf. 1179 b 7 *νῦν δὲ φαίνονται* (*οἱ λόγοι*) *προτρέψασθαι μὲν καὶ παρορμῆσαι τῶν νέων τοὺς ἐλευθερίους ἰσχύειν*. Nam apud eos, apud quos vim habent, hoc saltem possunt, *οὐκ αὐτάρκεις ὄντες πρὸς τὸ ποιῆσαι ἐπιεικεῖς* (v. 1179 b 4); apud reliquos, *οἷς ἀνόνητος ἡ γνῶσις* (1095 a 9) nil valent. Sin ipsi tanquam ficti in contemtu sint, omnis usus sublatus est.

2) *Τὰ εἰρημένα* s. *λεγόμενα* (v. 1172 b 7 et 1174 a 11) *περὶ τῆς ἡδονῆς* 1172 b 9 – 1174 a 12 (*K* 2).

Quatuor ab initio Eudoxi argumenta recensentur quibus ille *τὴν ἡδονὴν* summum bonum esse ostendebat — 1172 b 18 — b 20 — b 23 — b 26. Quorum quidem quod ultimum est notatur quippe quod ad probandam Eudoxi propositum haud sufficiat; imo fieri potuisse, ut idem Platoni videretur certe in contrariam sententiam vim habere — b 35. Quo quum disputatio delata est, casu quasi fit ut omisso jam Eudoxo, patrono *τῆς ἡδονῆς*, haereat in reliquis argumentis quae ab ejusdem obtrectatoribus (aut a Platone aut a Platonicis) contra dignitatem ejus prolata sunt, ne bonum esse credatur. Qua in re deinceps octo fere commemorantur — 1173 a 5 — a 13 — a 15 — a 28 (— a 31) — b 4 — b 20 — b 31; sed diversâ ratione ab illâ quâ de Eudoxo agebatur. Jam enim ad singula quaeque simulac sunt proposita adduntur unde falsa esse ostendantur. Peractâ igitur hac disputatione (1173 b 31) effectum est ut eorum qui *τὴν ἡδονὴν* spernunt omnes rationes jaceant, unum vero id concessum sit, et esse diversa ejus genera nec deesse inter illa quae reprobanda sint. Unde profectus Arist. jam ad suam sententiam dialectico modo describendam accedit. Videri enim universum genus *τῆς ἡδονῆς* per se a genere *τοῦ ἀγαθοῦ* discernendum esse, ut non tantum quaedam, quae referta sint jucunditate, omnium consensu re-

Εὔδοξος μὲν οὖν τὴν ἡδονὴν τἀγαθὸν ᾤετο εἶναι διὰ τὸ πάνθ' ὁρᾶν ἐφιέμενα αὐτῆς, καὶ ἔλλογα καὶ ἄλογα· ἐν πᾶσι δ' εἶναι τὸ αἱρετὸν ἐπιεικές, καὶ τὸ μάλιστα κράτιστον· τὸ δὴ πάντ' ἐπὶ τὸ αὐτὸ φέρεσθαι μηνύειν ὡς πᾶσι τοῦτο ἄριστον· ἕκαστον γὰρ τὸ αὑτῷ ἀγαθὸν εὑρίσκειν, ὥσπερ καὶ τροφήν· τὸ δὲ πᾶσιν ἀγαθόν, καὶ οὗ πάντ' ἐφίεται, τἀγαθὸν εἶναι. ἐπιστεύοντο δ' οἱ λόγοι διὰ τὴν τοῦ ἤθους ἀρετὴν μᾶλλον ἢ δι' αὑτούς· διαφερόντως γὰρ ἐδόκει σώφρων εἶναι·

11. ἐπιεικές] K^b τὸ ἐπιεικές. 12. K^b ἐπὶ ταῦτα. 12. 13. ἄριστον] K^bM^b ἄριστον ὄν. 14. τὸ δὲ] e conj.; τὸ δὴ Bekk., ll.; sed inde a vs 11 plura mutanda, v. adnot.

spuantur, sed etiam alia multa, etiamsi nihil dulcedinis haberent, tamen recte ab omnibus quam maxime appetantur (— 1174 a 1 — a 4 — a 8). Clausula, quid hoc capite comprobatum sit — 1174 a 12.

A. 1172 b 9 — 26. Eudoxi argumentatio. Eudoxi tanquam συνηγοροῦντος περὶ τῶν ἀριστείων τῇ ἡδονῇ mentio facta est etiam 1101 b 27 u. v.

Primum argumentum 9 — 15 (18). Quonam modo demonstratio procedat, satis — ut in re haud facili — intelligitur. Dicitur enim ἡ ἡδονή, quia πάντα αὐτῆς ἐφίεται, πᾶσιν ἀγαθὸν εἶναι; quoniam vero πᾶσιν ἀγαθὸν est, τἀγαθὸν esse. Nec tamen hi Eudoxi syllogismi Aristotelis verbis, quae quidem nobis prodita sunt, satis accurate distincti et descripti esse videntur. Nam illum quidem bene vidisse quid intersit inter ἀγαθὰ et inter τἀγαθόν, elegans illa et subtilis demonstratio docet, quâ τὴν ἡδονήν, siquidem inter bona sit, inde probabat vel summum esse bonum, quod non laudetur (1101 b 27 – 31). — In verba tradita imprimis ab eo qui rationem Eudoxi non satis perspexisset importune (id quod ex parte vidit Spengel) bis illatus est superlativus: vs 11 καὶ τὸ μάλιστα κράτιστον et vs 12 ἄριστον. Vide enim annon brevius quidem, sed longe melius res explicata sit, si vss 10—15 paululum immutato ordine ita scriptum fuerit „ἐν πᾶσι δ' εἶναι τὸ αἱρετὸν ἐπιεικές· ἕκαστον γὰρ τὸ αὑτῷ ἀγαθὸν εὑρίσκειν, ὥσπερ καὶ τροφήν· τὸ δὴ πάντ' ἐπὶ ταὐτὸ φέρεσθαι μηνύειν ὡς πᾶσι τοῦτο ἀγαθόν. τὸ δὲ πᾶσιν ἀγαθὸν καὶ οὗ πάντ' ἐφίεται τἀγαθὸν εἶναι". — Efficietur quidem iisdem argumentis, si nil aliud addatur, et multa alia τἀγαθὸν esse (velut τὸ ζῆν, vel etiam τὴν τροφήν); verumtamen σημεῖον certe τοῦ εἶναί πως τὸ ἄριστον τὴν ἡδονὴν et ipsi auctori *H* 14 idem hoc erat „τὸ διώκειν ἅπαντα καὶ θηρία καὶ ἀνθρώπους αὐτήν" 1153 b 25 s.; cf. 1170 a 26 s. Nec potuisse Aristotelem talem rationem parvi facere quum universa ejus sententia docet tum verba quae infra 1172 b 35 — 1173 a 5 et 1175 a 10 — 19 in eâdem hac quaestione legentur.

15 — 18. ἐπιστεύοντο δ' οἱ λόγοι . . . ἔχειν κατ' ἀλήθειαν. Interjectâ hac narratione minus primum Eudoxi argumentum (vs 9 – 15)

2 οὐ δὴ ὡς φίλος τῆς ἡδονῆς ἐδόκει ταῦτα λέγειν, ἀλλ' οὕτως ἔχειν κατ' ἀλήθειαν. οὐχ ἧττον δ' ᾤετ' εἶναι φανερὸν ἐκ τοῦ ἐναντίου· τὴν γὰρ λύπην καθ' αὑτὸ πᾶσι φευκτὸν εἶναι, ὁμοίως δὴ τοὐναντίον αἱρετόν. μάλιστα δ' εἶναι αἱρετὸν ὃ μὴ δι' ἕτερον μηδ' ἑτέρου χάριν αἱρούμεθα· τοιοῦτον δ' ὁμολογουμένως εἶναι τὴν ἡδονήν· οὐδένα γὰρ ἐπερωτᾶν τίνος ἕνεκα ἥδεται, ὡς καθ' αὑτὴν οὖσαν αἱρετὴν τὴν ἡδονήν. προστιθεμένην τε ὁτῳοῦν τῶν ἀγαθῶν αἱρετώτερον ποιεῖν, οἷον τῷ δικαιοπραγεῖν καὶ σωφρονεῖν· [καὶ] αὔξεσθαι δὲ τὸ ἀγαθὸν αὐτὸ 1172 b 17

21. K[b] τοιοῦτο. 24. τῶν ἀγαθῶν] K[b] ἀγαθόν. 25. [καὶ] αὔξεσθαι δὲ] e conj.; Bekk. καὶ αὔξεσθαι δή; K[b]L[b] om. καὶ et deinde αὐτό.

tanquam per se parum probabile notatur — v. quae modo adnotata sunt —, quam ipsius scriptoris dictum de majore fide τῶν ἔργων (a 34 — b 3) per exemplum probatur.

Secundum Eud. arg. 18 — 20. Haec quoque e contrario demonstratio Aristoteli ipsi quum *H* 14 tum *K* 2 probatur (v. 1153 b 1—7; 1154 a 4 s. 18 s. et 1173 a 5 — 13); modo ne colligatur τὴν ἡδονὴν summum esse bonum.

20. ὁμοίως δὴ τοὐναντίον αἱρετόν i. e. καθ' αὑτὸ πᾶσιν: unde Eudoxo quidem per primum argumentum patebat via ad τἀγαθόν.

Tertium Eud. arg. 20—23. Summi boni esse τὸ καθ' αὑτὸ μηδὲ δι' ἕτερον αἱρετόν, ab initio 1097 a 30 sqq. quum τὸ τελειότατον quaereretur ratum esse videbatur. At illic quidem ἡ ἡδονὴ inter ea esse dicebatur ἃ καὶ ἑτέρου i. e. τῆς εὐδαιμονίας χάριν αἱρούμεθα 1097 b 2 sq.; cf. 1176 b 6. 9 καθ' αὑτὰς αἱρεταί, ἀφ' ὧν μηδὲν ἐπιζητεῖται παρὰ τὴν ἐνέργειαν, . . . καὶ τῶν παιδιῶν αἱ ἡδεῖαι· οὐ γὰρ δι' ἕτερα αὐτὰς αἱροῦνται; quamquam παίζειν ὅπως σπουδάζῃ κατ' Ἀνάχαρσιν ὀρθῶς ἔχειν δοκεῖ 1176 b 33.

Quartum Eud. arg. 23—26. Quae mox vs 26—28 isti argumento opponuntur, tam in aperto sunt, ut nullo modo credi possit, Eudoxum quâ erat subtilitate (v. ad b 9 — 15) per haec aliud ostendere voluisse praeter illud unde proficiscebatur ὅτι τῶν ἀγαθῶν ἐστὶν ἡ ἡδονή 1101 b 29. Sed qui noverunt Aristotelem, passim illum in explicandis tum Platonis tum aliorum rationibus minus diligentem fuisse sciunt, quam ut plane aequi judicis laudem meruerit.

25. καὶ αὔξεσθαι δή . . . K[b] om. καί. Praetermissâ in fine conclusione „ἀγαθὸν δὴ ἡ ἡδονή" scriptum fuisse videtur αὔξεσθαι δὲ τὸ ἀγαθὸν (αὐτὸ) αὐτῷ.

B. 1172 b 26—35. Dum quartum Eudoxi argumentum improbatur quod neque auctoris sententiam fulciat (— vs 28) et paene in usum contrariae sententiae converti possit (— vs 32), factâ vs 28 Platonis mentione ad impugnandam hujus demonstrationem, quâ τὴν ἡδονὴν a summo bono longe removebat, transit disputatio.

αὐτῷ. ἔοικε δὴ οὗτός γε ὁ λόγος τῶν ἀγαθῶν αὐτὴν ἀποφαίνειν, καὶ οὐδὲν μᾶλλον ἑτέρου· πᾶν γὰρ μεθ' ἑτέρου ἀγαθοῦ αἱρετώτερον ἢ μονούμενον. τοιούτῳ δὴ λόγῳ καὶ Πλάτων ἀναιρεῖ ὅτι οὐκ ἔστιν ἡδονὴ τἀγαθόν· αἱρετώτερον γὰρ εἶναι τὸν ἡδὺν βίον μετὰ φρονήσεως ἢ χωρίς, εἰ δὲ τὸ μικτὸν κρεῖττον, οὐκ εἶναι τὴν ἡδονὴν τἀγαθόν· οὐδενὸς γὰρ προστεθέντος αὐτὸ τἀγαθὸν αἱρετώτερον γίνεσθαι. δῆλον δ' ὡς οὐδ' ἄλλο οὐδὲν τἀγαθὸν ἂν εἴη, ὃ μετά τινος τῶν καθ' αὑτὸ ἀγαθῶν αἱρετώτερον γίνεται. τί οὖν ἐστὶ τοιοῦτον, οὗ καὶ ἡμεῖς

31. 32. K[b] προτεθέντος.

26. *οὗτός γε ὁ λόγος*: quartum Eudoxi argumentum; tantum enim abest, ut priorum vis nunc spernatur ut vs 35 sqq. defendantur potius contra alios.

27. *οὐδὲν μᾶλλον ἑτέρου* i. e. *ἢ ἕτερον ὁτιοῦν ὃ τῶν ἀγαθῶν ἐστίν*.

28. *τοιούτῳ δὴ λόγῳ*: quid enim mirum, id quod ad affirmandum nil valeat ad negandum deverti? — Aperte Platonis Philebus petitur ubi 20 d — 22 b et iterum 60 c — 61 b *ὁ ἄμικτος βίος* — seu *φρονήσεως πάσης* expers est seu *πάσης ἡδονῆς* — *τῷ μικτῷ* postponitur.

31. *οὐδενὸς γὰρ προστεθέντος αὐτὸ τἀγαθὸν αἱρετώτερον γίνεσθαι*: v. Phileb. 60 c *τἀγαθοῦ* proprium hoc esse „*ᾧ παρείη τῶν ζῴων … μηδενὸς ἑτέρου ἔτι προσδεῖσθαι, τὸ δὲ ἱκανὸν τελεώτατον ἔχειν*". Quid igitur Arist., qui et ipse *τἀγαθὸν* suum, *τὴν εὐδαιμονίαν*, inde a *Α* 5 *αὔταρκες* et *τέλειον* esse vult, hac in re Platoni, ne nomen quidem *αὐτὸ τἀγαθὸν* in hac quaestione usitanti, objecerit? An negari possit, Aristotelicam quoque beatitudinem *μικτόν τι* esse?

34. *τί οὖν ἐστὶ τοιοῦτον οὗ καὶ ἡμεῖς κοινωνοῦμεν;* In istâ Platonis refutatione vs 32 — 35 Arist. minus in Philebi verba quam universe in Platonis placita, *τὸ αὐτάγαθον* vel *τὴν ἰδέαν τοῦ ἀγαθοῦ* laudantis, invehi videtur. Etenim *τὸ ἀγαθὸν* qua *χωριστόν τι αὐτὸ καθ' αὑτὸ* „*δῆλον ὡς οὐκ ἂν εἴη πρακτὸν οὐδὲ κτητὸν ἀνθρώπῳ*" 1096 b 32 — 35.

C. 1172 b 35 — 1173 b 31. Conversus Arist. ad eos qui *τὴν ἡδονὴν* aut bonum aut summum bonum esse negant varias eorum rationes refellit.

a) 35 — 1173 a 5. *Male Eudoxi primum argumentum ita tollere conantur ut infitias eant, bonum esse οὗ πάντ' ἐφίεται.* — Non additum quidem, a quibusnam ita sit disputatum, sed fuisse illis rem cum Eudoxo, ipsum nomen *οἱ ἐνιστάμενοι* docet. *Ἔνστασις* enim *ἐστὶ πρότασις προτάσει ἐναντία κ. τ. λ.* 69 a 37 sq. Quapropter miretur aliquis quidni Arist. ipsis Eudoxi verbis (b 9 sq.) usus et b 36 scripserit *ὡς οὐ τἀγαθὸν οὗ πάντ' ἐφίεται*: nam vel hoc negari ipsi absurdum visum est siquidem *καλῶς ἀπεφήναντο τἀγαθὸν οὗ πάντ' ἐφίεται* (1094

2 κοινωνοῦμεν; τοιοῦτον γὰρ ἐπιζητεῖται. οἱ δ' ἐνιστάμενοι ὡς οὐκ ἀγαθὸν οὗ πάντ' ἐφίεται, μὴ οὐθὲν λέγωσιν· ὃ γὰρ πᾶσι δοκεῖ, τοῦτ' εἶναί φαμεν. ὁ δ' ἀναιρῶν ταύτην τὴν πίστιν οὐ πάνυ πιστότερα ἐρεῖ· εἰ μὲν γὰρ τὰ ἀνόητα ὠρέγετο αὐτῶν,

36. ὃ] $K^b M^b$ ἃ.
1. τοῦτ'] $K^b M^b$ ταῦτ'. 2. $K^b M^b L^b$ ὀρέγεται.

a 3). Utrum igitur adversarios Eudoxi incaute plus negasse putabis quam res flagitaret, an Aristotelem aliquid immutasse, ne concluderetur quod pro hac quaestione sibi molestum esset? Neque enim τὴν ἡδονὴν summum bonum dicere licebat nec negare omnia ad illam ferri. — Ceterum cf. ad 1173 a 5—13.

36. *ὃ γὰρ πᾶσι δοκεῖ, τοῦτ' εἶναί φαμεν*: δόξα igitur τὶς omnibus qui ἐφίενται subesse dicitur. — Sententia vero haec multis locis et multas in partes Aristoteli rata est (e Topicis cf. 116 a 14—22), sed vix usquam aeque diſtincte et quasi rotunde profertur. Profitetur autem ita philosophus se a fastidio arrogantiâque eorum, qui sua decreta tanquam ex arcano sapientiae fonte depromta eo magis admirantur quo longius a reliquorum sententiis recedunt, ita abhorrere ut veritatem e variâ rerum naturâ, ex hominum consensu vel etiam ex linguae usu quasi colligere et conquirere malit. Nec profecto, quoniam difficile est dictu tum quinam sint πάντες illi et ubinam reperiantur tum quid tandem sit quod illis videatur, periculum erat ne per hoc axioma alicujus cogitatio et mens impediretur invitave ad ea abduceretur quae non placerent. Sane enim sunt quae in contrariam partem ferre videantur. Annon σπάνιον quodcunque vere honestum rectum verum est? Vide et ipsos τοὺς πολλούς: quos plerumque propter stultitiam et cupiditates contemni constat. Quamquam in iisdem, quippe qui numero prope ad universitatem omnium accedant, est cur vel cum honore fere commemorentur; videatur enim quod in illis est ipsius naturae humanae esse. Cf. 1363 a 8 *οὐ γὰρ πάντες ἐφίενται, τοῦτ' ἀγαθὸν ἦν· οἱ δὲ πολλοὶ ὥσπερ πάντες φαίνονται.* 1355 a 15 *οἱ ἄνθρωποι πρὸς τὸ ἀληθὲς πεφύκασιν ἱκανῶς καὶ τὰ πλείω τυγχάνουσι τῆς ἀληθείας.* 1281 b 8 *καὶ κρίνουσιν ἄμεινον οἱ πολλοὶ* [*τῶν ὀλίγων*] *καὶ τὰ τῆς μουσικῆς ἔργα καὶ τὰ τῶν ποιητῶν* (quamquam item verum est, *τὸν φορτικὸν θεατὴν* — sunt autem *φορτικοὶ οἱ πολλοί* — artem musicam deprimere 1341 b 16). 1228 b 24 (30) *τὰ τοῖς πλείστοις φοβερὰ* eadem fere *τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει φοβερὰ* sunt; unde fit ut recto judicio interdum laus iis tribuatur qui plus possunt quam *οἱ πολλοί*, vituperentur qui minus possunt 1150 b 5. 6 (12) u. v.; 1152 a 25—27; et 1167 b 27 legimus non honestum quidem sed *ἀνθρωπικὸν* esse quod *τοῖς πολλοῖς* accidat. Quâ in re haud nego singulorum locorum rationem diversam esse; atque omnino quaestionem hanc significare potius quam expedire in animo erat.

2. *εἰ μὲν γὰρ τὰ ἀνόητα ὠρέγετο αὐτῶν* . . . In voce *τὰ ἀνόητα* (et *φρόνιμα* vs 3) genus quidem neutrum ad illam sententiam maxime generalem spectat quâ 1172 b 10 non minus *τὰ ἄλογα τῶν ζῴων* quam

1173 a 3 ἦν ἄν τι τὸ λεγόμενον, εἰ δὲ καὶ τὰ φρόνιμα, πῶς λέγοιεν ἄν τι; ἴσως δὲ καὶ ἐν τοῖς φαύλοις ἔστι τι φυσικὸν ἀγαθὸν κρεῖττον ἢ καθ' αὑτά, ὃ ἐφίεται τοῦ οἰκείου ἀγαθοῦ. οὐκ ἔοικε δὲ οὐδὲ περὶ τοῦ ἐναντίου καλῶς λέγεσθαι. οὐ γάρ φασιν, εἰ ἡ λύπη κακόν ἐστι, τὴν ἡδονὴν ἀγαθὸν εἶναι· ἀντικεῖσθαι γὰρ καὶ κακὸν κακῷ καὶ ἄμφω τῷ μηδετέρῳ, λέγοντες ταῦτα οὐ κακῶς, οὐ μὴν ἐπί γε τῶν εἰρημένων ἀληθεύοντες. ἀμφοῖν μὲν γὰρ ὄντων κακῶν καὶ φευκτὰ ἔδει ἄμφω εἶναι, *τῶν μηδετέρων δὲ μηδέτερον ἢ ὁμοίως*· νῦν δὲ φαίνονται

3. καὶ τὰ] $K^b M^b O^b$ τά. 8. γὰρ καὶ] ex uno L^b; γὰρ cett. μηδετέρῳ] Bekk.; ll. ejus aut μηδέτερα ($K^b L^b O^b$) aut μηδετέρα aut μηδέτερον. 8. 9. λέγοντες ταῦτα] K^b λέγεσθαι(·) ταῦτα δ' οὐ. 10. μὲν γὰρ] $K^b M^h$ γάρ. 11. *τῶν — ὁμοίως*] aut corrigenda aut secludenda. μηδέτερον] K^b ἢ ἕτερον.

τὰ ἔλλογα comparabantur; at ipsum vocabulum ἀνόητος usu ad humanum genus vergit. Scil. ἀνόητοι inter homines multi illi sunt qui βοσκημάτων βίον προαιροῦνται (1095 b 19. 20).

4. ἔστι τι [Bekk. maj. ἐστί τι] φυσικὸν ἀγαθὸν κρεῖττον ἢ καθ' αὑτά: quod 1153 b 32 θεῖόν τι vocabatur. Simile illud 1216 b 31 ἔχει γὰρ ἕκαστος οἰκεῖόν τι πρὸς ἀλήθειαν.

b) 5 – 13. *Haud felicius contra alterum Eudoxi argumentum* (τὸ ἐκ τοῦ ἐναντίου 1172 b 18 sq.) *res ab iis geritur qui* τὴν ἡδονὴν *negant tanquam bonum malo* τῆς λύπης *oppositam esse.* — Qui in his Eudoxi adversarii notantur, non prorsus quidem eadem, sed tam similia argumentationi Speusippi 1153 b 4 s. (u. v.) proferunt, ut nostro jure conjiciamus haec quoque a Platonicis excogitata fuisse, atque ut haec ita et ea quae 1172 b 35 sq. Eudoxo opponebantur.

8. καὶ ἄμφω τῷ μηδετέρῳ: ἄμφω i. e. καὶ τὸ κακὸν καὶ τὸ ἀγαθόν. Priore enim voculâ καὶ („καὶ κακὸν κακῷ“) prima oppositionis ratio dicebatur videlicet inter malum et bonum esse. Id enim spectant qui haec contendunt, ut ἐκ τοῦ ἐναντίου quam minimum videatur concludi posse. „Ob id quod ἡ ἡδονὴ malo cuidam τῇ λύπῃ contraria est, ipsa tum bonum tum malum tum neutrum potuerit esse.“ Ex his Speusippi sententia 1153 b 4 sq. praeteribat τὸ οὐδέτερον.

9. λέγοντες ταῦτα οὐ κακῶς: cf. 261 b 15 (—20) οὐ δεῖ δὲ ταράττεσθαι ὅτι τὸ αὐτὸ πλείοσιν ἔσται ἐναντίον; sim. alias. Vide *B* 8 quaestionem τίς πλείων ἐναντιότης in virtutibus vitiisque utrum τοῖς ἄκροις inter se, an alteri utri eorum πρὸς τὴν μεσότητα.

11. τῶν μηδετέρων δὲ μηδέτερον (ἔδει φευκτὸν εἶναι) ἢ ὁμοίως (ἀμφότερον φευκτόν): „sin utraque, et ἡδονὴ et λύπη, neutri illi generi vs 8 sit ascribenda, necesse erit aut neutram metuendam esse aut pariter utramque“. — Sed vide quid agatur. Refutatur enim ea argumentatio in qua ab initio propositum erat ὅτι ἡ λύπη κακόν vs 7. Itaque quibus ea conclusio ὅτι ἡ ἡδονὴ ἀγαθὸν invisa esset necessario

2 τὴν μὲν φεύγοντες ὡς κακόν, τὴν δ' αἱρούμενοι ὡς ἀγαθόν· 1173a 12
οὕτω δὴ καὶ ἀντίκειται. οὐ μὴν οὐδ' εἰ μὴ τῶν ποιοτήτων ἐστὶν ἡ ἡδονή, διὰ τοῦτ' οὐδὲ τῶν ἀγαθῶν· οὐδὲ γὰρ αἱ τῆς ἀρετῆς ἐνέργειαι ποιότητές εἰσιν, οὐδ' ἡ εὐδαιμονία. λέγουσι δὲ τὸ

---

14. ἡ ἡδονή] K[b] ἡδονή.

ἡ ἡδονὴ dumtaxat aut et ipsa κακὸν aut μηδέτερον esse dicenda erat. Quorum illud (ὅτι κακόν) modo refutatum est vs 10 „ἀμφοῖν μὲν γὰρ ..." (nam si ἡ ἡδονὴ malum sit, de duobus malis agi apparet); restat igitur unum hoc εἰ δοκοίη ἡ ἡδονὴ μηδέτερον εἶναι. Quâ de re si paucis verbis dicere placebât, scribendum fere „τὸ μηδέτερον δὲ μήτε φευκτὸν μήθ' αἱρετὸν sc. ἔδει εἶναι [ἢ ὁμοίως sc. φευκτόν τε καὶ αἱρετόν]"; ut μήθ' αἱρετὸν corruptum sit in μηδέτερον. An putaveris, tolerari posse τὸ μηδέτερον δὲ μηδέτερον, quod praemisso vocabulo φευκτὸν vs 10 suapte intellegatur, praedicati loco positum μηδέτερον esse μήτε φευκτὸν μήθ' αἱρετόν? — Unum addam. Fuerit enim qui alia conjiciat, inde profectus quod vs 10 („ἀμφοῖν μὲν γὰρ ...") ab opt. ll. abest particula μέν. Nimirum Aristotelem satis habuisse alteri tantum opinioni (ὅτι ἡ ἡδονὴ κακόν) refutandae operam dare; illa vero vs 11 „τῶν μηδετέρων ... ὁμοίως" ab attento et sagaci lectore esse ascripta, qui rem bene perspexisset, in verbis non laboraret.

13. οὕτω δὴ καὶ ἀντίκειται i. e. ὡς τὸ μὲν αἱρετόν, τὸ δὲ φευκτὸν ὄν.

c) 13—15. *Mire errant qui τὴν ἡδονὴν bonum non esse ostendisse sibi videntur, quum monuerunt non esse illam ποιότητα. Imo ne id quidem quod summum vitae est bonum, velut beatitudo, ποιότης est.* — Cujusnam fuerit argumentatio quae h. l. refellitur, et quânam ratione commendata, in obscuro est: nisi forte hanc et proximam eorundem esse conjicias. Habent enim commune hinc τὰς ποιότητας vs 13, illinc τοὺς ποιοὺς vs 19; nec profecto laus τῶν ποιοτήτων ulla esse potest nisi bene sint temperatae (ὡρισμένα vs 16 sqq.). — Quid respondendum fuerit, liquet. Qui enim τὸ ἀγαθὸν vult ἐν πάσαις ταῖς κατηγορίαις λέγεσθαι (velut ἐν τῷ ποιῷ τὰς ἀρετάς) 1096 a 23—29 non poterat ταῖς ποιότησι tantum tribuere; imo „τὸ τέλος πρᾶξίς τις ἐστίν, οὐ ποιότης" 1450 a 18. — Nomen ποιότης in ll. ethicis praeter 1220 b 6. 15 omnino non reperitur.

d) 15—28. *Sunt qui τὴν ἡδονὴν atque τὸ ἀγαθὸν ita dirimant ut illam dicant ἀόριστον esse, hoc inter τὰ ὡρισμένα. Sin vero τὸ ἀόριστον τῆς ἡδονῆς inde probari censent, quod in illâ sit τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον, non vident τῷ μᾶλλον quidem et τῷ ἧττον vel in iis locum esse quae quam maxime sint ὡρισμένα, velut in virtute, in sanitate.* — Si summam sententiae contra quam in his disputatur et ipsa fere vocabula quibus illa exponitur consideres, vix dubites quin Platonis Philebus iterum carpatur. Sin eas rationes perpenderis, per quas Arist. jam adversarium hunc repulisse sibi videtur, probabilius forte putabis neque in manibus illi neque ante oculos magistri librum fuisse, sed rem esse

1173 a 3 ἦν ἄν τι τὸ λεγόμενον, εἰ δὲ καὶ τὰ φρόνιμα, πῶς λέγοιεν ἄν τι; ἴσως δὲ καὶ ἐν τοῖς φαύλοις ἔστι τι φυσικὸν ἀγαθὸν κρεῖττον ἢ καθ' αὑτά, ὃ ἐφίεται τοῦ οἰκείου ἀγαθοῦ. οὐκ ἔοικε δὲ οὐδὲ περὶ τοῦ ἐναντίου καλῶς λέγεσθαι. οὐ γάρ φασιν, εἰ ἡ λύπη κακόν ἐστι, τὴν ἡδονὴν ἀγαθὸν εἶναι· ἀντικεῖσθαι γὰρ καὶ κακὸν κακῷ καὶ ἄμφω τῷ μηδετέρῳ, λέγοντες ταῦτα οὐ κακῶς, οὐ μὴν ἐπί γε τῶν εἰρημένων ἀληθεύοντες. ἀμφοῖν μὲν γὰρ ὄντων κακῶν καὶ φευκτὰ ἔδει ἄμφω εἶναι, *τῶν μηδετέρων δὲ μηδέτερον ἢ ὁμοίως*· νῦν δὲ φαίνονται

3. καὶ τὰ] $K^b M^b O^b$ τά. 8. γὰρ καὶ] ex uno L^b; γὰρ cett. μηδετέρῳ] Bekk.; ll. ejus aut μηδέτερα ($K^b L^b O^b$) aut μηδετέρα aut μηδέτερον. 8. 9. λέγοντες ταῦτα] K^b λέγεσθαι(·) ταῦτα δ' οὐ. 10. μὲν γὰρ] $K^b M^b$ γάρ. 11. *τῶν — ὁμοίως*] aut corrigenda aut secludenda. μηδέτερον] K^b ἢ ἕτερον.

τὰ ἔλλογα comparabantur; at ipsum vocabulum ἀνόητος usu ad humanum genus vergit. Scil. ἀνόητοι inter homines multi illi sunt qui βοσκημάτων βίον προαιροῦνται (1095 b 19. 20).

4. ἔστι τι [Bekk. maj. ἐστί τι] φυσικὸν ἀγαθὸν κρεῖττον ἢ καθ' αὑτά: quod 1153 b 32 θεῖόν τι vocabatur. Simile illud 1216 b 31 ἔχει γὰρ ἕκαστος οἰκεῖόν τι πρὸς ἀλήθειαν.

b) 5 – 13. *Haud felicius contra alterum Eudoxi argumentum* (τὸ ἐκ τοῦ ἐναντίου 1172 b 18 sq.) *res ab iis geritur qui τὴν ἡδονὴν negant tanquam bonum malo τῆς λύπης oppositam esse.* — Qui in his Eudoxi adversarii notantur, non prorsus quidem eadem, sed tam similia argumentationi Speusippi 1153 b 4 s. (u. v.) proferunt, ut nostro jure conjiciamus haec quoque a Platonicis excogitata fuisse, atque ut haec ita et ea quae 1172 b 35 sq. Eudoxo opponebantur.

8. καὶ ἄμφω τῷ μηδετέρῳ: ἄμφω i. e. καὶ τὸ κακὸν καὶ τὸ ἀγαθόν. Priore enim voculâ καὶ („καὶ κακὸν κακῷ") prima oppositionis ratio dicebatur videlicet inter malum et bonum esse. Id enim spectant qui haec contendunt, ut ἐκ τοῦ ἐναντίου quam minimum videatur concludi posse. „Ob id quod ἡ ἡδονὴ malo cuidam τῇ λύπῃ contraria est, ipsa tum bonum tum malum tum neutrum potuerit esse." Ex his Speusippi sententia 1153 b 4 sq. praeteribat τὸ οὐδέτερον.

9. λέγοντες ταῦτα οὐ κακῶς: cf. 261 b 15 (—20) οὐ δεῖ δὲ ταράττεσθαι ὅτι τὸ αὐτὸ πλείοσιν ἔσται ἐναντίον; sim. alias. Vide B 8 quaestionem τίς πλείων ἐναντιότης in virtutibus vitiisque utrum τοῖς ἄκροις inter se, an alteri utri eorum πρὸς τὴν μεσότητα.

11. τῶν μηδετέρων δὲ μηδέτερον (ἔδει φευκτὸν εἶναι) ἢ ὁμοίως (ἀμφότερον φευκτόν): „sin utraque, et ἡδονὴ et λύπη, neutri illi generi vs 8 sit ascribenda, necesse erit aut neutram metuendam esse aut pariter utramque". — Sed vide quid agatur. Refutatur enim ea argumentatio in qua ab initio propositum erat ὅτι ἡ λύπη κακὸν vs 7. Itaque quibus ea conclusio ὅτι ἡ ἡδονὴ ἀγαθὸν invisa esset necessario

τὴν μὲν φεύγοντες ὡς κακόν, τὴν δ' αἱρούμενοι ὡς ἀγαθόν· οὕτω δὴ καὶ ἀντίκειται. οὐ μὴν οὐδ' εἰ μὴ τῶν ποιοτήτων ἐστὶν ἡ ἡδονή, διὰ τοῦτ' οὐδὲ τῶν ἀγαθῶν· οὐδὲ γὰρ αἱ τῆς ἀρετῆς ἐνέργειαι ποιότητές εἰσιν, οὐδ' ἡ εὐδαιμονία. λέγουσι δὲ τὸ

---

14. *ἡ ἡδονή*] K[b] *ἡδονή*.

ἡ ἡδονὴ dumtaxat aut et ipsa *κακὸν* aut *μηδέτερον* esse dicenda erat. Quorum illud (*ὅτι κακόν*) modo refutatum est vs 10 „*ἀμφοῖν μὲν γὰρ* ...“ (nam si *ἡ ἡδονὴ* malum sit, de duobus malis agi apparet); restat igitur unum hoc *εἰ δοκοίη ἡ ἡδονὴ μηδέτερον εἶναι*. Quâ de re si paucis verbis dicere placebát, scribendum fere „*τὸ μηδέτερον δὲ μήτε φευκτὸν μήθ' αἱρετὸν* sc. *ἔδει εἶναι* [*ἢ ὁμοίως* sc. *φευκτόν τε καὶ αἱρετόν*]“; ut *μήθ' αἱρετὸν* corruptum sit in *μηδέτερον*. An putaveris, tolerari posse *τὸ μηδέτερον δὲ μηδέτερον*, quod praemisso vocabulo *φευκτὸν* vs 10 suapte intellegatur, praedicati loco positum *μηδέτερον* esse *μήτε φευκτὸν μήθ' αἱρετόν*? — Unum addam. Fuerit enim qui alia conjiciat, inde profectus quod vs 10 („*ἀμφοῖν μὲν γὰρ* ...“) ab opt. ll. abest particula *μὲν*. Nimirum Aristotelem satis habuisse alteri tantum opinioni (*ὅτι ἡ ἡδονὴ κακόν*) refutandae operam dare; illa vero vs 11 „*τῶν μηδετέρων* ... *ὁμοίως*“ ab attento et sagaci lectore esse ascripta, qui rem bene perspexisset, in verbis non laboraret.

13. *οὕτω δὴ καὶ ἀντίκειται* i. e. *ὡς τὸ μὲν αἱρετόν, τὸ δὲ φευκτὸν ὄν*.

c) 13—15. *Mire errant qui τὴν ἡδονὴν bonum non esse ostendisse sibi videntur, quum monuerunt non esse illam ποιότητα. Imo ne id quidem quod summum vitae est bonum, velut beatitudo, ποιότης est.* — Cujusnam fuerit argumentatio quae h. l. refellitur, et quânam ratione commendata, in obscuro est: nisi forte hanc et proximam eorundem esse conjicias. Habent enim commune hinc *τὰς ποιότητας* vs 13, illinc *τοὺς ποιούς* vs 19; nec profecto laus *τῶν ποιοτήτων* ulla esse potest nisi bene sint temperatae (*ὡρισμένα* vs 16 sqq.). — Quid respondendum fuerit, liquet. Qui enim *τὸ ἀγαθὸν* vult *ἐν πάσαις ταῖς κατηγορίαις λέγεσθαι* (velut *ἐν τῷ ποιῷ τὰς ἀρετάς*) 1096 a 23—29 non poterat *ταῖς ποιότησι* tantum tribuere; imo „*τὸ τέλος πρᾶξίς τις ἐστίν, οὐ ποιότης*“ 1450 a 18. — Nomen *ποιότης* in ll. ethicis praeter 1220 b 6. 15 omnino non reperitur.

d) 15—28. *Sunt qui τὴν ἡδονὴν atque τὸ ἀγαθὸν ita dirimant ut illam dicant ἀόριστον esse, hoc inter τὰ ὡρισμένα. Sin vero τὸ ἀόριστον τῆς ἡδονῆς inde probari censent, quod in illâ sit τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον, non vident τῷ μᾶλλον quidem et τῷ ἧττον vel in iis locum esse quae quam maxime sint ὡρισμένα, velut in virtute, in sanitate.* — Si summam sententiae contra quam in his disputatur et ipsa fere vocabula quibus illa exponitur consideres, vix dubites quin Platonis Philebus iterum carpatur. Sin eas rationes perpenderis, per quas Arist. jam adversarium hunc repulisse sibi videtur, probabilius forte putabis neque in manibus illi neque ante oculos magistri librum fuisse, sed rem esse

1173 a 16 μὲν ἀγαθὸν ὡρίσθαι, τὴν δ' ἡδονὴν ἀόριστον εἶναι, ὅτι δέχεται τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον. εἰ μὲν οὖν ἐκ τοῦ ἥδεσθαι τοῦτο K

---

potius cum quibusdam qui Platonicâ institutione imbuti aliqua in scholis placita proponere consuevissent.

16. 17. *τὸ μὲν ἀγαθὸν ὡρίσθαι, τὴν δ' ἡδονὴν ἀόριστον εἶναι*... (cf. 1170 a 20. 21 *τὸ ὡρισμένον τῆς τἀγαθοῦ φύσεως*; ad q. l. v.). Verum quidem, in Philebo quum expressis verbis *ἡ ἡδονὴ* bonum esse negatur (53 c) argumenti loco id unum esse *ὅτι γένεσίς ἐστιν, οὐσία δ' οὐκ ἔστιν ἡδονῆς*. Deinde item verum est, vocabula *ὡρίσθαι ἀόριστον* in illo libro omnino non legi. At dicitur *ἡ ἡδονὴ* in genere *τοῦ ἀπείρου* esse (31 a); quodcunque autem bônum sit, aut *πέρας* esse aut *ἔμμετρον* quoddam, ita Platoni constat ut nullo verbo adjecto *τὸ ἄπειρον* a boni naturâ secretum sit. V. 32 d: probantur enim ipsae illae *εἰλικρινεῖς τῶν ἡδονῶν* „*ὡς ἀγαθὰ μὲν οὐκ ὄντα, δεχόμενα δὲ . . . τὴν τῶν ἀγαθῶν φύσιν*“ sc. *τὸ πέρας* s. *τὸ μέτρον*. Nec tantum id in Philebo est, *τὴν ἡδονὴν* esse *τοῦ ἀπείρου* ideoque remotam a genere *τοῦ ἀγαθοῦ*, sed ibidem et argumentum illud vs 17 reperitur, quo *τὸ ἀόριστον* s. *ἄπειρον* adesse ostenditur „*ὅτι δέχεται τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον*“; v. 24 e *τὸ γίγνεσθαι μᾶλλον καὶ ἧττον* et *τὸ δέχεσθαι τὸ σφόδρα καὶ ἠρέμα* (seu *τὸ δέχεσθαι τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον* 27 e; 41 d) *σημεῖον τῆς τοῦ ἀπείρου φύσεως*. Satis haec, opinor, propria Platonis: quod enim in Aristotelicis ll. reperitur „*ἐπιδέχεσθαι τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον*“ 3 b 33 — 4 a 10 vel „*δέχεσθαι τὸ μᾶλλον*“ 127 b 19 s.; 146 a 3 sq.; 152 b 6 sq., alio spectat.

17 (22). *εἰ μὲν οὖν ἐκ τοῦ ἥδεσθαι τοῦτο κρίνουσι* . . . (*εἰ δ' ἐν ταῖς ἡδοναῖς* sc. *ἔσται τὸ αἴτιον* . . .). Ita agitur quasi adversarii in ancipiti reliquerint quonam modo *τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον* („*τοῦτο*“ vs 17) in genere *τῆς ἡδονῆς* dicant percipi. „Utrum inde, quod aperte alii qui gaudent aliis item gaudentibus magis commoveantur? An inde, quod inter ipsas *τὰς ἡδονὰς* sint quae nisi admisto dolore non exsistant, aliae sint quae unâ suâ *τῆς ἡδονῆς* naturâ quasi sint refertae?“ — Haec si verbis *ἐκ τοῦ ἥδεσθαι . . . ἐν ταῖς ἡδοναῖς* minus bene indicata esse videantur, per ea quae explicans atque refutans vs 18 — 22, vs 23 s. addit Arist. apparebunt dicta esse. Sane vs 17 pro *ἐκ τοῦ ἥδεσθαι* item recte habebat *ἐκ τῶν ἡδομένων*: annon mox vs 19 s. *οἱ μᾶλλον καὶ οἱ ἧττον δίκαιοι* pro argumento sunt *ὅτι καὶ ἡ δικαιοσύνη δέχεται τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον*? — Sed quid tandem erat, ut omnino ita agendum esset? Plato certe haud in tenebris reliquit cur *τὴν ἡδονὴν* dicat *τῶν τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον δεχομένων* vel etiam *ἄπειρον* esse: v. Phileb. 31 a (27 e) *ἡδονὴ ἄπειρός τε αὐτὴ* (i. e. per se) *καὶ τοῦ μήτε ἀρχὴν μήτε μέσα μήτε τέλος ἐν ἑαυτῷ ἀφ' ἑαυτοῦ ἔχοντος γένους*. Itaque quoniam secum nullum modum nec certam rationem habet, in iis qui cupidine incitati vel dolore vexati sunt eo usque ascendit ut *ὁ τερπόμενος οἷον ἀποθνήσκει* (ib. 47 a). Sunt enim illae haud quidem purae et verissimae *ἡδοναί*, sed in suo genere tamen maximae (*σφοδρόταται*), quae cum sanâ vitâ (cujus natura omnis in quadam *συμμετρίᾳ* posita est) omnino nequeant esse (45 a sqq.). Ad quae si quis responderit „num forte haec ita censes, quod alios magis

K 2 κρίνουσι, καὶ περὶ τὴν δικαιοσύνην καὶ τὰς ἄλλας ἀρετάς, 1173 a 18 καθ' ἃς ἐναργῶς φασὶ μᾶλλον καὶ ἧττον τοὺς ποιοὺς ὑπάρχειν κατὰ τὰς ἀρετάς, ἔσται τὸ αὐτό· δίκαιοι γάρ εἰσι μᾶλλον καὶ ἀνδρεῖοι, ἔστι δὲ καὶ δικαιοπραγεῖν καὶ σωφρονεῖν μᾶλλον καὶ ἧττον. εἰ δ' ἐν ταῖς ἡδοναῖς, μή ποτ' οὐ λέγουσι τὸ αἴτιον, ἂν ὦσιν αἱ μὲν ἀμιγεῖς αἱ δὲ μικταί. τί γὰρ κωλύει, καθάπερ ὑγίεια ὡρισμένη οὖσα δέχεται τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον, οὕτω καὶ τὴν ἡδονήν; οὐ γὰρ ἡ ,αὐτὴ συμμετρία ἐν πᾶσίν ἐστιν, οὐδ' ἐν τῷ αὐτῷ μία τις ἀεί· ἀλλ' ἀνιεμένη διαμένει ἕως τινός, καὶ διαφέρει τῷ μᾶλλον καὶ

---

20. *τὸ αὐτό*] $K^b M^b$ *ταῦτα.* 22. *ἐν ταῖς*] K^b *ταῖς.* 23. 24. *τί γὰρ κωλύει*] K^b *καί τί κωλύεται.* 27. K^b *ἀνειμένη.*

---

alios minus gaudio affectos vidisti, ut etiam justitiae et virtutis alii aliis magis sunt compotes?" — subriserit sane Platonis Socrates.

19. *καθ' ἃς* conjunge cum *φασί*, *κατὰ τὰς ἀρετὰς* cum *τοὺς ποιούς*. Sufficiebat profecto *καθ' ἃς* ad utrumque.

22. *εἰ δ' ἐν ταῖς ἡδοναῖς*: cogitatione addas „*τὸ αἴτιον* propter quod illi sic censendum esse ajunt". Jam igitur non homines diverse eodem forte *ἡδονῆς* genere affectos, sed ipsam affectûs naturam ad demonstrationem suam adhibere dicuntur. Sin eo spectant, „*μήποτε οὐ λέγουσι τὸ αἴτιον, ἂν* . . ." i. e. vix sufficientem rationem protulerint, si forte verum sit diversa *ἡδονῆς* genera observari. Dubitanter „*ἂν ὦσι*"; quamquam enim res ista improbabilis non est, tamen cavendum ne celerius adversario assentiatur. Est vero Plato multus in hac generum distinctione praeterque alia nomina (*καθαρὰς* dicit s. *εἰλικρινεῖς* et *ἀκαθάρτους*, *ἀληθεῖς* et *ψευδεῖς*) etiam his fere utitur *ἀμίκτους* opponens *μιχθείσαις* Phileb. 50 e. Et illas quidem *ἐμμετρίας* esse capaces, has *τῇ ἀμετρίᾳ* relinquendas. Platoni igitur, si id egisset, utique et ab istâ generum diversitate via ad comprobandum *τὸ ἄπειρον* vel *τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον* patebat. Sed alia agebat.

23 s. *τί γὰρ κωλύει* . . . Per exemplum sanitatis, quam etiam in Philebo velut 25 e ut *συμμετρίαν* descriptam reperimus, ostenditur multa esse *ὡρισμένα* et in temperatione quadam posita, quae nihilo minus aliquam varietatem vel quantitatis vel qualitatis in se recipiant. Cf. ad 1170 b 30 et ib. 32. Videsne haec a priore argumentatione differre? Siquidem enim alii homines aliis justiores vel saniores dicuntur, una esse videbitur ipsa justitia et sanitas ad quam hi propius quam illi accedunt. Jam vero velut duplicem ipsius justitiae rationem esse monetur, austeram forte alteram, alteram leniorem; quarum qui illam perfecte colet nec magis nec minus justus erit quam qui hanc amplectetur. — Poterant sane haec discerni. Quamquam discrimen quod est additis verbis *οὐ γὰρ ἡ αὐτὴ ἐν πᾶσιν οὐδ' ἐν τῷ αὐτῷ μία τις ἀεί* magis obscuratur quam illustratur.

1173 a 16 *μὲν ἀγαθὸν ὡρίσθαι, τὴν δ' ἡδονὴν ἀόριστον εἶναι, ὅτι δέχε-ται τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον. εἰ μὲν οὖν ἐκ τοῦ ἥδεσθαι τοῦτο*

---

potius cum quibusdam qui Platonicâ institutione imbuti aliqua in scholis placita proponere consuevissent.

16. 17. *τὸ μὲν ἀγαθὸν ὡρίσθαι, τὴν δ' ἡδονὴν ἀόριστον εἶναι*... (cf. 1170 a 20. 21 *τὸ ὡρισμένον τῆς τἀγαθοῦ φύσεως*; ad q. l. v.). Verum quidem, in Philebo quum expressis verbis *ἡ ἡδονὴ* bonum esse negatur (53 c) argumenti loco id unum esse *ὅτι γένεσίς ἐστιν, οὐσία δ' οὐκ ἔστιν ἡδονῆς*. Deinde item verum est, vocabula *ὡρίσθαι ἀόριστον* in illo libro omnino non legi. At dicitur *ἡ ἡδονὴ* in genere *τοῦ ἀπείρου* esse (31 a); quodcunque autem bonum sit, aut *πέρας* esse aut *ἔμμετρον* quoddam, ita Platoni constat ut nullo verbo adjecto *τὸ ἄπειρον* a boni naturâ secretum sit. V. 32 d: probantur enim ipsae illae *εἰλικρινεῖς τῶν ἡδονῶν* „*ὡς ἀγαθὰ μὲν οὐκ ὄντα, δεχόμενα δέ* . . . *τὴν τῶν ἀγαθῶν φύσιν*“ sc. *τὸ πέρας* s. *τὸ μέτρον*. Nec tantum id in Philebo est, *τὴν ἡδονὴν* esse *τοῦ ἀπείρου* ideoque remotam a genere *τοῦ ἀγαθοῦ*, sed ibidem et argumentum illud vs 17 reperitur, quo *τὸ ἀόριστον* s. *ἄπειρον* adesse ostenditur „*ὅτι δέχεται τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον*“; v. 24 e *τὸ γίγνεσθαι μᾶλλον καὶ ἧττον* et *τὸ δέχεσθαι τὸ σφόδρα καὶ ἠρέμα* (seu *τὸ δέχεσθαι τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον* 27 e; 41 d) *σημεῖον τῆς τοῦ ἀπείρου φύσεως*. Satis haec, opinor, propria Platonis: quod enim in Aristotelicis ll. reperitur „*ἐπιδέχεσθαι τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον*“ 3 b 33 — 4 a 10 vel „*δέχεσθαι τὸ μᾶλλον*“ 127 b 19 s.; 146 a 3 sq.; 152 b 6 sq., alio spectat.

17 (22). *εἰ μὲν οὖν ἐκ τοῦ ἥδεσθαι τοῦτο κρίνουσι* . . . (*εἰ δ' ἐν ταῖς ἡδοναῖς* sc. *ἔσται τὸ αἴτιον* . . .). Ita agitur quasi adversarii in ancipiti reliquerint quonam modo *τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον* („*τοῦτο*“ vs 17) in genere *τῆς ἡδονῆς* dicant percipi. „Utrum inde, quod aperte alii qui gaudent aliis item gaudentibus magis commoveantur? An inde, quod inter ipsas *τὰς ἡδονὰς* sint quae nisi admisto dolore non exsistant, aliae sint quae unâ suâ *τῆς ἡδονῆς* naturâ quasi sint refertae?“ — Haec si verbis *ἐκ τοῦ ἥδεσθαι* . . . *ἐν ταῖς ἡδοναῖς* minus bene indicata esse videantur, per ea quae explicans atque refutans vs 18 — 22, vs 23 s. addit Arist. apparebunt dicta esse. Sane vs 17 pro *ἐκ τοῦ ἥδεσθαι* item recte habebat *ἐκ τῶν ἡδομένων*: annon mox vs 19 s. *οἱ μᾶλλον καὶ οἱ ἧττον δίκαιοι* pro argumento sunt *ὅτι καὶ ἡ δικαιοσύνη δέχεται τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον*? — Sed quid tandem erat, ut omnino ita agendum esset? Plato certe haud in tenebris reliquit cur *τὴν ἡδονὴν* dicat *τῶν τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον δεχομένων* vel etiam *ἄπειρον* esse: v. Phileb. 31 a (27 e) *ἡδονὴ ἄπειρός τε αὐτὴ* (i. e. per se) *καὶ τοῦ μήτε ἀρχὴν μήτε μέσα μήτε τέλος ἐν ἑαυτῷ ἀφ' ἑαυτοῦ ἔχοντος γένους*. Itaque quoniam secum nullum modum nec certam rationem habet, in iis qui cupidine incitati vel dolore vexati sunt eo usque ascendit ut *ὁ τερπόμενος οἷον ἀποθνήσκει* (ib. 47 a). Sunt enim illae haud quidem purae et verissimae *ἡδοναί*, sed in suo genere tamen maximae (*σφοδρόταται*), quae cum sanâ vitâ (cujus natura omnis in quadam *συμμετρίᾳ* posita est) omnino nequeant esse (45 a sqq.). Ad quae si quis responderit „num forte haec ita censes, quod alios magis

K 2 *κρίνουσι, καὶ περὶ τὴν δικαιοσύνην καὶ τὰς ἄλλας ἀρετάς,* 1173 a 18 *καθ' ἃς ἐναργῶς φασὶ μᾶλλον καὶ ἧττον τοὺς ποιοὺς ὑπάρχειν κατὰ τὰς ἀρετάς, ἔσται τὸ αὐτό· δίκαιοι γάρ εἰσι μᾶλλον καὶ ἀνδρεῖοι, ἔστι δὲ καὶ δικαιοπραγεῖν καὶ σωφρονεῖν μᾶλλον καὶ ἧττον. εἰ δ' ἐν ταῖς ἡδοναῖς, μή ποτ' οὐ λέγουσι τὸ αἴτιον, ἂν ὦσιν αἱ μὲν ἀμιγεῖς αἱ δὲ μικταί. τί γὰρ κωλύει, καθάπερ ὑγίεια ὡρισμένη οὖσα δέχεται τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον, οὕτω καὶ τὴν ἡδονήν; οὐ γὰρ ἡ αὐτὴ συμμετρία ἐν πᾶσίν ἐστιν, οὐδ' ἐν τῷ αὐτῷ μία τις ἀεί· ἀλλ' ἀνιεμένη διαμένει ἕως τινός, καὶ διαφέρει τῷ μᾶλλον καὶ*

---

20. *τὸ αὐτό*] K^{b}M^b *ταῦτα.* 22. *ἐν ταῖς*] K^b *ταῖς.* 23. 24. *τί γὰρ κωλύει*] K^b *καί τι κωλύεται.* 27. K^b *ἀνειμένη.*

---

alios minus gaudio affectos vidisti, ut etiam justitiae et virtutis alii aliis magis sunt compotes?" — subriserit sane Platonis Socrates.

19. *καθ' ἃς* conjunge cum *φασί*, *κατὰ τὰς ἀρετὰς* cum *τοὺς ποιούς*. Sufficiebat profecto *καθ' ἃς* ad utrumque.

22. *εἰ δ' ἐν ταῖς ἡδοναῖς*: cogitatione addas „*τὸ αἴτιον* propter quod illi sic censendum esse ajunt". Jam igitur non homines diverse eodem forte *ἡδονῆς* genere affectos, sed ipsam affectûs naturam ad demonstrationem suam adhibere dicuntur. Sin eo spectant, „*μήποτε οὐ λέγουσι τὸ αἴτιον, ἂν* . . ." i. e. vix sufficientem rationem protulerint, si forte verum sit diversa *ἡδονῆς* genera observari. Dubitanter „*ἂν ὦσι*"; quamquam enim res ista improbabilis non est, tamen cavendum ne celerius adversario assentiatur. Est vero Plato multus in hac generum distinctione praeterque alia nomina (*καθαρὰς* dicit s. *εἰλικρινεῖς* et *ἀκαθάρτους*, *ἀληθεῖς* et *ψευδεῖς*) etiam his fere utitur *ἀμίκτους* opponens *μιχθείσαις* Phileb. 50 e. Et illas quidem *ἐμμετρίας* esse capaces, has *τῇ ἀμετρίᾳ* relinquendas. Platoni igitur, si id egisset, utique et ab istâ generum diversitate via ad comprobandum *τὸ ἄπειρον* vel *τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον* patebat. Sed alia agebat.

23 s. *τί γὰρ κωλύει* . . . Per exemplum sanitatis, quam etiam in Philebo velut 25 e ut *συμμετρίαν* descriptam reperimus, ostenditur multa esse *ὡρισμένα* et in temperatione quadam posita, quae nihilo minus aliquam varietatem vel quantitatis vel qualitatis in se recipiant. Cf. ad 1170 b 30 et ib. 32. Videsne haec a priore argumentatione differre? Siquidem enim alii homines aliis justiores vel saniores dicuntur, una esse videbitur ipsa justitia et sanitas ad quam hi propius quam illi accedunt. Jam vero velut duplicem ipsius justitiae rationem esse monetur, austeram forte alteram, alteram leniorem; quarum qui illam perfecte colet nec magis nec minus justus erit quam qui hanc amplectetur. — Poterant sane haec discerni. Quamquam discrimen quod est additis verbis *οὐ γὰρ ἡ αὐτὴ ἐν πᾶσιν οὐδ' ἐν τῷ αὐτῷ μία τις ἀεί* magis obscuratur quam illustratur.

1173 a 28 ἧττον. τοιοῦτον δὴ καὶ τὸ περὶ τὴν ἡδονὴν ἐνδέχεται εἶναι. K τέλειόν τε τἀγαθὸν τιθέντες, τὰς δὲ κινήσεις καὶ τὰς γενέ- § σεις ἀτελεῖς, τὴν ἡδονὴν κίνησιν καὶ γένεσιν ἀποφαίνειν πειρῶνται. οὐ καλῶς δ' ἐοίκασι λέγειν οὐδ' εἶναι κίνησιν· πάσῃ

---

31. K[b] κινήσεις. πᾶσι.

---

28. τοιοῦτον δὴ καὶ τὸ περὶ τὴν ἡδονὴν ἐνδέχεται εἶναι. Ἐνδέχεται „mente concipi ita potest"; neque enim prorsus idem ἐνδέχεται εἶναι et δυνατὸν (nedum δύναται) εἶναι. — Ergo per adversariorum quidem rationes sic censere licet. Ut enim vera videatur eadem sententia, non curatur. Nam si fortasse in animo erat τὰς μικτὰς ut minus veras postponere, in altero certe genere τῶν ἡδονῶν demonstrandum erat συμμετρίαν vel ἁρμονίαν, quâ per se temperatum sit, ingenitam esse: id quod Arist. nec dixit nec ut comprobaretur tentavit.

e) et f) 29 — b 4 — b 20. *Quum τὸ ἀγαθὸν sit τέλειον, duplici modo τὴν ἡδονὴν in contrarium genus (τὸ ἀτελὲς) detrudere conantur, quod κίνησις et γένεσις sit* (— a 31). *At ostendi potest, nec κίνησιν illam* (— b 4) *nec γένεσιν vel ἀναπλήρωσιν esse* — b 20.

Contra eam opinionem quâ ἡ ἡδονὴ conjunctim κίνησις καὶ γένεσις, κίνησις ἢ γένεσις dicitur, etiam 1174 b 9 — 14 verba fecit Arist. Quâ de re si plenius actum esset, complures instabant quaestiones. Aristotele enim auctore ἡ γένεσις aut genus quoddam motûs (15 a 13; 1042 a 34 sq.) aut diversa a motu est (225 a 25 sq. al. „ἀδύνατον γὰρ . . . τὴν γένεσιν κίνησιν εἶναι").

29 — 31. τέλειόν τε τἀγαθὸν τιθέντες . . . πειρῶνται. Vix in his quidquam commemoratur quin sit Platonis. Τέλεον enim ille τὸ ἀγαθὸν vult esse Phileb. 20 c. 60 c; κίνησιν dixit τὴν ἡδονὴν Rep. Θ 583 e (ὁδὸν, ἀναχώρησιν alias v. ad b 7 sq.); γένεσιν eandem esse diligenter probavit Phileb. 53 c — 54 d, idque eo consilio ut ne bonum esse putaretur. Nihilominus his quidem locis haud efficietur, Platonicam esse hanc ipsam argumentationem qualis vs 29 — 31 enarratur. Τὸ τέλεον enim ad eam potius sententiam spectat quae 1172 b 28 sq. (n. v.) erat quam ad τὸ ἀτελὲς τῆς γενέσεως. De motu qui τῇ ἡδονῇ datur Rep. 583 ideo agebatur ut ἡ ἠρεμία καὶ ἡ ἀλυπία ab illâ discerneretur. Γένεσις denique et τἀγαθὸν quid secundum Platonem differant longe optime supra 1152 b 13. 14 expositum est „οὐδεμία δὲ γένεσις συγγενὴς τοῖς τέλεσιν, οἷον οὐδεμία οἰκοδόμησις οἰκίᾳ". Attamen, si ut par est Aristoteli veniam des aliorum sententias suis vocabulis declarandi, satis recte τέλειον dici poterat τὸ οὗ ἕνεκα τὸ ἕνεκά του γιγνόμενον γίγνεται i. e. τὸ ἀγαθὸν quod οὐσία est, ἀτελὲς vero ἡ γένεσις quae ad τὴν τοῦ ἀγαθοῦ μοῖραν nunquam accedit nec tamen minus ad unam illam omnis spectat (Phileb. 54).

e) 31 — b 4. τὴν ἡδονὴν perperam κίνησιν dici ostenditur. — Ad haec proximo cap. 1174 a 19 — b 9 reditur. Sunt autem tria motûs genera ποσοῦ, ποιοῦ, κατὰ τόπον (αὔξησις ἀλλοίωσις φορά), inter quae πρώτη est ἡ φορά: v. 225 b 7; 260 a 26 sq.; 1072 b 8. 9. Atqui ipse Arist. est ubi τὴν ἡδονὴν dixerit κίνησίν τινα ψυχῆς 1369 b 33, ut vel

γὰρ οἰκεῖον εἶναι δοκεῖ τάχος καὶ βραδυτής, καὶ εἰ μὴ καθ' 1173 a 32 αὑτήν, οἷον τῇ τοῦ κόσμου, πρὸς ἄλλο· τῇ δ' ἡδονῇ τούτων οὐδέτερον ὑπάρχει· ἡσθῆναι μὲν γάρ ἔστι ταχέως ὥσπερ ὀργισθῆναι, ἥδεσθαι δ' οὔ, οὐδὲ πρὸς ἕτερον, βαδίζειν δὲ καὶ 1173 b αὔξεσθαι καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα. μεταβάλλειν μὲν οὖν εἰς τὴν ἡδονὴν ταχέως καὶ βραδέως ἔστιν, ἐνεργεῖν δὲ κατ' αὐτὴν οὐκ ἔστι ταχέως, λέγω δ' ἥδεσθαι. γένεσίς τε πῶς ἂν εἴη; δοκεῖ γὰρ οὐκ ἐκ τοῦ τυχόντος τὸ τυχὸν γίγνεσθαι, ἀλλ' ἐξ

1. πρὸς ἕτερον] K[b] πρότερον. 5. γίγνεσθαι] K[b] γενέσθαι.

ἡ φαντασία καὶ ἡ δόξα κινήσεις τινὲς εἶναι δοκοῦσιν 254 a 29; idem κινήσεις ἡδέων καὶ λυπηρῶν 666 a 11; et 1106 a 4 κατὰ τὰ πάθη (a quibus ἡ ἡδονὴ sejungi nequit) κινεῖσθαι λεγόμεθα. Item libro *H* tantum non dicebatur, quaedam certe ἡδονῆς genera κινήσεις esse; v. ad 1153 a 9. Quâ sententiâ non longius a sententiâ libri *K* receditur, quam illâ per quam ἡ ἡδονὴ illic ἐνέργεια, hic adjuncta ταῖς ἐνεργείαις esse dicitur.

31. 32. πάσῃ γὰρ (κινήσει) οἰκεῖον . . . τάχος καὶ βραδυτής. V. 218 b 14 μεταβολὴ . . πᾶσα θάττων καὶ βραδυτέρα vel 222 b 31 τὸ γὰρ θᾶττον καὶ βραδύτερον κατὰ πᾶσάν ἐστι μεταβολήν (πᾶσα δὲ κίνησις μεταβολή τις 225 a 34).

33. οἷον τῇ τοῦ κόσμου (κινήσει). Haec est ἡ ἀΐδιος τοῦ ὅλου κίνησις, ὁμαλής, κύκλῳ οὖσα, μέτρον τῶν ἄλλων κινήσεων. V. impr. Phys. *Θ* 9. 10. Quae quod τοῦ κόσμου dicitur, neque e Physicorum neque e Metaphysicorum fit loquendi usu.

34. οὐδέτερον: οὔτε γὰρ τὸ ταχέως ἢ βραδέως καθ' αὑτὴν ἔχει οὔτε πρὸς ἄλλο. — Ἡσθῆναι i. q. mox b 2 μεταβάλλειν εἰς ἡδονήν. Transitum enim ad ἡδονὴν celerem esse vult Arist., ipsius vero ἐν ὁτῳοῦν χρόνῳ τέλειον τὸ εἶδος (ut 1174 b 5 scribit), ut singulis quibusque temporis momentis tota quasi percepta ad perfectionem suam nunquam continuatione egeat. — Quae sententia undique parum probabilitatis habet. Vide ipsum simile „ὥσπερ ὀργισθῆναι": quo profecto negatur τὸ ὀργίζεσθαι, cui oppositum est τὸ ὀργισθῆναι, esse ταχέως. At *Δ* 11 haud fugiebat, aliis multum temporis opus esse ad τὸ πέψαι τὴν ὀργήν, aliis per vim iracundiae celeriter affectum exhauriri (1126 a 19 sq. et ib. 13—15). Nonne in his irae quidam motus observatur acceleratus nonnunquam, interdum retardatus? Diversa est sane τῆς ἡδονῆς ratio; sed similis Aristoteli videbatur.

f) 4—20. Nec γένεσιν dici posse τὴν ἡδονὴν probatur.

5. 6. δοκεῖ γὰρ οὐκ ἐκ τοῦ τυχόντος . . . διαλύεσθαι. V. 204 b 33 ἅπαντα γὰρ ἐξ οὗ ἐστί, καὶ διαλύεται εἰς τοῦτο. Velut per eam γένεσιν quae οἰκοδόμησις vocatur e lateribus fit domus; quâ destructâ iterum lateres jacebunt. Non addit Arist. quod hinc effici vult „num quis igitur unum illud ὑποκείμενον e quo ἡ ἡδονὴ sit γένεσις, ad quod idem postremo res redeat, ostendere possit?" Confidit scilicet haud latere quod absurdum sit. Au forte plura non adjecit quia ipsi in

1173 b 6 *οὐ γίγνεται, εἰς τοῦτο διαλύεσθαι. καὶ οὐ γένεσις ἡ ἡδονή, τούτου ἡ λύπη φθορά. καὶ λέγουσι δὲ τὴν μὲν λύπην ἔνδειαν τοῦ κατὰ φύσιν εἶναι, τὴν δ' ἡδονὴν ἀναπλήρωσιν. ταῦτα δὲ σωματικά ἐστι τὰ πάθη. εἰ δή ἐστι τοῦ κατὰ φύσιν ἀναπλήρωσις ἡδονή, ἐν ᾧ ἀναπλήρωσις, τοῦτ' ἂν καὶ ἥδοιτο· τὸ σῶμα ἄρα· οὐ δοκεῖ δέ· οὐδ' ἔστιν ἄρα ἀναπλήρωσις ἡ ἡδονή,* K

10. *τοῦτ' ἂν*] K^b *τοῦτ.* 11. K^bM^b *ἡ ἀναπλήρωσις ἡδονή.*

mentem veniebat, de rebus animo subjectis aliter quaerendum esse ac de materiâ fabrorum? V. enim locum 188 b 12 sq. *ἀνάγκη πᾶν τὸ ἡρμοσμένον ἐξ ἀναρμόστου γίνεσθαι . . . καὶ φθείρεσθαι τὸ ἡρμοσμένον εἰς ἀναρμοστίαν καὶ ταύτην οὐ τὴν τυχοῦσαν, ἀλλὰ τὴν ἀντικειμένην.* Nam comparatâ cum his Phys. verbis definitione Phileb. 32 a apparebit, praesto fuisse Platonicis quid responderent: *τὸ ἐξ οὗ ἡ ἡδονὴ ὁδός ἐστιν ἢ γένεσις, ἀναρμοστίαν* esse; *τὸ εἰς ὃ διαλύεται ἡ ἁρμονία τῆς οὐσίας*, iterum *τὸ ἀνάρμοστον.*

6. *καὶ οὐ γένεσις ἡ ἡδονή, τούτου ἡ λύπη φθορά.* Pergens Arist. aliud addit quod adversariis demonstrandum sit. Nam *τῷ ἐναντίῳ* (i. e. *ἡδονῇ λύπῃ*) *ἀκολουθεῖ τοὐναντίον* (*τοῦ αὐτοῦ* illinc *γένεσις*, hinc *φθορά*) 114 b 14.

7. *καὶ λέγουσι δὲ . . . et hoc quidem* (*ὅτι οὐ γένεσις ἡ ἡδονή, τούτου ἡ λύπη φθορά ἐστιν*) *ostendere illi suum in modum conantur. Dicunt enim τὸ κατὰ φύσιν esse quo amisso doleamus, suppleto gaudeamus.* Nomen *ἔνδεια* hac in re Platoni minus est usitatum (sed v. *ἐνδείας ἀναισθήτους* Phileb. 51 b); saepius *κένωσιν — πλήρωσιν, κενοῦσθαι — πληροῦσθαι* dicit, imprimis quum de naturâ *τῆς ἐπιθυμίας* agitur Phileb. 34 e sq. 47 d. (v. 35 e). Ipsam vero *τὴν λύπην* et *τὴν ἡδονὴν* ita potius describit, ut illa sit *φθορὰ τοῦ ἐκ τοῦ ἀπείρου καὶ πέρατος κατὰ φύσιν ἐμψύχου γεγονότος εἴδους*, haec *ἡ εἰς τὴν αὐτῶν οὐσίαν ὁδός*, s. *ἀναχώρησις* s. *κατάστασις*; illa exsistat *τῆς ἁρμονίας λυομένης ἐν τοῖς ζῴοις*, haec *ἁρμοττομένης καὶ εἰς τὴν αὑτῆς φύσιν ἀπιούσης* Phileb. 32 a. 42 d. 31 d. *Ἀναπλήρωσις* igitur Platoni *ἡ ἡδονὴ* est, siquidem *τοῦ κατὰ φύσιν ἀναπλήρωσις* est, nec quicquam mirum, si nonnullae *πληρώσεις* videantur *λῦπαι* esse, nimirum *διαφθειρομένης τῆς φύσεως* Phileb. 42 c.

8. 9. *ταῦτα δὲ σωματικὰ . . .* Definitionem, quam vs 7 s. adversariis tribuit, duplici ratione Arist. refellit: etenim si vera illa sit, corporum, non animi esse *τὴν ἡδονὴν* oportebit — b 13; deinde vero *ἡδονὴ* esse non poterit nisi ante fuerit *ἔνδεια* et *λύπη*; atqui multae sunt *ἄλυποι* -- b 20. -- Rectius sane haec demonstratio haberet, si posterior ratio priore loco esset posita.

11. *οὐ δοκεῖ δὲ* sc. *τὸ σῶμα ἥδεσθαι*: v. 1099 a 8 „*τὸ μὲν γὰρ ἥδεσθαι τῶν ψυχικῶν*". Dicetur igitur in genere *τῶν σωματικῶν* corpus quidem *ἀλγεῖν*, *λυπεῖσθαι* autem animus. Nec Plato, qui *τὰ ἐν τῷ σώματι κατασβεννύμενα πρὶν ἐπὶ τὴν ψυχὴν διεξελθεῖν* segregat, contraria in re paene ambiguâ sensisse putandus est. Cf. Phileb. 33 de. 43 a b. Rep. Θ 584 c („*αἱ διὰ τοῦ σώματος ἐπὶ τὴν ψυχὴν τείνουσι*" i. e.

§ 2 *ἀλλὰ γινομένης μὲν ἀναπληρώσεως, ἥδοιτ' ἄν τις, καὶ κενούμενος λυποῖτο. ἡ δόξα δ' αὕτη δοκεῖ γεγενῆσθαι ἐκ τῶν περὶ τὴν τροφὴν λυπῶν καὶ ἡδονῶν· ἐνδεεῖς γὰρ γενομένους καὶ προλυπηθέντας ἥδεσθαι τῇ ἀναπληρώσει. τοῦτο δ' οὐ περὶ πάσας συμβαίνει τὰς ἡδονάς· ἄλυποι γάρ εἰσιν αἵ τε μαθηματικαὶ καὶ τῶν κατὰ τὰς αἰσθήσεις αἱ διὰ τῆς ὀσφρήσεως, καὶ ἀκροάματα δὲ καὶ ὁράματα πολλὰ καὶ μνῆμαι καὶ ἐλπίδες. τίνος οὖν αὗται γενέσεις ἔσονται; οὐδενὸς* 1173 b 12

12. 13. *κενούμενος*] e conj. Spengeli; Bekk. c. ll. *τεμνόμενος*. 14. K[b] *λύπην καὶ ἡδονήν*. *γενομένους*] e M[b]; *γινομένους* Bekk. c. cett. ll.

αἱ σωματικαί). Deinde et id quaerendum erit, num vere nomen *ἡ ἀναπλήρωσις* ad corpus tantum spectet, translationem ferat nullam. Qui enim *τὴν ἐπιθυμίαν ἄπληστον* dixit 1119 b 8, et ipse *ἐπιθυμίας*, quae profecto in animo est, *πλήρωσιν* quandam statuisse videtur (cf. 1153 a 2 *ἀναπληρουμένης τῆς φύσεως*).

12. *καὶ τεμνόμενος λυποῖτο* Bekk. ll. Egregie Spengel pro *τεμνόμενος* scribi *κενούμενος* jussit; quâ conjecturâ ad id loquendi genus quod in Philebo est (v. ad vs 7) revocamur.

13 sqq. *ἡ δόξα δ' αὕτη δοκεῖ γεγενῆσθαι ἐκ τῶν περὶ τὴν τροφὴν* . . . Ita loquitur Arist., tanquam reprehensurus sit aliquos qui locum insignem Phileb. 31 e. 32 a male intellexerint. Illic enim, ut *ἡ ἡδονὴ* omnino perspiciatur *ὁδὸς εἰς τὸ κατὰ φύσιν* esse, exempla proponuntur (nam *τὰ δημόσια καὶ περιφανῆ ῥᾷστον συννοεῖν*); in fame enim et in siti *ἡδονὴν* esse *πλήρωσιν* quâ *ἡ λύσις καὶ φθορὰ* submoveatur, in aestu eandem *ἀπόδοσιν* quâ *ἡ παρὰ φύσιν διάκρισις* tollatur, in frigore rursus *διάκρισιν* quae *τὴν πῆξιν* solvat; in unoquoque genere id per quod ad *τὸ κατὰ φύσιν* perveniatur.

15 s. *τοῦτο δ' οὐ περὶ πάσας συμβαίνει ἡδονάς*: cf. 1152 b 36 s. „*ἐπεὶ καὶ ἄνευ λύπης καὶ ἐπιθυμίας εἰσὶν ἡδοναί*" (ad q. l. v.). Nunc addatur, omnia ista genera quae dolore vacare dicuntur aut item aut similiter a Platone commemorata esse Phileb. 51 b — 52 c. 36 a. Rep. *Θ* 584 b c.

19. *τίνος οὖν αὗται γενέσεις ἔσονται*: omnino enim *ἡ ἀναπλήρωσις* vs 20. 6. 8 tanquam genus quoddam *γενέσεως* inducta est, ut illâ demonstratâ hanc adesse certum esse videretur.

19. 20. *οὐδενὸς γὰρ ἔνδεια γεγένηται*. Hoc si propter unum *τὸ* „*ἄλυποι γὰρ* . . ." vs 16 sq. constat, sequitur *ἔνδειαν* dici apud eos tantum esse qui sensu inopiae premantur: multa sc. non desiderantur quae quam maxime sunt necessaria, velut in mente lux scientiae. Et ita quidem ab initio *τὴν ἔνδειαν* Arist. dicebat: v. vs 7 *ἔνδεια τοῦ κατὰ φύσιν* (nec *τῆς φύσεως*); vs 14 *ἐνδεεῖς γενόμενοι καὶ προλυπηθέντες* (ut utrumque necessario conjunctum sit — v. *γὰρ* vs 16). Itaque quum Arist. in his *ἔνδειαν* nullam esse censeat, Plato *τὰς ἐνδείας ἀναισθήτους καὶ ἀλύπους* (Phileb. 51 b): in nominum potius usu quam in re dissentire dicantur. V. ad 1153 a 1.

γὰρ ἔνδεια γεγένηται, οὐ γένοιτ' ἂν ἀναπλήρωσις. πρὸς δὲ τοὺς προφέροντας τὰς ἐπονειδίστους τῶν ἡδονῶν λέγοι τις ἂν ὅτι οὐκ ἔστι ταῦθ' ἡδέα· οὐ γὰρ εἰ τοῖς κακῶς διακειμένοις ἡδέα ἐστίν, οἰητέον αὐτὰ καὶ ἡδέα εἶναι πλὴν τούτοις, καθάπερ οὐδὲ τὰ τοῖς κάμνουσιν ὑγιεινὰ ἢ γλυκέα ἢ πικρά, οὐδ' αὖ λευκὰ τὰ φαινόμενα τοῖς ὀφθαλμιῶσιν. ἢ οὕτω λέγοιτ' ἄν, ὅτι αἱ μὲν ἡδοναὶ αἱρεταί εἰσιν, οὐ μὴν ἀπό γε τούτων, ὥσπερ καὶ τὸ πλουτεῖν, προδόντι δ' οὔ, καὶ τὸ ὑγιαίνειν, οὐ μὴν ὁτιοῦν φαγόντι. ἢ τῷ εἴδει διαφέρουσιν αἱ ἡδοναί; ἕτεραι γὰρ αἱ

28. ἡδοναί;] Bekk. colon post ἡδοναί.

20—31. *Denique iis, qui diversa genera esse* τὸ ἀγαθὸν *et* τὴν ἡδονὴν *inde probari putant quod sunt turpes quaedam* ἡδοναί, *aut respondendum non esse istas* ἡδονάς (—vs 25), *aut* τὴν ἡδονὴν *quidem per se et in his bonum esse, pravitatem in rebus tantum esse unde illa sit petita* (—vs 28); *aut dicendum differre* τὰς ἡδονάς, *ut bonae sint honestatis propriae, pravae vitiorum* —vs 31.

20 s. πρὸς δὲ τοὺς προφέροντας τὰς ἐπονειδίστους . . . sc. καὶ ὧδε δεικνύντας ὅτι ἡ ἡδονὴ οὐκ ἀγαθὸν seu οὐ τἀγαθόν. Inter τοὺς προφέροντας et Platonem esse negari non potest v. Phileb. 44–46; quamquam idem ille τὸ ἀληθὲς et τὸ καθαρὸν τῆς ἡδονῆς ab isto genere diligenter distinxit ib. 52 e sq.

22. ὅτι οὐκ ἔστι ταῦθ' ἡδέα. Plane haec in eam sententiam dicta sunt quam et *H* 13 invenimus et in quâ stari possit. V. 1152 b 31 αἱ δ' οὐδ' ἡδοναί atque 1176 a 21 ἡδέα δ' οὐκ ἔστιν. Si igitur istae non sunt ἡδοναί, nullo modo effectum erit non bona esse quaecunque sint jucunda.

25—28. ἢ οὕτω λέγοιτ' ἂν . . . φαγόντι. Hanc quidem rationem quâ fingitur τὴν ἡδονὴν ita per se considerari posse ut omnino non quaeratur unde comparata sit, nec libro *K* Arist. persecutus est neque alias perpendit. Ludit scilicet acumine qui ita subtilis est.

27. 28. Participiis προδόντι — φαγόντι via et ratio quâ ad τὸ πλουτεῖν — ὑγιαίνειν perventum sit notatur; dativi praedicato αἱρεταί vs 26 debentur. Οὐ μὲν ὁτιοῦν φαγόντι: quid enim, si quis valere cupiens ἀνθρώπων κρέατα devorare velit? (1148 b 22—26).

28—31. ἢ τῷ εἴδει διαφέρουσιν . . . Ultimo loco, ut par est, id respondetur quod plerumque placet utilissimumque ad rem videtur. Nec necesse erat hanc a primâ ratione vs 21—25 sejungi. Unam enim viam esse quâ a verissimâ et honestissimâ voluptate primo ad minus veras et puras, deinde ad eam quae ne nomine quidem voluptatis digna sit descendatur, tum res docet tum *H* 13 legimus v. ad 1152 b 31; et cf. *K* 5. Agnitâ vero hac generis diversitate quâ τῷ εἴδει διαφέρουσι, jam laudatoribus τῆς ἡδονῆς cum auctore libri *H* 12 sqq. dicendum erit, genus potius quoddam τῆς ἡδονῆς summum inter bona esse quam omnino τὴν ἡδονήν. Cui sententiae, ni fallor, et ipse

K 2 ἀπὸ τῶν καλῶν τῶν ἀπὸ τῶν αἰσχρῶν, καὶ οὐκ ἔστιν ἡσθῆναι 1173 b 29 τὴν τοῦ δικαίου μὴ ὄντα δίκαιον οὐδὲ τὴν τοῦ μουσικοῦ μὴ ὄντα
3 μουσικόν, ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. ἐμφανίζειν δὲ δοκεῖ καὶ ὁ φίλος, ἕτερος ὢν τοῦ κόλακος, οὐκ οὖσαν ἀγαθὸν τὴν ἡδονὴν ἢ διαφόρους εἴδει· ὁ μὲν γὰρ πρὸς τἀγαθὸν ὁμιλεῖν δοκεῖ, ὁ δὲ πρὸς ἡδονήν, καὶ τῷ μὲν ὀνειδίζεται, τὸν δ' ἐπαινοῦσιν ὡς πρὸς ἕτερα ὁμιλοῦντα. οὐδείς τ' ἂν ἕλοιτο ζῆν 1174 a παιδίου διάνοιαν ἔχων διὰ βίου, ἡδόμενος ἐφ' οἷς τὰ παιδία

---

32. K^b *καὶ φίλος.* 33. K^b *ἂν ἢ διαφόρους.*
1. $K^b M^b O^b$ *οὐδεὶς δ'.*

Eudoxus libenter adstipulabitur: stabit enim nihilo minus et decretum ejus et argumentatio 1172 b 9—15 V. 1153 b 29—32.

29. *καὶ οὐκ ἔστιν ἡσθῆναι τὴν τοῦ δικαίου μὴ ὄντα δίκαιον κ. τ. λ.* i. e. *ἀκολουθοῦσιν αἱ ἡδοναὶ ταῖς ἕξεσιν.* Cf. 1099 a 18 *οὔτε γὰρ δίκαιον οὐδεὶς ἂν εἴποι τὸν μὴ χαίροντα τῷ δικαιοπραγεῖν . . .*

D. 1173 b 31—1174 a 12. Tria commemorantur unde sit probabile *τὴν ἡδονὴν* differre a bono; finisque quaestioni imponitur.

31—1174 a 1. Quod modo contra *τοὺς προφέροντας τὰς ἐπονειδίστους τῶν ἡδ.* et paene in favorem Eudoxi dictum esse videbatur *ὅτι τῷ εἴδει διαφέρουσιν αἱ ἡδοναί*, jam ita confirmatur quasi hic locus ad impetum in Hedonicos faciendum fuerit electus. Significatur enim particulâ *καὶ* vs 32, cogitationem ad probandam *τὴν ἡδονὴν οὐκ οὖσαν ἀγαθὸν* jam prius esse conversam.

32 s. *οὐκ οὖσαν ἀγαθὸν τὴν ἡδονὴν ἢ διαφόρους εἴδει* (*οὔσας τὰς ἡδονάς*). Quum per sententiam *ὅτι διάφοροι εἴδει* liceat censere *ἡδονήν τινα* vel summum esse bonum (v. ad vs 28—31), ista vocula *ἢ* paene absurda erit, nisi vox *τὴν ἡδονὴν* explicanda sit „omne genus ejus promiscue“.

34 s. *πρὸς τἀγαθὸν ὁμιλεῖν — πρὸς ἡδονήν.* De assentatorum indole v. ad 1127 a 8: ad quod enim ipsi intenti sunt, continget, si prius alteris jucundi fuerint. Quid vero est quod rectissimâ hac comparatione erit probatum? Nempe plerisque (seu *φιλουμένοις* seu *κολακευομένοις*) aliud bono esse, aliud jucundum; vel esse quibus videatur bonum quod non sit (*φαινόμενον γὰρ ἀγαθὸν ἡ ἡδονή* v. e. gr. 1113 a 34.)

1—4. Sunt *ἡδοναὶ* quas nemo qui sanus sit concupiscat.

4—8. Sunt bona quae exoptata essent, etiamsi nil *ἡδονῆς* secum afferrent.

2. *παιδίου διάνοιαν ἔχων . . . ἡδόμενος ἐφ' οἷς τὰ παιδία* (*ἥδονται*): ad quem apponitur *ὁ χαίρων ποιῶν τι τῶν αἰσχίστων.* Nec notatu indignum est quam saepe parvulorum mentio cum contemtu fiat. Dixeris illius aetatis homines, laetos quasi primis ingenii et eruditionis messibus, juveniliter despexisse eam, quâ modo ipsi egressi erant in-

1174 a 3 ὡς οἷόν τε μάλιστα, οὐδὲ χαίρειν ποιῶν τι τῶν αἰσχίστων, K μηδέποτε μέλλων λυπηθῆναι. περὶ πολλά τε σπουδὴν ποιησαίμεθ' ἂν καὶ εἰ μηδεμίαν ἐπιφέροι ἡδονήν, οἷον ὁρᾶν μνημονεύειν εἰδέναι τὰς ἀρετὰς ἔχειν. εἰ δ' ἐξ ἀνάγκης ἕπονται τούτοις ἡδοναί, οὐδὲν διαφέρει· ἑλοίμεθα γὰρ ἂν

---

fantiam; maturioris aetatis esse, si non desiderare, at diligere ea et fere suspicere quae cum infantiâ evanescunt. V. 1371 a 14 s. „honorem ab iis haud petimus *ὧν τις πολὺ καταφρονεῖ ὥσπερ παιδίων ἢ θηρίων*, quapropter nec *οὐδεὶς αἰσχύνεται παιδία καὶ θηρία* 1384 b 24. *πολλὰ φαίνεται καὶ τοῖς παιδαρίοις καὶ τοῖς κάμνουσι καὶ παραφρονοῦσι περὶ ὧν ἂν οὐθεὶς νοῦν ἔχων ἀπορήσειεν* 1214 b 29. *τὰ περὶ τὴν διάνοιαν οὕτως ἄφρονα καὶ διεψευσμένα ὥσπερ τι παιδίον ἢ μαινόμενον* 1323 a 32. nimium *τὸ διάστημα* inter eum qui *τὴν διάνοιαν παῖς ἐστιν* et inter virum quam ut societas inter illos esse possit 1165 b 26 sq.; *ἐπὶ τὸν βίον ὃν ζῶσιν ἔτι παῖδες ὄντες ἀνακάμψαι πάλιν οὐθεὶς ἂν ὑπομείνειεν εὖ φρονῶν* 1215 b 22. *ὅσα ἡδέα τοῖς παιδίοις ᾗ παιδία ἁπλῶς οὐκ ἔστιν ἡδέα* 1228 b 20. 21. *οὐδὲ παῖς* (non magis quam alia animalia) *εὐδαίμων ἐστίν* 1100 a 2. *τὸ αὐτὸν αὐτῷ φίλον εἶναι* nec *ζῴων* nec *παιδίων* est, quoniam unius cupidinis vi ducuntur 1240 b 33. inferiora amicitiae genera *καὶ ἐν παισὶ καὶ θηρίοις καὶ τοῖς φαύλοις ἐγγίνονται* 1238 a 33. Omnino vero quum ad vim *ἐπιθυμίας* vel *θυμοῦ*, ad *τὸ ἑκούσιον* et *τὴν προαίρεσιν*, ad *τὸ πράττειν* et *τὸ βίαιον*, ad *τὸ ἡδύ*, denique ad *τὴν μουσικὴν* spectatur, reliqua animalia (vel *ζῷα* vel *θηρία*) atque *τὰ παιδία* eodem loco sunt, ab humanitate remotissimo v. 1119 b 5 s.; 1111 a 25. 26; 1111 b 8. 197 b 7; 1224 a 25—30; 1236 a 1—4; 1341 a 15 s. Cf. Probl. 895 b 29 s. „quaecunque *ἥμερα* sunt, primum *ἄγρια μᾶλλον ἢ ἥμερα* esse solent". — Quae omnia vera quidem sunto, sed in malam partem versa. Nec facile quisquam alios tot ex adverso posuerit locos quibus declaretur, unde caritas parvulorum non apud parentes tantum nascatur, nedum quî fiat ut a quodam pro exemplari viris potuerint commendari.

5. *καὶ εἰ μηδεμίαν ἐπιφέροι ἡδονήν*: vs 8 *καὶ εἰ μὴ γένοιτ' ἀπ' αὐτῶν ἡδονή*. Haec ab eo dicta sunt cui ne in mentem quidem venit an forte *ἡδονὴ* sit ipsa *ἡ ἐνέργεια, ἂν ᾖ ἀνεμπόδιστος* (1153 b 10—12); quae enim recensentur „*οἷον ὁρᾶν* . . ." sunt *ἐνέργειαι*. Efficitur autem hinc nil amplius nisi „non omne bonum, quod *καθ' αὑτὸ* bonum est, *ἡδονὴν* esse". Scilicet tum *τὸ φρονεῖν καὶ ὁρᾶν* tum *ἡδοναί τινες* recte videbantur 1096 b 16—19 „*καὶ μονούμενα διώκεσθαι*" ideoque *καθ' αὑτὰ ἀγαθὰ* esse; at multa erant 1097 b 1—5 quae et suâ causâ expetuntur (*μηθενὸς γὰρ ἀποβαίνοντος ἑλοίμεθ' ἂν αὐτά*) et propter summum bonum. Quae igitur ab initio huj. cap. agitabatur quaestio ita demum expedietur, si sciverimus *πότερον διὰ τὴν ἡδονὴν τὸ ζῆν* (*ὁρᾶν μνημονεύειν εἰδέναι κ. τ. λ.*) *αἱρούμεθα ἢ διὰ τὸ ζῆν τὴν ἡδονήν* (1175 a 18). Quid enim obstat quin *τὰ σπουδαστὰ* illa vs 4 sq. suum honorem habeant, summum vero bonum *ἡ ἡδονὴ* sit quae inde profluat?

K 2 *ταῦτα καὶ εἰ μὴ γίνοιτ' ἀπ' αὐτῶν ἡδονή. — (*ὅτι μὲν οὖν οὔτε* 1174 a 8
τἀγαθὸν ἡ ἡδονὴ οὔτε πᾶσα αἱρετή, δῆλον ἔοικεν εἶναι, καὶ ὅτι εἰσί τινες αἱρεταὶ καθ' αὑτὰς διαφέρουσαι τῷ εἴδει ἢ ἀφ' ὧν). τὰ μὲν οὖν λεγόμενα περὶ τῆς ἡδονῆς καὶ λύπης ἱκανῶς εἰρήσθω.*

8—11. (**ὅτι μὲν — ἀφ' ὧν**) et corrupta et suspecta. 9. *τἀγαθὸν*] $K^b M^b O^b$ *ἀγαθὸν.* 10. 11. *εἴδει — ὧν*] K^b pr. *ἢ δεῖ ἀφ' αὐτῶν.* 11. 12. *ἱκανῶς*] om. K^b.

8—12. Duas hasce esse clausulas dixeris unius capitis. Quarum posteriore „*τὰ μὲν οὖν λεγόμενα εἰρήσθω*" vs 11. 12 indicatur jam eo perventum esse quo tendebatur: *τὰ δ' εἰρημένα περὶ τῆς ἡδονῆς ἐπέλθωμεν* 1172 b 7. Sed praeter hanc et alteri locus erat: vidimus enim inde a quarto Eudoxi argumento (1172 b 26 sq.) *τὰ λεγόμενα* quaeque ita enarrata esse, ut ad singula adderetur per quod refellerentur; sub finem vero 1173 b 31 sqq. adjuncta esse quae omnino non essent *λεγόμενα*, sed ea *ἃ λέγοιτο ἂν* vel *ἃ δοκεῖ* (1173 b 25. 31). Itaque quae rite velut *H* 2 et 3 separata exponi solent, ut prius aliorum placita, deinde dialectico more ipsius scriptoris *ἀπορίαι* explicentur, ea quodammodo in unum hoc caput conjuncta sunt. Quodsi igitur talis disserendi ratio placuerat, licebat sane in fine praeter illud „*τὰ μὲν οὖν λεγόμενα* . . ." etiam ea commemorare quae forte disputando satis viderentur probata esse („*ὅτι μὲν οὖν* . . ." vs 8—11), dummodo jam erant probabilia. Verum enimvero si verba illa *ὅτι μὲν οὖν* ad totum cap. 2 relata fuerint, reperimus in priore quidem parte usque ad 1173 b 25 sententiam *ὅτι ἡ ἡδονὴ τἀγαθὸν* defensam potius quam refutatam esse, in extremâ autem parte (—1174 a 8) nil effici nisi aut quasdam *ἡδονὰς* esse quae non sint inter bona, aut bona quaedam quae nullâ *ἡδονῇ* additâ per se expetantur. Ergo quod primum jam evictum esse dicitur *ὅτι οὐ τἀγαθὸν ἡ ἡδονή* (vs 8. 9), id eo tantum sensu verum est quo talis sententia hôc quidem operis loco vix ullum usum habebit sc. „non omne promiscue *ἡδονῆς* genus summum esse bonum": quasi non satis superque sciamus, neque *ἐνέργειαν* omnem neque ipsum bonum omne *ἁπλῶς* esse bonum, nedum summum bonum. Quae quum ita sint, perditam operam esse puto, quam quis in interpretandis atque emendandis proximis verbis „*καὶ ὅτι εἰσί τινες αἱρεταὶ καθ' αὑτὰς διαφέρουσαι τῷ εἴδει ἢ ἀφ' ὧν*" posuerit. Aut enim longe diligentiore et pleniore disputatione opus erat quam illâ quae 1173 b 31 ss. legitur, aut praedicari non poterat manifestum esse quod vs 8 manifestum esse dicitur. An ipsius Aristotelis sententiis, quae capp. 4. 5 explicantur, *τὴν ἡδονὴν* toto quasi coelo a bono diversam esse probatur? — Quâ in re qui probabilia mente excogitare voluerit, in paene contrarias partes distrahetur. Quodsi enim lubebat *διαλεκτικῶς* a bono longe *τὴν ἡδονὴν* removere, ex ipsorum Nic. quasi apparatu multo graviora argumenta suppetebant quam quae 1173 b 31 sq. leguntur. Unum laudaverim locum *τοῖς πολλοῖς ἡ ἀπάτη (ἡ περὶ τὴν βούλησιν) διὰ τὴν ἡδονὴν ἔοικε γίνεσθαι· οὐ γὰρ οὖσα ἀγαθὸν φαίνεται* 1113 a 33 s. Languet profecto

1174 a 13 τί δ' ἐστὶν ἢ ποῖόν τι, καταφανέστερον γένοιτ' ἂν ἀπ' K 3 ἀρχῆς ἀναλαβοῦσιν. δοκεῖ γὰρ ἡ μὲν ὅρασις καθ' ὁντινοῦν

---

juxta haec argumentum istud a discrimine inter amicum et adulatorem petitum. Ab alterâ vero parte etiam minus dubitabis, quin permulti fuerint qui quum vererentur ne summus praeceptor capite *K* 2 paene ad τοὺς ἡδονικοὺς transiisse videretur, talem fere clausulam qualis 1174 a 8—11 est desiderarent, oblatam undecunque acriter defenderent.

4. *Τί καὶ ποῖόν τι ἡ ἡδονή*; 1174 a 13—1176 a 29 (*K* 3. 4. 5).

A. Temporis ratione habitâ unamquamque ἡδονὴν quoquo tempore ὅλον τι καὶ τέλειον esse, ideoque nec κίνησιν nec γένεσιν ad illam pertinere ostenditur 1174 a 13—b 14.

B. Ad τὴν ἐνέργειαν potius spectandum, si quis naturam ejus perspicere voluerit. Omnino enim ἐνέργεια ea, quae undique bene habet, perficitur et consummatur per subnatam quasi suam ἡδονήν, ut ἡ ἡδονὴ ipsa videatur esse τὸ τελειοῦν τὴν ἐνέργειαν ὡς τέλος ἐπιγιγνόμενον —1175 a 3. Unde apparet, tum cur nulla ἡδονὴ perpetua sit (neque enim ἐνέργεια ulla humana) tum cur omnes ad eam ferantur (siquidem vivere, quod in actione quâdam positum est, omnes concupiscunt) —1175 a 10—a 21.

C. Demonstratâ necessitudine inter τὴν ἐνέργειαν et inter τὴν ἡδονὴν sequitur diversa genera τῶν ἡδονῶν esse. Primum enim diversae sunt αἱ ἐνέργειαι, ergo et αἱ ἡδοναὶ quibus illae consummantur —1175 a 28. Deinde etiam vis quaedam omni ἡδονῇ inest impellendi ad suam ἐνέργειαν colendam et augendam: quae igitur ad diversa impellunt, necessario et ipsae diversae erunt —1175 b 1. Quid quod ἡδονὴ quae aliu[illegible] ἐνεργείας propria sit aliam ἐνέργειαν impedit? ut aliunde ort[illegible] delectatione quae vim habeat non minus a qualibet oper[illegible] avocemur quam taedio vel dolore ex ipsâ illâ operâ nato a[illegible] eâdem deterremur —1175 b 24.

D. Erunt igitur αἱ ἡδοναὶ non diversae tantum sed eâdem ratio[illegible] diversae quâ αἱ ἐνέργειαι: ut aliae pravae aliae probae sin[illegible] humiles aliae, aliae purae —1176 a 3. Et habebit quodq[illegible] genus animantium, ut suum ἔργον propositum, ita vel ἡδον[illegible] propriam —1176 a 9. Quâ in re si in humano genere amp[illegible] observatur varietas (ἡδονῶν): quid tandem mirum, quum iide[illegible] et habitu et moribus tantopere differant? Humana ἡδονὴ [illegible] hilo minus una erit, scilicet ea quae ex eâ vivendi ratio[illegible] vel ex iis ἐνεργείαις est, ad quas vir honestus spectat — 1176 a 29.

13. τί δ' ἐστὶν ἢ ποῖόν τι. Corrigentis vel concedentis est τὸ ἢ ποῖόν τι: ipsum enim scriptorem non plane fugisse probabile est, [illegible] haec capp. priorem quaestionem τί ἐστιν ἡ ἡδονὴ absolutam non ess[illegible] V. ad 1174 b 33.

A. 14—b 14. Est ἡ ἡδονὴ ex eorum numero quae nihil tempori debent, unoquoque momento sunt quod sunt, sine tempore exsistunt

3 χρόνον τελεία εἶναι· οὐ γάρ ἐστιν ἐνδεὴς οὐδενός, ὃ εἰς ὕστερον γενόμενον τελειώσει αὐτῆς τὸ εἶδος. τοιούτῳ δ' ἔοικε καὶ ἡ ἡδονή· ὅλον γάρ τί ἐστι, καὶ κατ' οὐδένα χρόνον λάβοι τις ἂν ἡδονὴν ἧς ἐπὶ πλείω χρόνον γινομένης τελειωθήσεται τὸ
§ εἶδος. διόπερ οὐδὲ κίνησίς ἐστιν· ἐν χρόνῳ γὰρ πᾶσα κίνησις καὶ τέλους τινός, οἷον ἡ οἰκοδομικὴ τελεία ὅταν ποιήσῃ οὗ ἐφίεται· ἢ ἐν ἅπαντι δὴ τῷ χρόνῳ ἢ τούτῳ. ἐν δὲ τοῖς

---

16. K^b γινόμενον. 17. ὅλον] K^{b}M^{b}O^b τέλειον. γάρ τί] K^b τι γάρ. 20. ἡ οἰκοδομικὴ] scr. οἰκοδόμησις (M^b οἰκοδομή, K οἰκοδομικὴ καί). 21. δὴ] K^{b}O^b om.

(μὴ ἐν χρόνῳ b 8). Quae sententia quid dicat et quonam spectet, comparato capite Metaphysicorum 1048 b 18—36 (Θ 6) explicetur. Ita enim ἡ ὅρασις τελεία ἐστὶ καθ' ὁντινοῦν χρόνον ut uno tempore et in eâdem re aliquis dicendus sit ὁρᾶν et ἑωρακέναι (nec minus νοεῖν καὶ νενοηκέναι, ζῆν καὶ ἐζηκέναι, εὐδαιμονεῖν καὶ εὐδαιμονηκέναι l. l. 33. 34. 25—27). Cujus rei causa est quod hujus generis πράξεις (hoc enim nomine utitur Arist. illic vs 18) nullum praeter se habent πέρας vel τέλος ad quod tendant, quo perductae necessario desinant esse (παύεσθαι l. l. 26). Sui igitur juris sunt neque ipsae, si forte per aliquod tempus continuentur, e partibus quarum alia aliam aut excipiat aut quasi exspectet, compositae esse dici poterunt. — Longe diversum alterum genus est: quicunque enim ἰσχναίνει propositam habet τὴν ἰσχνασίαν, nec quicquam in eâdem re simul μανθάνει καὶ μεμάθηκεν, ὑγιάζεται καὶ ὑγίασται, βαδίζει καὶ βεβάδικεν, οἰκοδομεῖ καὶ ᾠκοδόμηκεν (l. l. 24. 25. 31). Itaque quae hujus sunt generis donec res perfecta fuerit ἀτελῆ sunt; si sit perfecta, ipsa non sunt jam. — Atqui haec duorum generum differentia ipsum est discrimen inter τὴν ἐνέργειαν et τὴν κίνησιν 1048 b 34. — Quodsi igitur hunc in modum ut 1174 a 14—19 fit ἡ ἡδονὴ apponitur τῇ ὁράσει, haud fortuito fit ut vs 19 sqq. ad τὴν κίνησιν redeatur: etenim illâ descriptione, quae vs 14 praemissa est, id genus quod τῇ κινήσει oppositum est describebatur. Denuo igitur 1174 a 19—(29—b 5—b 9) b 14 illa quaestio πότερον ἡ ἡδονὴ κίνησίς ἐστι, quae jam 1173 a 31—b 4 (u. v.) perstricta est, tractatur — trita illa, ut aliunde velut e loco Top. 121 a 31 sqq. discimus. Et similiter quidem nunc tractatur: nam quod supra erat ὅτι πάσῃ κινήσει τάχος καὶ βραδυτὴς ὑπάρχει re idem est quod hic dicitur ὅτι ἐν χρόνῳ πᾶσα κίνησις: etenim „ἐν ἅπαντι χρόνῳ τὸ θᾶττον καὶ βραδύτερόν ἐστιν“ 233 b 19 s.

20. καὶ τέλους τινός: sive ad ἕξιν quandam vel οὐσίαν sive ad metam sive ad opus aliquod (quale arti propositum est) pergitur. Quod τέλος idem est πέρας τῆς κινήσεως v. 1048 b 18. — οἷον ἡ οἰκοδομικὴ (Bekk.): scrib. οἷον οἰκοδόμησις (M^b οἷον οἰκοδομή).

21. ἢ ἐν ἅπαντι δὴ τῷ χρόνῳ (quo ad perficiendam totam rem opus erat) ἢ ἐν τούτῳ (quo finis imponitur: ἡ γὰρ τοῦ ναοῦ τελεία vs 25)

1174 a 22 μέρεσι τοῦ χρόνου πᾶσαι ἀτελεῖς, καὶ ἕτεραι τῷ εἴδει τῆς K ὅλης καὶ ἀλλήλων· ἡ γὰρ τῶν λίθων σύνθεσις ἑτέρα τῆς τοῦ κίονος ῥαβδώσεως, καὶ αὗται τῆς τοῦ ναοῦ ποιήσεως. καὶ ἡ μὲν τοῦ ναοῦ τελεία· οὐδενὸς γὰρ ἐνδεὴς πρὸς τὸ προκείμενον· ἡ δὲ τῆς κρηπῖδος καὶ τοῦ τριγλύφου ἀτελής· μέρους γὰρ ἑκατέρα. τῷ εἴδει οὖν διαφέρουσι, καὶ οὐκ ἔστιν ἐν ὁτῳοῦν χρόνῳ λαβεῖν κίνησιν τελείαν τῷ εἴδει, ἀλλ' εἴπερ, ἐν τῷ ἅπαντι. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ βαδίσεως καὶ τῶν λοιπῶν· εἰ

22. K^b μέρεσι καὶ τῷ χρόνωι. 25. γὰρ] om. K^b. 29. K^bM^b ἐπὶ (τῶν M^b) βαδίσεων.

22. πᾶσαι ἀτελεῖς sc. αἱ κινήσεις: dicuntur autem eae quae ad aedificandum necessariae sunt, in quo exemplo persistitur vs 23—27. Hae ἀτελεῖς sunt quoniam nulla earum per se τὸ τέλος, cujus causâ sunt conficit; et inter se ἕτεραι τῷ εἴδει, quia ἄλλη ἄλλου μέρους ἐστί (vs 26). Vides hac partium diversitate in unâ re continuâ cujus unum τέλος est iterum comprobari τὸ ἀτελὲς illarum partium.

23 sq. Exemplum οἰκοδομήσεως (vs 20) ita exemplo illustratur, ut illud οὗ ἐφίεται sit templum. Quo in opere lapidum compositionem, columnarum striaturam vs 23. 24 non minus partem operae esse quam substructionem et triglyphi confectionem vs 26 in aperto est. Sed ἡ τοῦ ναοῦ ποίησις vs 24. 25 recte et pro parte erit (aedis enim interior et seclusa pars ὁ ναός) et pro universâ erit operâ, quippe quae tum omnis propter τὸν ναὸν sit suscepta, tum reliquo labore perfecto ad illum conficiendum accedat. Unde et intelligetur, qui fiat ut eodem jure vs 21 dicatur ἢ ἐν ἅπαντι τῷ χρόνῳ ἢ τούτῳ, vs 28 ἐν τῷ ἅπαντι (quasi τούτου τοῦ χρόνου mentio jam non postuletur). Scilicet οὗτος ὁ χρόνος qui rem ad perfectionem perducit, haud inter reliqua τὰ μέρη τοῦ χρόνου est (vs 22); imo quoniam absolvit quae prius patranda erant cunctas partes in se quasi colligit et continet.

29—b 5. Demonstratum jam videtur esse, id motûs genus quod in artificiis spectetur omne a tempore esse aptum. Pergitur ad idem demonstrandum in eo genere quod principale est (ἡ φορά s. ἡ ἐν τόπῳ κίνησις). Quâ in re qui judicis potius quam interpretis munere fungatur, satius fuisse dixerit, diversitatem ἡδονῆς et κινήσεως in alio genere motûs ostendere. Primum enim ἡ φορὰ ita aliud est atque ἡ ἡδονή, ut ne comparari quidem possint; deinde vero is motus qui ἀλλοίωσις dicitur negligendus non erat, quippe qui tam prope ad τὴν ἐνέργειαν accedat, ut ἡ αἴσθησις, quae et a 14 et b 14 vel exemplum τῆς ἐνεργείας vel a parte τῆς ἡδονῆς est, ipsa alias ἀλλοίωσις esse dicatur; v. 416 b 34 (d. An. B 5, 1) ἡ αἴσθησις ἐν τῷ κινεῖσθαί τε καὶ πάσχειν συμβαίνει, καθάπερ εἴρηται· δοκεῖ γὰρ ἀλλοίωσίς τις εἶναι. — Sufficiat vero in haud facili quaestione exponere quid scriptor pro suâ docendi ratione verbis hh. capp. dixerit, significare quae forte pro eâdem ipsius ratione omisisse censendus sit.

29—31. εἰ γάρ ἐστιν ἡ φορὰ . . . καὶ τὰ τοιαῦτα. Si per istud

γάρ ἐστιν ἡ φορὰ κίνησις πόθεν ποῖ, καὶ ταύτης διαφοραὶ κατ' εἴδη, πτῆσις βάδισις ἅλσις καὶ τὰ τοιαῦτα· οὐ μόνον δ' οὕτως, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ βαδίσει· τὸ γὰρ πόθεν ποῖ οὐ ταὐτὸν ἐν τῷ σταδίῳ καὶ ἐν τῷ μέρει, καὶ ἐν ἑτέρῳ μέρει καὶ ἑτέρῳ, οὐδὲ τὸ διεξιέναι τὴν γραμμὴν τήνδε κἀκείνην· οὐ μόνον γὰρ γραμμὴν διαπορεύεται, ἀλλὰ καὶ ἐν τόπῳ οὖσαν, ἐν ἑτέρῳ δ' αὕτη ἐκείνης. δι' ἀκριβείας μὲν οὖν περὶ κινήσεως ἐν ἄλλοις εἴρηται, ἔοικε δ' οὐδ' ἐν ⟨τῷ⟩ ἅπαντι χρόνῳ

31. καὶ τὰ] $K^b M^b$ τά. 33. ταὐτὸν] $K^b M^b O^b$ τὸ αὐτό. 34. καὶ ἑτέρῳ] K^b καὶ ἐν ἑτέρῳ.

1. γὰρ] om. K^b. 3. οὐδ' ἐν ⟨τῷ⟩ conj. scr.; οὐκ ἐν Bekk. c. ll. (sed M^b ἐν ἅπαντι τῷ χρ.).

γὰρ subjungi videatur, quonam jure vs 29 dictum sit καὶ τῶν λοιπῶν (esse enim praeter τὴν βάδισιν alias φοράς), sententiae parum profectum erit. Sin τὰς διαφορὰς τῷ εἴδει ideo commemorari dicas ut inde in hoc quoque motûs genere τὸ ἀτελὲς percipiatur (v. ad vs 22), omni vi probandi haece carebunt. Quid enim magis in promtu quam τὰς ἡδονὰς item inter se differre? — Ceterum de generibus τῆς φορᾶς v. 639 b 1 s.; 698 a 5 s.

32. ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ βαδίσει sc. διαφοραὶ κατ' εἴδη (vs 30 s.). Τὸ γὰρ πόθεν. ποῖ οὐ ταὐτόν: τὸ δὲ πόθεν ποῖ εἰδοποιόν b 5. — Deinde vs 33 τὸ στάδιον apparet ut totum quoddam suis partibus opponi; ad idem stadium et τὰς γραμμὰς vs 34 sq. referes (τήνδε κἀκείνην — αὕτη et ἐκείνη b 2) ut altera sit linea a quâ cursus incipitur, altera quae ad metam est. Hinc translate dicebatur tum ἀπὸ γραμμῆς = ἀπ' ἀρχῆς, tum πέλας γραμμῆς ἱκέσθαι = morti appropinquare (Bekk. Anecd. 426; Eur. El. 955); et latine nota Horatii „ultima linea rerum" (Epist. I, 16, 79). Quodsi igitur haec verba recte sunt explicata, decretum erit unamquamque βάδισιν vel φορὰν idcirco in se variam atque ἀτελῆ esse quia non possit non alia post alia loca attingere.

3. περὶ κινήσεως ἐν ἄλλοις εἴρηται: hoc enim ita Physicorum fere caput est, ut ne libro quidem uno illic pertractatum sit. Spectatur vero nunc ad ea tantum quae in Phys. περὶ φορᾶς sunt: v. τὸ πόθεν ποῖ b 5.

ἔοικε δ' οὐκ ἐν ἅπαντι χρόνῳ τελεία εἶναι Bekk.; conjecturâ scripsi ἔοικε δ' οὐδ' ἐν τῷ ἅπαντι χρ. Quod enim modo a 29 sq. de hoc motûs genere disputatum est ad temporum et locorum partes refertur. Et hoc quidem ὅτι αἱ πολλαὶ τῶν κινήσεων s. φορῶν οὐδ' ἐν τῷ ἅπαντι χρόνῳ τέλειαι per Physicorum auctoritatem stat („ἔοικε"): v. Θ 8 ἡ δὲ τοῦ κύκλου συνάπτει καὶ ἔστι μόνη τέλειος 264 b 27 s.; cujus rei causa est quod reliquae, quum in infinitum abire nequeant, necessario aliquando sistantur et interpositâ quiete de novo incipiantur (ἵστανται, ἀνακάμπτουσιν). Verumtamen si nunc in materiam hinc paullo remotiorem inquirere liceret, Nicomachea in his aliquantum a

1174b τελεία εἶναι, ἀλλ' αἱ πολλαὶ ἀτελεῖς καὶ διαφέρουσαι τῷ εἴδει, εἴπερ τὸ πόθεν ποῖ εἰδοποιόν. τῆς ἡδονῆς δ' ἐν ὁτῳοῦν χρόνῳ τέλειον τὸ εἶδος. δῆλον οὖν ὡς ἕτεραί τ' ἂν εἶεν ἀλλήλων, καὶ τῶν ὅλων τι καὶ τελείων ἡ ἡδονή. δόξειε δ' ἂν τοῦτο καὶ ἐκ τοῦ μὴ ἐνδέχεσθαι κινεῖσθαι μὴ ἐν χρόνῳ, ἥδεσθαι δέ. τὸ γὰρ ἐν τῷ νῦν ὅλον τι. ἐκ τούτων δὲ δῆλον καὶ

5. δ' ἐν] Kb δ'. 6. ἕτεραί] Kb ἕτερα. εἶεν] Kb εἴη. 7. Kb δόξει δ' ἄν.

Physicorum ratione discedere viderentur. Etenim e Phys. illas φορὰς dixerim τῷ εἴδει διαφέρειν quae diversas spatii partes sequantur, ex. gr. ut alia sit sursum, alia deorsum; nec tamen eas quae ab alio in alium locum pergunt (a 32 sq. b 5): id quod omnibus commune est. Imo si iste diremtus unius et continui motûs, per quem τὸ πόθεν ποῖ unum esse negetur, placuerit, vereor ne omnis motus Eleaticis argumentis opprimatur, frustra scil. Physicorum auctore dissuadente Z 9 et 263 a 4 sqq. — Sed haec satis; ob quaestionem enim περὶ ἡδονῆς propositam (ut vs 5 sq. apparet) haud necesse erat ad ista deverti; sufficiebat si motum nullum sciamus aut esse aut absolvi nisi spatio temporis dato.

5—9. Non jam diversis motûs generibus distinctis revertitur ad illam principalem sententiam „omnino motum non esse τὴν ἡδονήν“: v. a 19 διόπερ οὐδὲ κίνησίς ἐστιν. Quâ in re novum argumentum additur „καὶ“ vs 8: non tantum ad τὸ τέλειον hinc tempore opus esse, illinc non esse, sed item ad τὸ εἶναι κίνησιν ἢ ἡδονήν. Quod enim ἐν τῷ νῦν est (vs 9), sine tempore est: v. 220 a 19 οὐδὲ μόριον τὸ νῦν τοῦ χρόνου; quapropter οὐδὲν ἐν τῷ νῦν κινεῖται 234 a 24. Est τὸ νῦν διαίρεσις καὶ πέρας χρόνου quemadmodum ἡ στιγμὴ (vs 12) γραμμῆς Phys. Δ 13 in.

9—14. V. illos qui τὴν ἡδονὴν κίνησιν καὶ γένεσιν ἀποφαίνειν πειρῶνται 1173 a 30. Quoniam vero ab initio huj. cap. tam diligenter probatum est ὅτι ἡ ἡδονὴ οὐ κίνησις, non tantum hanc sententiam de novo agitari mirum est, sed etiam illam ὅτι ἡ ἡδονὴ γένεσις: quid enim magis perspicuum quam eandem rationem quâ ἡ κίνησις refutata est (διότι ἐν χρόνῳ πᾶσα κίνησις) haud minus in τὴν γένεσιν cadere. — Ne multa: videtur Arist. vs 10 scripsisse . . . λέγουσι κίνησιν ἢ γένεσιν εἶναι τῆς ἡδονῆς; hoc enim vs 13 demonstratum esse praedicatur οὐδὲ δὴ ἡδονῆς sc. κίνησις οὐδὲ γένεσίς ἐστιν; item vs 11 sq. οὐ πάντων ταῦτα (i. e. κίνησις ἢ γένεσις εἶναι) λέγεται . . . τῶν μεριστῶν καὶ μὴ ὅλων . . . ὁράσεως. στιγμῆς. μονάδος. Namque est Aristotelis decretum ὅτι τὸ ἀμερὲς οὐκ ἐνδέχεται κινεῖσθαι v. 240 b 8 sqq. et alias in Phys. i. e. ὅτι τοῦ ἀμεροῦς ἢ ἀδιαιρέτου οὐκ ἔστι κίνησις, ut v. v. τὸ μεταβάλλον ἅπαν ἀναγκαῖον διαιρετὸν εἶναι 234 b 10 sqq. Τὴν ἡδονὴν autem ita hôc cap. saepius ὅλον τι dici ut partes non habeat, quis non videt? Ergo ad priorem sententiam ὅτι ἡ ἡδονὴ οὐ κίνησις (οὐδὲ γένεσίς) ἐστιν — ad quam et vs 13 verbis οὐδὲ τούτων οὐθὲν κίνησις οὐδὲ γένεσις respicitur —, jam altera additur

3 ὅτι οὐ καλῶς λέγουσι κίνησιν ἢ γένεσιν εἶναι τῆς ἡδονῆς. οὐ γὰρ πάντων ταῦτα λέγεται, ἀλλὰ τῶν μεριστῶν καὶ μὴ ὅλων· οὐδὲ γὰρ ὁράσεώς ἐστι γένεσις οὐδὲ στιγμῆς οὐδὲ μονάδος, οὐδὲ τούτων οὐθὲν κίνησις οὐδὲ γένεσις· οὐδὲ δὴ ἡδονῆς· ὅλον
4 γάρ τι. αἰσθήσεως δὲ πάσης πρὸς τὸ αἰσθητὸν ἐνεργούσης, τελείως δὲ τῆς εὖ διακειμένης πρὸς τὸ κάλλιστον τῶν ὑπὸ τὴν αἴσθησιν· τοιοῦτον γὰρ μάλιστ' εἶναι δοκεῖ ἡ τελεία ἐνέργεια· αὐτὴν δὲ λέγειν ἐνεργεῖν, ἢ ἐν ᾧ ἐστί, μηθὲν διαφερέτω· καθ' ἕκαστον δὲ βελτίστη ἐστὶν ἡ ἐνέργεια τοῦ ἄριστα διακειμένου πρὸς τὸ κράτιστον τῶν ὑφ' αὐτήν· αὕτη δ' ἂν ⟨καὶ⟩ τελειοτάτη εἴη καὶ ἡδίστη· κατα πᾶσαν γὰρ αἴσθησίν ἐστιν ἡδονή, ὁμοίως δὲ καὶ διάνοιαν καὶ θεωρίαν, ἡδίστη δ' ἡ τελειοτάτη· τελειοτάτη δ' ἡ τοῦ εὖ ἔχοντος πρὸς τὸ σπουδαιό-

10. τῆς ἡδονῆς] e conj.; τὴν ἡδονήν Bekk. ll. 17. μηθὲν] K^b M^b μή. 19. post αὐτήν Bekk. punctum; K^b ὑπ' αὐτήν. 20. ⟨καὶ⟩ conj. add. 22. εὖ] om. K^b.

ὅτι τῆς ἡδονῆς οὐκ ἔστι κίνησις οὐδὲ γένεσις. Cf. 246 b 11 (25) τὰ πρός τι οὔτ' αὐτά ἐστιν ἀλλοιώσεις, οὔτε αὐτῶν ἐστὶν ἀλλοίωσις οὐδὲ γένεσις οὐδὲ ὅλως μεταβολή. Placent talia acumina Graecis; nec mirum, si nobis non sint nomina eorum tradita qui ista οὐ καλῶς λέγουσιν (vs 10).

B. 14—1175 a 21. Consentaneum, τὴν ἡδονὴν quoniam a toto genere κινήσεως diversa est jam a parte τῆς ἐνεργείας quaeri: v. ad 1174 a 14 sqq. Pro exemplo autem τῆς ἐνεργείας, a quo ad ipsum genus transitus pateat, eodem modo b 14 sq. ἡ αἴσθησις est ut a 14 ἡ ὅρασις fuit.

14—23 (τῶν ὑφ' αὐτήν). Ostenditur eandem τὴν ἐνέργειαν et optimam suo in genere et suavissimam esse i. e. esse τὴν ἡδονὴν ubicunque ἡ ἐνέργεια bene habeat. — Constructionem ab initio impeditam apodosis cum particulâ δὲ excipit. Sin singula, quamquam in re leviore, diligentius perpenderis, invenies interpunctionem Bekkerianam paullo immutandam fuisse: vis enim apodoseos in unis verbis αὕτη δ' ἂν τελειοτάτη εἴη καὶ ἡδίστη vs 19. 20 inest; quae vero praecedunt vs 18 s. καθ' ἕκαστον δὲ . . . haud aliam dignitatem habent quam priora vs 17 αὐτὴν δὲ λέγειν . . .

19. αὕτη δ' ἂν τελειοτάτη εἴη καὶ ἡδίστη (Bekk.): αὕτη i. e. ἡ τοῦ ἄριστα διακειμένου πρὸς τὸ κράτιστον . . . Βελτίστη eadem vs 18 erat et nomine tantum alio nunc vocatur τελειοτάτη: compara enim verba τὴν τελειοτάτην vs 22 s. describentia cum iis quibus vs 18 ἡ βελτίστη descripta est. Unde sequitur, scribendum fuisse αὕτη δ' ἂν καὶ τελειοτάτη εἴη καὶ ἡδίστη „non tantum — sed etiam“.

21. ὁμοίως δὲ καὶ διάνοιαν καὶ θεωρίαν: sunt igitur jam tria genera ἡδονῆς: ἀπ' αἰσθήσεως, ἀπὸ διανοίας, ἀπὸ θεωρίας (et similiter b 34 s. 1175 a 13—15 et ib. 27. 1175 b 34—1176 a 3). De reliquis

1174 b 23 τατον τῶν ὑφ' αὐτήν. τελειοῖ δὲ τὴν ἐνέργειαν ἡ ἡδονή. οὐ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἥ τε ἡδονὴ τελειοῖ καὶ τὸ αἰσθητόν τε καὶ ἡ αἴσθησις, σπουδαῖα ὄντα· ὥσπερ οὐδ' ἡ ὑγίεια καὶ ὁ ἰατρὸς ὁμοίως αἴτιά ἐστι τοῦ ὑγιαίνειν. (*καθ' ἑκάστην δ' αἰσθη- K

26—31. (*καθ' ἑκάστην — πεισομένου*) hinc removenda vid.

tacetur, quamquam mox apparet cujuscunque ἐνεργείας esse ἡδονήν, v. ad 1175 a 21.

23—1175 a 3. Proceditur. Etenim quum αἱ ἐνέργειαι quae perfectae sint eaedem et suaves esse dictae sint, jam additur quid faciat ἡ ἡδονὴ ad τὴν ἐνέργειαν cujus est, vel quânam ratione inter se conjunctae sint ἡδονὴ et ἐνέργεια. Quod quidem argumentum ea intercipiunt quae b 26—31 leguntur, ad q. l. v.

23. τελειοῖ δὲ τὴν ἐνέργειαν ἡ ἡδονή. Quum τελειοῦν dicendum sit quodcunque τέλειον ποιεῖ, ipsum autem τὸ τέλειον, ut vel locus Metaph. Δ 16 testatur, non minus quam τὸ ποιεῖν diversa significet, egent haec verba definitione, idque eo magis quoniam ἡ ἐνέργεια de quâ agitur modo per se τελεία esse dicta est vs 20. 22. Quodsi igitur quaeratur quonam sensu ἡ ἡδονὴ censeatur τελειοῦν, nec tutum nec rectum erit mente id arripere quod postea in aliâ parte quaestionis ἡ ἡδονὴ videtur συναύξειν τὴν ἡδονὴν vel ἐξακριβοῦν (1175 a 30. b 14). Neque enim, si accuratius distinguas, ea ἐνέργεια augetur vel acuitur cujus ipsa ἡδὶ ἡ ἡδονὴ est, sed ejusdem quidem generis ἐνέργεια at ea quae insequitur. Imo hoc ipso loco bis scriptorem explicuisse constat qualem jam dicat τελείωσιν: tum vs 23—26, tum vs 31—33. Inter quos locos si necessario concentus quidam postulatur, apparet τὸ ἐπιγινόμενον τέλος atque τὴν ὥραν τῶν ἀκμαίων vs 33 ad id causarum genus pertinere, a quo quam maxime alienum remotumque est τὸ ὅθεν ἡ κίνησις atque ὁ ἰατρός (vs 26). Num igitur ἡ ἡδονὴ ita τελειοῦν dicitur quemadmodum sanitas causa est τοῦ ὑγιαίνειν (vs 25)? Neque hoc voluisse Aristotelem censeo, ideoque vs 32 addidisse οὐχ ὡς ἡ ἕξις ἐνυπάρχουσα: haec enim valentibus ipsa ἡ ὑγίεια est. Cur igitur adscripsit verba ὥσπερ οὐδ' ἡ ὑγίεια . . . τοῦ ὑγιαίνειν vs 25. 26? Nimirum ut exemplo medici et sanitatis quo saepius utitur (velut 1144 a 4; cf. 1249 b 12. 1075 b 8—10; cf. 1218 b 20) primum omnino diversa causarum genera esse moneret, deinde τὸ ὅθεν ἡ κίνησις saltem et omnem causam efficientem (quam dicunt) a ministerio τῆς ἡδονῆς secluderet.

26—31. καθ' ἑκάστην δὲ αἴσθησιν . . . καὶ τοῦ πεισομένου. Dubitationem haec facile movebunt, quippe quae non tantum tota, neglectâ sententiâ quae modo vs 23 incepta est, ad priora illa vs 14—23 revertantur, sed etiam comparata cum verbis vs 20—23 omni vi orbata sint; illic enim praeter πᾶσαν αἴσθησιν etiam διάνοια καὶ θεωρία commemorabatur, hic ad ἑκάστην αἴσθησιν consistitur nec quidquam praeterea additur quod novum vel memorabile sit. Itaque vel ii qui probe sciant, ab Aristotelis scribendi genere regressionem quandam et quasi haesitationem haud alienam esse, ista spuria esse conjiciant. Neque

C 4 σιν ὅτι γίνεται. ἡδονή, δῆλον· φαμὲν γὰρ ὁράματα καὶ 1174 b 27 ἀκούσματα εἶναι ἡδέα. δῆλον δὲ καὶ ὅτι μάλιστα, ἐπειδὰν ἥ τε αἴσθησις ᾖ κρατίστη καὶ πρὸς τοιοῦτον ἐνεργῇ· τοιούτων δ' ὄντων τοῦ τε αἰσθητοῦ καὶ τοῦ αἰσθανομένου ἀεὶ ἔσται ἡδονὴ ὑπάρχοντός γε τοῦ ποιήσοντος καὶ τοῦ πεισομένου.*) τελειοῖ δὲ τὴν ἐνέργειαν ἡ ἡδονὴ οὐχ ὡς ἡ ἕξις ἐνυπάρχουσα, ἀλλ' ὡς ἐπιγιγνόμενόν τι τέλος, οἷον τοῖς ἀκμαίοις ἡ ὥρα· ἕως ἂν οὖν τό τε νοητὸν ἢ αἰσθητὸν ᾖ οἷον δεῖ καὶ τὸ κρῖνον ἢ θεωροῦν, ἔσται ἐν τῇ ἐνεργείᾳ ἡ ἡδονή· ὁμοίων γὰρ ὄντων καὶ 1175 a πρὸς ἄλληλα τὸν αὐτὸν τρόπον ἐχόντων τοῦ τε παθητικοῦ καὶ τοῦ ποιητικοῦ ταὐτὸ πέφυκε γίνεσθαι. πῶς οὖν οὐδεὶς

31. K[b] *πησομένου.*

enim mutato sententiarum ordine sanari poterunt, sed aut ferenda erunt aut delenda.

33. *οἷον τοῖς ἀκμαίοις ἡ ὥρα* sc. *ἐπιγιγνόμενόν τί ἐστι τέλος.* Flos ille, qui sanae et robustae juventuti non deesse solet (v. proxima verba *ἕως ἂν οὖν κ. τ. λ.*) et si desit sollicitudinem de juvenilis corporis valetudine incutiet, tamen tanquam decor quidam ad ipsam *τὴν ἀκμὴν* insuper quasi accedere videtur. Cui flori si bene *ἡ ἡδονὴ* componitur, sciemus quodammodo *πῶς ἔχει πρὸς τὴν ἐνέργειαν*, sed minus sciemus *τί ἐστιν* (a 13). An *ἐνέργεια* et ipsum est quod *ὡς τέλος τι τῇ ἐνεργείᾳ ἐπιγίγνεται?* Quodnam igitur genus *ἐνεργείας?* cf. 1175 b 34. 35. Sin vero neque *ἐνέργεια* nec *κίνησις* est *ἡ ἡδονή*, quid tandem esse dicetur? — Praeterea Aristoteli pro suâ ratione, ut quaestio mota absolveretur, reputandum erat quod profecto etiam *ταῖς κινήσεσι* re bene gestâ *ἡδονὴ* quaedam tanquam *τέλος ἐπιγίγνεται.*

3—10 sqq. Manifesta quaedam, quae in rerum veritate observantur, cum eâ descriptione *τῆς ἡδονῆς* quae modo reperta est bene concinere ostenditur vs 3—10; vs 10 sqq. Unde tum rei cognitio adjuvatur tum definitio ipsa probatur (*τῷ γὰρ ἀληθεῖ πάντα συνᾴδει τὰ ὑπάρχοντα* 1098 b 11). Et primum quidem (vs 3—10) jam facile intelligitur quî fiat ut nemo perpetuo (eâdem re) delectetur: quam ad rem etiam libro *H* respici meminimus 1154 b 20—31; idem enim quod impedit quominus perpetua sit *ἡδονή*, efficit ut sint variae.

3. 4. *πῶς οὖν οὐδεὶς συνεχῶς ἥδεται;* i. e. *διὰ τί οὐδεὶς ἡδόμενος διατελεῖ, ἀλλ' ἡσθεὶς χρόνον τινὰ παύεται ἡδόμενος;* Siquidem enim *ἡ ἡδονὴ* (et *ἡ ἐνέργεια*) *ὅλον τί ἐστι καὶ τέλειον καθ' ὁντινοῦν χρόνον*, imo sine tempore est (1174 a 14. 17. b 5—9), quaeri profecto poterat annon omnino libera esset a temporis ratione. Nec minus quaeri poterat — id quod negligitur — unde omnino in eâ re continui aliquid exsistat quae unoquoque temporis momento absolvitur. Certo enim *τὰ νῦν* (v. 1174 b 9), quamvis multa sint, non magis temporis ullum spatium implent quam multitudine punctorum linea conficitur.

1175 a 4 συνεχῶς ἥδεται; ἢ* κάμνει; πάντα γὰρ τὰ ἀνθρώπεια ἀδυνατεῖ συνεχῶς ἐνεργεῖν· οὐ γίνεται οὖν οὐδ' ἡδονή ⟨συνεχής⟩· ἕπεται γὰρ τῇ ἐνεργείᾳ. ἔνια δὲ τέρπει καινὰ ὄντα, ὕστερον δὲ οὐχ ὁμοίως διὰ ταὐτό· τὸ μὲν γὰρ πρῶτον παρακέκληται ἡ διάνοια καὶ διατεταμένως περὶ αὐτὰ ἐνεργεῖ, ὥσπερ κατὰ τὴν ὄψιν οἱ ἐμβλέποντες, μετέπειτα δὲ οὐ τοιαύτη ἡ ἐνέργεια ἀλλὰ παρημελημένη· διὸ καὶ ἡ ἡδονὴ ἀμαυροῦται. ὀρέγεσθαι δὲ τῆς ἡδονῆς οἰηθείη τις ἂν ἅπαντας, ὅτι καὶ τοῦ ζῆν ἅπαντες

4. ἢ * κάμνει;] vitiosum. 5. ⟨συνεχής⟩ e conj. add. 9. K[b] δὴ οὐ τοιαύτη ἐνέργεια; (nec vid. quod Bekk. recepit in ullo l. esse).

4. ἢ κάμνει; Patitur quicunque κάμνει: morbo verum vel debilitate non posse perpetuo dum vivat hominem gravari, quis dicat? Longe aliud est quod 1176 b 34 s. dicimur ἀδυνατεῖν συνεχῶς πονεῖν. Vel id aliud, si scriptum esset ὅτι οὐδὲ ἀλγεῖ οὐδεὶς συνεχῶς. — Vocabulum κάμνει verum esse non credo. Nonne enim cernimus, quam in partem genus τῇ ἡδονῇ oppositum hac in re pro argumento esse possit? Nempe quatenus vel ad hoc aliquâ operâ vel contentione hominis opus est (v. vs 5 συνεχῶς ἐνεργεῖν). In hanc igitur partem et appellandum erat.

5. οὐ γίνεται οὖν οὐδ' ἡδονή sc. συνεχής. Quae vox quomodo rectâ cum ratione omitti potuerit, non video. — ἕπεται γὰρ τῇ ἐνεργείᾳ: οὐδεμία δὲ ἐνέργεια συνεχής. Nam quamvis quodam modo dum vivimus agamus (ἡ γὰρ ζωὴ ἐνέργειά τις vs 12), tamen unaquaeque vel ἐνέργεια vel ἡδονὴ remissione eget. Hoc enim ab initio vs 3 sq. dicebatur ὅτι οὐδεὶς συνεχῶς ἥδεται.

7. διὰ ταὐτό: aliud igitur genus rerum dicitur in quo eadem valet ratio. Commune enim rebus humanis est ut omnia, quoniam τὸ συνεχὲς non habent, post aliquod tempus minus vigeant quam prius vel ab initio; sed pleraque in diem quasi delectant quae minime a novitate (καινὰ vs 6) commendantur. Suam quandam dulcedinem habent quae nova sunt; nec temere factum ut τέρπειν dicantur. Quis enim neget, pro Topicorum tantum ratione verum esse ὅτι χαρὰ καὶ τέρψις καὶ εὐφροσύνη πάντα τοῦ αὐτοῦ, τῆς ἡδονῆς, ὀνόματά ἐστιν (112 b 22 sq.)?

10—21. „Deinde vero (v. ad vs 3—10) illud quoque, quod omnis ἡδονῆς studio ducuntur, non jam mirum esse poterit." Hinc enim Eudoxi rationes proficiscebantur; hoc ut e medio tollerent frustra Platonici tentabant; idem ipsi Aristoteli gravissimum videbatur; v. 1172 b 9 sq. 1172 b 35 sq., ibique quae adnotata sunt.

11. ὅτε καὶ τοῦ ζῆν ἅπαντες ἐφίενται: hoc enim ita certum est (ὅτε fere i. q. ἐπειδή), ut unicuique magis nullâ demonstratione additâ probetur quam propter quaelibet argumenta; v. ad 1170 a 19—29, ib. 20 s. Utitur autem Arist. h. l. vitâ tanquam termino medio per quem τὸ αἱρετὸν adjudicetur τῇ ἐνεργείᾳ perque illam τῇ ἡδονῇ: vitam enim ἐνέργειαν esse, suam cuique vitam quasi suam ἐνέργειαν vel id genus

4 ἐφίενται· ἡ δὲ ζωὴ ἐνέργειά τίς ἐστι, καὶ ἕκαστος περὶ ταῦτα 1175 a 12 καὶ τούτοις ἐνεργεῖ ἃ καὶ μάλιστ' ἀγαπᾷ, οἷον ὁ μὲν μουσικὸς τῇ ἀκοῇ περὶ τὰ μέλη, ὁ δὲ φιλομαθὴς τῇ διανοίᾳ περὶ τὰ θεωρήματα, οὕτω δὲ καὶ τῶν λοιπῶν ἕκαστος. ἡ δὲ ἡδονὴ τελειοῖ τὰς ἐνεργείας, καὶ τὸ ζῆν δέ, οὗ ὀρέγονται. εὐλόγως οὖν καὶ τῆς ἡδονῆς ἐφίενται· τελειοῖ γὰρ ἑκάστῳ τὸ ζῆν, αἱρετὸν

5 ὄν. πότερον δὲ διὰ τὴν ἡδονὴν τὸ ζῆν αἱρούμεθα ἢ διὰ τὸ ζῆν τὴν ἡδονήν, ἀφείσθω ἐν τῷ παρόντι. συνεζεῦχθαι μὲν γὰρ ταῦτα φαίνεται καὶ χωρισμὸν οὐ δέχεσθαι· ἄνευ τε γὰρ ἐνεργείας οὐ

5 γίνεται ἡδονή· πᾶσάν τε ἐνέργειαν τελειοῖ ἡ ἡδονή. ὅθεν δοκοῦσι

21. τε] K^b O^b τε γὰρ (M^b γάρ).

ἐνεργείας quo delectetur (vs 12 sq.). Itaque qui τῷ τελειουμένῳ (τῇ ἐνεργείᾳ) addictus est, non potest non etiam τῷ τελειοῦντι (τῇ ἡδονῇ) addictus esse (vs 15—18).

18. πότερον δὲ διὰ τὴν ἡδονὴν τὸ ζῆν αἱρούμεθα ... Emergit quaestio quid vere sit αἱρετόν, utrum vita (vel ἡ ἐνέργεια) an ἡ ἡδονή. Pro huj. enim loci ratione id ὃ αἱρούμεθα re idem est τὸ αἱρετόν. Nec temere fit ut ita quaeratur: quum enim modo vs 12 scriberetur ἕκαστος περὶ ταῦτα καὶ τούτοις ἐνεργεῖ ἃ καὶ μάλιστ' ἀγαπᾷ, ductus quasi vel principatus τῇ ἡδονῇ dari videbatur. Est vero haec quaestio ita principalis, ut vix intelligatur quânam ratione ductus Arist. illam sub finem Ethicorum potuerit ἀφιέναι ἐν τῷ παρόντι (vs 19): hinc enim remota haud mirum quod nusquam absoluta est. In ancipiti igitur relinquetur utrum vita vel ἡ ἐνέργεια sit τἀγαθὸν an ἡ ἡδονή — id enim genus, cujus causâ alterum appetatur, hominibus profecto summum erit bonum eritque periculum ne τὸ ἐπιγινόμενον τέλος ad usum universae vitae revera τέλος sit et οὗ ἕνεκα. — Unum sane memorabili hoc loco comprobatum erit sc. quam parum certa in extremo cap. 2 pro certis vendita sint, quum scriberet Arist. — si illa verba scripsisse putandus est — ὅτι μὲν οὖν οὐ τἀγαθὸν ἡ ἡδονὴ ... δῆλον ἔοικεν εἶναι, v. ad 1174 a 8—12.

19. 20. συνεζεῦχθαι ... χωρισμὸν οὐ δέχεσθαι v. b 32. 35 ἀδιόριστοι οὕτως ὥστ' ἔχειν ἀμφισβήτησιν εἰ ταὐτόν ἐστιν ἡ ἐνέργεια τῇ ἡδονῇ ... διὰ τὸ μὴ χωρίζεσθαι φαίνεταί τισι ταὐτόν. — Particulam μὲν γὰρ non habere quo excipiatur, notandum.

21. πᾶσάν τε ἐνέργειαν τελειοῖ ἡ ἡδονή. Primum his verbis ad universam ἐνέργειαν refertur ἡ ἡδονή (v. ad 1174 b 21); hucusque enim τῶν αἰσθήσεων tantum et τοῦ διανοητικοῦ mentio facta est. Negligi τὰς πράξεις, quippe quae mox et in beatitate secundo sint loco (cap. 8), in hac parte disputationis non prorsus contra opinionem accidit. Nec pariter omnia quae modo disputata sunt τοῖς πρακτικοῖς velut viro forti placebunt: meminimus enim inter alia ὅτι οὐκ ἐν ἁπάσαις ταῖς ἀρεταῖς τὸ ἡδέως ἐνεργεῖν ὑπάρχει, πλὴν ἐφ' ὅσον τοῦ τέλους ἐφάπτεται 1117 b 15. — Ceterum duplici isto τὲ (ἄνευ τε γὰρ ἐνεργείας ...

1175 a 22 καὶ τῷ εἴδει διαφέρειν· τὰ γὰρ ἕτερα τῷ εἴδει ὑφ' ἑτέρων οἰόμεθα τελειοῦσθαι. οὕτω γὰρ φαίνεται καὶ τὰ φυσικὰ καὶ τὰ ὑπὸ τέχνης, οἷον ζῷα καὶ δένδρα καὶ γραφὴ καὶ ἀγάλματα καὶ οἰκία καὶ σκεῦος. ὁμοίως δὲ καὶ τὰς ἐνεργείας τὰς διαφερούσας τῷ εἴδει ὑπὸ διαφερόντων τῷ εἴδει τελειοῦσθαι. διαφέρουσι δ' αἱ τῆς διανοίας τῶν κατὰ τὰς αἰσθήσεις καὶ αὗται ἀλλήλων κατ' εἶδος· καὶ αἱ τελειοῦσαι δὴ ἡδοναί. K

24. ἀπὸ τέχνης postulabat Zell. K^b ἄγαλμα. 25. τὰς διαφ.] K^bM^b διαφ. 28. αὗται] e $L^bM^bO^b$; αὐταὶ Bekk. c. rell.

πᾶσάν τε ἐνέργειαν . . .) ea ratio inter ἐνέργειαν interque ἡδονὴν intercedere dicitur quae logice unâ voce vocatur „ἀντιστρέφει".

C. 21—b 24. Triplici argumentatione efficitur, diversas inter se esse τὰς ἡδονάς. Neque indigna est haec res quae suo quasi capite tractetur. Quodsi enim omnis laudatio τῆς ἡδονῆς honestati et bonis moribus officere videatur (v. 1172 a 28—33), quia promiscue per illam ad proba et ad prava ducamur, satis cautum esse videbitur dummodo non minus diversae inter se atque oppositae αἱ ἡδοναὶ esse credantur quam ipsae αἱ ἐνέργειαι: ut qui alia genera amplectatur ob id ipsum necessario respuat alia.

a) 21—28.

21. ὅθεν δοκοῦσι καὶ τῷ εἴδει διαφέρειν. Propositio ea, ad quam probandam deinde argumenta congeruntur, primum recte ab ipsâ definitione τῆς ἡδονῆς quae 1174 b 14 sqq. (B) reperta est apta esse dicitur (ὅθεν).

23. οὕτω γὰρ φαίνεται καὶ τὰ φυσικὰ . . . Negligentius haec scripta, ut fit in comparatione. Dicitur „quod omnino probabile videtur (οἰόμεθα vs 22), id in iis rebus quae oculis subjectae sunt fieri cernimus (φαίνεται) sc. τὰ ἕτερα ὑφ' ἑτέρων τελειοῦσθαι". Et alia sunt quae minus placeant: τὰ ὑπὸ τέχνης (Zellius corrigebat ἀπό); numerus in exemplis vs 24. 25 sive ἀγάλματα sive ἄγαλμα (K^b) ratum est; in proximâ sententiâ „ὁμοίως δὲ καὶ . . ." infinitivus τελειοῦσθαι vs 26, ad quem verbi finiti loco οἰόμεθα potius e vsu 22 quam φαίνεται (vs 23) cogitandum erit.

28. καὶ αὐταὶ ἀλλήλων (Bekk.): imo καὶ αὗται ἀλλήλων ($L^bM^bO^b$), nisi forte plenius dixit Arist. καὶ αὖ ἑκάτεραι ἀλλήλων cf. 1176 a 2. 3.

b) 29—b 1.

Tam bene haec demonstratio expressa est ut dubitatio de sententiâ nulla sit: συναύξει ἡ ἡδονὴ τὴν ἐνέργειαν· τὸ συναῦξον οἰκεῖον (συνῳκειωμένον)· τὰ ἑτέροις τῷ εἴδει οἰκεῖα καὶ αὐτὰ ἕτερα τῷ εἴδει. Sed vides, si pro συναύξει scribatur τελειοῖ, plane eandem argumentationem modo vs 21—28 fuisse. Unde efficitur, aliud Aristoteli esse τελειοῦν ἐνέργειαν, aliud συναύξειν ἐνέργειαν. Etenim, etiamsi temporis ratio in his non agnoscitur, tamen verum est τελειοῦσθαι quod inchoatum fuerit quatenus jam fuerit, συναύξεσθαι quod continuetur. V. ad 1174 b 23. Nec fortuito accidit ut ii quibus ἡ ἐνέργεια συναύξεται dican-

§ 5 *φανείη δ' ἂν τοῦτο καὶ ἐκ τοῦ συνῳκειῶσθαι τῶν ἡδονῶν ἑκά-* 1175 a 29 *στην τῇ ἐνεργείᾳ ἣν τελειοῖ. συναύξει γὰρ τὴν ἐνέργειαν ἡ οἰκεία ἡδονή· μᾶλλον γὰρ ἕκαστα κρίνουσι καὶ ἐξακριβοῦσιν οἱ μεθ' ἡδονῆς ἐνεργοῦντες, οἷον γεωμετρικοὶ γίνονται οἱ χαίροντες τῷ γεωμετρεῖν, καὶ κατανοοῦσιν ἕκαστα μᾶλλον, ὁμοίως δὲ καὶ φιλόμουσοι καὶ φιλοικοδόμοι καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστοι ἐπιδιδόασιν εἰς τὸ οἰκεῖον ἔργον χαίροντες αὐτῷ. συναύξουσι δὴ αἱ ἡδοναί, τὰ δὲ συναύξοντα οἰκεῖα. τοῖς* § *ἑτέροις δὲ τῷ εἴδει καὶ τὰ οἰκεῖα ἕτερα τῷ εἴδει. ἔτι δὲ* 1175 b *μᾶλλον τοῦτ' ἂν φανείη ἐκ τοῦ τὰς ἀφ' ἑτέρων ἡδονὰς ἐμποδίους ταῖς ἐνεργείαις εἶναι· οἱ γὰρ φίλαυλοι ἀδυνατοῦσι τοῖς λόγοις προσέχειν, ἐὰν κατακούσωσιν αὐλοῦντος, μᾶλλον χαίροντες αὐλητικῇ τῆς παρούσης ἐνεργείας· ἡ κατὰ τὴν αὐλητικὴν οὖν ἡδονὴ τὴν περὶ τὸν λόγον ἐνέργειαν φθείρει. ὁμοίως*

---

31. *μᾶλλον*] K^b *μόνον*. 34. K^b *καὶ φιλοδόκιμοι τῶν ἄλλων*. 36. *δὴ*] conj. scr. (item vulg); *δὲ* Bekk. ll.
4. K^{b}M^b *κατακούωσιν*.

---

tur *ἐπιδιδόναι* vs 35; incitatur enim *ἡ ἐνέργεια* et ita vel increscit vel adolescit — nimirum donec vis ejus pro humanâ debilitate rursus languescat (vs 3—10). Ut differre quae discernimus intelligantur, cogitetur et *ἡ ἐνέργεια* et *ἡ ἡδονὴ* quales ab initio 1174 a 14 sq. esse dicebantur. Sit *ὅρασις* quaedam uno temporis momento, dein illico finem habeat; *τελεία* fuerit dummodo vigente sensu perceptum erit quod perceptu dignum fuit; nec deesse poterit *ἡ ἡδονὴ τελειοῦσα ὡς τέλος ἐπιγινόμενον*; atqui eadem tanquam *συναύξουσα* nunc locum non habebit.

30. 31. *μᾶλλον γὰρ ἕκαστα κρίνουσι καὶ ἐξακριβοῦσιν*: facit igitur *ἡ ἡδονὴ* ut sensus vel mens melius operâ suâ fungatur vel *ὥστε βέλτιον διακεῖσθαι τὴν αἴσθησιν ἢ τὴν διάνοιαν πρὸς τὸ ὑφ' αὐτήν* (v. 1174 b 15. 18. 22). Videsne igitur utrius *τελειώσεως* (ib. 23—25) haec sint?

c) 1—24.

Idem ut etiam magis eluceat, observatur quonam modo is afficiatur in quo complures uno tempore ἐνέργειαι exstiterint. Quae enim ἐνέργεια plus ἡδονῆς secum attulerit alteram vel reprimet vel expellet (—vs 10). *Neque igitur qui in eâ occupatus sit quae valde placeat aliam facile admittet, et quo minus quis jam hac delectetur eo libentius ad illam convertetur cui addictus est* (—vs 13). *Unde apparet alienam ἡδονὴν aeque cuilibet ἐνεργείᾳ obesse atque eam λύπην quae ipsi τῇ ἐνεργείᾳ sit adjuncta. Ergo tam diversae αἱ ἡδοναὶ inter se sunt, ut contraria efficiant idemque alio in genere quod res maxime diversa (ἡ λύπη) suo in ἐνεργείας genere efficit* —b 24.

2. *τοῦτ'*, ut *τοῦτο* a 29, sc. *ὅτι τῷ εἴδει διαφέρουσιν αἱ ἡδοναί*.

1175 b 7 δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων συμβαίνει, ὅταν ἅμα περὶ δύο ἐνεργῇ· ἡ γὰρ ἡδίων τὴν ἑτέραν ἐκκρούει, κἂν πολὺ διαφέρῃ κατὰ τὴν ἡδονήν, μᾶλλον, ὥστε μηδ' ἐνεργεῖν κατὰ τὴν ἑτέραν. διὸ χαίροντες ὁτῳοῦν σφόδρα οὐ πάνυ δρῶμεν ἕτερον, καὶ ἄλλα ποιοῦμεν ἄλλοις ἠρέμα ἀρεσκόμενοι, καὶ ἐν τοῖς θεάτροις οἱ τραγηματίζοντες, ὅταν φαῦλοι οἱ ἀγωνιζόμενοι ὦσι, τότε μάλιστ' αὐτὸ δρῶσιν. ἐπεὶ δ' ἡ μὲν οἰκεία ἡδονὴ ἐξακριβοῖ τὰς ἐνεργείας καὶ χρονιωτέρας καὶ βελτίους ποιεῖ, αἱ δ' ἀλλότριαι λυμαίνονται, δῆλον ὡς πολὺ διεστᾶσιν· σχεδὸν γὰρ αἱ ἀλλότριαι ἡδοναὶ ποιοῦσιν ὅπερ αἱ οἰκεῖαι λῦπαι· φθείρουσι γὰρ τὰς ἐνεργείας αἱ οἰκεῖαι λῦπαι, οἷον εἴ τῳ τὸ γράφειν ἀηδὲς καὶ ἐπίλυπον ἢ τὸ λογίζεσθαι· ὁ μὲν γὰρ οὐ γράφει, ὁ δ' οὐ λογίζεται, λυπηρᾶς οὔσης τῆς ἐνεργείας. συμβαίνει δὴ περὶ τὰς ἐνεργείας τοὐναντίον ἀπὸ τῶν οἰκείων ἡδονῶν τε καὶ λυπῶν· οἰκεῖαι δ' εἰσὶν αἱ ἐπὶ τῇ ἐνεργείᾳ καθ' αὑτὴν γινόμεναι. αἱ δ' ἀλλότριαι ἡδοναὶ εἰρη-

10. δρῶμεν] $K^b M^b O^b$ διορῶμεν. 20. K^b περὶ τῆς.

8. ἡ γὰρ ἡδίων sc. ἐνέργεια: id quod verbo „ὅταν . . . ἐνεργῇ“ provisum est. Item in verbo ἐνεργῇ subjectum τὶς post pluralem οἱ φίλαυλοι vs 3 nil habet molesti.

10—13. Acuta haec et paene lepida observatio non tam demonstrandi quam illustrandi vim habet. „Eodem modo quo vigens aliqua ἡδονὴ alienam ἐνέργειαν aut arcet aut reprimit, ea quae languet aliam ἐνέργειαν quae sit suavis arcessit quasi et elicit.“ Videtur igitur natura humana quendam modum (ut ita dicam) ἡδονῆς repletum flagitare: ad quem modum si unum genus non sufficiat, advocato alio genere supplebitur. Novum hoc, nec in eam sententiam spectat ὅτι διάφοροι αἱ ἡδοναί: cf. potius 1154 b 2- 9.

15. δῆλον ὡς πολὺ διεστᾶσιν: ἡ οἰκεία ἡδονὴ καὶ ἡ ἀλλοτρία. Sed intelliges, istud τὸ διεστάναι et τὸ διαφέρειν τῷ εἴδει differre. Annon et ἡδονὴ aliqua quae maxime similis et cognata sit tum ἀλλοτρία esse tum λυμαίνεσθαι dicenda erit? Sed stat summa sententiae, dummodo αἱ ἡδοναὶ arcte et ita ut disjungi nequeant suae quaeque ἐνεργείᾳ videantur adjunctae ejusdemque naturae participes esse. V. vs 24 sqq.

21. οἰκεῖαι δ' εἰσὶν αἱ ἐπὶ τῇ ἐνεργείᾳ καθ' αὑτὴν γινόμεναι. Quum inde a vsu 14 saepius τὸ οἰκεῖον τῷ ἀλλοτρίῳ sit oppositum, sero addere Arist. videatur quid jam dicat οἰκεῖον. Nec tamen inutile quod addit. Quum enim modo sine discrimine ἡδονὰς καὶ λύπας dixisset οἰκείας ταῖς ἐνεργείαις, cavendum putavit ne mire videretur locutus esse. Nam eo sensu, quo plerumque τὸ οἰκεῖον dicitur atque quo rectissime τῇ ἡδονῇ tribuitur, λῦπαι οἰκεῖαι ταῖς ἐνεργείαις omnino non sunt (φύσει γὰρ ἑκάστῃ ἐνεργείᾳ ἡδονὴ ἕπεται, οὐ λύπη).

K 5 ται ὅτι παραπλήσιόν τι τῇ λύπῃ ποιοῦσιν· φθείρουσι γάρ, 5 πλὴν οὐχ ὁμοίως. διαφερουσῶν δὲ τῶν ἐνεργειῶν ἐπιεικείᾳ καὶ φαυλότητι, καὶ τῶν μὲν αἱρετῶν οὐσῶν τῶν δὲ φευκτῶν τῶν δ' οὐδετέρων, ὁμοίως ἔχουσι καὶ αἱ ἡδοναί· καθ' ἑκάστην γὰρ ἐνέργειαν οἰκεία ἡδονή ἐστιν. ἡ μὲν οὖν τῇ σπουδαίᾳ οἰκεία ἐπιεικής, ἡ δὲ τῇ φαύλῃ μοχθηρά· καὶ γὰρ αἱ ἐπιθυμίαι τῶν μὲν καλῶν ἐπαινεταί, τῶν δ' αἰσχρῶν ψεκταί. οἰκειότεραι δὲ ταῖς ἐνεργείαις αἱ ἐν αὐταῖς ἡδοναὶ τῶν ὀρέ-

---

22. 23. $K^b M^b O^b$ εἴρηνται.   26. καὶ αἱ] K^b καὶ.   29. δ' αἰσχρῶν] $K^b O^b$ αἰσχρῶν δὲ.

D. 24—1176 a 29. Conversus ad eam quaestionem, quae ethicorum scriptori principalis esse debet, Arist. innixus argumentatione quam praemisit (B, impr. vero C) jam edocet quânam regulâ instructi in istâ varietate τῶν ἡδονῶν recte singulas aestimemus, secernamus quae homine parum dignae sint, deligamus quae ad vitam beatam revera faciant. Quâ in re ita agit Arist., ut prius ostendat τὰς ἡδονὰς et ei legi quâ honestae ἐνέργειαι a turpibus, sincerae ad humilibus discernantur subjectas esse; deinde moneat, ipsam rursus honestatem probitatemque (seu ἡδονῆς seu ἐνεργείας) ex eâ ratione dignosci quâ singula quaeque ad opus humanum, propositum illud a naturâ, expressum a viro bono, pertineant.

a) *Ut omnino diversitatem τῶν ἡδονῶν a diversitate τῶν ἐνεργειῶν aptam esse vidimus, sic et ea ἑτερότης quae inter proba et prava est ab illo genere ad τὰς ἡδονὰς pertinebit* —1175 b 28. *Etenim si ὀρέξεις turpes alias, alias honestas esse dicimus, quoniam ad ἐνεργείας aut turpes aut honestas tendunt, multo magis eadem differentia τῶν ἡδονῶν erit, quippe quae longe arctiore vinculo cum suis ἐνεργείαις sint conjunctae quam αἱ ὀρέξεις* —1175 b 35. *Item et purae ἡδοναὶ ab impuris pariter different atque αἱ ἐνέργειαι* —1176 a 3.

b) *Quoniam vero suum cuique generi animantium opus est propositum (in quo omnes ἐνέργειαι quae alicujus generis propriae sunt quasi ad unum corpus comprehenduntur): erit homini quoque accommodata quaedam ἡδονή, spectans illa ad opus humanum* —1176 a 9. *Quâ in re quod homines inter se dissentiunt, ut alii delicias aliorum spernant, consentaneum est; eadem enim dissensio inter eos qui sani eosque qui aegroti sunt in multis rebus quae sensibus subjectae sunt obtinet* —a 15. *Atqui ut illic verum id unum est quod sano homini videtur, ita ἡδονὴ homine digna dumtaxat ea est, quam homo probus agnoscit; reliquae perversitati permittantur* —a 22. *Procul ita aberunt quaecunque turpes sunt; sed etiam inter probas facile dignoscetur, sive una est sive plures sunt, vere humana ἡδονή: nimirum ea quae τὴν ἐνέργειαν τοῦ τελείου καὶ μακαρίου τελειοῖ* —1176 a 29.

a) 24 — 1176 a 3.

27 s. **οἰκεία ἡδονή**: vides τὸ οἰκεῖον jam aliud dici ac supra vs 21.

30. **οἰκειότεραι δὲ ταῖς ἐνεργείαις αἱ ἐν αὐταῖς ἡδοναὶ τῶν ὀρέ-**

1175 b 31 ξεων· αἱ μὲν γὰρ διωρισμέναι εἰσὶ καὶ τοῖς χρόνοις καὶ τῇ φύσει, αἱ δὲ σύνεγγυς ταῖς ἐνεργείαις, καὶ ἀδιόριστοι οὕτως ὥστ' ἔχειν ἀμφισβήτησιν εἰ ταὐτόν ἐστιν ἡ ἐνέργεια τῇ ἡδονῇ. οὐ μὴν ἔοικέ γε ἡδονὴ διάνοια εἶναι οὐδ' αἴσθησις· ἄτοπον γάρ· ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ χωρίζεσθαι φαίνεταί τισι ταὐτόν. ὥσπερ οὖν αἱ ἐνέργειαι ἕτεραι, καὶ αἱ ἡδοναί. διαφέρει δὲ ἡ
1176 a ὄψις ἁφῆς καθαριότητι, καὶ ἀκοὴ καὶ ὄσφρησις γεύσεως· ὁμοίως δὴ διαφέρουσι καὶ αἱ ἡδοναί, καὶ τούτων αἱ περὶ τὴν K

2. $K^b M^b O^b$ ὁμοίως δὲ.

ξεων. Non tantum contra usum sed paene contra sententiam quâ natura τῆς ἡδονῆς in his descripta est istud „ἐν" est; conferas (quamquam non idem est) 1175 a 1 ἔσται ἐν τῇ ἐνεργείᾳ ἡ ἡδονή. — Ad rem id in aperto est τὰς ὀρέξεις eâ quidem διωρισμένας (vs 31) esse, quatenus plerique animo ad ea feruntur, quae aut aliter geruntur ac proposita fuerant aut omnino non geruntur. Sed ab alterâ parte ipsum τὸ καλὸν καὶ τὸ ἐπαινετὸν et quae opposita sunt ita communia τῇ ὀρέξει et τῇ ἐνεργείᾳ sunt ut ab illâ ad hanc referantur. At αἱ ἡδοναὶ nec laudis nomine petuntur neque omnino, siquidem recte dicuntur ἐπιγίνεσθαι, hujus esse generis esse videantur. Aliud enim est quod in illis quasi testimonium quoddam proditur, sponte et libenter vel secus fecisse qui fecerit: id quod in naturâ ἡδονῆς et λύπης alias et ipse Arist. observavit, hac in disputatione *K* 1—5 (itemque *H* 12 sq.) fere neglexit. Cf. inter alia 1110 b 19 . . . ἀκούσιον δὲ τὸ ἐπίλυπον καὶ ἐν μεταμελείᾳ (est enim ἡ μεταμέλεια quaedam λύπη ἐπιγινομένη); 1099 a 17—20 . . . οὐδ' ἔστιν ἀγαθὸς ὁ μὴ χαίρων ταῖς καλαῖς πράξεσιν κ. τ. λ.

32. αἱ δὲ σύνεγγυς . . . καὶ ἀδιόριστοι οὕτως: per oppositionis rationem et hic cogitandum καὶ τοῖς χρόνοις καὶ τῇ φύσει (vs 31).

34. οὐ μὴν ἔοικεν ἡ ἡδονὴ διάνοια εἶναι: τὴν διάνοιαν genus quoddam ἐνεργείας esse vides. Qui usus vocis διάνοια, satis late ille patens, uno exemplo e Polit. illustretur „οὐκ ἀναγκαῖον . . . τὰς διανοίας εἶναι μόνας ταύτας πρακτικὰς τὰς τῶν ἀποβαινόντων χάριν γιγνομένας ἐκ τοῦ πράττειν, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον τὰς αὐτοτελεῖς καὶ τὰς αὑτῶν ἕνεκεν θεωρίας καὶ διανοήσεις" 1325 b 16—21.

1 sq. Ἁφὴν et γεῦσιν inter sensûs ἥκιστα καθαρὰς esse, non unâ tantum ratione verum videbitur. Sufficiat hic monere aut ὅτι αἱ ἄλλαι αἰσθήσεις δι' ἑτέρων (διὰ τῶν μεταξὺ) αἰσθάνονται, aut reliquos sensûs esse τοῦ εὖ ζῆν ἕνεκα, tactum vero (ἡ δὲ γεῦσις ὥσπερ ἁφή τις) τοῦ ζῆν ἕνεκα: v. d. An. *Γ* 12 et 13, 434 b 14 et 435 a 15. 434 b 18. 435 b 19. (434 b 22—25). Nec minus (vs 2) τὰς ἡδονὰς τὰς δι' ἁφῆς καὶ γεύσεως impuras prae ceteris censebit qui easdem ἀνδραποδώδεις καὶ θηριώδεις vocabat 1118 a 25 omnemque tum ἀκολασίαν tum ἀκρασίαν ad easdem unas referebat: v. 1231 a 22 περὶ τὰς δι' ὄψεως ἢ ἀκοῆς ἢ ὀσφρήσεως οὐθεὶς λέγεται ἀκόλαστος (addas „οὐδὲ ἀκρατὴς — ἁπλῶς").

c. 5 § διάνοιαν, καὶ ἑκάτεραι ἀλλήλων. δοκεῖ δ' εἶναι ἑκάστῳ ζῴῳ 1176 a 3 καὶ ἡδονὴ οἰκεία, ὥσπερ καὶ ἔργον· ἡ γὰρ κατὰ τὴν ἐνέργειαν. καὶ ἐφ' ἑκάστῳ δὲ θεωροῦντι τοῦτ' ἂν φανείη· ἑτέρα γὰρ ἵππου ἡδονὴ καὶ κυνὸς καὶ ἀνθρώπου, καθάπερ Ἡράκλειτός φησιν ὄνου σύρματ' ἂν ἑλέσθαι μᾶλλον ἢ χρυσόν· ἥδιον

7. K^b ὄνους. ἥδιον] K^b ἡδεῖον.

3. *καὶ ἑκάτεραι ἀλλήλων*: sunt enim et *τῶν περὶ τὴν διάνοιαν ἡδονῶν* varia genera, inter quae *αἱ ἀπὸ φιλοσοφίας „θαυμασταὶ καθαριότητι“* 1177 a 25. Quo loco et id probatur, *τὸ καθαρὸν* (vel *τὸ εἰλικρινὲς* 1176 b 20) in genere *τῶν ἡδονῶν* haud unum id esse quod *τῷ μετὰ λύπης* s. *τῷ μικτῷ* sit oppositum: huc enim potissimum eadem nomina in Platonis Philebo spectant velut 32 d. 51 a. e. Nec tamen in hac distinctione, quippe cui Arist. non ita multum dederit, diligentius explicandâ morari necesse jam erit.

b) 3 — 29.

3. 4. *δοκεῖ δ' εἶναι ἑκάστῳ ζῴῳ καὶ ἡδονὴ οἰκεία*. Ad aliam eamque ultimam quaestionem pergitur ut sciatur quae tandem sit *ἀνθρώπου* (*οἰκεία*) *ἡδονή*: v. vs 24. 25 et 28. Quae quidem quaestio ut ad illam referatur, quaenam sit hominis *ἐνέργεια* propria, universae disputationis c. 3—5 praecedentis ratio flagitat (vs 25 *ἢ ἐκ τῶν ἐνεργειῶν δῆλον;*). Nec minus certum est, varietatem illam vs 10 sq. vs 20 sq., quâ judicium perturbari videatur, eodem modo *τῶν ἐνεργειῶν* ac *τῶν ἡδονῶν* esse. Ergo is qui novâ quasi quaestione *τὸ οἰκεῖον ἔργον* vs 4 sq., deinde *τὸν σπουδαῖον* vs 16 vel *τὸν τέλειον καὶ μακάριον ἄνδρα* vs 27 ad dijudicandum adhibuit, putandus est utrique generi tum *ἡδονῆς* tum *ἐνεργείας* operam dedisse, ut clariore quam adhuc luce illustrarentur. — Quis autem non videt, si plane constet quid *ἐπιεικὲς ἐπαινετὸν καθαρὸν* sit (1175 b 28. 29. 1176 a 1), actam esse rem totam; quod vero cuique generi *οἰκεῖον* sit virove bono et vere beato acceptum, necessario in eodem genere *ἐπαινετὸν ἐπιεικὲς καθαρὸν* fore. Ita igitur in eâdem re utraque pars disputationis (tum 1175 b 24 — 1176 a 3, tum 1176 a 3—29) versantur ut haec illi succurrat lucemque afferat. — Accedit aliud. Imprimis enim ultima disputatio, quâ res ad *τὸ οἰκεῖον ἔργον* et ad *τὰς ἡδονὰς* (*καὶ ἐνεργείας*) — *εἴτε μία ἐστὶν εἴτε πλείους* — *τοῦ τελείου καὶ μακαρίου ἀνδρὸς* refertur, illi quaestioni accomodata est, quae mox capp. 6—9 de beatitate ejusque partibus instituitur. V. ad a 4; ad a 26 et 27.

4. *ὥσπερ καὶ ἔργον* sc. *οἰκεῖόν ἐστιν ἑκάστῳ ζῴῳ*, atque homini suum prae ceteris. Hinc ipsa virtus pendebat: *ἡ δ' ἀρετὴ πρὸς τὸ ἔργον τὸ οἰκεῖον* 1139 a 17; imo ab initio naturam beatitatis investigasse videbatur qui *τὸ οἰκεῖον ἔργον* perspexisset *A* 6. Concinit quod mox in beatitate quaedam pars *πρὸς τὸ ἀνθρωπεύεσθαι* postulatur (1178 b 7 cf. „*ἀνθρωπικαί*“ ib. a 10); ipsa enim *ἡ φύσις* cujusvis generis spectatur, ubicunque de istâ proprietate quaeritur.

4. *ἡ γὰρ κατὰ τὴν ἐνέργειαν* sc. *ἡδονὴ οἰκεία ἔσται* (*ἡ δὲ ἐνέργεια πρὸς τὸ ἔργον*).

1176 a γὰρ χρυσοῦ τροφὴ ὄνοις. αἱ μὲν οὖν τῶν ἑτέρων τῷ εἴδει K
διαφέρουσιν εἴδει, τὰς δὲ τῶν αὐτῶν ἀδιαφόρους εὔλογον εἶναι.
διαλλάττουσι δ' οὐ μικρὸν ἐπί γε τῶν ἀνθρώπων· τὰ γὰρ 5
αὐτὰ τοὺς μὲν τέρπει τοὺς δὲ λυπεῖ, καὶ τοῖς μὲν λυπηρὰ καὶ μισητά ἐστι τοῖς δὲ ἡδέα καὶ φιλητά. καὶ ἐπὶ γλυκέων δὲ τοῦτο συμβαίνει· οὐ γὰρ τὰ αὐτὰ δοκεῖ τῷ πυρέττοντι καὶ τῷ ὑγιαίνοντι, οὐδὲ θερμὸν εἶναι τῷ ἀσθενεῖ καὶ τῷ εὐεκτικῷ. ὁμοίως δὲ τοῦτο καὶ ἐφ' ἑτέρων συμβαίνει. δοκεῖ

10. K^b L^b O^b διαλλάσσουσι. K^b οὐ σμικροῖς. 11. τέρπει] quae hinc usque ad vocem ἱκανῶς 1177 a 30 leguntur om. K^b omnia.

8. αἱ μὲν οὖν τῶν ἑτέρων τῷ εἴδει διαφέρουσιν εἴδει . . . Consentaneum igitur, siquidem genus humanum unum est, et unam fore hominum ἡδονὴν οἰκείαν. Id quod verum esse postremo evincitur, sed nunc quidem sunt quae contraria esse videantur (διαλλάττουσι δὲ . . . vs 10).

10. διαλλάττουσι δ' (αἱ ἡδοναὶ) οὐ μικρὸν ἐπί γε τῶν ἀνθρώπων: cf. 1094 b 14 τὰ δὲ καλὰ καὶ τὰ δίκαια . . . τοσαύτην ἔχει διαφορὰν καὶ πλάνην ὥστε δοκεῖν νόμῳ μόνον εἶναι, φύσει δὲ μή. Qui locus et sententiae causâ adscribatur. — In particulâ γε latet vastum illud discrimen naturae inter homines et inter bestias: quo fit ut apud homines certe omne proprium illud opus ita τῶν ἐνδεχομένων καὶ ἄλλως ἔχειν sit, ut sine libero quodam motu ipsius animi aut amplectentis aut detrectantis nec perfici neque infectum fieri possit. Quodsi igitur nemo necessitate quadam naturae ad id opus quod vere est propositum adigitur, unusquisque et τὴν οἰκείαν ἡδονὴν aut suam facere aut aspernari poterit.

11. 12. λυπηρὰ καὶ μισητά . . . ἡδέα καὶ φιλητά. Non minus enim ad petenda ea adducimur quibus prius delectari coeperimus, quam delectationem inde potissimum petimus quo animus et voluntas fert. Re nimirum αἱ ἡδοναὶ ἕπονται ταῖς ἐνεργείαις (vs 26); temporis vero ratione habitâ ab initio ἡ ἀπάτη διὰ τὴν ἡδονὴν γίνεται (1113 a 34).

12 s. καὶ ἐπὶ γλυκέων δὲ τοῦτο συμβαίνει . . . vs 15 καὶ ἐφ' ἑτέρων. Neque igitur mirum est illud διαλλάττειν vs 10; namque est quaedam sanitas ut corporis ita animi et mentis.

15 s. δοκεῖ δ' ἐν ἅπασι τοῖς τοιούτοις i. e. in illis rebus quae non velut dulcia calidave vs 12 s. sensibus corporis discernuntur sed animi arbitrio subjectae sunt: quo in genere non tantum honesta sunt, sed etiam τὰ ἡδέα (τὸ γὰρ ἥδεσθαι τῶν ψυχικῶν 1099 a 8). Non tantum enim pleraque ab omni sano γλυκέα esse dicentur quae ne gustatu quidem ἡδέα sunt, sed multa etiam gustatu ἡδέα (quoniam γλυκέα sunt) aut omnino aut nunc certe et hunce in modum probo viro taedium potius excitabunt eruntque λυπηρὰ vel δυσχερῆ. Etenim ἥδεσθαι recte dicitur totus dumtaxat et quasi unus homo, sive animus sensibus concesserit ut penes illos res sit, sive mentis auctoritati sensûs locum dederint.

δ' ἐν ἅπασι τοῖς τοιούτοις εἶναι τὸ φαινόμενον τῷ σπουδαίῳ. 1176 a 16 εἰ δὲ τοῦτο καλῶς λέγεται, καθάπερ δοκεῖ, καὶ ἔστιν ἑκάστου μέτρον ἡ ἀρετὴ καὶ ὁ ἀγαθός, ᾗ τοιοῦτος, καὶ ἡδοναὶ εἶεν

---

18. ὁ ἀγαθός] Bekk. et vulg.; ἀγαθός ll. (ut vid.) omnes.

16—18. τὸ φαινόμενον τῷ σπουδαίῳ . . . ἑκάστου μέτρον ἡ ἀρετὴ καὶ ὁ ἀγαθὸς ᾗ τοιοῦτος. Probabilia haec per se. Siquidem enim quis sit σπουδαῖος et ἀγαθὸς καθ' αὑτὸν et quaenam sit natura τῆς ἀρετῆς aut per se satis constet (ut vel nostris oculis vel aegroti voce agnoscimus, istum febri laborare) aut quaerendo effectum sit (ut medicorum arte certa testimonia bonae ac malae valetudinis reperta sunt): jam habebimus unde comperiamus quid vere sit ἡδύ. Sin regressis ad priorem institutionem bonus et probus secundum Aristotelem videatur is qui χαίρει καὶ λυπεῖται οἷς δεῖ καὶ ὡς δεῖ, nunc vero propositâ tandem quaestione τί ἐστιν ᾧ δεῖ χαίρειν καὶ πῶς δεῖ sub finem audiamus τὸ κατ' ἀλήθειαν ἡδὺ καὶ λυπηρὸν id esse ᾧ ὁ σπουδαῖος χαίρει καὶ λυπεῖται: profecto in gyro quodam circumacti esse dicemur. Nec minus, si virtus fuerit ἡ ἕξις ἡ εὖ διατιθεῖσα πρὸς τὸ ὀρθῶς χαίρειν καὶ λυπεῖσθαι. Per alteram enim virtutis definitionem, quâ μεσότης esse dictitatur περὶ πάθη καὶ πράξεις, vel in hac quaestione parum profectum erit, nisi forte aliquis satis habeat τὸ ὡς ἀληθῶς ἡδὺ dicere τὸ μέσον.

Movetur vero sic gravissima neque uno tantum loco obvia quaestio (v. ad 1113 a 33), in quâ dijudicandâ caute et modeste agere decet. Apertum enim est, in omni institutione ethicâ, quantumvis bene latâ et circumscriptâ lege generali, discipulos rectissime ad viros bonos eorumque virtutem tanquam ad exemplaria ablegari, non tantum ut quae definitionibus et syllogismis effecta sunt per inductionem quandam comprobentur, sed etiam ut pleraque, in quibus usus rerumque varietas plurimum valet, jam primum noscantur. Attamen quoniam bonus non est nisi is in quo sanctitatis et bonitatis lex spectatur, virtusque nil aliud nisi habitus bonorum, periculum est ne is, qui illam legem in boni viri imagine virtutisve normâ propositam esse censuerit, nominum diversitate deceptus idem per idem dicat, dumque ex alio quasi genere docendi in aliud se recipit nihil dicat. Ut igitur dignoscatur utrum in tali demonstratione vituperandus sit auctor necne, diligenter observandum erit quonam loco disputationis illâ usus sit. — Atqui quae hujus generis sunt tam multa et tam varia apud Arist. reperiuntur, ut h. l. examinari non possint. Adscribantur nonnulla, unde qui voluerit tum videat quam bene dicatur μέτρον ἡ ἀρετὴ καὶ ὁ σπουδαῖος, tum ipse judicet rectene moneant qui philosophum utili hâc sententiâ et verâ labem quandam ethicae institutioni illius inhaerentem non tam sanasse quam obtexisse dicunt: 1063 a 1—6. 1254 a 36. 1098 a 8 sqq. 1176 a 12 sq. 1113 a 25 sqq. 1235 b 33 sqq. 1174 a 1 sq. — 1099 a 13. 1156 b 13—15. 1170 a 14 s. — 1235 b 30 sq. 1171 b 12 (1183 b 31). 1166 a 12. cf. 1113 a 33. 1176 b 25. 26. 1099 a 23. 1107 a 1. 145 a 25. — 1234 a 19—21. cf. 1128 a 25 s. (1203 a 35. b 8) 142 a 9. 1112 a 19 s. — V. 1248 b 26. 1332 a 21. 1338 a 7 sqq. (1207 b 31 sq.).

1176 a 19 ἂν αἱ τούτῳ φαινόμεναι καὶ ἡδέα οἷς οὗτος χαίρει. τὰ δὲ τούτῳ δυσχερῆ εἴ τῳ φαίνεται ἡδέα, οὐδὲν θαυμαστόν· πολλαὶ γὰρ φθοραὶ καὶ λῦμαι ἀνθρώπων γίνονται· ἡδέα δ' οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ τούτοις καὶ οὕτω διακειμένοις. τὰς μὲν οὖν ὁμολογουμένως αἰσχρὰς δῆλον ὡς οὐ φατέον ἡδονὰς εἶναι, πλὴν τοῖς διεφθαρμένοις· τῶν δ' ἐπιεικῶν εἶναι δοκουσῶν ποίαν ἢ τίνα φατέον τοῦ ἀνθρώπου εἶναι; ἢ ἐκ τῶν ἐνεργειῶν δῆλον; ταύταις γὰρ ἕπονται αἱ ἡδοναί. εἴτ' οὖν μία ἐστὶν εἴτε πλείους αἱ τοῦ τελείου καὶ μακαρίου ἀνδρός, αἱ ταύτας τελειοῦσαι ἡδοναὶ κυρίως λέγοιντ' ἂν ἀνθρώπου ἡδοναὶ εἶναι, αἱ δὲ λοιπαὶ δευτέρως καὶ πολλοστῶς, ὥσπερ αἱ ἐνέργειαι.

---

20 s. πολλαὶ γὰρ φθοραὶ καὶ λῦμαι ἀνθρώπων: multae et plures quam in ceteris animalibus. Quo enim magis dotibus naturae genus humanum excellit, eo plura sunt quae corruptelae vel morborum varietati obnoxia esse possint.

21 s. ἡδέα δ' οὐκ ἔστι πλὴν . . . ut 1173 b 20—25 erat, atque pridem vel diligentiore cum distinctione graduum 1152 b 29—33.

24. τῶν δ' ἐπιεικῶν εἶναι δοκουσῶν: jam enim scimus, recte ἐπιεικεῖς videri quae τοῦ ἐπιεικοῦς vel σπουδαίου sunt, sive prosequitur illas sive admittit. Harum vero multitudinem aliquam esse, indidem intelligitur unde compertum τὰς φθορὰς καὶ λύμας πολλὰς esse (a 20 s.).

26. εἴτ' οὖν μία εἴτε πλείους: cf. ex illo cap., quo τὸ ἔργον τὸ ἀνθρώπου (v. vs 4) primum inductum est, verba . . . ψυχῆς ἐνέργεια κατ' ἀρετήν, εἰ δὲ πλείους αἱ ἀρεταί, κατὰ τὴν ἀρίστην καὶ τελειοτάτην 1098 a 16 sq., itemque de finibus bonorum 1097 a 22—24.

27. αἱ τοῦ τελείου καὶ μακαρίου ἀνδρὸς (ἐνέργειαι): quarum quaenam sint genera, quo numero et quâ dignitatis et necessitatis differentiâ, primum plene a proximâ disputatione c. 6—9 discemus: etenim qui beatitatis partes (ut ita dicam) exponit, idem et τὰς τοῦ μακαρίου ἐνεργείας enumeratas perpendit. Quemadmodum igitur verbis αἱ ταύτας τελειοῦσαι ἡδοναὶ finis hujus disputationis bene cum principio ejusdem (1174 b 23 sqq.) componitur, ita universa περὶ ἡδονῆς quaestio ad illam quae περὶ εὐδαιμονίας sequitur prudenter traducitur.

28. αἱ δὲ λοιπαὶ . . ., quae aut τοῦ τελείου καὶ μακαρίου certe non sunt propriae aut variis gradibus τοῦ πρός τι vel τοῦ κατὰ συμβεβηκὸς a laude recedunt.

Περὶ εὐδαιμονίας 1176 a 30—1179 a 32 (*K* 6—9).

Unde ab initio libro *A* omnis disputatio profecta est, eodem jam extremâ hac parte revertitur. Etenim quum universâ quaestione ethicâ τἀνθρώπινον ἀγαθὸν vel ἡ εὐδαιμονία exploretur, cognitâ vero beatitatis naturâ repertum sit, humano quidem generi ipsum bonum fere compositum quoddam et ex partibus conflatum esse: postremo pertractatis illis partibus denuo totam rem quae inde efficiatur examinari

quasi consentaneum est, ne suo capite egere et sine certo membrorum regimine esse videatur.

Itaque res quatuor capp. subjunctâ peroratione absolvitur:

1) Vita beata in iis posita est quae seria studioque digna sunt, nec merae delectationi alius in eâ locus est nisi is qui recreationi debetur (c. 6) 1176 a 30—1177 a 11.
2) Inter seria vero quae virtutibus proposita sunt summus gradus menti et sapientiae tribuendus est (c. 7) 1177 a 12—1178 a 8.
3) Succedunt secundo loco ea in quibus virtus ethica versatur: minus quidem augusta, sed humanae vitae propria (cap. 8) 1178 a 9—b 32.
4) Quae praeterea externa corporisve bona desiderantur, haud ita multa nec magna sunt 1178 b 33—1179 a 22.
5) Peroratio 1179 a 22—32.

Sed ad rem tuo jure vel rectius dixeris, unum potissimum in quinque istis capp. agi, nempe ut vere beatus unus vir sapiens probetur beataque vita theoretica quaedam esse credatur. Huc enim praeter septimum cap. (No. 2) peroratio omnis (5) spectat; sed et ethicae virtuti (3) ita suus honor conceditur, ut fere per dimidium cap. (inde a 1178 b 7) ostendatur quantum cedat theoreticae; apparatum vero vitae externum, quum modicum illum qui ad beatitudinem necessarius sit facile contingere discamus (5), eundem paullo ante 1178 a 23—b 5 ad vitam sapientium etiam minorem sufficere audivimus quam ad officia ethicae virtutis. Restat igitur unum cap. 6 (1): cujus quidem ratio alia est, siquidem (ut infra apparebit) illic quaeritur quid ad beatitatem ea ἡδονὴ quae per se petitur faciat.

Quodsi igitur recte dicimus, id agi *K* 6—9 ut principalis locus in beatitate menti et sapientiae tribuatur, jam non dubitabitur quaenam scriptoris fuerit ratio necessaria potius quam probabilis, ob quam sub finem ad hanc quaestionem redierit. Esse enim τὴν εὐδαιμονίαν ipsam ἐνέργειαν κατ' ἀρετήν (c. 6), duplex esse virtutis genus quod utrumque ad beatam vitam et ad illud opus humanum flagitetur (c. 7. 8), neminem beatum fore nisi praeter suam virtutem etiam externis bonis vel a fortunâ commode sit instructus (c. 9): ea quidem cuncta non minus bene dudum libro *A* legimus quam in his capp. Sed quis tandem in illâ controversiâ verum viderit, utrum is qui τὸν πολιτικὸν βίον praeferat an is qui τὸν θεωρητικόν (*A* 3); quaenam inter virtutes quas jam complures esse constat ἡ ἀρίστη illa sit καὶ τελειοτάτη cujus in energiâ bonum humanum positum sit (*A* 6: 1098 a 16. 17); ad utrûm potissimum virtutis genus, quoniam τὸ ἄμοιρον τῆς ἀνθρωπικῆς ἀρετῆς seponendum est (1102 b 11. 12), beatitas referenda sit, atque τοῦ λόγον ἔχοντος utri parti plus dandum sit, τῷ κυρίως ἔχοντι καὶ ἐν αὑτῷ an τῷ ἀκουστικῷ (*A* 13): hae sunt, ni fallor, quaestiones motae gravissimae et principales quae quidem adhuc suspensae sunt. Neque enim, si forte ex nonnullis aliis locis satis suspicari potueris quo philosophi sententia ferat (v. ad 1177 a 14; ad 1178 a 2—8), acta est res; sed ad ipsum bonum ipsamque τὴν εὐδαιμονίαν referendum id erat unde structura (ut ita dicam) τῶν τελῶν et universae vitae non poterat non apta esse.

Ergo addita his capp. sunt quae pro ratione Nicomacheorum

εἰρημένων δὲ τῶν περὶ τὰς ἀρετάς τε καὶ φιλίας καὶ ἡδονάς, λοιπὸν περὶ εὐδαιμονίας τύπῳ διελθεῖν, ἐπειδὴ τέλος αὐτὴν τίθεμεν τῶν ἀνθρωπίνων. ἀναλαβοῦσι δὴ τὰ προειρημένα συντομώτερος ἂν εἴη ὁ λόγος. εἴπομεν δ' ὅτι οὐκ ἔστιν ἕξις· καὶ γὰρ τῷ καθεύδοντι διὰ βίου ὑπάρχοι ἄν, φυτοῦ ζῶντι βίον, καὶ τῷ δυστυχοῦντι τὰ μέγιστα. εἰ δὴ ταῦτα μὴ ἀρέσκει, ἀλλὰ μᾶλλον εἰς ἐνέργειάν τινα θετέον, καθάπερ ἐν τοῖς πρότερον εἴρηται, τῶν δ' ἐνεργειῶν αἱ μέν εἰσιν K 6

omitti ne licebat quidem; nec si facto judicio hoc difficultates quaedam fere novae nascantur, vituperandus est scriptor qui tum rei tum cogitationis dignitati tantum dederit ut maluerit ipse videri veritatem non exhausisse quam tacendo vel dissimulando pro perfectis vendere quae dubitationi haud exemta sunt. Nam profecto, postquam τἀνθρώπινον ἀγαθὸν maxime theoreticae cuidam sapientiae datum est, jam aut negabitur aut non sine amplâ demonstratione credetur, talem rem omnem ab initio recte τῇ πολιτικῇ commissam esse. Tutius enim fortasse τὸ ἀγαπητὸν illud 1094 b 9: ἀγαπητὸν μὲν γὰρ καὶ ἑνὶ μόνῳ (λαβεῖν καὶ σώζειν τἀνθρώπινον ἀγαθόν), κάλλιον δὲ καὶ θειότερον ἔθνει καὶ πόλεσιν. Cf. ad 1177 b 24.

1) 1176 a 30 — 1177 a 11 (*K* 6).

30. εἰρημένων δὲ τῶν περὶ τὰς ἀρετάς τε καὶ φιλίας καὶ ἡδονάς: v. 1179 a 33 εἰ περὶ τούτων καὶ τῶν ἀρετῶν, ἔτι δὲ καὶ φιλίας καὶ ἡδονῆς ἱκανῶς εἴρηται. Firmata haec orationis nexu interque se concordantia haud negligentur ab eo qui de partibus Nicomacheorum quaerat. Agnosci enim his verbis videtur disputatio quaedam de amicitiae generibus, posita illa inter τὰ περὶ τὰς ἀρετὰς et inter τὰ περὶ τὰς ἡδονάς; negligi quae *H* 12 sq. περὶ ἡδονῆς acta sunt.

31 s. ἐπεὶ τέλος αὐτὴν τίθεμεν τῶν ἀνθρωπίνων. Beatitatem Aristoteli τὸ τέλος esse, re ita constat ut tibi forsitan saepe id legisse videaris. Nihilominus casu quasi factum est ut his quidem verbis hucusque sit nusquam dictum; at mox b 31 τέλος γὰρ αὕτη.

33. εἴπομεν δ' ὅτι οὐκ ἔστιν ἕξις: primum haec *A* 3 (1095 b 31 —1096 a 2) monita sunt φαίνεται δ' ἀτελεστέρα καὶ αὕτη (i. e. ἡ ἀρετή si velit τέλος esse)· δοκεῖ γὰρ ἐνδέχεσθαι καὶ καθεύδειν ἔχοντα τὴν ἀρετὴν . . . καὶ πρὸς τούτοις κακοπαθεῖν καὶ ἀτυχεῖν τὰ μέγιστα. V. praeterea 1098 b 31 — 1099 a 2; cf. 1102 b 3 — 7. 1216 a 3 sqq. 110[illegible] 8. 9; ib. b 28 — 30 sqq.

1. 2. καθάπερ ἐν τοῖς πρότερον εἴρηται: v. 1098 a 5 διττῆς δὲ καὶ ταύτης (τῆς πρακτικῆς τοῦ λόγον ἔχοντος) λεγομένης τὴν κατ' ἐνέργει[αν] θετέον· κυριώτερον γὰρ αὕτη δοκεῖ λέγεσθαι.

2 — 7. Eae notiones, per quas hic inter τὰς ἐνεργείας dele[c]tus quasi habetur (τὸ καθ' αὑτὸ αἱρετόν, τὸ αὔταρκες, ἀφ' οὗ μηδὲν [ἐπι]ζητεῖται) ad circumscribendam beatitatem *A* 5 potissimum (ubi acc[e]dit τὸ τέλειον) sunt adhibitae. Sed qui comparato subsequenti cap. *A* 6 accuratius rem perpenderit, rationem huj. loci ita diversam esse ab illo reperiet, ut illic quidem quaestioni isti inter τὰς κατ' ἀρετὴν ἐ[νερ]-

§ 6 ἀναγκαῖαι καὶ δι' ἕτερα αἱρεταί, αἱ δὲ καθ' αὑτάς, δῆλον 1176 b 3 ὅτι τὴν εὐδαιμονίαν τῶν καθ' αὑτὰς αἱρετῶν τινα θετέον καὶ οὐ τῶν δι' ἄλλο· οὐδενὸς γὰρ ἐνδεὴς ἡ εὐδαιμονία ἀλλ' αὐτάρκης. καθ' αὑτὰς δ' εἰσὶν αἱρεταὶ ἀφ' ὧν μηδὲν ἐπιζητεῖται
§ παρὰ τὴν ἐνέργειαν. τοιαῦται δ' εἶναι δοκοῦσιν αἱ κατ' ἀρετὴν πράξεις· τὰ γὰρ καλὰ καὶ σπουδαῖα πράττειν τῶν δι' αὑτὰ αἱρετῶν. καὶ τῶν παιδιῶν δὲ αἱ ἡδεῖαι· οὐ γὰρ δι' ἕτερα αὐτὰς αἱροῦνται· βλάπτονται γὰρ ἀπ' αὐτῶν μᾶλλον

γείας (quae *A* 6 ipsa beatitas est) et inter aliud *ἐνεργειῶν* genus velut *τὰς παιδιὰς* nullus sit locus. Deinde vero aliud est, *τὸ καθ' αὑτὸ αἱρετὸν* et similia ad singula genera *τῶν ἐνεργειῶν* adhibere, aliud idem in totius vitae institutione postulare (v. et ad 1177 a 27—b 1). Nec mirum, tum longe plura dici *αὐτῶν ἕνεκα αἱρετὰ* essé quam duo illa vs 7. 9, tum ipsa illa negari: cf. 1174 a 4—8 . . . *ἐλοίμεθα γὰρ ἂν ταῦτα* (*οἷον ὁρᾶν, μνημονεύειν, εἰδέναι, τὰς ἀρετὰς ἔχειν*) *καὶ εἰ μὴ γίνοιτ' ἀπ' αὐτῶν ἡδονή* (ad q. l. v.); atque 1177 b 16—18 ubi eae quae inter *τὰς κατ' ἀρετὴν πράξεις* eminent *τέλους τινὸς ἐφίεσθαι καὶ οὐ δι' αὑτὰς αἱρεταὶ* esse dicuntur; idem enim in altero genere (*τῶν παιδιῶν*), quippe quod recreationis tantum causâ a sano quoque petatur, ipso hoc cap. manifestum fit. — Sed fuerit qui censeat, aequum judicem in haec quidem quae h. l. velut nota perstringantur tantum severius inquisiturum non esse; scriptori enim jam id unum propositum esse ut intellegatur quid in vitâ probâ *αἱ παιδιαὶ αἱ ἡδεῖαι* possint.

9. *καὶ τῶν παιδιῶν αἱ ἡδεῖαι . . .* Moneas has *ταῖς κατ' ἀρετὴν πράξεσι* non alio jure opponi ac si *αἱ πολεμικαὶ πράξεις* ex adverso essent *ταῖς κατ' ἀρετήν*: annon esse *σωφροσύνην, φιλίαν* illam *Δ* 12, *εὐτραπελίαν* — virtutes ethicas, *μεσότητας κατὰ λόγον*? quarum intra fines se continentes *αἱ παιδιαὶ* et ipsae videbuntur *ἐνέργειαι κατ' ἀρετὴν* esse. Sed omnino haud latebit in hoc cap. aliam et fere novam oppositionis rationem observari. Ab alterâ enim parte ad *τὸ σπουδαστὸν* quo virtus spectat ita *σπουδή τις* vel *τὸ σπουδάζειν* flagitatur (vs 32), ut *ἀρετὴ* atque *ἐνέργεια κατ' ἀρετὴν* non esse videatur nisi apud eos qui cum labore quodam et quasi sudore s e r i a agant. Ab alterâ vero parte *αἱ παιδιαί*, oppositae virtuti, in malam potius partem accipiuntur quasi per se vel valetudini obnoxiae sint (vs 10 s.), atque postremo ad ipsas *τὰς σωματικὰς ἡδονὰς* detruduntur (vs 20. 1177 a 6 sq.). Itaque dum seria (*τὰ κατ' ἀρετὴν*) ludis et nugis opponuntur, nomine *τῶν παιδιῶν* aut de iis *ἐνεργείαις* quaeritur quibus nil nisi delectatio proposita est aut de eo *ἡδονῶν* genere quod suâ causâ vult appeti: et sic quidem in hac de vitâ beatâ disputatione cap. 6—9 absolvitur tandem quaestio illa qui locus in beatitate *τῇ ἡδονῇ* debeatur. Ex ratione praecedentis quidem libelli *K* 1—5 dixeris, genus quoddam *ἡδονῆς* perpendi a quo *τὸ τελειοῦν* (*σπουδαίαν τινὰ*) *ἐνέργειαν ὡς τέλος ἐπιγινόμενον* alienum sit — sed praecedentium capp. parum jam ratio habetur.

ἢ ὠφελοῦνται, ἀμελοῦντες τῶν σωμάτων καὶ τῆς κτήσεως. K 6
καταφεύγουσι δ' ἐπὶ τὰς τοιαύτας διαγωγὰς τῶν εὐδαιμονιζομένων οἱ πολλοί, διὸ παρὰ τοῖς τυράννοις εὐδοκιμοῦσιν οἱ ἐν ταῖς τοιαύταις διαγωγαῖς εὐτράπελοι· ὧν γὰρ ἐφίενται, ἐν τούτοις παρέχουσι σφᾶς αὐτοὺς ἡδεῖς· δέονται δὲ τοιούτων. δοκεῖ μὲν οὖν εὐδαιμονικὰ ταῦτα εἶναι διὰ τὸ τοὺς ἐν ταῖς δυναστείαις ἐν τούτοις ἀποσχολάζειν, οὐδὲν δὲ ἴσως σημεῖον οἱ τοιοῦτοί εἰσιν· οὐ γὰρ ἐν τῷ δυναστεύειν ἡ ἀρετὴ οὐδ' ὁ νοῦς, ἀφ' ὧν αἱ σπουδαῖαι ἐνέργειαι· οὐδ' εἰ ἄγευστοι οὗτοι ὄντες ἡδονῆς εἰλικρινοῦς καὶ ἐλευθερίου ἐπὶ τὰς σωματικὰς καταφεύγουσι, διὰ τοῦτο ταύτας οἰητέον αἱρετωτέρας εἶναι· καὶ γὰρ οἱ παῖδες τὰ παρ' αὐτοῖς τιμώμενα κράτιστα οἴονται εἶναι. εὔλογον δή, ὥσπερ παισὶ καὶ ἀνδράσιν ἕτερα φαίνεται τίμια, οὕτω καὶ φαύλοις καὶ ἐπιεικέσιν. καθάπερ οὖν 5
πολλάκις εἴρηται, καὶ τίμια καὶ ἡδέα ἐστὶ τὰ τῷ σπουδαίῳ τοιαῦτα ὄντα· ἑκάστῳ δὲ ἡ κατὰ τὴν οἰκείαν ἕξιν αἱρετωτάτη ἐνέργεια· καὶ τῷ σπουδαίῳ δὴ ἡ κατὰ τὴν ἀρετήν. οὐκ

27. σπουδαίῳ δὴ] e conj. scr.; σπουδαίῳ δὲ Bekk. c. ll.

14 s. Facili subjecti grammatici vice haec dicta sunt: ἐφίενται οἱ τύραννοι, παρέχουσιν οἱ εὐτράπελοι, δέονται οἱ τύραννοι. — De sententiâ satis constat e loco 1158 a (27 —)36 οὐ πάνυ δ' εἰώθασι τοιοῦτοι γίνεσθαι; v. ad 1158 a 27 et ib. 34—36.

16. ἐν τούτοις ἀποσχολάζειν: in isto genere nugarum illi qui male εὐδαιμονίζονται conficiunt σχολὴν suam. Duplex genus σχολῆς est: alterum σπουδαζόντων τινῶν, alterum παιζόντων; augustum illud atque vere τέλος, hoc leve et apud plerosque humile, sed ita tamen ut humanum genus prorsus eo carere non possit. Τὸ ἀσχολεῖν igitur quod oppositum est quodammodo medium dignitatis locum habet: et ipsum enim ad τὸ σπουδάζειν pertinet illamque σχολὴν quae παιδιὰ est suâ causâ flagitat, sed altero τῆς σχολῆς genere inferius est. Παίζομεν ὅπως σπουδάζωμεν, ἀσχολούμεθα ὅπως σχολάζωμεν (1176 b 33. 1177 b 4)· τοῦ δὲ σπουδάζειν τὸ μὲν ἐν σχολῇ, τὸ δὲ ἐν ἀσχολίᾳ. — Memineris, dies festos deorumque cultum in ea tempora ablegari ἐν οἷς μάλιστα ἐσχόλαζον 1160 a 21—28.

24. καθάπερ οὖν πολλάκις εἴρηται: v. ad 1176 a 16—18. Nec tamen est (ut vel πολλάκις satis ostendit) cur hinc ad illum ipsum locum ex K 5 respici contendas.

27. καὶ τῷ σπουδαίῳ δὲ ἡ κατ' ἀρετήν (Bekk.). Demonstratio inde a vsu 23 per tres propositiones decurrens quartâ hac sententiâ „καὶ τῷ σπουδαίῳ" ad eam conclusionem perducitur quâ res acta est: vicit enim illud ἐνεργειῶν genus quod vs 7 primo loco erat, nec quicquam superest nisi ut ultimâ quâdam conclusione (ἄρα vs 28) ad quae-

K 6 ἐν παιδιᾷ ἄρα ἡ εὐδαιμονία· καὶ γὰρ ἄτοπον τὸ τέλος εἶναι παιδιάν, καὶ πραγματεύεσθαι καὶ κακοπαθεῖν τὸν βίον ἅπαντα τοῦ παίζειν χάριν. ἅπαντα γὰρ ὡς εἰπεῖν ἑτέρου ἕνεκα αἱρούμεθα πλὴν τῆς εὐδαιμονίας· τέλος γὰρ αὕτη. σπουδάζειν δὲ καὶ πονεῖν παιδιᾶς χάριν ἠλίθιον φαίνεται καὶ λίαν παιδικόν· παίζειν δ' ὅπως σπουδάζῃ, κατ' Ἀνάχαρσιν, ὀρθῶς ἔχειν δοκεῖ· ἀναπαύσει γὰρ ἔοικεν ἡ παιδιά, ἀδυνατοῦντες δὲ συνεχῶς πονεῖν ἀναπαύσεως δέονται. οὐ δὴ τέλος 1176 b 28

§ ἡ ἀνάπαυσις· γίνεται γὰρ ἕνεκα τῆς ἐνεργείας. — δοκεῖ δ' ὁ εὐδαίμων βίος κατ' ἀρετὴν εἶναι· οὗτος δὲ μετὰ σπουδῆς, ἀλλ' οὐκ ἐν παιδιᾷ. βελτίω τε λέγομεν τὰ σπουδαῖα τῶν γελοίων καὶ τῶν μετὰ παιδιᾶς. καὶ τοῦ βελτίονος ἀεὶ καὶ 1177 a

---

4. Bekk. post παιδιᾶς commate interpunxit et 5. post ἐνέργειαν colo.

---

stionem principalem de beatitate adhibeatur quod evictum est. Itaque scribendum καὶ τῷ σπουδαίῳ δή.

30. ἅπαντα γὰρ — ἑτέρου ἕνεκα αἱρούμεθα πλὴν τῆς εὐδαιμονίας: qui igitur lusum pro beatitate habet, lusûs causâ cetera omnia subibit (πραγματεύσεται καὶ κακοπαθήσει vs 29).

33. παίζειν ὅπως σπουδάζῃ: inverso ordine rerum lusus suum locum habebit, videnturque falsi esse qui οὐ δι' ἕτερα τὰς παιδιὰς αἱροῦνται vs 9. 10. Quod enim re verum est, quamquam homini dum genio indulget vix ita videbitur, brevius quam hic ex Aristotelis sententiâ dicetur ἡ ἀνάπαυσις καὶ ἡ παιδιὰ ἀναγκαῖον ἐν τῷ βίῳ (1128 b 3. 4). — In σπουδάζῃ observes naturam tertiae pers. sing., minime illam alienam a subjecto generali dummodo vere est generale.

1—10. δοκεῖ δ' ὁ εὐδαίμων κ. τ. λ. Absolutâ operâ (οὐ δὴ τέλος ... ἕνεκα τῆς ἐνεργείας 1176 b 35 s.) per quam quaestioni propositae satisfactum est, Arist. — ut saepius — quasdam alias rationes potius demonstrandi quam alia argumenta in eâdem re quasi ad delectum eorum qui disputando exerceri velint proponit. Quas h. l. quatuor numero dicas adumbrari.

1) Licet etiam vitam beatam (nullâ τῶν ἐνεργειῶν mentione nec distinctione) in propositione majore cum virtute copulare; patebit inde via ad rejiciendas nugas (vs 1—3).
2) Nec minus a comparatione serii et joci profectis apparebit, ab utrâ parte beatitas stet quae omnium rerum optimum est (vs 3. 4).
3) Item aestimatâ r e e x h o m i n e cujus est, quum magis serio agere constet quo quis melior est, colligetur tum melius tum beatius esse τὸ σπουδαῖον (vs 4—6).
4) Simili ratione usus erit qui summi boni (beatitatis) necessario dixerit expertes fore infimos quosque; at τῶν παιδιῶν neminem expertem esse (vs 6—10).

Intelligetur hinc cur Bekkeri interpunctio vs 4. 5 mutanda fuerit.

μορίου καὶ ἀνθρώπου σπουδαιοτέραν τὴν ἐνέργειαν, ἡ δὲ τοῦ βελτίονος κρείττων καὶ εὐδαιμονικωτέρα ἤδη. ἀπολαύσειέ τ' ἂν τῶν σωματικῶν ἡδονῶν ὁ τυχὼν καὶ ἀνδράποδον οὐχ ἧττον τοῦ ἀρίστου· εὐδαιμονίας δ' οὐδεὶς ἀνδραπόδῳ μεταδίδωσιν, εἰ μὴ καὶ βίου· οὐ γὰρ ἐν ταῖς τοιαύταις διαγωγαῖς ἡ εὐδαιμονία, ἀλλ' ἐν ταῖς κατ' ἀρετὴν ἐνεργείαις, καθάπερ καὶ πρότερον εἴρηται.

---

9. *εἰ μὴ καὶ βίου* sc. *ἀνδραπόδῳ μεταδίδομεν*. Beatitatem ad servos non pertinere certum est: v. 1280 a 33 *νῦν δ' οὐκ ἔστι (δούλοις καὶ τοῖς ἄλλοις ζῴοις πόλις) διὰ τὸ μὴ μετέχειν εὐδαιμονίας μηδὲ τοῦ ζῆν κατὰ προαίρεσιν*; cf. *παροιμίαν* illam *οὐ σχολὴ δούλοις* 1334 a 20. Nec id mirum, *βίον* quem Graeci proprie dicunt servorum esse negari (quamquam est sane vel *βοσκημάτων βίος* quidam 1095 b 20). At illud profecto magis manifestum est quam hoc, ut in verbis *εἰ μὴ καὶ βίου* a ratione postuletur sententia „siquidem n e vitae q u i d e m participes esse videntur".

9. 10. *οὐ γὰρ ἐν ταῖς τοιαύταις διαγωγαῖς ἡ εὐδ. κ. τ. λ.* Exspectaveris *οὐ δή*: hoc enim jam esse quod demonstrandum sit. Sed recte *γὰρ* nec sine vi quâdam: dum enim beatam vitam a servis abjudicant sensumque voluptatis iisdem tribuunt, eodem consensu quasi ipsi dicuntur hanc rationem afferre *ὅτι οὐκ ἐν ταῖς τοιαύταις διαγωγαῖς κ. τ. λ.* Ergo quod pro certâ ratione veri judicii stat, et ipsum comprobatum erit. — *καθάπερ καὶ πρότερον εἴρηται*: v. 1176 b 27 *οὐκ ἐν παιδιᾷ ἄρα κ. τ. λ.*

2) 1177 a 12 — 1178 a 8 (*K* 7).

Venit igitur res ad τὰς κατ' ἀρετὴν ἐνεργείας (πράξεις haud aliam in sententiam 1176 b 7. 8 dictae sunt). Nec dubium est quin inter has rursus delectu facto summa rei menti et sapientiae tribuenda sit: in quibus virtus ejus partis nostri spectetur quam optimam et paene divinam habemus — 1177 a 18. *Et profecto si beatitas τὸ κράτιστον postulat, τὸ συνεχές, τὸ ἡδύ, τὸ αὔταρκες, τὸ δι' αὑτὸ αἱρετὸν quodque cum hoc conjunctum est τὸ ἐν σχολῇ: omnia haec quam maxime atque magis quam generi τῶν πρακτικῶν ἀρετῶν própria sunt cogitationi et sapientiae. Ergo in hac qui vitam deget, vere beatus erit* — 1177 b 26. *Divinae vero nostri parti deditus paene relinquere quod humanum et mortale est videbitur* (— b 31): *tum enim recte habet, ad id converti quod quisque optimum habet* (— 1178 a 2), *tum humanam naturam haud deserit qui τὸν νοῦν maxime colat: quod enim homo quisque revera est in mente ejus est positum* — 1178 a 8.

Haec disputatio quam diligenter sit elaborata, mediâ ejus parte perlustratâ (1177 a 18 — b 26) apparebit. Quas enim supra seu quinque seu sex notiones vitae beatae enumeravimus, non tantum pro ratione horum ethicorum ita delectae sunt ut melius vix potuerint, sed et singulae quaeque ex ordine aptâ argumentatione *τῇ θεωρητικῇ* vindicantur (a 19—21. — 22. — 27. — b 1. — b 4. — b 15) et in conclusione

K 7 εἰ δ' ἐστὶν ἡ εὐδαιμονία κατ' ἀρετὴν ἐνέργεια, εὔλογον 1177 a 12 κατὰ τὴν κρατίστην· αὕτη δ' ἂν εἴη τοῦ ἀρίστου. εἴτε δὴ νοῦς τοῦτο εἴτε ἄλλο τι, ὃ δὴ κατὰ φύσιν δοκεῖ ἄρχειν καὶ ἡγεῖ-

---

b 16 — 25 si non iisdem nominibus tamen re ad unam omnes agnoscuntur.

13. *εὔλογον κατὰ τὴν κρατίστην*: 1098 a 15 *εἰ δ' οὕτω, τὸ ἀνθρώπινον ἀγαθὸν ψυχῆς ἐνέργεια γίνεται κατ' ἀρετήν, εἰ δὲ πλείους αἱ ἀρεταί, κατὰ τὴν ἀρίστην καὶ τελειοτάτην*. cf. 1099 a 29. 30. 1153 b 10 *εἴθ' αἱ πασῶν (τῶν ἕξεων) ἐνέργειά ἐστιν ἡ εὐδαιμονία εἴτε ἡ τινὸς αὐτῶν*. 1176 a 26 *εἴτ' οὖν μία (ἐνέργεια) ἐστὶν ἢ πλείους αἱ τοῦ τελείου καὶ μακαρίου ἀνδρός* . . .

13. *εἴτε δὴ νοῦς τοῦτο* sc. *τὸ ἄριστον* cujus *ἡ ἀρετὴ* spectatur (cf. vs 16 *ἡ τούτου ἐνέργεια κατὰ τὴν οἰκείαν ἀρετήν*). Virtutem igitur *τοῦ νοῦ* h. quidem l. *τὴν σοφίαν* dici vs 24 certum est. Loquitur saltem aliter scriptor libri Z, nec tamen alia censere putandus erit; neque enim dum *τὸν νοῦν* inter ipsas virtutes dianoëticas numerat, eundem vim quandam animi cujus sit virtus esse negaturus est; dumque *τὴν σοφίαν* in conjunctione *νοῦ* et *ἐπιστήμης* positam esse vult (1141 a 18 s.), accuratius ut par erat distinguit quam qui verbis *εἴτε— εἴτε* et in locum mentis *τὸ ἐπιστημονικὸν* admittit et conjunctum *τὸ ἐπιστημονικὸν* cum mente.

14. *ὃ δὴ κατὰ φύσιν δοκεῖ ἄρχειν* . . . Particulâ *δὴ* indicatur quaestionem illam quid *τοῦ ἀρίστου* loco sit inde aptam esse ut sciatur aut quid *ἄρχει καὶ ἡγεῖται* aut quid sit *περὶ τοῦ ἀρίστου*. Primum enim omnino Aristoteli videtur ea vis quâ percipimus ita rei quae percipitur affinis esse ut non tantum aliud rerum genus aliam vim poscat, sed etiam quae inter res perceptas optima est ab eo percipiatur quod inter percipientia est optimum. Cf. (neque enim nunc in tantâ re plena demonstratio desideratur: „*εὔλογον — δοκεῖ*“ vs 12. 14) pro multis quae afferri possunt haec ex ipsis Nic. *πρὸς γὰρ τὰ τῷ γένει ἕτερα καὶ τῶν τῆς ψυχῆς μορίων ἕτερον τῷ γένει τὸ πρὸς ἑκάτερον πεφυκός κ. τ. λ.* 1139 a 8—11, atque quae modo 1177 a 4 legimus *τοῦ βελτίονος ἀεὶ καὶ μορίου καὶ ἀνθρώπου σπουδαιοτέρα ἡ ἐνέργεια* (addas — 1364 b 7 s. — *καὶ τὸ περὶ ὅ*): id quod inverso ordine non minus recte habet. — Alterum vero (*ἄρχειν καὶ ἡγεῖσθαι τὸν νοῦν*) quamquam in his ethicis atque imprimis in l. Z haud ita illustratum et demonstratum esse vidimus ut conducebat, tamen per universam rationem philosophi dubitationem nullam habet. Quemadmodum enim in rerum universitate consensu sapientium ut Plato ait *νοῦς βασιλεὺς* est (Phil. 28 d), ita is *νοῦς* qui in nobis est necesse erit aut summo loco aut non sit. *Ἄρχει* igitur et *ἡγεῖται*: non ita quidem ut *τὸ ἐπιτακτικὸν* (*ἡ φρόνησις*), sed ita ut sit ipse *τὸ οὗ ἕνεκα*. *Οὐχ ὡς ἰατρικὴ δὲ ὑγίειαν (ποιεῖ) ἀλλ' ὡς ἡ ὑγίεια, οὕτως ἡ σοφία εὐδαιμονίαν* 1144 a 4. *Ἐκείνης (τῆς σοφίας) οὖν ἕνεκα ἐπιτάττει* (*ἡ φρόνησις*) *ἀλλ' οὐκ ἐκείνῃ* 1145 a 9. Quibus locis haud dico id evinci quod jam vsu 14 indicatur: multa enim desiderabuntur et imprimis hoc ut sciamus illas *ἀρχὰς* in quibus *ὁ νοῦς* (*θεωρητικὸς ὤν*) versatur easdem aliquo modo et summa *τῶν πρακτῶν* principia esse. Sed illud ita probari censeo, extrema Ethica

1177 a 15 σθαι καὶ ἔννοιαν ἔχειν περὶ καλῶν καὶ θείων, εἴτε θεῖον ὂν καὶ αὐτὸ εἴτε τῶν ἐν ἡμῖν τὸ θειότατον, ἡ τούτου ἐνέργεια κατὰ τὴν οἰκείαν ἀρετὴν εἴη ἂν ἡ τελεία εὐδαιμονία. ὅτι δ' ἐστὶ θεωρητική, εἴρηται. ὁμολογούμενον δὲ τοῦτ' ἂν δόξειεν εἶναι καὶ τοῖς πρότερον καὶ τῷ ἀληθεῖ. κρατίστη τε γὰρ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐνέργεια· καὶ γὰρ ὁ νοῦς τῶν ἐν ἡμῖν, καὶ τῶν γνωστῶν, περὶ ἃ ὁ νοῦς. ἔτι δὲ συνεχεστάτη· θεωρεῖν [τε] γὰρ K

21. [τε] del. vid.

quum inter τὰ πρακτὰ (ut ita dicam) primas dent τῇ θεωρίᾳ haud ex inopinato proferre quae a prioribus ll. aliena sint. Cf. et ad 1178 a 2 — 8.

18. ὅτι δ' ἐστὶ θεωρητική, εἴρηται. Primum diserte his verbis cavetur ne quis ejus λόγου vel νοῦ (nam est etiam πρακτικός τις νοῦς) rationem haberi putet qui ad τὸ ὀρεκτικὸν et ad res gerendas spectat: τῇ φρονήσει enim, si usquam per haec capp., tacite quasi quum ad τὰς ἠθικὰς ἀρετὰς perventum est suus honor tribuitur (v. ad 1178 a 16). Deinde legitimum subjectum ad θεωρητική ἐστιν unam esse τὴν τοῦ νοῦ ἐνέργειαν vs 16 apparet. Sententia vera; et ita vera, ut nisi verba sua laudaturus sit scriptor, testimonio alius loci non egeat. Atqui verbis hucusque nusquam dictum est ὅτι θεωρητικὴ ἡ τοῦ νοῦ ἐνέργεια, imo nomen ipsum θεωρητικὸς in Z, quo maxime spectari consentaneum est, semel tantum quum ἡ θεωρητικὴ διάνοια καὶ μὴ πρακτικὴ describenda est reperitur 1139 a 27. Quamobrem fuerit qui totam hanc sententiam ὅτι . . . εἴρηται, quâ res facile careat, pro suspectâ habeat. At obstat quod his capp. 7—9 id ipsum videtur propositum esse ut ἡ τελεία εὐδαιμονία probetur esse θεωρητική τις ἐνέργεια v. 1177 b 19. 1178 b 7. 21. 32 (1179 a 31 s.): quis igitur volet his verbis e prooemio temere sublatis concinnitatem quandam primae ac extremae disputationis tollere? Itaque in librum Z potius ista suspicio convertetur; nec nego τὸ εἴρηται vs 18 inter illa esse ob quae dubites num ea περὶ τῶν διανοητικῶν ἀρετῶν auctor Nicomacheorum scripserit quae libro Z leguntur.

Sex jam inde a vsu 19 notiones ἐν τῇ θεωρητικῇ inesse probantur quas easdem ad beatitatem maxime pertinere sciamus.

19—21. „κρατίστη ἡ τοῦ νοῦ ἐνέργεια“: v. ad vs 13 et 14; quae enim illic erant et ad hanc demonstrationem vim habent. Ἐκ τῶν πρότερον (vs 19) huc proxime accedit locus 1099 a 29 ταύτας δὲ (τὰς ἀρίστας ἐνεργείας) ἢ μίαν τούτων τὴν ἀρίστην φαμὲν εἶναι τὴν εὐδαιμονίαν.

21. 22. „συνεχεστάτη ἡ αὐτή“. Affinia inter se τὸ συνεχές, τὸ μόνιμον, τὴν βεβαιότητα in summo bono deesse non posse ab initio constabat; quemadmodum enim τὸ εὐμετάβολον τεκμήριόν τι πονηρίας est (1154 b 28—31), ita illa sunt μαρτύρια τοῦ ἀγαθοῦ: v. tum verba 1100 b 15 τούτων δ' αὐτῶν (τῶν κατ' ἀρετὴν ἐνεργειῶν) αἱ τιμιώταται μονιμώταται διὰ τὸ μάλιστα καὶ συνεχέστατα καταζῆν ἐν αὐταῖς τοὺς μακαρίους, tum totam argumentationis rationem quae illic vs 11—16

7 δυνάμεθα συνεχῶς μᾶλλον ἢ πράττειν ὁτιοῦν. οἰόμεθά τε δεῖν ἡδονὴν παραμεμῖχθαι τῇ εὐδαιμονίᾳ, ἡδίστη δὲ τῶν κατ' ἀρετὴν ἐνεργειῶν ἡ κατὰ τὴν σοφίαν ὁμολογουμένως ἐστίν· δοκεῖ γοῦν ἡ φιλοσοφία θαυμαστὰς ἡδονὰς ἔχειν καθαριότητι καὶ τῷ βεβαίῳ, εὔλογον δὲ τοῖς εἰδόσι τῶν ζητούντων ἡδίω τὴν διαγωγὴν εἶναι. ἥ τε λεγομένη αὐτάρκεια

22. post ὁτιοῦν Bekk. comma.

est. Quamquam idem locus quum b 14 αἱ ἐπιστῆμαι minus perennes quam αἱ κατ' ἀρετὴν ἐνεργεῖαι dicuntur esse, videatur sane hanc τῆς θεωρίας laudem parum prospicere. — Ceterum nil apud homines συνεχὲς esse scimus: πάντα γὰρ τὰ ἀνθρώπεια ἀδυνατεῖ συνεχῶς ἐνεργεῖν 1175 a 4; cujus rei causam, siquidem de mente quaeritur, ex his de divinâ mente verbis cognoscas εἰ μὴ νόησίς ἐστιν ἀλλὰ δύναμις, εὔλογον ἐπίπονον εἶναι τὸ συνεχὲς αὐτῷ τῆς νοήσεως 1074 b 28; cf. 1050 b 25.

22—27. καὶ ἡδίστη. Tertia haec notio ut pleraeque per particulam τε adjungitur (οἰόμεθά τε vs 22; v. τε vs 19. 27. b 1. b 4; ἔτι δὲ vs 21) nec profecto priori quae ad τὸ συνεχὲς spectabat dignitate cedit. Aut igitur illud τε quod vs 21 erat („θεωρεῖν τε γάρ“) delendum, aut dicendus Arist. h. l. sententiae minus quam grato cuidam membrorum inter se nexui dedisse. — Ad rem et ad verba οἰόμεθα δεῖν ἡδονὴν παραμεμῖχθαι vs 22. 23 cf. unum locum 1153 b 14 πάντες τὸν εὐδαίμονα ἡδὺν οἴονται βίον εἶναι καὶ ἐμπλέκουσι τὴν ἡδονὴν εἰς τὴν εὐδ. — vs 25 θαυμαστὰς . . καθαριότητι: v. ad 1176 a 1 sq. et ib. 3. — vs 26 τοῖς εἰδόσι sc. ἐνεργοῦσιν ἤδη κατὰ τὴν σοφίαν (vs 24). τῶν ζητούντων i. e. ἢ τοῖς ζητοῦσι qui φιλοσοφίας (vs 25) certe aliquo modo participes sunt.

27 — b 1. αὐταρκεστάτη ἡ τοῦ νοῦ ἐνέργεια: αὐτάρκειαν ad beatitatem quidem ubique posci, supra ad 1176 b 2—7 monendum erat (οὐδενὸς γὰρ ἐνδεὴς ἡ εὐδ. ἀλλ' αὐτάρκης 1176 b 5); nec minus τὸ ἱκανῶς κεχορηγῆσθαι ut vs 30 ita l. *A* (1101 a 15) ad supplendam τὴν αὐτάρκειαν advocatur. — Sin vero de re potius quam de verbis quaeratur, vide annon recte ad 1176 b 2 — 7 observatum sit, istam quidem argumentationem ad demonstrandum parum aptam esse. Profecto enim si ἐνέργεια aliqua ita sit αὐτάρκης ut ad illam nec majore copiâ rerum (vs 28. 29) nec sociis hominibus (vs 32 s.) opus sit, num recte inde colligetur eandem ad implendam vitam hominis sufficere? Scilicet ἡ αὐτάρκεια in beatitate ab initio *A* 5 eo spectabat ne quid in illâ quum ejus compos esset homo (πολιτικὸς ὢν φύσει 1097 b 11) desideraret; ἡ θεωρία nunc αὐτάρκης esse dicitur quippe ad quam ut ipsa sit non ita multa desiderentur. Quae quum ita sint, in minoribus rebus quae plures per hos vss occurrunt ne moremur: velut in illo quod mire sane vs 31 ὁ σώφρων dicitur ὁμοίως ὡς ὁ δίκαιος δεῖσθαι τῶν πρὸς οὓς καὶ μεθ' ὧν quasi nemo sit qui τῇ γεύσει indulgeat solus, vel quasi male 1129 b 33 qui καθ' αὐτοὺς δύνανται τῇ ἀρετῇ χρῆσθαι distincti sint ab illis qui et ἐν τοῖς πρὸς ἕτερον δύνανται.

1177 a 28 περὶ τὴν θεωρητικὴν μάλιστ' ἂν εἴη· τῶν μὲν γὰρ πρὸς τὸ ζῆν ἀναγκαίων καὶ σοφὸς καὶ δίκαιος καὶ οἱ λοιποὶ δέονται, τοῖς δὲ τοιούτοις ἱκανῶς κεχορηγημένων ὁ μὲν δίκαιος δεῖται πρὸς οὓς δικαιοπραγήσει καὶ μεθ' ὧν, ὁμοίως δὲ καὶ ὁ σώφρων καὶ ὁ ἀνδρεῖος καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστος, ὁ δὲ σοφὸς καὶ καθ' αὑτὸν ὢν δύναται θεωρεῖν, καὶ ὅσῳ ἂν σοφώτερος ᾖ, μᾶλλον· βέλτιον δ' ἴσως συνεργοὺς ἔχων, ἀλλ' ὅμως K
1177 b αὐταρκέστατος. δόξαι τ' ἂν αὐτὴ μόνη δι' αὑτὴν ἀγαπᾶσθαι· οὐδὲν γὰρ ἀπ' αὐτῆς γίνεται παρὰ τὸ θεωρῆσαι, ἀπὸ δὲ τῶν πρακτῶν ἢ πλεῖον ἢ ἔλαττον περιποιούμεθα παρὰ τὴν πρᾶξιν. δοκεῖ τε ἡ εὐδαιμονία ἐν τῇ σχολῇ εἶναι· ἀσχο- § λούμεθα γὰρ ἵνα σχολάζωμεν, καὶ πολεμοῦμεν ἵν' εἰρήνην ἄγωμεν. τῶν μὲν οὖν πρακτικῶν ἀρετῶν ἐν τοῖς πολιτικοῖς

3. K^b τῶν πρακτικῶν.

Talia enim justam excusationem habent, quum oportet oratione per multa decurrere. — De eâdem re v. infra 1178 a 23 — b 7.

1—4. *μόνη δι' αὑτὴν ἀγαπᾶται.* Si eum qui *ἐν τοῖς πρακτοῖς* (vs 3) versatur uno nomine *πολιτικὸν* appellare licet, id quod inde *παρὰ τὴν πρᾶξιν περιποιούμεθα* vel quod *ἐπιζητεῖται παρὰ τὴν ἐνέργειαν* (1176 b 6) praeter *τὴν σχολὴν* (vs 4 ss.) honor potissimum erit: *τοῦ γὰρ πολιτικοῦ βίου σχεδὸν τοῦτο τέλος* 1095 b 23. Arist. igitur, quum *τὴν θεωρητικὴν* affirmat *δι' αὑτὴν ἀγαπᾶσθαι μόνην*, aut sapientiae et doctrinae laudem fere nullam esse censet aut virum sapientem eundem et *μεγαλόψυχον*, *ᾧ δὴ καὶ ἡ τιμὴ μικρόν ἐστιν* (1124 a 19).

4 — 15. *ἔχει τε τὸ σχολαστικόν.* Quam prope haec notio ad praecedentem accedat, ab initio vs 5 particula *γὰρ* docet: „beatitatem in otio esse inde scimus quod omnium laborum finis („*ἵνα*") in otio est" — quid vero *τὸ δι' αὑτὸ ἀγαπητὸν* (vs 1) nisi *τέλος*? — Absolvitur autem demonstratio — vs 15 ita ut id genus omne quod *τῇ θεωρητικῇ* oppositum est, sive rem militarem (vs 8 — 12) sive civilem (vs 12 — 15) spectamus, tum *ἐν ἀσχολίᾳ* esse tum non suâ causâ appeti ostendatur. Neque enim necessarium videbatur ut affirmando contraria sententia *ὅτι ἡ τοῦ νοῦ ἐνέργεια ἐν σχολῇ* adderetur, sed placebat jam vs 16 sqq. ad universam rem de quâ inde a vsu a 18 agitur unâ sententiâ complectendam progredi; quo facto inter reliqua quae mentionem poscebant etiam hoc quod b 4—15 propositum fuerat verbis „*καὶ τὸ σχολαστικὸν*" vs 22 suum locum habebat. Oratio vivida, ut ita dicam, haud ingrata, elegans.

6. *τῶν μὲν οὖν πρακτικῶν ἀρετῶν ἐν τοῖς πολιτικοῖς ἢ ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἡ ἐνέργεια*: cf. vs 16 *τῶν μὲν κατὰ τὰς ἀρετὰς πράξεων αἱ πολιτικαὶ καὶ πολεμικαὶ κάλλει καὶ μεγέθει προέχουσιν.* Verius sane hoc quam illud. Non ita sollicitus Arist. est ne aliquando plus videatur dicere quam res patitur; imo quod in hoc similibusque ex-

K 7 ἢ ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἡ ἐνέργεια· αἱ δὲ περὶ ταῦτα πράξεις 1177 b 7 δοκοῦσιν ἄσχολοι εἶναι*, αἱ μὲν οὖν πολεμικαὶ καὶ παντελῶς· οὐδεὶς γὰρ αἱρεῖται τὸ πολεμεῖν τοῦ πολεμεῖν ἕνεκα οὐδὲ παρασκευάζει πόλεμον· δόξαι γὰρ ἂν παντελῶς μιαιφόνος τις εἶναι, εἰ τοὺς φίλους πολεμίους ποιοῖτο, ἵνα μάχαι καὶ φόνοι γίγνοιντο. ἔστι δὲ καὶ ἡ τοῦ πολιτικοῦ ἄσχολος, καὶ παρ' αὐτὸ τὸ πολιτεύεσθαι περιποιουμένη δυναστείας καὶ τιμὰς ἢ τήν γε εὐδαιμονίαν αὐτῷ καὶ τοῖς πολίταις, ἑτέραν οὖσαν τῆς πολιτικῆς, ἣν καὶ ζητοῦμεν* δῆλον ὡς ἑτέραν οὖσαν.

8. εἶναι*] excidisse vid. καὶ ἄλλου χάριν (vel sim.). 9. post ἕνεκα Bekk. comma. 12. $K^b O^b$ γίνηται (M^b γίνωνται). 15. δῆλον] scr. aut δὴ aut δῆλον ὅτι.

emplis ipse quasi progrediente sermone correxit, idem multis aliis locis prudentiae legentium permisisse putandus est.

7. **αἱ δὲ περὶ ταῦτα πράξεις δοκοῦσιν ἄσχολοι εἶναι.** At quae demonstranda sunt, duo sunt: τὸ οὐκ ἐν σχολῇ atque τὸ ἄλλου χάριν v. vs 4. 5; utrumque et vs 12. 13 in vitâ τοῦ πολιτικοῦ et vs 17. 18 in universo genere τῶν πρακτικῶν commemoratur. In illo vero qui militat quum ad probandam sententiam pergitur (γὰρ vs 9—12) ne spectatur quidem ad τὸ ἄσχολον (quid enim argumentis opus, ut credatur in bellis otium non agi?), sed sufficere videtur si τὸ ἄλλου χάριν ratum sit. Dico igitur post verba ἄσχολοι εἶναι mentionem τοῦ οὐ δι' αὐτὸ αἱρετοῦ quae omitti non potuerit injuriâ temporum deletam esse.

9. **οὐδὲ παρασκευάζει πόλεμον.** Usus hic et vis verbi παρασκευάζειν verbis praecedentibus τοῦ πολεμεῖν ἕνεκα debetur. Quamquam enim homines plerumque dicuntur παρασκευάζεσθαι εἰς (πρὸς) μάχην sim., per se tamen Graece item dux dicitur παρασκευάζειν στρατείαν (Thucyd. Δ 74), πόλεμον. Officiebat sententiae comma ante οὐδὲ a Bekk. positum.

15. **ἣν καὶ ζητοῦμεν δῆλον ὡς ἑτέραν οὖσαν:** scribendum, ut videtur, ἣν καὶ ζητοῦμεν δὴ ὡς vel δῆλον ὅτι ὡς. Quod si placuerit, non video quid hic locus, varie antiquitus ab interpretibus agitatus, habeat difficultatis. Quid enim tum pro verbis vs 12 sq., tum pro universâ ratione Ethicorum verius est quam necessario τὴν εὐδαιμονίαν ζητεῖσθαι ὡς ἕτερόν τι οὖσαν τῆς πολιτικῆς? Etenim sive τὴν πολιτικὴν genus quoddam τῆς φρονήσεως esse dicimus, de quo Z 8 legimus, omnem φρόνησιν scimus τῶν πρὸς τὸ τέλος esse; sive ad illam μέθοδον πολιτικήν τινα οὖσαν spectamus, penes quam universae vitae humanae administratio est (1094 b 11), consentaneum profecto, τἀνθρώπινον ἀγαθὸν haud idem esse quod ipsa illa πραγματεία. Atqui hoc unum demonstrandum erat. — De duplici quodam beatitatis genere, quorum alterum in civitate sit, alterum in otio sapientium, Arist. nimirum h. l. dixit omnino nihil.

εἰ δὴ τῶν μὲν κατὰ τὰς ἀρετὰς πράξεων αἱ πολιτικαὶ καὶ πολεμικαὶ κάλλει καὶ μεγέθει προέχουσιν, αὗται δ' ἄσχολοι καὶ τέλους τινὸς ἐφίενται καὶ οὐ δι' αὑτὰς αἱρεταί εἰσιν, ἡ δὲ τοῦ νοῦ ἐνέργεια σπουδῇ τε διαφέρειν δοκεῖ θεωρητικὴ οὖσα, καὶ παρ' αὑτὴν οὐδενὸς ἐφίεσθαι τέλους, ἔχειν τε ἡδονὴν οἰκείαν (αὕτη δὲ συναύξει τὴν ἐνέργειαν), καὶ τὸ αὔταρκες δὴ καὶ σχολαστικὸν καὶ ἄτρυτον ὡς ἀνθρώπῳ, καὶ ὅσα ἄλλα τῷ μακαρίῳ ἀπονέμεται, κατὰ ταύτην τὴν ἐνέργειαν φαίνεται ὄντα: ἡ τελεία δὴ εὐδαιμονία αὕτη ἂν εἴη ἀν-

17. 18. ἄσχολοι καὶ] K^b ἀσχολικαί. 20. 21. ἔχειν — αὕτη] K^b καὶ ἔχειν τὴν ἡδονὴν τελείαν οἰκείαν, αὐτὴ (τελείαν οἰκείαν et. M^b). 23. κατὰ] $K^b M^b$ τὰ κατὰ. 24. post ὄντα Bekk. punctum. 24. 25. K^b ἀνθρώπωι.

16—26. Una periodus, ampla potius quam impedita; cujus apodosis incipit vs 24 a verbis ἡ δὴ τελεία εὐδ. Et disposita quidem singula ita sunt, ut voluisse scriptorem rem uno hoc ambitu verborum absolvere satis appareat. Remotis enim per priorem partem protaseos grammaticae (εἰ δὴ τῶν μὲν vs 16) iis virtutibus quae in rebus gerendis versantur, alterâ parte protaseos (ἡ δὲ τοῦ νοῦ ἐνέργεια vs 19) ab initio laus τῆς θεωρίας in eum modum exhibetur, ut omnia in unum congerantur sive prope antecedunt sive aliunde nota sunt: imo quod primum commemoratur (τὸ ἐν σπουδῇ vs 19) propter argumentationem praecedentis cap. 6 velut novum additur, quod vero ipso hôc cap. proximum demonstratum est (b 4—15) paene sero et raptim profertur (καὶ σχολαστικόν vs 22). Ἄτρυτον ὡς ἀνθρώπῳ vs 22 jam idem est quod a 21. 22 τὸ συνεχέστατον dicebatur; exquisito nomine et quasi per antecedentia verba αὕτη δὲ συναύξει τὴν ἐνέργειαν vs 21 elicito: quod enim, quum per se συνεχὲς sit, per dulcedinem quandam quam secum habet reficitur et augetur, paene nunquam languescet. Illa vero „αὕτη δὲ συναύξει“ ipsâ voce συναύξειν disputationem περὶ ἡδονῆς in mentem revocant (c. 1—5. 1175 a 30 sqq.): neque enim alias praeter locum 1172 a 11 (ubi φιλία est συναυξανομένη πως) verbum συναύξειν in his ll. inveniatur.

24. ἡ τελεία δὴ εὐδαιμονία: v. vs a 16 ἡ τούτου ἐνέργεια .. εἴη ἂν ἡ τελεία εὐδαιμονία (cf. 1178 b 7). Repertum igitur quod huic cap. propositum erat: nil amplius. Quid enim his capp. 6. 7 quaerebatur nisi ipsa illa beatitas quam ab initio novimus τέλος οὖσαν τῶν ἀνθρωπίνων (1176 a 31 s.)? sin compluria videantur esse τὰ τέλη, beatitatem scimus inter ea τὸ τελειότατον esse (A 5; 1097 a 30). Illam vero ipsam id ferre ut non sit τελεία, cum per universam ethices rationem tum per hance ipsam sententiam (οὐδὲν γὰρ ἀτελές τῶν τῆς εὐδαιμονίας vs 25) incredibile erit. — Nihilominus jam proxima vs 26 sqq. docent, Aristotelem timere aut ne suâ viâ pergens postulare videatur quod nimium sit aut ne parum summa haec operis sui concinat cum politicâ illâ quaestione quam A 1 instituit. Sive enim ab

K 7 θρώπου, λαβοῦσα μῆκος βίου τέλειον· οὐδὲν γὰρ ἀτελές ἐστι
8 τῶν τῆς εὐδαιμονίας. ὁ δὲ τοιοῦτος ἂν εἴη βίος κρείττων ἢ κατ' ἄνθρωπον· οὐ γὰρ ᾗ ἄνθρωπός ἐστιν οὕτω βιώσεται, ἀλλ' ᾗ θεῖόν τι ἐν αὐτῷ ὑπάρχει [· ὅσῳ δὲ διαφέρει τοῦτο τοῦ συνθέτου, τοσούτῳ καὶ ἡ ἐνέργεια τῆς κατὰ τὴν ἄλλην ἀρετήν]. εἰ δὴ θεῖον ὁ νοῦς πρὸς τὸν ἄνθρωπον, καὶ ὁ κατὰ τοῦτον βίος θεῖος πρὸς τὸν ἀνθρώπινον βίον. οὐ χρὴ δὲ κατὰ τοὺς παραι-

28. 29. [ὅσῳ — ἀρετήν] susp. 28. ὅσῳ] K^{b} ὅσον. 29. τοσούτῳ] K^{b} τοσοῦτον.

initio tale quid providit (v. 1096 a 4. 5), sive ex improviso quasi sero huc delatus est, apparet illum postremo duplex quoddam *τοῦ ἀνθρωπίνου ἀγαθοῦ* genus agnoscere, alterum per se quidem *τέλειον* sed ita comparatum ut homini *τελείως* non contingat, alterum *ἀνθρωπικὸν* et magis obvium sed ita inferius ut ipsi homini non sufficiat (v. „*ἀνθρώπου*" 1177 b 24). Atqui quoniam hoc sub finem in eâ notione accidit ex qua omnis res ethica fere apta est, accidisse apparet quod ipsa res vix toleret, nec quidquam mirum varias sero quaestiones moveri ad quas explicandas vel submovendas jam ne locus quidem suppetat. Quod igitur scriptor quodam modo peccavit, interpretando sane haud expedietur.

25. *λαβοῦσα μῆκος βίου τέλειον*: v. 1098 a 18 *ἔτι ἐν βίῳ τελείῳ*.

26 s. *ὁ δὲ τοιοῦτος ἂν εἴη βίος κρείττων ἢ κατ' ἄνθρωπον*: periculum igitur ne nec possit esse nec debeat peti. Illud quidem haud negat Arist., sed hoc a veritate abhorrere ostendit „*οὐ χρὴ δὲ*" vs 31—1178 a 2. Ad aliud enim quaerendi genus, quod instare videatur, se jam non convertit. Nam si vita illa theoretica (*ἡ κατὰ τὸν νοῦν*) divina potius sit quam humana, illa vero quae ad *τὸ θρεπτικὸν* spectat bruta quaedam, fuerit qui *τὸ ἴδιον* quod vere sit *ἀνθρώπινον* in ipsâ illâ intermediâ parte positum esse censeat: ut res redeat ad *τὸ ὀρεκτικὸν* et ad ethicas virtutes (v. ad 1098 a 3).

28. 29. *ὅσῳ δὲ διαφέρει . . . τῆς κατὰ τὴν ἄλλην ἀρετήν*. Primum monendum, vsu 29 ad *ἡ ἐνέργεια* addendum fuisse *αὐτοῦ*. Deinde autem quid omnino interpositâ hac sententiâ opus erat? Ut enim reputaretur *τὰς ἐνεργείας* eodem modo differre quo *τὰ ἐνεργοῦντα*, sufficiebat sane in re certâ proxima sententia „*εἰ δὴ θεῖον*" vs 30: an cuiquam obscurum, *τὸν βίον* vs 30 *ἐνέργειαν* esse? Novum vero nomen *τὸ σύνθετον* cujus sint ethicae virtutes mox 1178 a 19—21 si non commodâ, aliquâ certe commendatione dignatur: huc igitur ubi virtutis ethicae mentio omnino haud desideratur, quasi per se notum nullo verbo addito illatum fuerit?

31 s. *τοὺς παραινοῦντας* breviter poëtas dixeris esse: velut ignotum illum cujus versus *θνατὰ χρὴ τὸν θνατόν, οὐκ ἀθάνατα τὸν θνατὸν φρονεῖν* 1394 b 24 pro insigni exemplo *γνώμης* laudatur (ad q. l. v. Spengel); vel Euripidem *ὄντας δὲ θνητοὺς θνητὰ καὶ φρονεῖν χρεών*; vel Sophoclem *ἐπεί σε μανθάνω θνητὴν φρονοῦσαν θνητὰ κοὐκ ἀγνώ-*

1177 b 32 *νοῦντας ἀνθρώπινα φρονεῖν ἄνθρωπον ὄντα οὐδὲ θνητὰ τὸν* K
θνητόν, ἀλλ' ἐφ' ὅσον ἐνδέχεται ἀθανατίζειν καὶ ἅπαντα ποιεῖν
πρὸς τὸ ζῆν κατὰ τὸ κράτιστον τῶν ἐν αὐτῷ· εἰ γὰρ καὶ
1178 a *τῷ ὄγκῳ μικρόν ἐστι, δυνάμει καὶ τιμιότητι πολὺ μᾶλλον*

1. *τιμιότητι*] K[b] *ποιότητι*.

μονα (Trach. 473). — Egregie vero his verbis *οὐ χρὴ δὲ* studium vitae vere beatae honestatis nomine mandatur, ut jubeamur potius ad id quod idem et beatum est per operam nostram consurgere, quam ipso beatitudinis nomine alliciamur. Est enim summum inter res humanas (*τὸ θεῖον*) quod velut proprium haberi nequit, sed tanquam nostrum appeti potest. Cf. 1245 b 17 (*ὁ θεὸς τὸ εὖ ἔχει*) *βέλτιον ἢ ὥστε ἄλλο τι νοεῖν παρ' αὐτὸς αὑτόν. αἴτιον δ' ὅτι ἡμῖν μὲν τὸ εὖ καθ' ἕτερον, ἐκείνῳ δὲ αὐτὸς αὑτοῦ τὸ εὖ ἐστιν*; v. mox 1178 b 23 (*ἡ ταύτῃ συγγενεστάτη*). ib. 27 (*ὁμοίωμά τι τῆς τοιαύτης ἐνεργείας*). 982 b 28 *δικαίως ἂν οὐκ ἀνθρωπίνη νομίζοιτο τῆς μόνης ἐλευθέρας οὔσης τῶν ἐπιστημῶν ἡ κτῆσις· πολλαχῇ γὰρ ἡ φύσις δούλη τῶν ἀνθρώπων ἐστίν.*

33. *καὶ πάντα ποιεῖν πρὸς τὸ ζῆν κατὰ τὸ κράτιστον* . . . Ergo ad hoc institutione quadam universae vitae et aliâ quidem ac quam pridem audivimus opus erit. Ethicae enim virtutes nec *τῆς νοήσεως ἕνεκα* proponebantur neque usu (si *τὸν μεγαλόψυχον* exceperis) ad illam pertinebunt. Sin utrique virtutis generi locum esse oportet, partitione saltem utendum erit, quam rectam fieri plurimum interest. Videatur quidem plus quam istud *πάντα ποιεῖν* dici non posse: nec tamen putaverim voluisse Aristotelem talem *ὅρον* qualem Eudemus ut *ἄριστον* commendat suum facere „*ἥκιστα αἰσθάνεσθαι τοῦ ἄλλου μέρους τῆς ψυχῆς ᾗ τοιοῦτον*“ 1249 b 16—23.

34 s. *εἰ γὰρ καὶ τῷ ὄγκῳ μικρόν ἐστι* (*τὸ κράτιστον, τὸ θεῖον*) Frequens satis in Phys. substantivi *ὄγκος* usus est; *τῷ σώματι* illi quod *ἄπειρον* est, quo omnino spatium impletur, synonymus est *ὁ ὄγκος* 203 b 27 s. 1089 b 14. Simile igitur quod 183 b 23 s. principium doctrinae dicitur *κράτιστον τῇ δυνάμει, μικρότατον τῷ μεγέθει* — quamquam in tali re ne quaerendum quidem est quânam mensurâ magna et parva dignoscantur. An tempore, quod aut cogitando aut aliis rebus terimus? *διαγωγὴ δ' ἐστὶν οἵα ἡ ἀρίστη μικρὸν χρόνον ἡμῖν* 1072 b 14 et omnino verum est *ὅτι ἐν τῷ τέλει συμβαίνει τοῖς ἀνθρώποις ὀλιγάκις γενέσθαι* 1339 b 27. An specie hominumque opinione? notum enim, *ὄγκον* vulgo praesertim iis rebus tribui quae visu vel auditu majores videantur esse quam sunt, inani tumore efflatae. — Istâ vero sententiâ *οὐ χρὴ δὲ . . . πολὺ μᾶλλον πάντων ὑπερέχει* b 31 —1178 a 2 Aristotelem censeo finem huic cap. impositurum fuisse; reliqua —1178 a 8 breviter et negligenter alio forte tempore adjecta et ad proximum cap. traducta esse (v. ad 1178 a 7). Quod ut credam tum ratio eorum quae sequuntur me inducit tum gravitas hujus sententiae. Quando enim — id quod raro velut 1166 b 27 sq. fit — paene adhortantis voce loquitur, vim sententiae continuato sermone non est imminuturus.

[7 § πάντων ὑπερέχει. — δόξειε δ' ἂν καὶ εἶναι ἕκαστος τοῦτο, εἴπερ 1178 a 2 τὸ κύριον καὶ ἄμεινον· ἄτοπον οὖν γίνοιτ' ἄν, εἰ μὴ τὸν αὐτοῦ βίον αἱροῖτο ἀλλά τινος ἄλλου. τὸ λεχθέν τε πρότερον ἁρμόσει καὶ νῦν· τὸ γὰρ οἰκεῖον ἑκάστῳ τῇ φύσει κράτιστον καὶ ἥδιστόν ἐστιν ἑκάστῳ. καὶ τῷ ἀνθρώπῳ δὴ ὁ κατὰ τὸν νοῦν βίος, εἴπερ τοῦτο μάλιστα ἄνθρωπος. οὗτος ἄρα καὶ εὐδαιμονέστατος.

---

2. δ' ἂν] $K^b M^b$ ἄν. 3. κύριον καὶ ἄμεινον] fort. κράτιστον καὶ κύριον; pro ἄμεινον K^b ἄμεινον μένον.

2-8. Bipartita argumentatio (v. τε vs 4); utraque inde apta, ut ὁ νοῦς uniuscujusque dicatur maxime quisque esse. Erit igitur idem et τὸ θεῖον quod paene non humanum est (1177 b 26 sq.) et τὸ οἰκειότατον cujusque hominis (vs 5). Sint haec certa; quamquam juxta posita quae non concinere videantur explicatione digna erant. Deinde τὸν νοῦν dici ἕκαστον atque τὸ κύριον (vs 3) vel propter priorem locum cujus memor sit placeat alicui. Erant enim verba saltem eadem de eo qui recte φίλαυτος est 1168 b 28—1169 a 3. ib. a 17. 18. Attamen qui illic *I* 8 νοῦς dicebatur cum hoc qui in merâ cogitatione theoreticâ versatur non ita multum praeter nomen commune habet. V. ad 1168 b 30.

2. δόξειε δ' ἂν καὶ εἶναι ἕκαστος τοῦτο: K^b et M^b omissâ particulâ δ' quasi extra ordinem haec subjungunt: id quod in K^b, quippe in quo haud inusitatum sit τὸ ἀσύνδετον, minus notatu dignum est quam in M^b. — εἴπερ τὸ κύριον καὶ ἄμεινον: male. Neque enim id primum constat κύριον εἶναι τὸν νοῦν, sed esse illum τὸ κράτιστον (1177 b 34. cf. 1177 a 13. 14). Dicendum fere εἴπερ τὸ κράτιστον καὶ κύριον (τὸ δὲ κύριον ἑκάστου μάλιστα ἕκαστος: 1168 b 31—33).

4. τὸ λεχθέν τε πρότερον ἁρμόσει καὶ νῦν: ita sane loquitur cui certus quidam locus certaque verba ante oculos versantur. Nec tamen magis in Nic. usquam exstat vox ὅτι τὸ οἰκεῖον ἑκάστῳ καὶ κράτιστον καὶ ἥδιστόν ἐστιν. Sententia quidem vel Platoni accepta est (εἴπερ τὸ βέλτιστον ἑκάστῳ, τοῦτο καὶ οἰκειότατον Rep. 586 e); sed vide quam diversa sint, quae ap. Arist. verbis quodam modo propius accedere videantur: 1169 b 33. 1176 a 3. 4. ib. b 26. Quid vero opus hoc argumento quod ad τὸ οἰκεῖον spectat, si subsit alterum εἴπερ τοῦτο μάλιστα ἄνθρωπος (vs 7)? Hoc enim probato facillima vel e prioribus ll. via ad id patet quod demonstrandum est. Annon μάλιστα φιλητέον ἑαυτόν? 1168 b 10 (1159 a 12). Sin μάλιστα ἑαυτόν, item τῶν ἐν ἑαυτῷ ὃ μάλιστα αὐτός ἐστιν (τὸ δὲ φιλητὸν καὶ ἀγαθὸν καὶ ἡδύ).

7. οὗτος ἄρα (ὁ κατὰ τὸν νοῦν βίος) καὶ εὐδαιμονέστατος: hoc quidem nunc non quaerebatur; ab hac enim quaestione, quum 1177 b 24 s. absoluta esset, inde a 1177 b 26 ad aliam perventum est. Rediit igitur his verbis Arist. ad priora, ut transitum ad proxima haberet („δευτέρως δὲ — εὐδαίμων — ὁ κατὰ τὴν ἄλλην ἀρετὴν — βίος" vs 9).

δευτέρως δ' ὁ κατὰ τὴν ἄλλην ἀρετήν· αἱ γὰρ κατ' *K* αὐτὴν ἐνέργειαι ἀνθρωπικαί· δίκαια γὰρ καὶ ἀνδρεῖα καὶ

9. 10. κατ' αὐτὴν] $K^b M^b$ κατὰ ταύτην.

3. 1178 a 9—b 32 (*K* 8).

Beatitudo, οὖσα ἐν ταῖς κατ' ἀρετὴν ἐνεργείαις (1177 a 10), quâ perfecta est, mentis cogitationi sapientiaeque quae suprema inter virtutes est danda erat. Quemadmodum vero praeter τὴν ἡδονὴν τὴν κυρίως ἀνθρώπου λεγομένην aliae sunt δευτέρως καὶ πολλοστῶς (1176 a 27 s.): ita vel quia humana vita divina esse nequit vel quia virtutis humanae plura sunt genera, ethicae quoque virtuti locus suus debetur. Quod quum propositum sit, Arist. omnem vim demonstrationis eo convertit ut τὸ δ ε υ τ έ ρ ω ς ostendat. Primum enim ethicam virtutem ἀνθρωπικὴν et extrinsecus a rerum temporumve varietate suspensam esse probat —b 7; deinde eandem a deorum vitâ, in qua unâ vera beatitas spectetur, alienam esse evincit —b 23; postremo vero argumentum quoddam subjungit, in quo τὸ ἠθικὸν prorsus negligitur, τὸ θεωρητικὸν solum celebratur —b 32. — Quid igitur τὸ πρακτικὸν ipsum ad beatitatem faciat, quantum fere in vitâ illi dandum sit, utrum ipsam mentis θεωρίαν aliquo modo adjuvet an suâ causâ appetendum an forte ἀναγκαῖον potius sit: hinc ne quaeratur; v. ad 1177 b 24 et 33.

a. 1178 a 9—b 7.

Secundo loco est quod ad ethicam virtutem spectat: est enim ἀνθρωπικὸν tum quia in hominum societate inque affectu animi humani gubernando versatur (—a 14) *tum quia eo quasi loco nostrae naturae est, quo corpus animus ratio in unum concurrunt: ut hoc genus τῷ συνθέτῳ quod hominis proprium est addicendum sit* —a 23. *Addas quod illo quidem externo apparatu qui ad vitam est necessarius aeque fere vir sapiens atque ὁ πρακτικὸς eget* (—a 27), *sed ne ipsa iners atque dubia jaceat ethicae virtuti opibus potentiâ temporibus opus est, quae omnia viro sapienti, quamvis necessaria ad τὸ ἀνθρωπεύεσθαι, suam ad ἐνέργειαν ne exoptata quidem sunt* —b 7.

9. δευτέρως δὲ sc. εὐδαίμων vel ε ὐ δ α ι μ ο ν ι κ ό ς ἐστιν. Quomodo enim beatum vere esse possit quod ἄσχολον nec δι' αὑτὸ ἀγαπώμενον nec per se αἱρετὸν esse comperimus (1177 b 7 s. ib. b 1. 1178 b 5 „ἤ"), non satis liquet. — Ratio vero τοῦ δευτέρως, quae subjungitur „αἱ γάρ . .", ipsum est τὸ ἀνθρωπικὸν εἶναι, diversum illud a τῷ ἀνθρωπίνῳ, remotum a divino opere ad quod modo 1177 b 27 sq. studium evocatum est. Ἀνθρωπικὸν enim id est in quo hominum vel natura vel indoles conspicua est, nec θεία sane nec θηριώδης, sed πολλαχῇ δούλη (982 b 29): quare nonnunquam vel quod inhonestum est, ἀνθρωπικὸν dicitur velut 1167 b 27 (ad q. l. v.); novimus enim τοὺς πολλούς.

10 s. δίκαια γὰρ καὶ ἀνδρεῖα καὶ ἄλλα . . . Omisso articulo quasi indicatur rem leviter perstringi; sed concinne dein τὰ συναλλάγματα vs 12 ad τὰ δίκαια spectant, αἱ χρεῖαι fortibus viris committuntur, παντοῖαι πράξεις varie τῶν ἄλλων sunt.

c 8 *ἄλλα τὰ κατὰ τὰς ἀρετὰς πρὸς ἀλλήλους πράττομεν ἐν* 1178 a 11 *συναλλάγμασι καὶ χρείαις καὶ πράξεσι παντοίαις, ἔν τε τοῖς πάθεσι διατηροῦντες τὸ πρέπον ἑκάστῳ. ταῦτα δ' εἶναι φαίνεται πάντα ἀνθρωπικά. ἔνια δὲ καὶ συμβαίνειν ἀπὸ τοῦ σώματος δοκεῖ, καὶ πολλὰ συνῳκειῶσθαι τοῖς πάθεσιν ἡ τοῦ ἤθους ἀρετή. συνέζευκται δὲ καὶ ἡ φρόνησις τῇ τοῦ ἤθους ἀρετῇ, καὶ αὕτη τῇ φρονήσει, εἴπερ αἱ μὲν τῆς φρο-*

12. post *παντοίαις* Bekk. non interpunxit. 17. *αὕτη*] K[b] *αὐτῆι*.

---

12. Post *παντοίαις* interpunxi: duo enim genera discernuntur, et male profecto universa virtus ethica *ἐν τῷ πρὸς ἀλλήλους* (vs 11) seu *πρὸς ἕτερον* esse diceretur. Annon ab initio *περὶ πράξεις καὶ πάθη* erat 1104 b 13? an *ὁ ἀκόλαστος περὶ γεῦσιν* et alii imprimis *πρὸς ἕτερον* peccent? Imo secundo loco dicitur quod re vel primum est „*διατηρεῖν τὸ πρέπον ἐν τοῖς πάθεσιν*": cui voci cum adjiciatur (*τὸ πρέπον*) *ἑκάστῳ*, sane *ἕκαστον* dicas potissimum esse ipsum *τὸν πράττοντα* „*τὸ πρέπον ἑκάστοτε ἑαυτῷ*". Quod qui recte servaverit, simul reliqua omnia bene providerit.

14 sq. Non tantum *περὶ τὰ πάθη* virtus ethica versatur, sed *ἀπὸ τῶν παθῶν* etiam et *ἀπὸ τοῦ σώματος* quaedam in se recipit. Atqui quum item in alteram hominis partem (*τὸν λόγον, τὴν φρόνησιν* vs 16 s.) sit conversa, per duplex hoc *συνεζεῦχθαι* s. *συνηρτῆσθαι* efficitur *ὅτι τοῦ συνθέτου* est vs 20. — De sententiâ ne ambigas: quamquam enim quodcunque *σωματικὸν πάθος* est recte a genere virtutis prohibetur (velut pudor 1128 b 14 s.) suntque diversae inter se virtus *φυσικὴ* et *ἠθικὴ* s. *κυρία* (1144 b 3 sqq.): tamen scimus non solum quantum e. gr. naturalis ille habitus quo *οἱ μελαγχολικοὶ* a ceteris differunt ad ipsam virtutem valeat, sed etiam nisi sit *τὸ ἦθος φύσει πως οἰκεῖον τῆς ἀρετῆς* (1179 b 29 sq.) exiguam spem esse hominem fore honestatis participem. Quod vero ita innatum est, sine dubio ad temperamentum quoddam affectuum et, ut Arist. loquitur, ad *κρᾶσίν τινα τοῦ σώματος* pertinebit. Ergo *συνῳκείωται* vs 15.

16 s. „Accedit quod virtus ethica *τῷ λόγον ἔχοντι* debet." *εἴπερ αἱ μὲν τῆς φρονήσεως ἀρχαὶ* ... v. 1144 a 8 *ἡ μὲν γὰρ ἀρετὴ τὸν σκοπὸν ποιεῖ ὀρθόν, ἡ δὲ φρόνησις τὰ πρὸς τοῦτον.* Stat enim Arist. in suâ his de rebus sententiâ quae ad Z 13 examinanda erat. Neque id praetermittendum quod in hac *περὶ εὐδαιμονίας* quaestione similiter atque in Z *τῇ τέχνῃ* paene nullum locum concessit („*ἔτι δὲ μᾶλλον τοῦ ποιεῖν*" b 20); ad totum vero id genus *τῶν διανοητικῶν ἀρετῶν*, quod *τοῦ λογιστικοῦ* est (1139 a 12), ita tantum respexit ut caput ejus — *τὴν φρόνησιν* — h. l. ethicae virtutis causâ commemoraret. Et huic ergo et illi ex adverso ponitur (c. 7) alterum genus *τῶν διανοητικῶν ἀρετῶν* quod *τοῦ ἐπιστημονικοῦ* s. *θεωρητικοῦ* est, sapientia. Num igitur temere negabamus, dedisse illum eidem *τῷ νῷ* praeter *τὰς ἀρχὰς τῶν ἐπιστητῶν* summa quoque et aeterna quaedam *τῶν πρακτῶν* principia? v. ad Z 12.

νήσεως ἀρχαὶ κατὰ τὰς ἠθικάς εἰσιν ἀρετάς, τὸ δ' ὀρθὸν τῶν ἠθικῶν κατὰ τὴν φρόνησιν. συνηρτημέναι δ' αὗται καὶ τοῖς πάθεσι περὶ τὸ σύνθετον ἂν εἶεν· αἱ δὲ τοῦ συνθέτου ἀρεταὶ ἀνθρωπικαί. καὶ ὁ βίος δὴ ὁ κατ' αὐτὰς καὶ ἡ εὐδαιμονία. ἡ δὲ τοῦ νοῦ κεχωρισμένη· τοσοῦτον γὰρ περὶ αὐτῆς εἰρήσθω· διακριβῶσαι γὰρ μεῖζον τοῦ προκειμένου ἐστίν. δόξειε K 8 §

19. K^b συνηρτημένη. δ' αὗται] scr. δὲ ταύτῃ τε. 21. K^bM^b ὁ κατὰ ταύτας. 23. K^b ἀκριβῶσαι.

19 s. *συνηρτημέναι δ' αὗται καὶ τοῖς πάθεσι* . . . (Bekk.). Ut in re haud facili non pro certis vendam quae conjecturae tantum debentur; sed videtur res flagitare *συνηρτημέναι δὲ* (sc. *αἱ ἠθικαὶ ἀρεταὶ*) *ταύτῃ τε* (i. e. *τῇ φρονήσει*) *καὶ τοῖς πάθεσι*, aut *συνηρτημέναι δ'* (*αἱ ἠθικαὶ καὶ ἡ φρόνησις*) *ἀλλήλαις τε καὶ τοῖς πάθεσι* (et videtur Eustratius *ἀλλήλαις* legisse).

20. *τὸ σύνθετον* v. ad 1177 b 28. Quomodo pars aliqua animae *τὸ σύνθετον* dicatur, tum ex iis quae vs 14 sq. monita sunt tum ex oppositâ notione *τοῦ κεχωρισμένου* vs 22 intelligetur jam fere. Nec tamen alias hoc vocabulo ita usus est Arist.; nam varia quidem sed longe alia sunt quae et in ll. de An. (410 a 1. 412 a 16) et in Metaph. (1051 b 17 ss. 1075 a 8 u. v. Bonitz) vocantur *σύνθετα*; nec multum ad haec facit quod natura humana 1154 b 21 sq. *οὐχ ἁπλῆ* dicta est. Et perspicere mihi videor cur ista appellatio ad animum vel ad partem ejus translata non ita ipsi Aristoteli placuerit, ut tanquam solemnem usu reciperet.

21. *καὶ ἡ εὐδαιμονία*: sine dubio cogitandum „*ἡ κατ' αὐτὰς ἀνθρωπική ἐστιν*“, opposita jam illa *τῇ τελείᾳ* (v. ad 1177 b 24). Hôc igitur loco uno verbis agnoscitur beatitas quaedam inferior, sed quasi ita ut ad alia properetur; (aliud enim quod 1102 a 15 erat „*ἐζητοῦμεν τὴν εὐδαιμονίαν ἀνθρωπίνην*“). Noli enim in proximis „*ἡ δὲ τοῦ νοῦ κεχωρισμένη*“ *τὴν εὐδαιμονίαν* magis quam *τὴν ἀρετὴν* (quae prior vs 20 *ἀνθρωπικὴ* dicta est) cogitare: nam si ad sequentia pergas, in *δόξειε δὲ* . . . *τῆς ἠθικῆς* vs 23—25 tanquam subjectum e vsu 22 requisitam esse reperies *τὴν τοῦ νοῦ ἀρετήν*, nec *τὴν εὐδαιμονίαν* ejusdem.

23. *δόξειε δ' ἂν* —b 7. Iterum et ampliore ambitu verborum *ἡ λεγομένη αὐτάρκεια* (1177 a 27—b 1) in litem vocatur: persimili utrinque sententiâ. Quod enim 1177 a 29 *δεῖσθαι τῶν ἀναγκαίων* aequaliter vir sapiens et quilibet bonus videbatur, nunc vs 25—27 verbis magis quam re corrigitur: an ob aliam causam *ὁ πολιτικὸς μᾶλλον διαπονεῖ περὶ τὸ σῶμα* nisi quod propter *ἐνεργείας* ejus aut sit necessarium aut videatur? — Sed vis omnis in alterâ parte argumentationis „*πρὸς δὲ τὰς ἐνεργείας* . . .“ vs 28 posita est. Quâ in re reputandum virtutem ab initio l. *A* arcessitam esse ut vita beata esset, Graecosque homines omnino eâ spectare quae *καλὰ* conspicua laudata sint; v. ad 1100 b 26 s. Revera enim certum quidem genus aliquod ethicae *ἐνεργείας* facile impedietur, ipsa *ἡ ἐνέργεια* virtutum nunquam. Nisi forte

c 8 δ' ἂν καὶ τῆς ἐκτὸς χορηγίας ἐπὶ μικρὸν ἢ ἐπ' ἔλαττον δεῖσθαι τῆς ἠθικῆς· τῶν μὲν γὰρ ἀναγκαίων ἀμφοῖν χρεία καὶ ἐξ ἴσου ἔστω, εἰ καὶ μᾶλλον διαπονεῖ περὶ τὸ σῶμα ὁ πολιτικός, καὶ ὅσα τοιαῦτα· μικρὸν γὰρ ἄν τι διαφέροι· πρὸς δὲ τὰς ἐνεργείας πολὺ διοίσει. τῷ μὲν γὰρ ἐλευθερίῳ δεήσει χρημάτων πρὸς τὸ πράττειν τὰ ἐλευθέρια· καὶ τῷ δικαίῳ δὴ εἰς τὰς ἀνταποδόσεις (αἱ γὰρ βουλήσεις ἄδηλοι, προσποιοῦνται δὲ καὶ οἱ μὴ δίκαιοι βούλεσθαι δικαιοπραγεῖν), τῷ ἀνδρείῳ δὲ δυνάμεως, εἴπερ ἐπιτελεῖ τι τῶν κατὰ τὴν ἀρετήν, καὶ τῷ σώφρονι ἐξουσίας· πῶς γὰρ δῆλος ἔσται ἢ οὗτος ἢ τῶν ἄλλων τις; ἀμφισβητεῖται δὲ πότερον κυριώτε- 1178 a 24

24. ἐπὶ] $K^b M^b$ ἢ ἐπί. ἔλαττον] scr. vid. ἐλαττόν γε. 27. K^b διαφέρειν ($L^b O^b$ διαφέρῃ). 28. K^b συνδιοίσει. 32. κατὰ τὴν] ex uno K^b; κατὰ cett. 34. $K^b M^b$ ἀμφισβητεῖταί τε: haud male.

veram laudem justitiae in pauperum honestate parum conspici dixeris; censeasve viduam in evangelio (Mc. 12, 43, v. 1120 b 9 s.) minus ἐλευθερίαν fuisse, quia voluisset facultatem sibi esse plus dandi. Vir fortis vero et constans ut conspicuus sit, ut victor evadat fortasse δυνάμεως egebit; ut virtutem praestet nil opus nisi pericula labores aerumnae — quae genera χορηγίας plerumque haud desiderantur. Sed negligebant haec qui censerent ὅτι οὐχ οἷόν τ' ἐπιτηδεῦσαι τὰ τῆς ἀρετῆς ζῶντας βίον βάναυσον ἢ θητικόν (occupatum ἐν ἔργοις ἀναγκαίοις) 1278 a 11. 20; quamquam in sui ordinis hominibus bene videbant ὅτι τὸ ζῆν καλῶς χορηγίας ἐλάττονος μὲν δεῖται τοῖς ἄμεινον διακειμένοις, πλείονος δὲ τοῖς χεῖρον 1332 a 1. — Scilicet re e veritate perpensâ ipsum judicium b 1 sq. longe aliud erit: neque enim ipse vir sapiens, qui extrinsecus pressus non desinat θεωρεῖν, id τῇ θεωρίᾳ debebit, sed ethicae virtuti constantiae.

32. τῷ ἀνδρείῳ δὲ δυνάμεως: non ἰσχύος, vel alius ἀρετῆς σώματος. Quomodo enim solus sine amicis sine manu militum rem gerat? Vides ducem potius vel certe eum qui inter cives eminet dici quam privatum quemlibet.

33. τῷ σώφρονι ἐξουσίας: ad τοὺς ἐν ἐξουσίαις potissimum, ad tyrannos principes divites spectari dicas. Hi cum et possint matronas virgines pueros polluere omnique generi luxuriae indulgere et plerique (ut e Pol. noscitur) soleant, laudem continentiae merebunt si vitia spreverint. Quae cuilibet licent (quis enim non interdum ἐξουσίαν habeat ut scortum sibi vel vinum reperiat?), in iis nec laus virtutis comparabitur nec ita facile inter Graecos severa nota.

34 s. πότερον κυριώτερον τῆς ἀρετῆς ἡ προαίρεσις ἢ ἡ πρᾶξις. Per casum fit ut hoc nunc quaeratur. Beatitatem enim, de quâ agitur, ἐν ταῖς ἐνεργείαις s. πράξεσι ταῖς κατ' ἀρετὴν esse ab initio c. 6 constat. Ad virtutem vero et ad ἕξιν si devertendum sit, suadeo ut in pristinâ sententiâ permaneatur οἰκειότατον (ἡ προαίρεσις) εἶναι δοκεῖ

1178 a 35 ρον τῆς ἀρετῆς ἡ προαίρεσις ἢ αἱ πράξεις, ὡς ἐν ἀμφοῖν K 1178 b οὔσης. τὸ δὴ τέλειον δῆλον ὡς ἐν ἀμφοῖν ἂν εἴη. πρὸς δὲ τὰς πράξεις πολλῶν δεῖται, καὶ ὅσῳ ἂν μείζους ὦσι καὶ καλλίους, πλειόνων. τῷ δὲ θεωροῦντι οὐδενὸς τῶν τοιούτων πρός γε τὴν ἐνέργειαν χρεία, ἀλλ᾽ ὡς εἰπεῖν καὶ ἐμπόδιά ἐστι πρός γε τὴν θεωρίαν· ᾗ δ᾽ ἄνθρωπός ἐστι καὶ πλείοσι συζῇ, αἱρεῖται τὰ κατ᾽ ἀρετὴν πράττειν· δεήσεται οὖν τῶν τοιούτων πρὸς τὸ ἀνθρωπεύεσθαι. ἡ δὲ τελεία εὐδαιμονία ὅτι θεωρη- i

4. K[b] ἐμπόδιον. 6. κατ᾽ K[b] κατὰ τήν.

τῇ ἀρετῇ καὶ μᾶλλον τὰ ἤθη κρίνειν τῶν πράξεων 1111 b 5; et prudenter Eud. διὰ τὸ μὴ ῥᾴδιον εἶναι ἰδεῖν τὴν προαίρεσιν ὁποία τις, διὰ ταῦτα ἐκ τῶν ἔργων ἀναγκαζόμεθα κρίνειν ποῖός τις. αἱρετώτερον μὲν οὖν ἡ ἐνέργεια, ἐπαινετώτερον δ᾽ ἡ προαίρεσις 1228 a 15—18. Quae enim nostro loco dicuntur, τὸ ἄδηλον τὸ δῆλον τὸ προσποιεῖσθαι vs 30. 33. 31, nisi alia et nova addita fuerint, ad aliorum de me judicium referentur, unde mea quidem virtus apta esse nequit.

1 sq. πρὸς δὲ τὰς πράξεις: reditur ad rem propositam (a 28—34). πολλῶν vs 2 — πλειόνων vs 3 i. e. χρημάτων δυνάμεως ἐξουσίας (a 29. 32. 33): haec ne male intelligantur 1179 a 1—6 cavetur.

4. ἐμπόδιά ἐστι: vel minor igitur copia rerum viro sapienti pro suo vitae genere ὑπερβάλλουσα illa εὐτυχία erit, quae quidem est apud omnes obnoxia beatitati (ἐμπόδιος) 1153 b 23. 24, n. v.

5—7. ᾗ δ᾽ ἄνθρωπος . . . πρὸς τὸ ἀνθρωπεύεσθαι: duae enunciationes primariae (quae dicuntur), una sententia: *sapiens, cui per se major ille vitae apparatus paene invisus est, tamen, quoniam non potest non communis hominum operis quod virtuti propositum est partem in se recipere, aliquid et illi* χορηγίᾳ *dabit.* — Ἀρετὴν sine articulo vs 6 (ut τὰς ἀρετὰς a 11), quamvis his capp. 7. 8 de differentiâ duorum generum virtutis agatur, unam τὴν ἠθικὴν esse elucet: omnino enim multo magis usus linguae in hoc substantivo ad τὸ ἠθικὸν fert quam ad τὸ διανοητικόν.

b. 1178 b 7—23.

Τὸ δευτέρως vel ἀνθρωπικὸν (a 9) in ethicâ virtute atque τὸ κυρίως in theoreticâ ostenditur argumento a diis petito;

μακάριοι οἱ θεοὶ ζῶσιν ἐνεργείᾳ
ἢ οὖν πράττειν (ἢ ποιεῖν) ἢ θεωρεῖν ὑποληπτέον αὐτούς
οὐ πράττουσιν (οὐδὲ ποιοῦσιν) οὐδὲν
ὁ τῶν θεῶν βίος μακάριος ὢν θεωρητικός.

Occurrit in talibus is status publicae religionis, ut jam nemo dubitet fabulas antiquitus traditas non tantum fabulas dicere sed omnino negligere; et ita purgata a nugis poëtarum omnia, ut anceps sit num quidquam praeter nomina numerumque pluralem sit relictum. Sed et numerus ipse pluratīvus quem servat tanquam inane quid a philosopho recipitur. Quod si aliter haberet, societatem quandam ipsorum

τική τίς ἐστιν ἐνέργεια, καὶ ἐντεῦθεν ἂν φανείη. τοὺς θεοὺς 1178 b 8 γὰρ μάλιστα ὑπειλήφαμεν μακαρίους καὶ εὐδαίμονας εἶναι· πράξεις δὲ ποίας ἀπονεῖμαι χρεὼν αὐτοῖς; πότερα τὰς δικαίας; ἢ γελοῖοι φανοῦνται συναλλάττοντες καὶ παρακαταθήκας ἀποδιδόντες καὶ ὅσα τοιαῦτα; ἀλλὰ τὰς ἀνδρείους, ὑπομένοντας τὰ φοβερὰ καὶ κινδυνεύοντας, ὅτι καλόν; ἢ τὰς ἐλευθερίους; τίνι δὲ δώσουσιν; ἄτοπον δ' εἰ καὶ ἔσται αὐτοῖς νόμισμα ἤ τι τοιοῦτον. αἱ δὲ σώφρονες τί ἂν εἶεν; ἢ φορτικὸς ὁ ἔπαινος, ὅτι οὐκ ἔχουσι φαύλας ἐπιθυμίας; διεξιοῦσι δὲ πάντα φαίνοιτ' ἂν τὰ περὶ τὰς πράξεις μικρὰ

11. ἢ] om. K^b. 13. K^b ὑπομένοντες. 15. αἱ δὲ] $K^bM^bO^b$ εἰ δὲ.

deorum esse aut dixisset aut certe negasset; nec τὸ συζῆν tacite uni humano generi dedisset (b 5. a 11 πρὸς ἀλλήλους) quaesivissetque annon inter alia aliquod justitiae genus inter deos esse censendum sit. Θεοὺς igitur, si quando placeat, plane eodem sensu dicit quo suam consuetudinem secutus θεὸν dicere solet. Cujus vita νόησις est; qui ἀεὶ μίαν καὶ ἁπλῆν χαίρει ἡδονήν 1154 b 26; a quo nihil homo sibi exspectet — esset enim διανεμητικὸς et δίκαιος. Quapropter si quid θεόσδοτον s. θεόπεμπτον dicatur (1099 b 12. 15), tropus potius est; sin ita θεοφιλὴς quispiam videatur, ut dii ἐπιμελεῖσθαι αὐτοῦ et ἀντευποιεῖν dicantur (1179 a 22—32 u. v.), aut vitae naturaeque quaedam affinitas popularem in modum exornatur aut — ut fit — aliquid speratur quod rationes mentis credi vetant. V. ad 1158 b 35. 36 (ad 1160 a 25 s.).

9. ὑπειλήφαμεν: ecce proprius et verbi et temporis perfecti usus; itemque vs 18 πάντες ὑπειλήφασι quasi id quod aliter habere nunquam audiverunt.

11. ἢ γελοῖοι ... Quod absurdum esse probaturus est, plerumque Arist. iniquum in modum describit. Nam si justitiae est τὰς παρακαταθήκας ἀποδοῦναι (1131 a 4), nec ἐπιμέλειαν quisquam recte ποιήσεται τῶν ἀνθρωπίνων (1179 a 24) nisi justus sit rex pater judex. Et similia ad ea adnotaveris quae mox vs 14. 15 περὶ ἐλευθεριότητος dicuntur, cujus ne proprium quidem est τὸ νόμισμα vs 15. V. quae ad vs 7—23 praemissa sunt.

13. κινδυνεύοντας ὅτι καλόν: ita enim virum fortem decet 1117 b 9. Videtur autem praeter rem et ratio ipsa ὅτι καλόν pro ridiculo in diis esse. Ubinam enim τὸ καλὸν quo suspiciant?

15 s. αἱ δὲ σώφρονες: variatâ constructione, quasi dicat εἴ τις ταύτας τοῖς θεοῖς ἀπονεῖμαι βούλοιτο (vs 10). ὅτι οὐκ ἔχουσι φαύλας ἐπιθυμίας: habet quidem neque ὁ σώφρων inter homines pravas cupidines 1152 a 1, sed alio modo; ad deos enim omnino αἱ σωματικαὶ ἐπιθυμίαι, nedum φαῦλαι, non accedunt.

17. διεξιοῦσι δὲ πάντα: facta vero vs 10—16 earundem virtutum recensio quarum supra a 28—34.

1178 b 18 καὶ ἀνάξια θεῶν. ἀλλὰ μὴν ζῆν τε πάντες ὑπειλήφασιν αὐτοὺς καὶ ἐνεργεῖν ἄρα· οὐ γὰρ δὴ καθεύδειν ὥσπερ τὸν Ἐνδυμίωνα. τῷ δὴ ζῶντι τοῦ πράττειν ἀφαιρουμένου, ἔτι δὲ μᾶλλον τοῦ ποιεῖν, τί λείπεται πλὴν θεωρία; ὥστε ἡ τοῦ θεοῦ ἐνέργεια, μακαριότητι διαφέρουσα, θεωρητικὴ ἂν εἴη. καὶ τῶν ἀνθρωπίνων δὴ ἡ ταύτῃ συγγενεστάτη εὐδαιμονικωτάτη. σημεῖον δὲ καὶ τὸ μὴ μετέχειν τὰ λοιπὰ ζῷα εὐδαιμονίας, τῆς τοιαύτης ἐνεργείας ἐστερημένα τελείως. τοῖς μὲν γὰρ θεοῖς ἅπας ὁ βίος μακάριος, τοῖς δ' ἀνθρώποις, ἐφ' ὅσον

21. τοῦ ποιεῖν] K^b τοῦτο ποιεῖν. 23. δὴ ἡ] K^b δὴ ἂν εἴη ἡ.

19. καθεύδειν ὥσπερ τὸν Ἐνδυμίωνα: notâ jam inde a 1095 b 32 sententiâ. De deo v. 1074 b 18 εἴτε γὰρ μηθὲν νοεῖ, τί ἂν εἴη τὸ σεμνόν, ἀλλ' ἔχει ὥσπερ ἂν εἰ καθεύδων. itemque MM. 1212 b 39 οὐ γὰρ καθευδήσει.

21. ἔτι δὲ μᾶλλον τοῦ ποιεῖν (ἀφαιρουμένου): vide quam procul abesse jubeatur dei creatoris imago.

23. ἡ ταύτῃ συγγενεστάτη: differt enim humana θεωρία a divinâ: v. ad 1177 b 31 s.

c. 1178 b 24—32.

Demonstratio haec ἐκ σημείου quoniam exiguam habet comprobandi vim, vix digna videbitur quae accuratius perpendatur. Reputetur enim cum per totum hoc cap. tum in eo argumento quod proximum antecedit id quaeri utrum τῇ θεωρητικῇ virtutis ἐνεργείᾳ an τῇ πρακτικῇ beatitas danda sit. Iam vero τῆς πρακτικῆς nec in propositionibus nec in conclusione ratio ulla habetur. Atqui quum aliunde (1099 b 29—1100 a 3. 1280 a 33. 1177 a 8) satis constet, bestias et cum illis servos pueros nec πράξεως κοινωνεῖν: vera esse poterunt quaecunque proponuntur, conclusio alia evadet; rite enim efficietur „beatitatem aut in cogitando aut in agendo positam esse"; quae conclusio profecto haud absurda erit eademque ad rem probandam vs 32 prorsus inutilis. Quod igitur novum est hoc in argumento (mentio τῶν ζῴων), vim non habet; quod vero habeat vim (deorum exemplum), iis quae praecedunt b 7 sqq. debetur. Verum quidem, τὰ ἐκ σημείων (v. vs 24) omnino minoris esse; nihilominus videas num ista cum per se tum hoc disputationis loco acumini Aristotelis velis tribuere.

25. ἐστερημένα τελείως: oppositi dii τελείως ἔχοντες, homines ἔχοντες ἀτελῶς πως (vs 26. 27). Argutiae igitur, si quis censuerit Aristotelem nunc dicere τῆς μὲν θεωρίας τελείως ἐστερῆσθαι bestias, πράξεως δὲ τρόπον τινὰ μετέχειν.

26. ἐφ' ὅσον ὁμοίωμά τι . . . v. ad 1177 b 31 s. Nec τῷ ποσῷ (temporis ratione habitâ) homines aequant deos nec τῷ ποιῷ, illud in ἐφ' ὅσον inest, hoc in ὁμοίωμά τι. V. 1072 b 24 εἰ οὖν οὕτως εὖ ἔχει ὡς ἡμεῖς ποτέ, ὁ θεὸς ἀεί, θαυμαστόν· εἰ δὲ μᾶλλον, ἔτι θαυμασιώτερον.

8 ὁμοίωμά τι τῆς τοιαύτης ἐνεργείας ὑπάρχει· τῶν δ' ἄλλων 1178 b 27 ζῴων οὐδὲν εὐδαιμονεῖ, ἐπειδὴ οὐδαμῇ κοινωνεῖ θεωρίας. ἐφ' ὅσον δὴ διατείνει ἡ θεωρία, καὶ ἡ εὐδαιμονία, καὶ οἷς μᾶλλον ὑπάρχει τὸ θεωρεῖν, καὶ ⟨τὸ⟩ εὐδαιμονεῖν, οὐ κατὰ συμβεβηκὸς ἀλλὰ κατὰ τὴν θεωρίαν· αὐτὴ γὰρ καθ' αὑτὴν τιμία. ὥστ' εἴη ἂν ἡ εὐδαιμονία θεωρία τις.

9 δεήσει δὲ καὶ τῆς ἐκτὸς εὐημερίας ἀνθρώπῳ ὄντι· οὐ γὰρ αὐτάρκης ἡ φύσις πρὸς τὸ θεωρεῖν, ἀλλὰ δεῖ καὶ τὸ σῶμα

30. ⟨τὸ⟩ conj. add. οὐ] K^b καὶ οὐ. 31. καθ' αὑτὴν] K^b κατ' αὐτήν.

28. ἐπειδὴ οὐδαμῇ κοινωνεῖ θεωρίας: nec hinc inepte id, quod demonstrandum sit, peti dicas. *A bestiis vero omnino beatitatem alienam esse constat: cujus rei alia, ni fallor, ratio cogitari nequit nisi quod et ἡ θεωρία ab iisdem aliena est.* Haec enim vis est particulae ἐπειδή.

30. Videatur sententiae ratio et concinnitas sermonis exigere articulum τὸ εὐδαιμονεῖν.

31. αὐτὴ γὰρ καθ' αὑτὴν τιμία (ἡ θεωρία): recte γάρ, dummodo per se certum est ὅτι τιμία ἡ θεωρία. Nam τὸ τίμιον ita *A* 12 summo bono et beatitati adscriptum est, ut ne virtutes quidem earumque ἔργα, quippe quae in genere τῶν ἐπαινετῶν retineantur, illuc accedant 1101 b 31 sq. Ergo si ἡ θεωρία et ipsa τὸ τίμιον habeat, probabile οὐ κατὰ συμβεβηκὸς illam beatitati ἐξ ἴσου esse (vs 29 s.).

4. 1178 b 33—1179 a 22.

Περὶ τῆς ἐκτὸς χορηγίας sine quâ vita beata esse non possit vel περὶ τῆς ἐκτὸς εὐημερίας, quae nunc b 33 dicitur itemque in Eud. 1215 a 26 inque Pol. et Phys. aliquoties, per haec capp. bis jam verba facta sunt: 1177 a 28—b 1 et 1178 a 23—b 7. Quibus locis repetitis duas illic distinctiones haud leves factas probatasque esse reperies, alteram quâ discernebatur inter ea quae ad vivendum opus essent interque ea quae ad usum virtutis flagitarentur, alteram quâ ὁ θεωρητικὸς paene omni hac curâ vacare, ὁ πρακτικὸς vero rerum quadam copiâ carere non posse dicebatur. Utrâque neglectâ hoc capite promiscue monetur, modicum apparatum viro bono ad suum officium bene persolvendum vel ad beatitatem sufficère. Probabile hoc, nec valde novum; et profecto sententiis horum capp. haud ita multum deesset si ista omnino non essent addita. Sed videtur Arist. pro ratione universae institutionis ethicae et velut in honorem libri *A*, in quo cap. 8—11 tam diligenter de illis ὧν προσδεῖται ἡ εὐδαιμονία quaesitum est, consentaneum putasse ut separata et haec res suum caput haberet. Placuit igitur quum jam et res permitteret et locus appropinquante jam peroratione suaderet, liberius quasi et paullo ornatius loqui; id quod non tantum in enarratis Solonis et Anaxagorae sententiis 1179 a 9—17, sed etiam in ipso scribendi genere percipietur: v. τὸ ἄρχειν γῆς καὶ θαλάττης 1179 a 4. — Quae si recte observata sunt, non erit cur in singulis verbis ponderandis commoremur.

34. οὐκ αὐτάρκης ἡ φύσις πρὸς τὸ θεωρεῖν i. e. illa φύσις quam

1178 b 35 ὑγιαίνειν καὶ τροφὴν καὶ τὴν λοιπὴν θεραπείαν ὑπάρχειν.
1179 a οὐ μὴν οἰητέον γε πολλῶν καὶ μεγάλων δεήσεσθαι τὸν εὐδαιμονήσοντα, εἰ μὴ ἐνδέχεται ἄνευ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν μακάριον εἶναι· οὐ γὰρ ἐν τῇ ὑπερβολῇ τὸ αὔταρκες οὐδ' ἡ πρᾶξις, δυνατὸν δὲ καὶ μὴ ἄρχοντα γῆς καὶ θαλάττης πράττειν τὰ καλά· καὶ γὰρ ἀπὸ μετρίων δύναιτ' ἄν τις πράττειν κατὰ τὴν ἀρετήν. τοῦτο δ' ἔστιν ἰδεῖν ἐναργῶς· οἱ γὰρ ἰδιῶται τῶν δυναστῶν οὐχ ἧττον δοκοῦσι τὰ ἐπιεικῆ πράττειν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον. ἱκανὸν δὲ τοσαῦθ' ὑπάρχειν· ἔσται γὰρ

8. ἱκανὸν δὲ] fort. scr. ἱκανὸν δή.

πρὸς τὸ θεωρεῖν habemus natam. Ad quam nisi quaedam corporis εὐεξία accedat, humana natura quae plura desideret mentis muneri non sufficiet.

35. καὶ τὴν λοιπὴν θεραπείαν: hanc quoque ad corpus pertinere non latebit. Tertium inter vulgata bonorum genera, τὰ ἐκτός (v. 1098 b 12 sq.), h. l. tanquam peculiare genus non commemoratur. Quod si non esset praetermissum, res ipsa ad discernenda ea quae vitae causâ necessaria sunt ab iis quae propter τὰς κατ' ἀρετὴν ἐνεργείας flagitantur mentem revocasset. Quomodo enim ut corpus suam θεραπείαν habeat, quisquam voluerit orbi terrarum imperare (1179 a 4)?

1. Spretis iis quae multa et magna sunt, probatis iis quae mediocria sunt vs 5, sine dubio et id cavetur ne videantur viro probo ad agendum tot et tanta opus esse, quanta in superiore disputatione, quum eadem res in honorem sapientis in majus efferretur, fere videbantur v. ad 1178 b 1. Quamquam enim in hoc cap. differentia virtutum fere obliterata est, haud incommode tamen τὸ θεωρεῖν commemoratur, ubi in universum necessitas τοῦ κεχορηγῆσθαι probanda est 1178 b 34, at ἡ πρᾶξις, ubi periculum est ne nimia necessitatis nomine poscantur 1179 a 3. 4. 5. 7.

3. οὐ γὰρ ἐν τῇ ὑπερβολῇ τὸ μακάριον: imo ἐμπόδιον ἡ ὑπερβολή. v. ad 1178 b 4.

5. ἀπὸ μετρίων: salvâ igitur honestate et beatitate summas quasque et pulcherrimas τῶν πράξεων licebit infectas relinquere aut aliis permittere; nam ὅσῳ ἂν μείζους ὦσι καὶ καλλίους (αἱ πράξεις), πλειόνων (δεῖται) 1178 b 2. Sunt enim profecto propter quas velit aliquis γῆς τε καὶ θαλάσσης ἄρχειν vel — ut in haud absimili quaestione 1325 a 34 a. est — κύριον εἶναι πάντων.

6 sq. De praepotentium moribus et hic („ἰδεῖν ἐναργῶς") in eundem modum judicat Arist. quo solet: v. ad 1158 a 27. 34—36. — τὰ ἐπιεικῆ vs 7 modestius quam τὰ καλὰ vs 5.

8. ἱκανὸν δὲ τοσαῦθ' ὑπάρχειν sc. ὥστε δύνασθαι πράττειν τὰ καλά vs 4. 5, i. e. μέτρια ὅσα τε καὶ οἱ ἰδιῶται ἔχουσιν. Sed scripsisse Arist. opinor ἱκανὸν δή: in eo enim est ut quod vs 1 propositum est jam dicat demonstratum esse; nam quae ad τὸ ἐνεργεῖν κατ' ἀρετὴν

9 ὁ βίος εὐδαίμων τοῦ κατὰ τὴν ἀρετὴν ἐνεργοῦντος. καὶ Σόλων 1179 a 9 δὲ τοὺς εὐδαίμονας ἴσως ἀπεφαίνετο καλῶς, εἰπὼν μετρίως τοῖς ἐκτὸς κεχορηγημένους, πεπραγότας δὲ τὰ κάλλισθ', ὡς ᾤετο, καὶ βεβιωκότας σωφρόνως· ἐνδέχεται γὰρ μέτρια κεκτημένους πράττειν ἃ δεῖ. ἔοικε δὲ καὶ Ἀναξαγόρας οὐ πλούσιον οὐδὲ δυνάστην ὑπολαβεῖν τὸν εὐδαίμονα, εἰπὼν ὅτι οὐκ ἂν θαυμάσειεν εἴ τις ἄτοπος φανείη τοῖς πολλοῖς· οὗτοι γὰρ κρίνουσι τοῖς ἐκτός, τούτων αἰσθανόμενοι μόνον. συμφωνεῖν δὴ τοῖς λόγοις ἐοίκασιν αἱ τῶν σοφῶν δόξαι. πίστιν μὲν οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα ἔχει τινά, τὸ δ' ἀληθὲς ἐν τοῖς

11. K[b] κεχορηγημένοις. πεπραχότας postulat Spengel. δὲ τὰ] K[b] δέ. ὡς] om. K[b]. 18. K[b] καὶ τοιαῦτα.

satis sunt, et ad vitam beatam sufficient (ἔσται γὰρ . . .). Suâ igitur demonstratione absolutâ (δὴ) vs 9 sqq. testes alios provocat.

11. πεπραγότας Bekk. sine var. Iubet et hic πεπραχότας scribi Spengel ad 1392 b 19. Corrigendum igitur et alias erit velut 1169 a 1.

ib. ὡς ᾤετο: indicatur in sententiâ hac, quamquam summa ejus probatur, inesse tamen quod rectius Soloni permittatur. Notari dixeris quod ille nimium extremo vitae fini dederit, v. 1100 a 10 sqq. — neque enim ζῶντας admirabatur, sed βεβιωκότας tantum. Sed fuerint et alia: vix enim Aristoteli vita Telli Atheniensis, aliquantum scil. remota ab omni θεωρίᾳ, aeque beatissima videbatur ac Soloni.

15. εἴ τις ἄτοπος φανείη τοῖς πολλοῖς: ὁ εὐδαίμων ὃν αὐτὸς ὑπολάβοι (vs 14). Ipsa verba laudat Eud. 1215 b 6—14 Ἀναξαγόρας . . . ἐρωτηθεὶς τίς ὁ εὐδαιμονέστατος „οὐθεὶς" εἶπεν „ὧν σὺ νομίζεις, ἀλλ' ἄτοπος ἄν τίς σοι φανείη".

16. τούτων (τῶν ἐκτὸς) αἰσθανόμενοι μόνον: τῶν ἄλλων γὰρ οὐδ' ἔννοιαν ἔχουσιν ἄγευστοι ὄντες (b 15). Τὰ ἐκτὸς sunt unde αἱ σωματικαὶ ἡδοναὶ comparentur, quae vulgo et μόναι γνώριμοι sunt (1153 b 35) et maxime videntur appetendae esse.

17. τοῖς λόγοις i. e. conclusioni et definitioni quam vs 8. 9 perfecimus. Sic ὁ λόγος erat e. c. 1098 b 31. 1099 b 25.

17—22. πίστιν μὲν οὖν . . . ὑποληπτέον. Quod repertum quidem quaerendo testimonioque sapientissimorum firmatum est, certam fidem tum demum habebit, si ad usum vitae (τὰ ἔργα καὶ τὸν βίον vs 19. 20. 21) relatum inde verum esse probatum fuerit. — Legem hanc ad unamquamque hujus generis quaestionem pertinere apparet, et legimus similia verba, quamquam in aliam partem spectabant, supra 1172 a 34 u. v. (οἱ περὶ τῶν ἐν τοῖς πάθεσι καὶ ταῖς πράξεσι λόγοι ἧττόν εἰσι πιστοὶ τῶν ἔργων). Sin vero reputaveris quid h. l. agatur, haud male haec in fine operis moneri concedes. Sententia enim illa vs 8. 9 ὅτι εὐδαίμων ὁ βίος τοῦ κατ' ἀρετὴν ἐνεργοῦντος, τούτῳ δὲ μετρία τις τῶν ἐκτὸς χορηγία ἱκανή summam institutionis Aristotelicae in se continet. Hanc igitur ut vitâ et usu experiatur, finitâ jam docendi operâ, schola dimittitur.

[illegible]

[illegible]

[illegible] sed haec [illegible] cum [illegible] quae sunt [illegible] ab [illegible] in summa per se multisque [illegible] non jam quaeritur. [illegible] hoc autem [illegible] inventum [illegible] jure inventum.

[illegible] e grammatica [illegible] [illegible] — [illegible]. Sed [illegible] is quae [illegible] sunt [illegible] ratione genetivis [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] 1177 a 22—32.

Perorationem sane [illegible] et [illegible] perorationem, si genuina est. Quae enim inter ea quae capp. 7. 8 [illegible] sunt sane principale videtur (v. ad 1177 a 19), id propter se nec propter ullam eorum quae [illegible] in cap. 9 dicta sunt rationem haud sine gravitate novo argumento confirmatur: *θεωρητικὸν* vel *τοῦ σοφοῦ* esse beatitudinem: ut in hac sententiâ acquiescere videatur universa quaestio capp. 6—9. — Sed vide quae dubitationem moveant. Idonea quam maxime verba proxime antecedentia vs 17—22 erant, quibus non tantum his capp. sed universis ethicis finis imponeretur. Ad haec vero, quum jam vs 22 pergatur ὁ δὲ κατὰ νοῦν ἐνεργῶν, per particulam δὲ adjungitur quod rationi quaerendi ei quae modo commendata est paene est contrarium: quid enim minus ἐκ τῶν ἔργων καὶ τοῦ βίου (vs 19) possit dijudicari quam τὸ θεοφιλές (vs 24. 30)? Diximus praeterea ad vs 1 capite 9 differentiam inter genera virtutis fere obliteratam esse, eandemque capite 10 necessario postponi inveniemus. Num igitur conducebat inter utrumque cap. nonnulla interponi quibus alterius generis — sapientiae summa dignitas in memoriam revocaretur quasi? Accedit ipsarum sententiarum quas his vss. legimus ratio; quas, si videantur posse Aristotelis esse, tamen aliquantum ab universâ ejus ratione recedere negari non potest. At eaedem permultis, qui aut Xenophonteum aut Platonicum Socratem admirabantur, et in promtu essent et piae viderentur necesse erat. Quid igitur, si alienâ manu huc adjectae sint? v. ad 1162 a 5.

23 s. καὶ διακείμενος ἄριστα καὶ θεοφιλέστατος: et — et. Alterum enim (διακεῖσθαι ἄριστα τὸν τοιοῦτον), quoniam operam is dat τῇ κρατίστῃ ἀρετῇ 1177 a 13, jamjam constat; alterum (θεοφιλέστατον εἶναι

K 9 θεοφιλέστατος ἔοικεν εἶναι· εἰ γάρ τις ἐπιμέλεια τῶν ἀνθρωπίνων ὑπὸ θεῶν γίνεται, ὥσπερ δοκεῖ, καὶ εἴη ἂν εὔλογον χαίρειν τε αὐτοὺς τῷ ἀρίστῳ καὶ τῷ συγγενεστάτῳ (τοῦτο δ' ἂν εἴη ὁ νοῦς) καὶ τοὺς ἀγαπῶντας μάλιστα τοῦτο καὶ τιμῶντας ἀντευποιεῖν ὡς τῶν φίλων αὐτοῖς ἐπιμελουμένους καὶ ὀρθῶς τε καὶ καλῶς πράττοντας. ὅτι δὲ πάντα ταῦτα τῷ σοφῷ μάλισθ' ὑπάρχει, οὐκ ἄδηλον. θεοφιλέστατος ἄρα. τὸν αὐτὸν δ' εἰκὸς καὶ εὐδαιμονέστατον· ὥστε κἂν οὕτως εἴη ὁ σοφὸς μάλιστ' εὐδαίμων. 1179 a 24

---

24. εἶναι] om. $K^b M^b O^b$. 24. 25. K^b τῶν ἀνθρώπων. 26. καὶ τῷ] $K^b O^b$ καί. 31. δ' εἰκὸς] $K^b M^b O^b$ εἰκός.

τὸν αὐτόν) novum illud quo haec argumentatio spectat: θεοφιλέστατος ἄρα vs 30. Θεοφιλὴς ap. Plat. is est quem ille justum vocat Rep. *I* 612 e.

25. ὥσπερ δοκεῖ (εὔλογον): satis nimirum caute haec dicuntur, v. ad 1178 b 7—23. Esse vero divinitus ἐπιμέλειαν Socrati quidem ex ipsâ hominis naturâ colligitur et ita certum est ut hinc deum omnia scire probetur Xen. Mem. I, 4, 11—14. I, 1, 19. cf. IV, 3, 3 sq.; item ap. Plat., si sint dii, efficitur ὅτι οὔτε λανθάνειν οὔτε βιάσασθαι αὐτοὺς δυνατόν Rep. *B* 365 e. Quid quod in MM. pro absurdo est quodcunque ita esse nequeat nisi deus sit φαῦλος κριτὴς καὶ οὐ δίκαιος et ἐπιμελούμενος τῶν φαύλων 1207 a 6—17.

28. ἀντευποιεῖν: εὐεργεσία γὰρ τὸ ἐπιμελεῖσθαι τούτων ἃ φίλα τινὶ ἢ συγγενῆ (vs 26).

29. καὶ ὀρθῶς τε καὶ καλῶς πράττοντας. Quod prius est καὶ poterit esse „et omnino", ut sapiens hic vocetur in quo et universa ethica virtus inest. Sed item recte qui vitam ἐν τῷ θεωρεῖν degit ἐπιμελούμενος τῶν θείων (vs 28) dicetur πράττειν καλῶς: cura enim omnis et exercitatio πρᾶξις quaedam. Utrum hic dicatur, pro ratione huj. l. equidem non dijudicem.

31. τὸν αὐτὸν δ' εἰκὸς — quis enim beatus, si non ὁ εὖ ποιούμενος ὑπὸ θεῶν (vs 28)?

31. κἂν οὕτως: jam enim aliquoties idem evictum est, siquidem ὁ σοφὸς est θεωρητικός: 1177 b 24. 1178 a 7. b 7. b 32.

Finis imponitur Ethicis, transitus ad Politica paratur. 1179 a 33—1181 b 23 (*K* 10).

Quoniam Ethicis minus id propositum est ut sciantur honesta, quam ut exsistat virtus, unum adhuc restat ne lateat quânam viâ ac ratione homines ad honestatem adduci possint —1179 b 4. *Institutio enim omnis vel etiam adhortatio parum atque apud eos tantum valet qui ipsi ad studium recti feruntur* —b 18. — *Quum igitur tria sint unde virtus nascatur (scientia, indoles, disciplina), consentaneum, quandoquidem scientiâ non ita multum proficitur, indoles vero naturae haud penes nos*

πρακτοῖς ἐκ τῶν ἔργων καὶ τοῦ βίου κρίνεται· ἐν τούτοις γὰρ τὸ κύριον. σκοπεῖν δὴ τὰ προειρημένα χρὴ ἐπὶ τὰ ἔργα καὶ τὸν βίον ἐπιφέροντας, καὶ συνᾳδόντων μὲν τοῖς ἔργοις ἀποδεκτέον, διαφωνούντων δὲ λόγους ὑποληπτέον. — ὁ δὲ κατὰ νοῦν ἐνεργῶν καὶ τοῦτον θεραπεύων καὶ διακείμενος ἄριστα καὶ

19. K^{b}M^{b}O^{b} πρακτικοῖς. 20. σκοπεῖν δὴ] K^{b} δὴ σκοπεῖν (L^{b}M^{b}O^{b} σκοπεῖν δὲ). 21. K^{b}M^{b} φέροντας. 22—32. ὁ δὲ κατὰ νοῦν — εὐδαίμων] v. annot.

19. 20. κρίνεται — σκοπεῖν χρή. Κρίσιν talem vel σκέψιν recte quidem non faciet nisi qui sit ἀγαθὸς κριτής — ἔμπειρος ὢν τῶν κατὰ τὸν βίον πράξεων αὐτός τε κατὰ λόγον τὰς ὀρέξεις ποιούμενος 1094 b 27—1095 a 11. Sed via quasi quaedam breviter significatur: quae certane sit et expedita, an dubia per se multisque quaestionibus obsessa, non jam quaeritur. Id vero apertum, hoc saltem veri genus si fuerit inventum, ἐξ ἐπαγωγῆς fore inventum.

21. 22. συνᾳδόντων — διαφωνούντων: e grammaticâ ratione dicendum erat συνᾴδοντα — διαφωνοῦντα. Sed distentis iis quae conjuncta sunt retardatâque oratione genetivus absolutus suam quandam vim habet.

5. 1179 a 22—32.

Perorationem hanc vocavimus; et est peroratio, si genuina est. Quod enim inter ea quae capp. 7. 8 evicta sunt sane principale videatur (v. ad 1177 a 18), id propter se nec propter ullam eorum quae hucusque in cap. 9 dicta sunt rationem haud sine gravitate novo argumento confirmatur: θεωρητικὴν vel τοῦ σοφοῦ esse beatitudinem; ut in hac sententiâ acquiescere videatur universa quaestio capp. 6—9. — Sed vide quae dubitationem moveant. Idonea quam maxime verba proxime antecedentia vs 17—22 erant, quibus non tantum his capp. sed universis ethicis finis imponeretur. Ad haec vero, quum jam vs 22 pergatur ὁ δὲ κατὰ νοῦν ἐνεργῶν, per particulam δὲ adjungitur quod rationi quaerendi ei quae modo commendata est paene est contrarium: quid enim minus ἐκ τῶν ἔργων καὶ τοῦ βίου (vs 19) possit dijudicari quam τὸ θεοφιλές (vs 24. 30)? Diximus praeterea ad vs 1 capite 9 differentiam inter genera virtutis fere obliteratam esse, eandemque capite 10 necessario postponi inveniemus. Num igitur conducebat inter utrumque cap. nonnulla interponi quibus alterius generis — sapientiae — summa dignitas in memoriam revocaretur quasi? Accedit ipsarum sententiarum quas his vss. legimus ratio; quas, si videantur posse Aristotelis esse, tamen aliquantum ab universâ ejus ratione recedere negari non potest. At eaedem permultis, qui aut Xenophonteum aut Platonicum Socratem admirabantur, et in promtu essent et piae viderentur necesse erat. Quid igitur, si alienâ manu huc adjectae sint? v. ad 1162 a 5.

23 s. καὶ διακείμενος ἄριστα καὶ θεοφιλέστατος: et — et. Alterum enim (διακεῖσθαι ἄριστα τὸν τοιοῦτον), quoniam operam is dat τῇ κρατίστῃ ἀρετῇ 1177 a 13, jamjam constat; alterum (θεοφιλέστατον εἶναι

K 9 θεοφιλέστατος ἔοικεν εἶναι· εἰ γάρ τις ἐπιμέλεια τῶν ἀν- 1179 a 24 θρωπίνων ὑπὸ θεῶν γίνεται, ὥσπερ δοκεῖ, καὶ εἴη ἂν εὔλογον χαίρειν τε αὐτοὺς τῷ ἀρίστῳ καὶ τῷ συγγενεστάτῳ (τοῦτο δ' ἂν εἴη ὁ νοῦς) καὶ τοὺς ἀγαπῶντας μάλιστα τοῦτο καὶ τιμῶντας ἀντευποιεῖν ὡς τῶν φίλων αὐτοῖς ἐπιμελουμένους καὶ ὀρθῶς τε καὶ καλῶς πράττοντας. ὅτι δὲ πάντα ταῦτα τῷ σοφῷ μάλισθ' ὑπάρχει, οὐκ ἄδηλον. θεοφιλέστατος ἄρα. τὸν αὐτὸν δ' εἰκὸς καὶ εὐδαιμονέστατον· ὥστε κἂν οὕτως εἴη ὁ σοφὸς μάλιστ' εὐδαίμων.

---

24. εἶναι] om. $K^b M^b O^b$. 24. 25. K^b τῶν ἀνθρώπων. 26. καὶ τῷ] $K^b O^b$ καί. 31. δ' εἰκὸς] $K^b M^b O^b$ εἰκός.

τὸν αὐτόν) novum illud quo haec argumentatio spectat: θεοφιλέστατος ἄρα vs 30. Θεοφιλής ap. Plat. is est quem ille justum vocat Rep. *I* 612 e.

25. ὥσπερ δοκεῖ (εὔλογον): satis nimirum caute haec dicuntur, v. ad 1178 b 7—23. Esse vero divinitus ἐπιμέλειαν Socrati quidem ex ipsâ hominis naturâ colligitur et ita certum est ut hinc deum omnia scire probetur Xen. Mem. I, 4, 11—14. I, 1, 19. cf. IV, 3, 3 sq.; item ap. Plat., si sint dii, efficitur ὅτι οὔτε λανθάνειν οὔτε βιάσασθαι αὐτοὺς δυνατόν Rep. *B* 365 e. Quid quod in MM. pro absurdo est quodcunque ita esse nequeat nisi deus sit φαῦλος κριτὴς καὶ οὐ δίκαιος et ἐπιμελούμενος τῶν φαύλων 1207 a 6—17.

28. ἀντευποιεῖν: εὐεργεσία γὰρ τὸ ἐπιμελεῖσθαι τούτων ἃ φίλα τινὶ ἢ συγγενῆ (vs 26).

29. καὶ ὀρθῶς τε καὶ καλῶς πράττοντας. Quod prius est καὶ poterit esse „et omnino", ut sapiens hic vocetur in quo et universa ethica virtus inest. Sed item recte qui vitam ἐν τῷ θεωρεῖν degit ἐπιμελούμενος τῶν θείων (vs 28) dicetur πράττειν καλῶς: cura enim omnis et exercitatio πρᾶξις quaedam. Utrum hic dicatur, pro ratione huj. l. equidem non dijudicem.

31. τὸν αὐτὸν δ' εἰκὸς — quis enim beatus, si non ὁ εὖ ποιούμενος ὑπὸ θεῶν (vs 28)?

31. κἂν οὕτως: jam enim aliquoties idem evictum est, siquidem ὁ σοφὸς est θεωρητικός: 1177 b 24. 1178 a 7. b 7. b 32.

Finis imponitur Ethicis, transitus ad Politica paratur. 1179 a 33—1181 b 23 (*K* 10).

Quoniam Ethicis minus id propositum est ut sciantur honesta, quam ut exsistat virtus, unum adhuc restat ne lateat quânam viâ ac ratione homines ad honestatem adduci possint —1179 b 4. *Institutio enim omnis vel etiam adhortatio parum atque apud eos tantum valet qui ipsi ad studium recti feruntur* —b 18. — *Quum igitur tria sint unde virtus nascatur (scientia, indoles, disciplina), consentaneum, quandoquidem scientiâ non ita multum proficitur, indoles vero naturae haud penes nos*

1179 a 33 ἆρ᾽ οὖν εἰ περὶ τούτων καὶ τῶν ἀρετῶν, ἔτι δὲ καὶ φι- K 1

33. δὲ καὶ] $K^b O^b$ δέ.

est, summam rei a disciplinâ exspectari, quae ad omnes pertineat omnesque et ad scientiae usum aptos reddat —b 31. *Sed disciplinam eam quali opus est, quâ non tantum a pueris recte educentur sed per omnem vitam contineantur, apparet non fore nisi legibus sit imposita* —1180 a 5. (*Nec perperam censetur: oportere in republica admonitionem esse cui pareant qui bene morati sint, castigationem qua non obedientes eo genere molestiae dolorisve quod maxime horreant afficiantur, denique capitis deminutionem qua perditi e medio tollantur* —a 14.)

Legibus igitur disciplinae causa opus est, quibus unis et vis insit et absit invidia —a 24. *Sin alicubi — id quod passim fit — legibus civitatis nulla harum rerum cura est, videant privati ut suis quisque quantum fieri possit sufficiant* —a 32. *Nec tamen hi, ut hoc munere bene fungantur, eâdem illâ arte vel scientiâ carere poterunt qua in republicâ bonae leges feruntur. Quamquam enim verum est, tum privatam singulorum eruditionem habere quo publicae omnium praestet* (b 3 —13), *tum esse qui generali totius generis cognitione orbati singulis quibusdam rebus bene provideant* (b 13—23): *tamen certum est ne singulorum quidem curam tuto committi posse nisi iis qui universi generis scientiâ satis sint imbuti* —b 28.

Itaque quoniam ut fiant honesti seu singuli seu omnes cives eos rei praeesse oportet qui νομοθετικοὶ sint, quaerendum quo pacto quis evadat νομοθετικὸς vel πολιτικός: quae res haud sane expedita videbitur. Qui enim ipsi in administrandâ republica versantur, nec profitentur ullam erudiendi artem nec quidquam praeter consuetudinem vitae aliis praebent, unde discant —1181 a 12. *Sophistas vero, qui remoti a sole et pulvere et hac de re liberalissime pollicentur, cum alia tum id ipsum ignorantiae arguit quod putant, legum exemplis undique collectis et ad deligendum propositis actam esse rem* —a 17. *Quasi obscurum sit, exemplorum multitudinem utilem quidem esse et peritis et imperitis, at eos tantum quae probanda sint interque se concinant recte deligere qui ultro jam universam rei rationem norint* —1181 b 12.

Ergo novâ quaestione opus est, quâ ars et legum ferendarum et omnino reipublicae ordinandae tradatur. Quâ in re quomodo procedendum esse videatur praescribitur —1181 b 23.

Disputatio suo loco digna, gravissima, ab initio usque ad finem certo quasi gradu incedens et ita elaborata ut iis potius qui suam rerum notitiam suasque cogitationes secum attulerint impedita et difficilis esse videatur quam illis qui Aristotelem auctorem audiant graece loquentem.

33—b 4: exordium quo haec quaestio satis firmo vinculo cum Ethicorum corpore copulatur. Recensentur primum priores partes persimilem in modum ac supra 1176 a 30, eodem ordine (περὶ τῶν ἀρετῶν — φιλίας — ἡδονῆς) quo illas legimus; modo ut primo loco commemoretur quod ultimum tractatum est: περὶ τούτων enim (a 33) breviter interpreteris περὶ εὐδαιμονίας. Nec contra morem est quod verbo tantum ad capp. 6—9 respicitur; nec pro eâ viâ qua pergitur ex-

λίας καὶ ἡδονῆς ἱκανῶς εἴρηται τοῖς τύποις, τέλος ἔχειν 1179 a 34
οἰητέον τὴν προαίρεσιν; ἢ καθάπερ λέγεται, οὐκ ἔστιν ἐν 35
τοῖς πρακτοῖς τέλος τὸ θεωρῆσαι ἕκαστα καὶ γνῶναι, ἀλλὰ 1179 b
μᾶλλον τὸ πράττειν αὐτά. οὐδὲ δὴ περὶ ἀρετῆς ἱκανὸν τὸ εἰδέναι, ἀλλ' ἔχειν καὶ χρῆσθαι πειρατέον, ἢ εἴ πως ἄλλως ἀγαθοὶ γινόμεθα. εἰ μὲν οὖν ἦσαν οἱ λόγοι αὐτάρκεις πρὸς

---

35. post *προαίρεσιν* Bekk. comma, post *αὐτά* b 2 signum interrogationis. *λέγεται*] fort. *λέγομεν*.
4. K[b] *γινοίμεθα*.

---

cusatione eget. Eum enim qui id contendit ut cogitata in rerum veritatem traducantur, consentaneum est iis jam contentum esse quae ad *τὸ ἀνθρωπεύεσθαι* (1178 b 7) spectant, divinam illam sapientium beatitatem in aliud tempus differre (v. ad a 22—32).

34. *τοῖς τύποις* (*εἴρηται*): decies memini in Nic. praeter h. l. legere vocabulum *τύπος*, sed semper numero singulari *τύπῳ*; in Pol. semel vel *εἰπεῖν τοὺς τύπους περί τινων* reperitur 1341 b 31. Rerum multitudinis vs 33 s. in numero plurali rationem haberi dixeris. — Ceterum perfectum opus (*ἡ προαίρεσις* vs 35) ut inchoatum erat: *ἀγαπητὸν περὶ τοιούτων καὶ ἐκ τοιούτων λέγοντας παχυλῶς καὶ τύπῳ ἐνδείκνυσθαι* 1094 b 19.

35. *ἢ καθάπερ λέγεται*: non vulgatam aliquam opinionem, sed suam laudare videtur Arist. quum pergit *οὐκ ἔστιν ἐν τοῖς πρακτοῖς* — b 2. Videas igitur annon scripserit *καθάπερ λέγομεν*. Nam si in tali re tempus praesens est — id quod haud raro fit — genere activo (*φαμὲν λέγομεν*) uti solet, nec passivo: eorum enim locorum qui contra facere videntur, velut in Nic. unus 1167 b 3 „*καθάπερ καὶ λέγεται*", alia ratio est. — Quod vero vs 35—b 2 est, pridem dictum est atque rectius dictum 1103 b 26 *ἐπεὶ οὖν ἡ παροῦσα πραγματεία οὐ θεωρίας ἕνεκά ἐστιν ὥσπερ αἱ ἄλλαι — οὐ γὰρ ἵν' εἰδῶμεν τί ἐστιν ἡ ἀρετὴ σκεπτόμεθα, ἀλλ' ἵν' ἀγαθοὶ γενώμεθα* .... Sane enim disputanti *περὶ τῶν πρακτῶν* cum omnino tum hôc cap. propositum *τὸ θεωρῆσαι καὶ γνῶναι* (b 1) sc. *πῶς κατοκώχιμοι γενήσονται ἐκ τῆς ἀρετῆς*.

2. *οὐδὲ δή*: ab initio enim — ut ex usu fit — sententia potius quam interrogatio alterum *ἢ* (a 35) erat. Quamobrem interpunctionem Bekkerianam post *προαίρεσιν* mutavimus.

3. *ἢ εἴ πως ἄλλως ἀγαθοὶ γινόμεθα*: potuerit enim ita esse ut conatus ille (*πειρατέον*) irritus sit, nisi prius aliquo modo ad experiendum sint praeparati.

4—18. *τῶν λόγων quidem non esse eam vim ut ipsi possint homines in dicionem quasi virtutis redigere.* Ex tribus illis causis unde virtus exsistere videtur (*φύσις ἔθος διδαχή* vs 20) ultima primum et per se consideratur, quoniam de illa ipso jam prooemio agebatur: quum enim cuncti hi ll. et ipsi sint *λόγοι*, profecto, si *οἱ λόγοι* satis valerent, *τέλος ἂν ἔχοι ἡ προαίρεσις* (a 34). Etenim in hac quidem quaestione genera *τῶν λόγων* quae sane satis diversa sunt, sive *τὸ τί*

τὸ ποιῆσαι ἐπιεικεῖς, πολλοὺς ἂν μισθοὺς καὶ μεγάλους δικαίως ἔφερον κατὰ τὸν Θέογνιν, καὶ ἔδει ἂν τούτους πορίσασθαι· νῦν δὲ φαίνονται προτρέψασθαι μὲν καὶ παρορμῆσαι τῶν νέων τοὺς ἐλευθερίους ἰσχύειν, ἦθός τ' εὐγενὲς καὶ ὡς ἀληθῶς φιλόκαλον ποιῆσαι ἂν κατοκώχιμον ἐκ τῆς ἀρετῆς, τοὺς δὲ πολλοὺς ἀδυνατεῖν πρὸς καλοκαγαθίαν προτρέψασθαι· K

---

5. μεγάλους] om. K^b. 6. K^b θεόγνην. 8. ἰσχύειν] K^b ἴσχειν.
9. L^{b}M^{b}O^b κατακώχιμον, et habet Bekk. κατακώχιμος nullo (ut vid.) libro adversante 1269 b 30. 1342 a 8. 572 a 32.

ἐστι quaeritur veritasque rei ostenditur sive προτρεπτικοὶ quidam sunt et παρακλητικοὶ (b 7. 10. 1180 a 6. 7), non discernuntur. Quamquam aliquid differt, utrum τῷ πείθοντι (b 28) an τῷ διδάσκοντι καὶ θεωροῦντι aliquid tribuas velisve εἰδότας reddere an docendo εὐπειθεῖς. Neque id Aristotelem suo loco fugiebat, quantum ad rectum ἐθισμὸν facerent οἱ λόγοι: velut 13 a 23—32 ὁ φαῦλος εἰς βελτίους διατριβὰς ἀπαγόμενος καὶ λόγους κἂν μικρόν γέ τι ἐπιδοίη εἰς τὸ βελτίων εἶναι.

4. εἰ μὲν οὖν ἦσαν οἱ λόγοι αὐτάρκεις: id quod stupidi illi credere videntur qui ἐπὶ τὸν λόγον καταφεύγοντες οἴονται φιλοσοφεῖν καὶ οὕτως ἔσεσθαι σπουδαῖοι 1105 b 13.

6. κατὰ τὸν Θέογνιν: εἰ δ' Ἀσκληπιάδαις τοῦτό γ' ἔδωκε θεός
ἰᾶσθαι κακότητα καὶ ἀτηρὰς φρένας ἀνδρῶν,
πολλοὺς ἂν μισθοὺς καὶ μεγάλους ἔφερον.

quos vss. (434 sq.) etiam Plato laudat (Meno 95e). — Addit Arist. non sine lepore „καὶ ἔδει ἂν τούτους (τοὺς μισθοὺς) πορίσασθαι“: neque enim tum οἱ λέγοντες deessent, comparatâque pecuniâ utrisque bene esset provisum.

7—10. Quid possit, quid non possit ὁ λόγος ornatâ et eleganti oratione exponitur: v. vocabula aut omnino non in Eth. usurpata aut magis proprio sensu usurpata κατοκώχιμος καλοκαγαθία (v. ad 1124 a 1—4) ἐλευθέριος (v. ad 1128 a 18) ἦθος εὐγενὲς alia; eodemque spectat gratus iste nexus membrorum oppositorum „προτρέψασθαι μὲν τοὺς ἐλευθερίους — ἰσχύειν, τοὺς δὲ πολλοὺς ἀδυνατεῖν — προτρέψασθαι“ vs 7. 10. Et similis quidam color sermonis omnino in iis observatur quae sequuntur. Ne igitur de usu verborum aut de sententiis aliter judicetur ac pro scriptoris consilio, quod dicendi genere indicavit, par est.

10. τοὺς δὲ πολλοὺς ἀδυνατεῖν —: quum nunc id agatur, quantum ὁ λόγος solus possit, nec disciplinae (ἐθισμοῦ) adhuc mentio facta sit: probabile est, illud vulgus dici quale ubique jam obvium est, omnis disciplinae expers, inveteratis vitiis inquinatum; v. vs 17 τὰ ἐκ παλαιοῦ τοῖς ἤθεσι κατειλημμένα. Re autem idem omnino verum est, τοὺς πολλοὺς etiamsi recte et diligenter ad honesta sint assuefacti tamen necessitate semper continendos esse: v. 1180 a 4 (ibi enim de iis agitur quibus legum beneficium jam contigit) „οἱ γὰρ πολλοὶ ἀνάγκῃ μᾶλλον ἢ λόγῳ πειθαρχοῦσι“. Neque igitur unquam neque ullo modo

οὐ γὰρ πεφύκασιν αἰδοῖ πειθαρχεῖν ἀλλὰ φόβῳ, οὐδ' ἀπέ- 1179 b 11
χεσθαι τῶν φαύλων διὰ τὸ αἰσχρὸν ἀλλὰ διὰ τὰς τιμω-
ρίας· πάθει γὰρ ζῶντες τὰς οἰκείας ἡδονὰς διώκουσι καὶ
δι' ὧν αὗται ἔσονται, φεύγουσι δὲ τὰς ἀντικειμένας λύπας,
τοῦ δὲ καλοῦ καὶ ὡς ἀληθῶς ἡδέος οὐδ' ἔννοιαν ἔχουσιν, ἄγευ-
στοι ὄντες. τοὺς δὴ τοιούτους τίς ἂν λόγος μεταρρυθμίσαι; οὐ
γὰρ οἷόν τε ἢ οὐ ῥᾴδιον τὰ ἐκ παλαιοῦ τοῖς ἤθεσι κατειλημ-
5 *μένα λόγῳ μεταστῆσαι. ἀγαπητὸν δ' ἴσως ἐστὶν εἰ πάντων*
ὑπαρχόντων δι' ὧν ἐπιεικεῖς δοκοῦμεν γίνεσθαι, μεταλάβοι-
μεν τῆς ἀρετῆς. γίνεσθαι δ' ἀγαθοὺς οἴονται οἱ μὲν φύσει
οἱ δὲ ἔθει οἱ δὲ διδαχῇ. τὸ μὲν οὖν τῆς φύσεως δῆλον ὡς

---

ad veram *καλοκαγαθίαν* perducentur — scilicet per naturale quoddam vitium (*οὐ γὰρ πεφύκασιν* — vs 11).

17. *οὐχ οἷόν τε:* hanc dicas rei veritatem esse; *ἢ οὐ ῥᾴδιον* urbane ab eo addi qui tristiora auditoribus nolit impingere.

18—31. Tantum abest, ut summa rei unis *τοῖς λόγοις* possit committi ut tria in unum conjuncta (*φύσις ἔθος διδαχή*) opus sint. Qui igitur id spectaverit quid humano consilio profici possit *ὅπως ἀγαθοὶ γενήσονται*, videat quo se vertat. Atqui quum in hac quidem quaestione seponenda sint quae naturae debentur, duo tantum relinquuntur inter quae quasi lis est. Ex his vero quoniam *τῷ ἔθει* primae debentur, tum quia vis ejus ad longe plures pertinet tum quia opus omne inde sit incipiendum, eo traducitur sermo quo ab initio spectabat ut id potissimum quaeri appareat *πῶς ὁ ὀρθὸς ἐθισμὸς ἔσται.*

18. *πάντων ὑπαρχόντων:* minime enim negaturus est Arist., etiam *τὸν λόγον* vel *τὴν διδαχὴν* necessariam esse. Imo quamquam bis (modo vs 4—18, mox vs 23—29) de vi ejus usuque detrahere videtur, tamen vel pro hoc loco dubitari nequit, quin vere honestos eos tantum esse velit, qui *τοῦ λόγου* vel *τῆς διδαχῆς* audientes sint. Hinc enim perfectio est; caeca *ἡ φύσις* quamvis bona; non proprium hominis quodcunque uni *τῷ ἐθισμῷ* debetur. V. *προδιειργάσθαι* vs 24, *τὸ σπέρμα* vs 26, alia.

20. *γίνεσθαι δ' ἀγαθοὺς οἴονται*—triplex haec sententia in cognatâ re persimili ratione erat 1099 b 9: *ἀπορεῖται πότερον* (*ἡ εὐδαιμονία*) *ἐστὶ μαθητὸν ἢ ἐθιστὸν ἢ ἄλλως πως ἀσκητόν, ἢ κατά τινα θείαν μοῖραν ἢ καὶ διὰ τύχην παραγίνεται.* Et poterat quidem etiam h. l. quum de virtute quaeritur *τὸ τῆς τύχης* quarto loco commemorari, siquidem et *παιδεία* quaedam insignis *φύσεως δεῖται καὶ χορηγίας τυχηρᾶς* 1295 a 27 s. Sed tria illa potiora. Quibus conjunctis inter se ea vis et alias tribuitur ut virtutem generent: v. 1332 a 39 — b 11 *ἀλλὰ μὴν ἀγαθοί γε καὶ σπουδαῖοι γίνονται διὰ τριῶν· τὰ τρία δὲ ταῦτα ἔστι φύσις ἔθος λόγος. . . ὥστε δεῖ ταῦτα συμφωνεῖν ἀλλήλοις.* cf. 1334 b 6.

21. *τὸ μὲν οὖν τῆς φύσεως δῆλον ὡς οὐκ ἐφ' ἡμῖν ὑπάρχει* (Bekk.); conjecturâ scr. *ὑπάρχειν* i. e. *δῆλον ὡς οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἐστι τὸ*

1179 b 22 οὐκ ἐφ' ἡμῖν ὑπάρχειν, ἀλλὰ διά τινας θείας αἰτίας τοῖς ὡς K 10 ἀληθῶς εὐτυχέσιν ὑπάρχει· ὁ δὲ λόγος καὶ ἡ διδαχὴ μή ποτ' οὐκ ἐν ἅπασιν ἰσχύῃ, ἀλλὰ δέῃ προδιειργάσθαι τοῖς ἔθεσι τὴν τοῦ ἀκροατοῦ ψυχὴν πρὸς τὸ καλῶς χαίρειν καὶ μισεῖν, ὥσπερ γῆν τὴν θρέψουσαν τὸ σπέρμα. οὐ γὰρ ἂν ἀκούσειε λόγου ἀποτρέποντος οὐδ' αὖ συνείη ὁ κατὰ πάθος ζῶν· τὸν δ' οὕτως ἔχοντα πῶς οἷόν τε μεταπεῖσαι; ὅλως τ'

22. ὑπάρχειν] conj. scr.; ὑπάρχει Bekk. ll. 22. 23. ὡς ἀληθῶς] K[b] ἀληθῶς. ἰσχύῃ] ll. (ut vid.) omnes aut ἰσχύει (K[b]L[b]) aut ἐνισχύῃ (M[b]O[b]). 27. Bekk. maj. vitiose ἀποτρέποντες.

τῆς φύσεως ὑπάρχειν: nisi enim ὑπάρχει, non erit. — Ab hac igitur parte non fuerit ἑκούσιον ἡ ἀρετὴ καὶ ἡ κακία: quae sententia in Aristotele haud mira videbitur ei qui attente capp. Γ 1—7 legerit (v. impr. ad 1114 b 3 sq.). Nec dubitat ille quamquam caute dicere ὅτι ἐνδέχεται εἶναί τινας οὓς παιδευθῆναι καὶ γενέσθαι σπουδαίους ἄνδρας ἀδύνατον 1316 a 10. — Quid hinc colligi possit vel potius quantum inde collegerit philosophus, haud levis quaestio est, sed ea quae a ratione hujusce disputationis K 10 aliena sit.

23. τοῖς ὡς ἀληθῶς εὐτυχέσιν: quos eosdem recte dicas ἀληθῶς εὐφυεῖς vel εὐγενεῖς (vs 3). Haec θεία illa εὐτυχία est de qua praeclare Eud. H 14 agitur. V. quae breviter ad 1114 b 3 sq. monuimus.

23 sqq. ὁ δὲ λόγος —: denuo cavetur ne nimium τῷ λόγῳ tribuatur; sed jam ita ut aut vis ejus a perfectâ quasi operâ τοῦ ἐθισμοῦ apta esse aut opera τοῦ ἐθισμοῦ per illum tandem absolvi dicatur. Commendatur igitur tanquam id, unde sit incipiendum, τὸ ἐθίζειν. Sententia nota: ἡ δ' ἠθικὴ ἐξ ἔθους περιγίνεται 1103 a 17; nec minus notum, fieri τὸν ἐθισμὸν omnem (vel τὴν παιδείαν) ita ut homines per ἡδονὴν ab eo genere ἡδονῆς quo jam delectantur ad id genus traducantur quod decet (v. ad 1104 b 11. 12; ad 1172 a 19—26). Nec tamen ullo alio loco plenius Arist. ostendit, quam bene intimam rationem ejus artis qua homines educantur et emendantur perspexerit.

25. πρὸς τὸ καλῶς χαίρειν καὶ μισεῖν. Hoc enim propositum est; huc τὰ ἔθη aditum parant; ut vero ipsum sit, satione illâ τῆς διδαχῆς opus est. Nam per disciplinam id tantum efficitur, ut eo loco in quo pravam suam delectationem petunt id genus molestiae vel doloris reperiant quod ipsi maxime oderunt (v. 1180 a 12 sq.) — in alia igitur se avertent. Rursus ad id, quo ipsi non pergebant ἀγευστοι ὄντες, perducentur apposito quasi vel ἡδονῆς vel ἀλυπίας genere quod jam placet. Decepti igitur ut ita dicam assuefient ad ea quae vere sunt dulcia, ipsis non sunt. Postquam vero τὸ σύνηθες (vs 35) molestiam certe hinc, illinc cupidinem abstulerit, procedet ὁ λόγος, si forte eas quae propter vicinitatem suarum rerum aut oderint aut amarint jam ipsa perspecta possint odisse et amare (τὰ αἰσχρὰ — τὰ καλά). — Unde apparet inepte ab eo educatoris munera posci, penes quem non fuerit earum rerum potestas quibus alumni student.

27. οὐδ' αὖ συνείη — εἴ ποτε ἀκούσειεν.

οὐ δοκεῖ λόγῳ ὑπείκειν τὸ πάθος ἀλλὰ βίᾳ. δεῖ δὴ τὸ ἦθος 1179 b 29 προϋπάρχειν πως οἰκεῖον τῆς ἀρετῆς, στέργον τὸ καλὸν καὶ δυσχεραῖνον τὸ αἰσχρόν. ἐκ νέου δ' ἀγωγῆς ὀρθῆς τυχεῖν πρὸς ἀρετὴν χαλεπὸν μὴ ὑπὸ τοιούτοις τραφέντα νόμοις· τὸ γὰρ σωφρόνως καὶ καρτερικῶς ζῆν οὐχ ἡδὺ τοῖς πολλοῖς, ἄλλως τε καὶ νέοις. διὸ νόμοις δεῖ τετάχθαι τὴν τροφὴν καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα· οὐκ ἔσται γὰρ λυπηρὰ συνήθη γινόμενα. οὐχ ἱκανὸν δ' ἴσως νέους ὄντας τροφῆς καὶ ἐπιμελείας 1180 a τυχεῖν ὀρθῆς, ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ ἀνδρωθέντας δεῖ ἐπιτηδεύειν αὐτὰ καὶ ἐθίζεσθαι, καὶ περὶ ταῦτα δεοίμεθ' ἂν νόμων, καὶ ὅλως δὴ περὶ πάντα τὸν βίον· οἱ γὰρ πολλοὶ ἀνάγκῃ

3. αὐτὰ] non vid. hoc sanum esse. 4. K^b δὴ καὶ ὅλως περί.

---

29. τὸ ἦθος: effectum τοῖς ἔθεσιν (vs 25): v. 1103 a 17 ὅθεν καὶ τοὔνομα ἔσχηκε (τὸ ἠθικὸν) μικρὸν παρεκκλῖνον τοῦ ἔθους. Quamquam vere τὸ ἦθος haud minus φύσει est vel etiam ἐκ διδαχῆς.

31—1180 a 5. *Itaque si virtutis causa ante omnia cura τῶν ἐθῶν, in quibus vitam degimus, tum apud pueros tum apud viros necessaria est, leges esse certum quendam victum omnibus imperantes oportebit.* Perductâ re ad τοὺς νόμους jam via ad id quo tenditur patet. Ab initio enim, dum Arist. νόμους vocat, de nullâ aliâ lege praeter illam cogitat qua res publica gubernatur: id quod vel maxime per illum locum, quo videatur in aliam partem disputari, 1180 a 32 sqq. comprobatur.

31. ἐκ νέου: εὐθὺς ἐκ νέων 1104 b 11; etenim in dies magis χαλεπὸν ἀποτρίψασθαι τοῦτο τὸ πάθος ἐγκεχρωσμένον τῷ βίῳ 1105 a 2.

33. τὸ γὰρ σωφρόνως... v. 1319 b 31: volent, si possint, imperata spernere. Primum igitur lex ad hanc rem commendatur quia in illâ vis et auctoritas inest (v. ἔχουσαν ἰσχύν 1180 a 18). Accedit (διὸ — γὰρ vs 34. 35) quod illi, quoniam in omnes et omni tempore eadem esse videtur, facilius et libentius a singulis pareatur (οὐ λυπηρόν vs 35. cf. οὐκ ἐπαχθής 1180 a 24).

2. 3. ἐπιτηδεύειν αὐτὰ καὶ ἐθίζεσθαι. Quid dicitur αὐτά? An omnino ἐπιτηδεύματα ὀρθῶς ταχθέντα qualia juventuti mandabantur 1179 b 35? Displicet αὐτά. — Recte secundo loco ἐθίζεσθαι: hoc enim majus et gravius est, opus τοῦ ἐθισμοῦ quamquam pueris jam impositum ne in viris quidem absolutum esse; cujus rei causa est (γὰρ vs 4) quod plerique coërceri possunt, ut ipsi honestatem amplectantur adduci non possunt.

4. ἀνάγκῃ — πειθαρχοῦσι: istam vero cogendi vim, cui vel viri cedant, si usquam, apud leges tantum fore, luculentum videtur. Scilicet id non quaerebat Arist., essentne quaedam quae minime omnium is efficiet qui maxime necessitatem imponere et possit et soleat. Neque id quaerebat, quid esset virtutis, quid tandem beatitatis in iis qui per totam vitam ὑπ' ἀνάγκης ἕκαστα πράττουσιν (vs 4. 16 s.): jam enim

μᾶλλον ἢ λόγῳ πειθαρχοῦσι καὶ ζημίαις ἢ τῷ καλῷ. διόπερ οἴονταί τινες τοὺς νομοθετοῦντας δεῖν μὲν παρακαλεῖν ἐπὶ τὴν ἀρετὴν καὶ προτρέπεσθαι τοῦ καλοῦ χάριν, ὡς ὑπακουσομένων τῶν ἐπιεικῶς τοῖς ἔθεσι προηγμένων, ἀπειθοῦσι δὲ καὶ ἀφυεστέροις οὖσι κολάσεις τε καὶ τιμωρίας ἐπιτιθέναι, τοὺς δ' ἀνιάτους ὅλως ἐξορίζειν· τὸν μὲν γὰρ ἐπιεικῆ καὶ πρὸς τὸ καλὸν ζῶντα τῷ λόγῳ πειθαρχήσειν, τὸν δὲ φαῦλον ἡδονῆς ὀρεγόμενον λύπῃ κολάζεσθαι ὥσπερ ὑποζύγιον. διὸ καί φασι δεῖν τοιαύτας γίνεσθαι τὰς λύπας αἳ μάλιστ' ἐναντιοῦνται ταῖς ἀγαπωμέναις ἡδοναῖς. εἰ δ' οὖν, καθάπερ εἴρηται, τὸν K 10 §

10. καὶ πρὸς] $K^b M^b$ πρός.

Ethica derelinquens ad id potissimum spectare videtur quod reipublicae prosit.

5 — 14. Ex aliorum his de rebus opinione (οἴονταί τινες vs 6, φασὶ vs 12) explicatur quanam fere ratione leges illae exoptatae rem gesturae sint. Neque enim dubium est tum per conjunctionem διόπερ vs 5 tum propter ipsas sententias, quin et Aristoteli fere ea quae proponantur probata sint. Paene ex aliorum persona ipsum loqui dixeris. Nihilominus non scripsisset ut scripsit haec, nisi τινὰς vs 6 appellans certos quosdam recordaretur. Platonem, ni fallor (v. ad vs 9. 10) quem in eo genere quaestionum quod περὶ παιδείας est omnino sequi et laudare videtur; cf. et 1104 b 11.

6. δεῖν μὲν παρακαλεῖν (— προηγμένων vs 8). Consentaneum, neque ipsos τοὺς νομοθετοῦντας vel ipsas leges spernere τὸν λόγον καὶ τὴν διδαχήν (v. ad 1179 b 18), modo ne temere neglectus sit ὁ ἐθισμός (τοῖς ἔθεσιν vs 8). Nec minus Aristotelica sunt quae vs 8. 9 de tractando vulgo adduntur (sunt enim οἱ ἀπειθοῦντες καὶ ἀφυέστεροι vs 8 οἱ πολλοὶ illi de quibus vs 4 et al. legimus).

9. 10. τοὺς δ' ἀνιάτους —: hoc quodam modo novum est, ut possit ambigi num idem dicturus sit Arist. Atqui hoc ipsum „ἐκβάλλειν ἢ ἀποκτεῖναι τὸν ἀνίατον" jubet Platonis Protagoras (325 a).

12. ὑποζύγιον: non acerbius hoc, quam ille βοσκημάτων βίος ὃν οἱ πολλοὶ προαιροῦνται 1095 b 19 s.

13. δεῖν τοιαύτας γίνεσθαι τὰς λύπας αἳ μάλιστ' ἐναντιοῦνται — Qui hanc rationem commendant (οἱ φάσκοντες vs 12) certe non multum recedunt ab iis quibuscum Arist. facit. Etenim si constat recte τὰς κολάσεις (ut τὰς ἰατρείας) γίνεσθαι διὰ τῶν ἐναντίων 1104 b 16 - 18, haud improbabile easdem rectissime fieri διὰ τῶν μάλιστ' ἐναντίων.

14. εἰ δ' οὖν, καθάπερ εἴρηται... Quae vs 5 — 14 legimus interposita a recta via disputationis paene devertebant. Nec tamen quum ad priora redeundum sit (καθάπερ εἴρηται sc. 1179 b 31 — 1180 a 5) ita agitur ut quasi a loco nuper capto citato gradu ad sequentia pergatur, sed placet id quod 1179 b 31 — 1180 a 5 facili operâ et fere festinanter arreptum est accuratius perquirere et confirmare. Nam si

ἐσόμενον ἀγαθὸν τραφῆναι καλῶς δεῖ καὶ ἐθισθῆναι, εἶθ' οὕτως ἐν ἐπιτηδεύμασιν ἐπιεικέσι ζῆν καὶ μήτ' ἄκοντα μήθ' ἑκόντα πράττειν τὰ φαῦλα, ταῦτα δὲ γίγνοιτ' ἂν βιουμένοις κατά τινα νοῦν καὶ τάξιν ὀρθήν, ἔχουσαν ἰσχύν· ἡ μὲν οὖν πατρικὴ πρόσταξις οὐκ ἔχει τὸ ἰσχυρὸν οὐδὲ τὸ ἀναγκαῖον, οὐδὲ δὴ ὅλως ἡ ἑνὸς ἀνδρός, μὴ βασιλέως ὄντος ἤ τινος τοιούτου· ὁ δὲ νόμος ἀναγκαστικὴν ἔχει δύναμιν, λόγος ὢν ἀπό τινος φρονήσεως καὶ νοῦ. καὶ τῶν μὲν ἀνθρώπων ἐχθαίρουσι

---

18. post ἰσχύν Bekk. punctum. 19. οὐδὲ] si e libris, ex N[b] est; οὐδὲ [οὔτε L[b]] δὴ reliqui.

---

verum est τοῖς ἔθεσιν ante omnia plurimum tribuendum esse, ideone recte legum auxilium advocatum est? An alia sunt quibus idem possit effici? velut privatorum consilium, cura patrumfamilias? — Talem vero orationem qua ex parte priora repetuntur, ex parte nova inferuntur, haud dedecet periodorum laxior quaedam compages. Quamvis enim certum sit apodosin ad εἰ δ' οὖν vs 14 non incipere a verbis ταῦτα δὲ vs 17 nec recte post ἰσχύν punctum quo periodus terminetur poni, tamen ambiguum quaenam vere sit apodosis. Quum enim post interjecta illa „ταῦτα δὲ γίγνοιτ' ἂν" vs 17. 18 recta conclusio esset „περὶ πάντα τὸν βίον νόμων ἂν δέοι· ὁ νόμος γὰρ μόνος τάξις ὀρθὴ ἔχουσα ἰσχύν": illatâ mentione patriae auctoritatis („ἡ μὲν οὖν" vs 18 — 21) sententia ita retardatur, ut tandem protasis ipsa vs 14 in oblivione jaceat.

15. τραφῆναι — νέους ὄντας (1179 b 31) . . . εἶθ' — ἀνδρωθέντας 1180 a 2.

16. μήτ' ἄκοντα μήθ' ἑκόντα „omnino non". Ita victus legibus circumscribendus est ut paene non referat velintne singuli an nolint peccare.

18. κατά τινα νοῦν καὶ τάξιν ὀρθήν: cautius vel certe magis συλλογιστικὸν hoc quam supra: nam dummódo ἡ τάξις ἡ ἐθίζουσα valeat, civitatis legibus (1179 b 32. 1180 a 3) ad hoc nemo egebit. Rei quidem supra satisfacere videbatur vox „χαλεπὸν" 1179 b 32.

19. οὐκ ἔχει τὸ ἰσχυρὸν: ne hoc aperte certare videatur cum iis quae mox b 4. 5 leguntur (quomodo enim quod ἔτι μᾶλλον ἐνισχύει non fuerit ἰσχυρόν?), dicas id genus τοῦ ἰσχυροῦ dici quod ἀναγκαῖον sit (οὐδὲ τὸ ἀναγκ.) et ἀναγκαστικὴν ἔχει δύναμιν vs 21. — Paternae igitur auctoritati h. l. haud ita multum dat Graecus — qua de re forsitan Romanus antiqui temporis aliter judicasset —; de alio autem auctoritatis genere quod nec penes privatos neque a republica est, quo intus animi reguntur moresque formantur, ne cogitavit quidem Arist.

21. λόγος ὢν ἀπό τινος φρονήσεως (est enim φρόνησίς τις νομοθετικὴ 1141 b 25) καὶ νοῦ: habet igitur lex civitatis — nisi forte sit ἀπεσχεδιασμένος 1129 b 25 — id quo opus erat ut esset νοῦς καὶ τάξις ὀρθή (vs 18). Cf. Platonis definitionem (ὁ νόμος) λογισμὸς γενόμενος δόγμα πόλεως κοινόν (Legg. *A* 644 d).

1180 a 23 τοὺς ἐναντιουμένους ταῖς ὁρμαῖς, κἂν ὀρθῶς αὐτὸ δρῶσιν· ὁ δὲ κ νόμος οὐκ ἔστιν ἐπαχθὴς τάττων τὸ ἐπιεικές. ἐν μόνῃ δὲ τῇ ι Λακεδαιμονίων πόλει μετ' ὀλίγων ὁ νομοθέτης ἐπιμέλειαν δοκεῖ πεποιῆσθαι τροφῆς τε καὶ ἐπιτηδευμάτων· ἐν δὲ ταῖς πλείσταις τῶν πόλεων ἐξημέληται περὶ τῶν τοιούτων, καὶ ζῇ ἕκαστος ὡς βούλεται, κυκλωπικῶς θεμιστεύων παίδων ἠδ' ἀλόχου. κράτιστον μὲν οὖν τὸ γίγνεσθαι κοινὴν ἐπιμέλειαν καὶ ὀρθήν, καὶ δρᾶν αὐτὸ δύνασθαι· κοινῇ δ' ἐξαμελουμένων

29. $K^b M^b O^b$ γενέσθαι.

24. ὁ δὲ νόμος οὐκ ἔστιν ἐπαχθής: hoc praeter τὸ ἰσχυρὸν alterum est quo legum usus excellit v. ad 1179 b 33. Quamquam et hac in re (v. ad vs. 19) anceps est num paterna certe mandata legibus cedant „προϋπάρχουσι γὰρ στέργοντες" b 6. 7.

24 sq. ἐν μόνῃ δὲ τῇ Λακεδαιμονίων πόλει: itaque id utilitatis quod πρὸς τὸ ποιῆσαι σπουδαίους δι' ἐθισμοῦ a legibus affluere possit apud plerosque praeter nonnullas Doricas civitates negligitur: v. ad 1102 a 8. Sin autem legeris 1365 b 33—37, in omni aristocratia tale quid esse videbitur: quae enim in illâ παιδεία ὑπὸ τοῦ νόμου κειμένη tanti ducitur ut summa rerum penes τοὺς κατὰ παιδείαν sit, profecto aliquo modo ad τὴν τροφὴν καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα pertinebit (vs 26). Quid vero reliquae civitates? οἱ γὰρ νομοθέται τοὺς πολίτας ἐθίζοντες ποιοῦσιν ἀγαθοὺς καὶ τὸ μὲν βούλημα παντὸς νομοθέτου τοῦτ' ἐστίν 1103 b 3 s. An leges, quae cunctae κατὰ πάσας τὰς ἀρετὰς καὶ μοχθηρίας τὰ μὲν κελεύουσι τὰ δὲ ἀπαγορεύουσι (1129 b 14—24) plerumque prorsus nil tentasse dicantur, ut quae mandata essent a civibus discerentur et exercerentur? — Sed haec attigisse satis erit.

28. κυκλωπικῶς θεμιστεύων: cf. 1252 b 22 καὶ τοῦτ' ἐστὶν ὃ λέγει Ὅμηρος (Od. θ 114 s.) „θεμιστεύει δὲ ἕκαστος παίδων ἠδ' ἀλόχων".— V. ad vs 19: ubi enim leges reipublicae cogere desinunt, ibi incipere videtur τὸ κυκλωπικῶς.

29. κράτιστον μὲν οὖν τὸ γίγνεσθαι κοινὴν ἐπιμέλειαν: quam debilis sit omnis παιδεία ἰδιωτική, quam irriti omnes λόγοι ἰδιωτικοὶ, Plato corruptos civitatum mores contemplatus diserte, ut solet, Rep. Z 492 a sq. ostendit. Et teneatur, ob id ipsum adhuc et ab Arist. τὴν κοινὴν ἐπιμέλειαν flagitatam esse quod vim habeat sola, careat invidiâ. Longe enim alia ratio est, si reipublicae causa certum quoddam παιδείας genus poscatur: velut 1337 a 21—32 ἐπεὶ δ' ἓν τὸ τέλος τῇ πόλει πάσῃ, φανερὸν ὅτι καὶ τὴν παιδείαν μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἀναγκαῖον εἶναι πάντων καὶ ταύτης τὴν ἐπιμέλειαν εἶναι κοινὴν καὶ μὴ κατ' ἰδίαν κ. τ. λ. et saepius in Pol. velut 1337 a 13 sq. 1310 a 12—36. 1260 b 15 sq.

30. καὶ δρᾶν αὐτὸ δύνασθαι obscurius dictum. Quum autem in eo sit ut exponatur quid cuique sit faciundum („ἑκάστῳ προσήκειν" vs 31), puto jam in his („κράτιστον δρᾶν αὐτὸ δύνασθαι") modeste et quasi tecte singulos et privatos evocari: „exoptatissimum quidem, si

K 10 ἑκάστῳ δόξειεν ἂν προσήκειν τοῖς σφετέροις τέκνοις καὶ φί- 11
§ λοις εἰς ἀρετὴν συμβάλλεσθαι, ἢ προαιρεῖσθαί γε. μάλιστα
δ' ἂν τοῦτο δύνασθαι δόξειεν ἐκ τῶν εἰρημένων νομοθετικὸς
γενόμενος· αἱ μὲν γὰρ κοιναὶ ἐπιμέλειαι δῆλον ὅτι διὰ νό-
μων γίγνονται, ἐπιεικεῖς δ' αἱ διὰ τῶν σπουδαίων. γεγραμ-
μένων δ' ἢ ἀγράφων, οὐδὲν ἂν δόξειε διαφέρειν, οὐδὲ δι' ὧν 1180
εἷς ἢ πολλοὶ παιδευθήσονται, ὥσπερ οὐδ' ἐπὶ μουσικῆς καὶ
γυμναστικῆς καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων. ὥσπερ γὰρ ἐν

---

32. K^b συμβαλέσθαι. μάλιστα] K^bM^b μᾶλλον. 33. δύνασθαι] K^b τίνασθαι (om. O^b).
1. δ' ἢ] K^b ἤ. 2. 3. καὶ γυμν.] K^bM^b ἢ γυμν.

---

cui contingat ut salutarem hanc publicam curam aut sustinere possit aut, si non fuerit illa, suâ operâ instituere".

32. εἰς ἀρετὴν συμβάλλεσθαι: jam enim ab eo proposito, quo tendebatur (τὸ ποιῆσαι ἐπιεικεῖς 1179 b 5), ad minora recedendum erit, ut pro parte virili suis quisque velit succurrere. Quae opera ne contemnatur, mox b 3 sqq. monetur, et penes privatos aliquid auctoritatis facultatisque esse.

32 s. μάλιστα δ' ἂν τοῦτο δύνασθαι δόξειεν ἐκ τῶν εἰρημένων νομοθετικὸς γενόμενος. Si verba et nomina spectentur, recte: dictum ὅτι πρὸς τὸ γίνεσθαι ἀγαθοὺς νόμων δεῖ (1179 b 31 sqq.); quodsi igitur non sunt leges (κοινῇ ἐξαμελουμένων vs 30), is qui suo loco legum munus suscipit, necesse erit ipse statuat quae legibus statuenda erant. Quod qui recte perficiat, sane erit νομοθετικός. Breviter idem absolutâ hac demonstratione b 24 iteratur „νομοθετικῷ πειρατέον γενέσθαι, εἰ διὰ νόμων ἀγαθοὶ γενοίμεθ' ἄν". Postquam enim 1179 b 31—1180 a 5 primum leges accitae sunt, hic jam proximus gradus ad finem versus est ut probetur „ad gignendam per ἐθισμὸν virtutem sive in civitate sive in singulis unum illum idoneum esse qui sit νομοθετικός" a 32 — b 28. — Qui vero noluerit verbis et nominibus decipi, memor erit quamobrem visum sit legibus opus esse. Nimirum ei qui privatus inter suos versatur nec τὸ ἀναγκαῖον illud quod leges habent nec τὸ μὴ ἐπαχθὲς aderit (v. ad vs 29) — quid igitur illi cum legibus est? Sin immutatâ sententiâ jam ejus quoque praeceptis τὸ ἰσχυρὸν tribuendum esse dicitur (b 4 sq.), jacet eo magis prior legum commendatio. Ad rem igitur inane τὸ ἐκ τῶν εἰρημένων vs 33.

35. ἐπιεικεῖς δ' αἱ διὰ τῶν σπουδαίων (νόμων): est enim hoc τοῦ νομοθετικοῦ ut bonas leges mente concipiat. Recte igitur homo privatus, qui νομοθετικὸς fuerit, id cujus jam κοινὴ ἐπιμέλεια non est ipse providebit; nec quidquam refert, quod opera ejus nec tabulis eget (ἄγραφοι) neque ad multitudinem hominum pertinet (εἷς b 2).

3. ὥσπερ γὰρ — „neque id verendum est ne ideo, quia privatus est, frustra operam suam sit navaturus" (-- vs 7). De sententiâ hac v. ad a 19 et 24.

1180 b 4 ταῖς πόλεσιν ἐνισχύει τὰ νόμιμα καὶ τὰ ἔθη, οὕτω καὶ ἐν οἰκίαις οἱ πατρικοὶ λόγοι καὶ τὰ ἔθη, καὶ ἔτι μᾶλλον διὰ τὴν συγγένειαν καὶ τὰς εὐεργεσίας· προϋπάρχουσι γὰρ στέργοντες καὶ εὐπειθεῖς τῇ φύσει. ἔτι δὲ καὶ διαφέρουσιν αἱ καθ' ἕκαστον παιδεῖαι τῶν κοινῶν, ὥσπερ ἐπὶ ἰατρικῆς· καθόλου μὲν γὰρ τῷ πυρέττοντι συμφέρει ἡσυχία καὶ ἀσιτία, τινὶ δ' ἴσως οὔ, ὅ τε πυκτικὸς ἴσως οὐ πᾶσι τὴν αὐτὴν μάχην περιτίθησιν. ἐξακριβοῦσθαι δὴ δόξειεν ἂν μᾶλλον τὸ καθ' ἕκαστον ἰδίας τῆς ἐπιμελείας γινομένης· μᾶλλον γὰρ τοῦ προσφόρου K

4. ἔθη] $K^b L^b O^b$ ἤθη (it. $L^b O^b$ 5. ἤθη). 11. δόξειεν ἂν] K^b δόξειεν.

5. οἱ πατρικοὶ λόγοι: non enim decet velle νομοθετικὸν esse nisi eum qui aut pater sit aut patris loco. Ab eodem τὰ ἔθη quae domi sunt vel approbata sunt vel instituta: etenim inter nascentes et adolescentes longe breviore tempore omnia per usum sanciuntur quam in civitate et in populo.

7—13. *Aliud est quo privata haec honestatis cura vel excellat prae publicâ: quod enim singulis quibusque opus est, et videbit facilius et procurabit cui cum paucis res est.* Hanc rem non potuisse Aristoteli parvi momenti videri, non fugiet eum qui meminerit omnino virtutem omnem esse μεσότητα πρὸς ἡμᾶς 1106 a 26—b 7. Quantâ igitur diligentiâ unusquisque quem educare velis observandus erit, cum ipsum te (ἄλλοι γὰρ πρὸς ἄλλα πεφύκαμεν) ad honestatem perducere nequeas nisi te ab eâ parte ἀφέλκειν voles in quam te εὐκαταφόρητον repereris (1109 b 1—7). Vide exemplum artis medicae vs 8 sq.: in qua praecipiunt quidem de generibus morborum ac medicamentorum, medentur vero singulis hominibus — φαίνεται γὰρ οὐδὲ τὴν ὑγίειαν οὕτως ἐπισκοπεῖν ὁ ἰατρός, ἀλλὰ τὴν ἀνθρώπου, μᾶλλον δ' ἴσως τὴν τοῦδε· καθ' ἕκαστον γὰρ ἰατρεύει 1097 a 11 sq. Ergo vel leges illae, per quas ἡ κοινὴ ἐπιμέλεια παιδείας πέρι fiat, mandare quidem multa poterunt, sed plura prudentiae eorum necessario committent quibus cura singulorum fuerit tradenda.

7. καὶ διαφέρουσι „praestant": v. vs 11 ἐξακριβοῦσθαι δὴ δόξειεν ἂν μᾶλλον τὸ καθ' ἕκαστον.

8. παιδεῖαι: primum hic nomen παιδείας (ut vs 2 primum verbum παιδεύειν) hoc in capite occurrit. Non male dicas, pro tota re prius duas partes ejusdem commemoratas esse (1179 b 34, alias) τροφὴν et ἐπιτηδεύματα. Illam Plato vocat κεφάλαιον τῆς παιδείας (Legg. 643 d), imo τὴν πολιτείαν ipsam τροφὴν vult esse ἀνθρώπων (Menex. 238 c). Nomine τῶν ἐπιτηδευμάτων quam maxime varia complecti solent graeci; vides b 2. 3 τὴν μουσικὴν in eorum numero esse, nec minus est ipsa ἡ φιλοσοφία („μέλλετε κρίνειν οὐ περὶ Σωκράτους ἀλλὰ περὶ ἐπιτηδεύματος, εἰ χρὴ φιλοσοφεῖν" 1399 b 9 sq.).

12. μᾶλλον γὰρ τοῦ προσφόρου τυγχάνει ἕκαστος. Rarissima ap. Arist. vox πρόσφορος (v. 615 a 26 ζητεῖν τὸ πρόσφορον), sed usitatum

10 8 τυγχάνει ἕκαστος. ἀλλ' ἐπιμεληθείη μὲν ἂν ἄριστα καθ' ἓν καὶ ἰατρὸς καὶ γυμναστὴς καὶ πᾶς ἄλλος ὁ τὸ καθόλου εἰδώς, ὅτι πᾶσιν ἢ τοῖς τοιοῖσδε· τοῦ κοινοῦ γὰρ αἱ ἐπιστῆμαι λέγονταί τε καὶ εἰσίν. οὐ μὴν ἀλλ' ἑνός τινος οὐδὲν ἴσως κωλύει καλῶς ἐπιμεληθῆναι καὶ ἀνεπιστήμονα ὄντα, τεθεαμένον δ' ἀκριβῶς

13. μὲν ἂν ἄριστα] Bekk. maj. μὲν ἄριστα. 14. K^b ὁ καθόλου εἰδώς τι (i. e. τί) πᾶσιν. 15. τοιοῖσδε] K^b τοιοῖς δεῖ. 16. ἀλλ' ἑνός] ita K^b; ἀλλὰ καὶ ἑνός Bekk. c. cett. ll.

---

verbum προσφέρειν s. προσφέρεσθαι relatum ad cibos quibus vescimur, similique usu est subst. προσφορά. Videatur quod vere conducit quasi in honorem τῆς τροφῆς h. l. contra usum πρόσφορον vocatum esse.

13—28. Quae modo b 3 sqq. disputata sunt, ita vel tuentur privatam educationem vel etiam in favorem ejus sunt, ut probabile sit vidisse Aristotelem a sanâ ratione reique naturâ illam potissimum commendari; sin idem nihilo minus affirmet κράτιστον μὲν οὖν τὸ γίγνεσθαι κοινὴν ἐπιμέλειαν (a 29), pro rerum humanarum condicione probari potius quod tutius faciliusque factu videretur quam quod melius. Censebat forte majorem spem esse unum illum vel paucos repertum iri quibus per civitatem ἡ κοινὴ ἐπιμέλεια committi posset, quam multos qui per singulas domos et vellent et possent recte κατ' ἰδίαν ἐπιμελεῖσθαι. In hanc enim partem videntur certe spectare quae jam vs 13 sqq. adduntur, quibus quasi cavetur ne quis illam suorum curam facilem fore putet; nam fieri quidem monetur ut τὸ καθ' ἕκαστον ab eo bene provideatur qui nil habeat nisi ἐμπειρίαν τινά, sed certam rationem, sive parva sint administranda sive magna, apud unam esse τὴν ἐπιστήμην. — Quae quum — vs 23 exponuntur, adnuet qui Aristotelem noverit: intelligere enim se quid dicatur — ni forte ex ultima fere sententia vs 23—25 (u. v.) discamus tamen alia Aristotelem sibi videri probasse vs 13—23 ac cogitaramus.

14. ὅτι πᾶσιν ἢ τοῖς τοιοῖσδε sc. συμφέρει seu πρόσφορόν ἐστιν (vs 12). Nec tamen dativus commodi quem dicunt (πᾶσιν, τοιοῖσδε), quum de variis generibus ἐπιμελείας agatur, addito isto praedicato eget.

15. τοῦ κοινοῦ γὰρ αἱ ἐπιστῆμαι: contra usum τοῦ κοινοῦ pro τοῦ καθόλου: an id videatur pro ratione esse quod in hac quidem περὶ παιδείας quaestione τὸ καθόλου ad universitatem omnium, imprimis vero civium (τὸ κοινὸν) spectet? — γάρ: qui enim ἰατρὸς vel γυμναστὴς (vs 14) dici vult, scientiam aliquam vel artem (nam ista omnia ἐπιστήμης proprie dictae non sunt — v. 1139 b 20 sq.) profitetur: arte igitur suâ, quae τοῦ καθόλου est, instructus ad singula quaeque accedet.

16. οὐ μὴν ἀλλ' ἑνός τινος: „quod quum dicimus haud negamus —, nihilo tamen minus (οὐδὲν δ' ἧττον vs 20) verum est quod monuimus vs 13, omne τεχνικὸν ab eo esse qui τὸ καθόλου noverit": quod vero non est τεχνικόν, recte factum esse possit, tutum ab errore — quantum humana tuta esse possunt — nunquam erit.

1180 b 18 τὰ συμβαίνοντα ἐφ' ἑκάστῳ δι' ἐμπειρίαν, καθάπερ καὶ ἰατροὶ ἔνιοι δοκοῦσιν ἑαυτῶν ἄριστοι εἶναι, ἑτέρῳ οὐδὲν ἂν δυνάμενοι ἐπαρκέσαι. οὐδὲν δ' ἧττον ἴσως τῷ γε βουλομένῳ τεχνικῷ γενέσθαι καὶ θεωρητικῷ ἐπὶ τὸ καθόλου βαδιστέον εἶναι δόξειεν ἄν, κἀκεῖνο γνωριστέον ὡς ἐνδέχεται· εἴρηται γὰρ ὅτι περὶ τοῦθ' αἱ ἐπιστῆμαι. τάχα δὴ καὶ τῷ βουλομένῳ δι' ἐπιμελείας K 10 5

---

19. K^b ἔνια. 23. τάχα δὴ] conj. scr.; Bkk. τάχα δὲ ($L^b O^b$ τάχα δ' ἄν).

---

18. δι' ἐμπειρίαν: quae inter scientiam et inter peritiam usu comparatam controversia de principatu est, h. l. neque omnis nec quae ad παιδείαν refertur dirimenda erat. Sane enim et ipsius Aristotelis verbis, praesertim quum περὶ πρακτῶν agitur, in utramque partem disputare licet: v. laudem illam τῶν ἀναποδείκτων φάσεων καὶ δοξῶν si ἐμπείρων καὶ πρεσβυτέρων ἢ φρονίμων sint 1143 b 11—14; cf. 1141 b 16—18 et infra 1181 a 9—12. De arte vero paedagogicâ ad quam haec spectant, tam pauca et disjecta quasi in ll. Arist. supersunt ut sententiam ejus divinando potius noverimus quam legendo.

22. εἴρηται: vs 15.

23. τάχα δὴ scr. e conjecturâ: a genere enim τῶν ἐπιμελειῶν (v. ἐπιμεληθῆναι vs 13. 17. ἐπιμέλεια vs 28) jam per rectum syllogismum proceditur ad eam ἐπιμέλειαν de qua quaeritur (δι' ἧς βελτίους ποιηθήσονται vs 24); v. etiam τῷ βουλομένῳ — τῷ βουλομένῳ vs 20. 23. In tali re δὲ esset dictum μετ' εἰρωνείας τινός: cujus num hic si ...t locus ipse videas. — Quid vero sit quod jam per demonstratione... vs 13 sqq. sit consentaneum („τάχα") haud dubium videatur sc. etia... eos qui ταῖς καθ' ἕκαστον παιδείαις operam daturi sint generali scienti... instruendos esse (τῷ βουλομένῳ — πειρατέον ἐπιστήμονι γενέσθαι ...); et huc quidem proxima sententia se quasi recipit: v. τοῦ εἰδότος vs 2... 27. At alia Aristoteli in mente erant — scribit enim πειρατέον νομοθ...ε-τικῷ γενέσθαι vs 24. Ad hunc igitur finem jam rem sibi videt...ur perduxisse, ut nunc constet ad educandos emendandosque homin...es utique leges, notitiam legum, νομοθετικήν, πολιτικὴν opus esse. Nem...pe τὸ νομοθετικὸς quod primum a 33 (u. v.) non satis firmo pede in ha...nc arenam descendere videbatur, b 22 in utramque partem ita est conf... firmatum, ut per ministerium ejus mox b 29 ad prosperum eventum qu...aestionis pergi possit. Quaerendum igitur, unde hoc effectum sit. S...cil. Aristoteli nullo addito verbo certum videbatur, τὴν τοῦ καθόλ...ου ἐπιστήμην hoc quidem in genere esse τὴν νομοθετικοῦ ἐπιστήμην; n... nec propterea tantum legibus opus esse quia valeant, sed etiam ob id quod ex iis solis disci possit quid καθόλου ad bonos mores faciat:

νόμοι εἰσὶ περὶ παιδείας
πᾶς νόμος καθόλου (1137 b 13)
τὸ καθόλου περὶ παιδείας ἐν τοῖς νόμοις.

Ergo si ne unum quidem recte possit educare quin noverit τὸ κα-θόλου περὶ παιδείας (1180 b 13 sqq.): diligentia adhibenda ut qu...

10 βελτίους ποιεῖν, εἴτε πολλοὺς εἴτε ὀλίγους, νομοθετικῷ πειρατέον γενέσθαι, εἰ διὰ νόμων ἀγαθοὶ γενοίμεθ' ἄν. ὅντινα γὰρ οὖν καὶ τὸν προτεθέντα διαθεῖναι καλῶς, οὐκ ἔστι τοῦ τυχόντος, ἀλλ' εἴπερ τινός, τοῦ εἰδότος, ὥσπερ ἐπ' ἰατρικῆς καὶ τῶν λοιπῶν
§ ὧν ἐστὶν ἐπιμέλειά τις καὶ φρόνησις. ἆρ' οὖν μετὰ τοῦτο ἐπισκεπτέον πόθεν ἢ πῶς νομοθετικὸς γένοιτ' ἄν τις; ἢ καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων, παρὰ τῶν πολιτικῶν; μόριον γὰρ ἐδόκει τῆς πολιτικῆς εἶναι. ἢ οὐχ ὅμοιον φαίνεται ἐπὶ τῆς πολιτικῆς καὶ τῶν λοιπῶν ἐπιστημῶν τε καὶ δυνάμεων; ἐν μὲν

---

cunque hac in re versatur noverit bonas leges vel potius ipse possit bonas leges ferre (sit *νομοθετικός*). Videas haec haud omni carere ratione; sed videas etiam quid *ἀσυλλόγιστον* habeant. Ni forte ideo quia aliqua *τοῦ καθόλου ἐπιστήμη* ad leges de eo genere ferendas necessaria est, ipsam illam *ἐπιστήμην* a legum latoribus petendam esse concludas. Quodsi in republica flagitentur leges quaedam, quibus curetur ut morbi a civium corporibus arceantur: num recte dicatur ars medica ab unis iis recte exerceri qui *νομοθετικοὶ* et *πολιτικοὶ* sint? Dicant illi, quid pro legum naturâ recte legibus (*καθόλου*) edicatur; sed quomodo eo perveniatur ut valetudinem seu singulorum seu omnium sanemus tueamurque, ipsi a medicis discant necesse erit. Ergo et eas leges quibus virtutis causa opus est, si quaedam est ars paedagogica, si est sua natura honestati ab ethicis explorata, animique humani natura quaedam quaerendo investiganda, respublica potius ab iis petat qui harum rerum periti sunt, quam scientia ethica ab iis qui leges ferre solent. Nisi forte penes civitatem est quid sit honestum; nisi forte quaelibet ars et scientia magistram habet *τὴν πολιτικήν*. — Arist. vero quamquam erant per quae ad alia duceretur, haec pro comprobatis habuit, vel antiquitatis ingenio obtemperans vel suam *μέθοδον* persequens, inchoatam illam *A* 1, absolutam *K* 10.

25. *εἰ διὰ νόμων ἐπιεικεῖς γενοίμεθ' ἄν*: vide enunciationem in qua optativus cum *ἂν* bene habeat post *εἰ*. — Sententia recidit ad ea quae ante vs a 30 erant; qui enim per *ἐπιμέλειαν τῶν καθ' ἕκαστον* meliores fiunt, dici non possunt p e r leges fieri meliores (v. ad a 32).

27. *τοῦ εἰδότος*: sc. *ὁ δὲ εἰδὼς νομοθετικός*.

28—1181 b 12. *Ut sint νομοθετικοί, adhuc aut omnino non curatur* (*ὑπὸ τῶν πολιτικῶν* —1181 a 12), *aut eâ ratione tentatur quae necessario irrita sit* (*ὑπὸ τῶν σοφιστῶν* —1181 b 12). Ergo ipsi videamus ut rei gravissimae succurramus.

29. *ἢ καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων, παρὰ τῶν πολιτικῶν*: brevissime dicta et quasi mox vs 31—34 explicita: „*ἢ καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἐπιστημῶν τε καὶ δυνάμεων παρὰ τῶν ἐνεργούντων ἀπὸ τῆς ἐπιστήμης ἢ δυνάμεως* i. e. *παρὰ τῶν πολιτικῶν*."

30. *μόριον γὰρ* (*ἡ νομοθετική*) *ἐ δ ό κ ε ι τῆς πολιτικῆς εἶναι*: v. 1141 b 24 *τῆς δὲ περὶ πόλιν* (seu *τῆς πολιτικῆς* ib. 23) *ἡ μὲν ὡς ἀρχιτεκτονικὴ φρόνησις νομοθετική, ἡ δὲ* —

1180 b 33 γὰρ τοῖς ἄλλοις οἱ αὐτοὶ φαίνονται τάς τε δυνάμεις παραδιδόντες καὶ ἐνεργοῦντες ἀπ' αὐτῶν, οἷον ἰατροὶ καὶ γραφεῖς· τὰ δὲ πολιτικὰ ἐπαγγέλλονται μὲν διδάσκειν οἱ σοφισταί, 1181 a πράττει δ' αὐτῶν οὐδείς, ἀλλ' οἱ πολιτευόμενοι, οἳ δόξαιεν ἂν δυνάμει τινὶ τοῦτο πράττειν καὶ ἐμπειρίᾳ μᾶλλον ἢ διανοίᾳ· οὔτε γὰρ γράφοντες οὔτε λέγοντες περὶ τῶν τοιούτων φαίνονται (καίτοι κάλλιον ἦν ἴσως ἢ λόγους δικανικούς τε καὶ δημηγορικούς), οὐδ' αὖ πολιτικοὺς πεποιηκότες τοὺς σφετέρους υἱεῖς ἢ τινας ἄλλους τῶν φίλων. εὔλογον δ' ἦν, εἴπερ K 10

---

33. οἱ αὐτοὶ] K^b οὗτοι. 34. K^bL^b ἰατρικοὶ γραφεῖς (M^bO^b ἰατροὶ γραφεῖς).

---

33. τὰς δυνάμεις παραδιδόναι: hoc est quo opus est. Consentaneum autem, cum pro universâ Aristotelis ratione tum pro hoc loco, duplici viâ ad hoc utendum esse: alterâ quam sophistae sibi novisse videntur (διδάσκειν vs 35), quam et ipse Arist. sibi proponit, quam politici plane omittunt (οὔτε γράφοντες οὔτε λέγοντες 1181 a 3); alterâ διὰ τῆς ἐμπειρίας, qua politicos omnino non uti credi non potest. An usu discentes esse dicas, docentes nullos? quumque sint οἱ γινόμενοι πολιτικοὶ διὰ τῆς πολιτικῆς συνηθείας (1181 a 10), non dicendos esse ποιεῖν πολιτικοὺς qui juniores in consuetudinem suam adhibeant? Licebat sane τὴν διδαχὴν anteponere atque de eâ vel solâ verba facere: nihilominus sententia ista ὅτι οἱ πολιτικοὶ οὐδαμῶς παραδιδόασι τὴν πολιτικὴν nec re satis vera est nec si aliqua mentio τῆς ἐμπειρίας faciunda erat (1181 a 9—12) perspicuitati huj. l. profuit.

2. δυνάμει τινὶ — μᾶλλον ἢ διανοίᾳ. Tam varius est horum nominum, impr. τῆς δυνάμεως, usus, ut singulorum saepe locorum singularis sit ratio. Conferas tamen 1032 a 27 πᾶσαι δ' εἰσὶν αἱ ποιήσεις ἢ ἀπὸ τέχνης ἢ ἀπὸ δυνάμεως ἢ ἀπὸ διανοίας; vimque illam et animi et mentis qua οἱ πολιτικοὶ polleant dicas haud quidem ἄλογον sed μετὰ λόγου esse (duo enim haec sunt τῶν δυνάμεων genera 1046 b 2. 1048 a 3), attamen longe diversam ab eâ ratione qua omnia ad τὸν (καθόλου) λόγον τὸν τοῦ οὗ ἕνεκα referuntur.

4. 5. λόγους δικανικούς τε καὶ δημηγορικούς. Audio in his fastidium quoddam eloquentiae; accedit quod οἱ γραφόμενοι λόγοι μεῖζον ἰσχύουσι διὰ τὴν λέξιν ἢ διὰ τὴν διάνοιαν 1404 a 18. — De duobus his generibus orationum v. Rhet., ubi inde a primo cap. (1354 b 22 sqq.) saepe et distinguuntur et comparantur inter se.

5. οὐδ' αὖ: hoc enim reliquum erat, si adesset facultas docendi, deesset forte voluntas aut publice his de rebus disserendi aut scribendi. — Id summos in republica viros, Periclem Themistoclem Aristidem, non potuisse ut suam seu virtutem seu δύναμιν πολιτικὴν propagarent quasi posterisque traderent, plus quam semel Plato monet (Prot. 319 e. Meno 93 sq.).

K 10 ἐδύναντο· οὔτε γὰρ ταῖς πόλεσιν ἄμεινον οὐδὲν κατέλιπον 1181 a 7 ἄν, οὔθ' αὑτοῖς ὑπάρξαι προέλοιντ' ἂν μᾶλλον τῆς τοιαύτης δυνάμεως[, οὐδὲ δὴ τοῖς φιλτάτοις]. οὐ μὴν μικρόν γε ἔοικεν ἡ ἐμπειρία συμβάλλεσθαι· οὐ γὰρ ἐγίγνοντ' ἂν διὰ τῆς πολιτικῆς συνηθείας πολιτικοί· διὸ τοῖς ἐφιεμένοις περὶ πολιτικῆς εἰδέναι προσδεῖν ἔοικεν ἐμπειρίας. τῶν δὲ σοφιστῶν οἱ ἐπαγγελλόμενοι λίαν φαίνονται πόρρω εἶναι τοῦ διδάξαι· ὅλως γὰρ οὐδὲ ποῖόν τί ἐστιν ἢ περὶ ποῖα ἴσασιν· οὐ γὰρ ἂν

---

7. K^b κατέλειπον. 9. [οὐδὲ — φιλτάτοις] susp.

---

7 sq. οὔτε γὰρ ταῖς πόλεσιν ἄμεινον οὐδὲν κατέλιπον ἂν (ἢ ἄλλους μεθ' αὐτοὺς ὡς ἀληθῶς πολιτικοὺς ὄντας), οὔθ' αὑτοῖς προέλοιντ' ἂν (οὐδὲν) μᾶλλον τῆς τοιαύτης δυνάμεως (i. e. τοῦ δύνασθαι ποιεῖν ἄλλους πολιτικούς), οὐδὲ δὴ τοῖς φιλτάτοις (προέλοιντ' ἂν οὐδὲν μᾶλλον ὑπάρξαι ἢ τοῦτο). Libenter caream ultimis verbis οὐδὲ δὴ τοῖς φιλτάτοις: his enim profecto prius vellent id contingere ut essent πολιτικοὶ fierentve; alterum ut et illi possent rursus alios reddere πολιτικούς, secundo loco et quasi remotum erat. — Fuerit qui pro προέλοιντ' ἂν poscat προείλοντ' ἂν — nec tamen jure.

9 (οὐ μὴν μικρόν γε . . .) —12. V. ad 1180 b 33. Videtur Arist. censuisse nec vim τῆς ἐμπειρίας silentio praetereundam esse, nec tamen explicandi rem et ad hanc disputationem accommodandi spatium dari. Scilicet haec scripta sunt, quasi ad quaestionem illam πόθεν καὶ πῶς νομοθετικὸς (πολιτικὸς) γένοιτ' ἄν τις 1180 b 29 primum responsum esset ἐκ διδαχῆς, nunc addendum sit ἀλλὰ καὶ δι' ἐμπειρίας. Quum vero argumentatio omnis eo conversa sit ut respondeatur οὔτε παρὰ τῶν πολιτικῶν οὔτε παρὰ τῶν σοφιστῶν, e tenore reliquae orationis adjiciendum erat (οὐ παρὰ τῶν πολιτικῶν) εἰ καὶ διὰ τῆς συνηθείας ἄλλοις συμβάλλονταί τι πρὸς τὸ γίνεσθαι πολιτικοῖς· οὐ μικρὸν γάρ τι τὸ τῆς ἐμπειρίας δύναται. — Quae quum ita sint, haud mirum, singula non ita expressa esse ut interpretanti nulla dubitatio relinquatur. Est enim συνήθεια non tantum ea consuetudo quae tibi cum alio sit, sed etiam ea quam ipse habeas (velut 1354 a 7. 9); atque ultimis verbis „τοῖς ἐφιεμένοις π. π. εἰδέναι προσδεῖν ἔοικεν ἐμπειρίας" omnino aliter quaeri videtur sc. id, unde scientiam harum rerum plenam nanciscamur — id quod non magis in institutione τῶν πολιτευομένων (si qua sit) quam in sophistarum atque in ipsâ illâ reputandum erat quam Arist. promittit. — Ne tamen ob haec ambigas, sintne vss 9—12 aliena. Imo tale scribendi genus quo non omnia aequaliter exprimuntur est Aristotelicum; et quae hic leguntur ita cum sequentibus verbis conjuncta sunt ut exscindi nequeant.

